
14
7 R
2

SANCTI PATRIS
CYRILLI
ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

PRO CHRISTIANA RELIGIONE

ADVERSUS

IVLIANUM IMPERATOREM

LIBRI DECEM,



Interpretibus

NICOLAO BORBOSIO

&

IOANNE AVBERTO.





ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΘΕΟΔΟΣΙΟΝ.

B. CYRILLI ALEXANDRIÆ

ARCHIEPISCOPI,

AD RELIGIOSISSIMVM CHRISTOQVE ADDICTISSIMVM IMPERATOREM THEODOSIVM

PRÆFATIO.



AVSCVLTANDA prorsus A & eximia sunt, omnique prædicatione majora, præclara sancti vestri principatus acta felicesque successus: quippe qui pietatem incomparabilem, non secus ac hæreditatem aliquam a majoribus acceptam, inuidiæ telis illæsam atque impenetrabilem conseruaueritis: maxime propter vestram in optimis quibusque rebus paternæ auitæque dexteritatis imitationem; quod cum in præsentia perspicuum cernitur, tum vero mihi propositum est de vobis ipsis Seruatoris nostri B verba vsurpare. Dixit enim: *Non potest ciuitas supra montem posita latere:* nam res sursum elatas ac eminentes quodammodo id consequitur, vt sint vndique conspicabiles. Enimuero nihil est penitus quod cum vestra Sereni-

Matth. 5.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΑΞΙΑΚΟΥΣΤΑ μὲν καὶ ἐξαίρετα, καὶ πέρα λόγου παντὸς τὰ τῆς εὐαγοῦς ὑμῶν βασιλείας κατορθώματα, καὶ τὸ ἀσύγκριτον εἰς εὐσέβειαν, ὥσπέρ τινα κλῆρον εἰς ὑμᾶς ἄνωθεν καταβαίνοντα, τοῖς ἐκ φθόνου βέλεσιν ἀκίνητον τετηρήκατε· διὰ τὸ ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις δεξιὸν, καὶ πατρῷον ὑμῖν, καὶ ἔτι παππῷον ὡς ἔνγε τούτοις ὁρᾶται διαφανές· καί μοι πρόκειται, καὶ ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἁρμόσαι φωνάς· ἔφη γὰρ, οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη· ἕπεται γὰρ ἀεὶ τοῖς ἠρμένοις ὑψοῦ, τὸ περίοπτον. Τί δ' ἂν γένοιτο τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι τὸ ἰσοστατοῦν; οὐδὲν παντελῶς· διελήλακε γὰρ εἰς λῆξιν τὴν ἀνωτάτω τῶν



ὑμετέρων σκήπτρων τὸ εὐκλεὲς, τῇ μὲν τῆς εὐ- A νομίας φαιδρότητι περιαστράπτον τὰ σύμπαντα· ἡμερότητι δὲ, καὶ τῇ εἰς Χριστὸν εὐσεβείᾳ κατευφραῖνον τὸν οὐρανὸν, τουτέστι, τὰς ἄνω τε καὶ λογικὰς καὶ ἐν οὐρανῷ δυνάμεις. Ἐστὲ γὰρ οὕτω κατ᾽ ἄμφω τεθαυμασμένοι, ὥστε καὶ ἰσάμιλλον τὴν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες ἀρετὴν, εὐφημίας ἁπάσης νενικήκατε τρόπον. Ἀναθήματα μὲν οὖν παρ᾽ ἑτέρων τὰ εἰς ὑμᾶς, ὦ Φιλόχριστε βασιλεῦ Θεοδόσιε, νῖκαι, στέφανοι, καὶ φωναὶ χαριστήριοι, καὶ τὰ δι᾽ ὧν ἂν οὐκ ἀπεοικότως τὰ βασιλέων κράτη καταγεραίροιντο· ἔδει δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν τῶν B τὴν θείαν λαχόντων ἱερουργίαν, προσκομίζεσθαι βίβλους τὰς ὑπέρ γε τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης εὖ μάλα συντεθειμένας. Φίλον γὰρ παρ᾽ ὑμῖν ἀεὶ καὶ σύνηθες καὶ πολύευκτον ἀληθῶς τὸ συγκροτεῖν αὐτὴν, καὶ τοὺς μὲν κατά τι γοῦν ὅλως ἐμπαροινοῦντας αὐτῇ, βδελυρωτάτους ἡγεῖσθαι, καὶ ἐν τῇ τῶν πολεμιωτάτων ποιεῖσθαι μοίρᾳ· τιμῆς δὲ ἁπάσης ἀξιοῦν τοὺς, ὅσοι περ ἂν τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ φρονεῖν ἕλοιντο καὶ λαλεῖν. Ἁγιοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο φαίην ἂν εἶναι τὸ πλεονέκτημα, καὶ ταῖς ἀοιδίμοις ὑμῶν κορυφαῖς ἔτι μάλιστα C πρεπωδέστατον. ἔφη γάρ που ψάλλων πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν ὁ θεσπέσιος προφήτης Δαβίδ· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε Κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετακόμην; τέλεον μῖσος ἐμίσησα, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. ἔχει δὲ σφόδρα κατὰ τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Ὥσπερ γάρ τις τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ἐναργῆ ποιεῖται τὴν ἔνδειξιν τῷ ἀντιτετάχθαι φιλεῖν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐμβροντησίας οὐκ ἀγαπᾷν ἑλομένοις· οὕτω τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον ἐκφήνειεν ἂν τὸ τοῖς τὰ αὐτοῦ διαβε- D βληκόσιν ἀντιφέρεσθαι νεανικῶς, μονονουχὶ βοῶντάς τε καὶ λέγοντας τὸ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ. Ὁποία δέ τις ἐστὶν ἡ τῶν παρ᾽ ἐμοῦ λόγων εἰς ὑμᾶς ἀνάθεσις, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. καί μοι νείματε συγγνώμην ἑλομένῳ λέγειν οὐ κατὰ βασιλέως μόνον, ἀλλ᾽ ὑπέρ γε τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ τοῦ μεγάλου βασιλέως συγκατάρχοντός τε τῶν ὅλων τῷ ἰδίῳ πατρί. ὥσπερ ἂν πρέποι καὶ μόνῳ τὸ χρῆναι λέγειν, δι᾽ ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι.

A tate paria facere, aut in comparationem venire possit, cujus sceptrorum gloria, qua justitiæ luce ac splendore vniuersa circumradians, qua clementia & in Christum pietate, cælum, hoc est, rationales quæ in cælo agunt potentias exhilarans, ad altissima cælorum loca jampridem peruaserit. Sic enim circa hæc duo peræque estis admirabiles, vt vestra virtus vtrinque sibimetipsi velut æmula, & in æquilibrio sita, omnem laudationis modum sit supergressa. Quamobrem ab aliis quidem, o christianissime imperator Theodosi, donaria vobis votiuasque imagines, victoriarum monumenta, coronas, plausus, gratulatio- B nes, aliaque id genus, quibus haud absurde regum supremus apex & potestas decorari solet; a nobis, quibus diuini cultus prouincia forte obtigit, offerri libros de gloria Dei, quoad ejus fieri possit, optime conscriptos oportet: vtique cũ omni voto, affectu & cura in eam promouendam constituendamque incumbatis, eos qui animi vitio ac temulentia illam tantisper violare audeant, execrandos & abominabiles ducatis, ac loco infestissimorum hostium habeatis: contra maximo dignemini honore, quicunque aliquid ad Dei gloriam pertinens cogitare & loqui susceperint. Id C vero cum sublimitati vestræ conuenientissimum, tum audacter dixerim, magnum in sanctimonia progressus & exuperantiæ esse argumentum: siquidem diuinus propheta Dauid alicubi ad Christum rerum omnium seruatorem concinens ait: *Nunquid Domine osores tuos odi, & super* Psal. 138. *inimicis tuis extabescebam? extremo odio exosus sum, & inimici fuerunt mihi.* Qui sermo non parũ in se habet probabilitatis. Vt enim quis euidens atque efficax suæ erga vos beneuolentiæ præbet documentum, cum amat sese opponere his, qui ex multa turbulenti animi sinisteritate contrarias amori & charitati partes suscepe- D runt; sic strenue & animose obuiam ire conatibus eorum qui Christianum nomen traducunt & calumniantur: idque propemodum dicendo ac inclamando strenue illud, quod in scriptura diuino afflatu edita continetur, *zelando zelatus sum Domino*, certe non obscurum ingenuæ erga Christum charitatis extiterit testimonium. Qualis vero sit meorum ad vos sermonum nuncupatio, necesse est exponere. Ac primũ dabitis mihi veniam instituenti dicere non magis contra regem, quam pro gloria Christi magni regis vniuersæ rerum naturæ simul cum Patre suo imperantis, cui soli competat effari, *Per me reges regnant.*

Is enim ipse est gloriæ dominus in cælo & in terra, proindeque consequens est, & necessarium, vti nos, qui diuinorum dogmatum propugnatores ab eo constituti sumus, volentibus ejus gloriam lædere, opponamus acres ad resistendum sermones, & cum iis qui forte illos legent vtiles ac salutares, tum vero promptum præsensque auxilium afferentes iis, quibus cor imbecillum facile quo minime oportuit transuersum rapitur, ac veluti baculum vestigia rite ingredientium in fide sustinere idoneum, ad figendam altius & inconcussam seruandam rectæ fidei traditionem. Quis vero est, qui aduersus Dei gloriam pugnauit? certe varii variis temporibus oborti sunt, ad id stimulante diabolo impulsi: præ cæteris vero JVLIANVS ille imperii fastu & supremæ fortunæ ornamentis illustratus, sed Christum regni & potestatis dominandi datorem esse, ignarus. Qui cum priuatæ vitæ tempore credentibus annumeraretur, sancto baptismate lustratus, & in sacrorum librorum lectione exercitatus, postmodum nescio quo pacto nefariorum & superstitioni ethnicæ addictorum hominum consuetudine deprauatus, de defectione consilia hausit, mox adnitente Satana, ad Græcorum ritus abreptus, quique sanctis Ecclesiis ac monasteriis innutritus fuerat, impurorum dæmonum seruus effectus est. *Bonos* quippe *mores corrumpunt consortia praua*, ut ait sapientissimus Paulus. (1. Cor. 15.) Iis vero, qui stabilem tenere mentem & rectæ fidei traditionem non secus ac margaritam seruare apud animum volent, suaserim, ne vllam ad se accedendi aut loquendi potestatem faciant ethnicæ superstitionis hominibus: scriptum est enim, *cum sancto sanctus, cum innocente innocens, cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* (Psal. 17.) Cum igitur egregius Julianus mira naturæ munere facundia polleret, aduersus communem nostrum omnium Seruatorem linguam exacuit, tresque libros contra sancta Euangelia & venerandum Christianorum cultum composuit, quibus & plurimos concussit, & non mediocre fidei detrimentum importauit. Nam leues ac mobiles facile in ejus errorem prolabuntur, atque

A Καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ τῆς δόξης κύριος, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· ἔστι τοίνυν ἀκόλουθόν τε καὶ ἀναγκαῖον τοὺς τῶν ἱερῶν δογμάτων συνασπιστὰς ἡμᾶς δηλονότι προκεχειρισμένους εἰς τοῦτο παρ' αὐτοῦ, τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι τὴν δόξαν αὐτοῦ τοὺς συναγορεύειν ἰσχύοντας ἀντανασῆσαι λόγους, καὶ οἵπερ ἂν γένοιντο πρὸς καλοῦ τοῖς ἐντευξομένοις, καὶ τοῖς μὲν εὐπαρακόμιστον ἔχουσι τὴν καρδίαν, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ἑτοιμότατα συναρπαζομένην, ἐπικούρημα χρειωδέστατον. τοῖς γε μὴν βεβηκόσι B περὶ τὴν πίστιν ῥάβδος οἷά τις ἀνέχειν ἰσχύουσα, πρός γε τὸ χρῆναι διαπεπῆχθαι μειζόνως καὶ ἀκράδαντον ἔχειν τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν παράδοσιν. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ τῇ τοῦ Χριστοῦ δόξῃ μεμαχημένος; πλεῖστοι μὲν οὖν ὅσοι κατὰ καιρούς, οἱ πρός γε τοῦτο διὰ τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος κατανενυγμένοι, μάλιστα δὲ πάντων ὁ τοῖς τῆς βασιλείας αὐχήμασιν ἐμπρέψας ποτὲ Ἰουλιανός, ἀγνοήσας δὲ τὸν τῆς βασιλείας καὶ τὸν δύνασθαι κρατεῖν δοτῆρα Χριστόν. ἦν μὲν γὰρ πρὸ τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν τοῖς πιστεύσασιν ἐναρίθμιος· ἠξιώθη δὲ καὶ ἁγίου βαπτίσματος, ἐνήσκητο δὲ C καὶ βίβλοις ταῖς ἱεραῖς· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄνδρες αὐτῷ μιαροί τε καὶ δεισιδαίμονες γεγονότες γνώριμοι τοὺς ὑπέρ γε τῆς ἀποστασίας καθῆκαν λόγους. εἶτα σύνοπλον εἰς τοῦτο λαβόντες τὸν Σατανᾶν, παρεκόμισαν εἰς τὰ Ἑλλήνων ἔθη, καὶ λάτριν ἀπέφηναν δαιμονίων ἀκαθάρτων, τὸν ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις ἐντεθραμμένον. Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. χρῆναι δέ φημι τοὺς ἑδραῖον ἔχειν ἐθέλοντας φρόνημα· καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, καθάπερ τινὰ μαργαρίτην τηροῦν- D τας εἰς νοῦν, μηδεμίαν διδόναι παρείσδυσιν ἢ γοῦν παῤῥησίας τόπον τοῖς ἐθέλουσι δεισιδαιμονεῖν· γέγραπται γάρ, μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Ἔχων τοίνυν εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς κατέθηξεν αὐτὴν κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας· κατασείει δὲ δι' αὐτῶν πολλούς, καὶ ἠδίκηκεν οὐ μετρίως. Οἱ μὲν γὰρ ἐλαφροί τε καὶ εὐπάροιστοι πίπτουσι ῥᾳδίως εἰς τὰ αὐτοῦ καὶ γλυ-

κὺ τοῖς δαιμονίοις γίνονται θήραμα. Θορυβοῦνται δέ πως ἔσθ' ὅτε καὶ οἱ βεβηκότες ἐν πίστει· νομίζουσι γὰρ αὐτὸν τὰς ἱερὰς καὶ θείας εἰδέναι γραφὰς, ἐπείπερ ἐξ αὐτῶν τοῖς ἰδίοις λόγοις παμπόλλους ἐπισωρεύει τὰς μαρτυρίας, καίτοι μὴ εἰδὼς ἃ λέγοι. Ἐπειδὴ δὲ πλεῖστοι τινὲς τῶν δεισιδαιμόνων, τοῖς τὰ Χριστοῦ φρονοῦσι περιτυγχάνοντες ἄνω τε καὶ κάτω καταυειδίζουσι· τὰς ἐκείνου καθ' ἡμῶν προβαλλόμενοι συγγραφάς· φάσκοντες ἀπρόσβλητον αὐτὰς ἔχειν τὴν δείνωσιν· καὶ οὐδένα πώποτε τῶν παρ' ἡμῖν διδασκάλων ἢ ἀντειπεῖν ἰσχύσαι, ἢ γοῦν ἀνατρέψαι τὰ αὐτοῦ· προτρεψάντων εἰς τοῦτο πολλῶν καὶ δὴ καὶ θαρσήσας λέγοντι τῷ Θεῷ· καὶ νῦν πορεύου καὶ ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου· καθῆκα μὲν ἐμαυτὸν ἐπί γε τὸ δεῖν κατασπάσαι μὲν ὀφρὺν Ἑλληνικὴν κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δόξης ἐπαιρομένην· ἐπαμῦναι δὲ ὡς ἔνι τοῖς ἠπατημένοις. καὶ πεπλανημένον ἀποφῆναι καὶ τὰς θείας οὐκ εἰδότα γραφὰς, τὸν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ κατηγορευκότα. Ἀνατέθεικα δὲ τοὺς ὑπὲρ τούτου λόγους τῇ φιλοχρίστῳ καὶ εὐσεβεστάτῃ ὑμῶν κορυφῇ, ἣν ἀεὶ φυλάττοι Θεὸς ἐν ἀκλονήτοις εὐθυμίαις κατευμεγεθοῦσαν ἐχθρῶν, καὶ πάντας ἔχουσαν ὑπὸ πόδας, καὶ εἰς παῖδας παίδων παραπέμπουσαν τὴν εὐαγῆ βασιλείαν κατανεύοντος τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A in dulcem dæmonibus prædam cedunt. Nonnunquam & commouentur ii qui a fide nusquam exorbitarunt, existimantes eum sacras & diuinas scripturas nosse, quod multa ex iis testimonia, licet non intelligens quæ dicat, suis scriptis ac dissertationibus inserserit. Quandoquidem vero complures gentilium, ut in Christianum aliquem inciderunt, sursum ac deorsum multa deblaterantes, obtendunt ejus scripta, tantamque illis eloquentiæ vim inesse jactant, vt nemo vnquam nostrorum doctorum ea refellere potuerit aut euertere: ego multis suadentibus, confisus potissimum B Deo dicenti: *Ecce nunc ambula & aperiam os tuum:* in animum induxi Græcum illud supercilium aduersus gloriam Christi elatum esse conuellendum, succurrendum deceptis quantum fieri possit, ac Seruatoris nostri Christi accusatorem non solum erroris, sed & scripturarum ignorantiæ conuincendum. Quod opus in nomine Celsitudinis vestræ, Christi ac pietatis studiosissimæ, apparere volui, identidem Deum obsecrans, vti eam in solida & inconcussa tranquillitate animi semper victricem ac hostes pedibus subjicientem, imperiumque sanctum in natos natorum transmittentem conser- C uet, annuente Christo per quem, & cum quo, Deo Patri & Spiritui sancto laus, honor in sæcula, Amen.





Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΥΑΓΟΥΣ θρησκείας, πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανοῦ.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

PRO SANCTA CHRISTIANORVM RELIGIONE, ADVERSVS LIBROS ATHEI JVLIANI.

LIBER PRIMVS.



ORDATIS & sagacibus diuinaque dogmata callentibus viris, veritatis pulchritudo admirationi est, neque quicquam antiquius ducitur, quam parabolam aliquam, & obscuram orationem, dicta sapientum ac ænigmata posse intelligere: vsque adeo vero diuinis scripturis attento erectoque animo incumbunt, ut totas perfusi animas diuino lumine, ac præterea suspiciendum justæ legumque obseruantissimæ vitæ decus adepti, cæteris porro salutis supremæque vtilitatis pararii ac conciliatores existant. Scriptum est enim, Prov. 9. *Filu si tibi sapiens fueris, sapiens esto & proximo tuo.* At depravati corde, nullaque animum imbuti experientia,

A



Ι μὲν σοφοὶ καὶ ἀγχίνοι, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐπιστήμονες, τὸ κάλλος τῆς ἀληθείας θαυμάζουσι· καὶ ἐν παντὶ λόγῳ πεποίηνται, τὸ συνιέναι δύνασθαι παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν αἰνίγματα. οὕτω γὰρ οὕτω ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἀκριβῆ καὶ διωρθωμένον τὸν νοῦν ἐνερείδοντες, φωτὸς μὲν τοῦ θείου τὰς ἑαυτῶν ἀναπιμπλᾶσι ψυχάς· ἀξιοζήλωτον δὲ πολιτείας ὀρθῆς καὶ εὐνομωτάτης ἀράμενοι καύχημα, εἶεν ἂν καὶ ἑτέροις
B ὠφελείας τῆς ἀνωτάτω πρόξενοι. Γέγραπται γάρ, ὅτι ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ γε, σοφὸς γένῃ καὶ τῷ πλησίον. οἱ δὲ διάστροφοι τῇ καρδίᾳ καὶ τὴν εἰς νοῦν οὐκ ἔχοντες ἐμπειρίαν, ἀμέ-

τοχοί τε εἰς ἅπαν τοῦ θείου φωτὸς, τοῖς δόγμασι μὲν τῆς εὐσεβείας ἀντανίστανται, θρασυστομοῦσι δὲ λίαν καὶ τῆς ἀρρήτου καταπαίρονται δόξης, καὶ παλιμφήμους ἱέντες φωνὰς, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦσι, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑπὸ Δαβὶδ ὑμνούμενον. Ἀῤῥωστῆσαι δὲ οἶμαι τοῦτο αὐτοὺς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀμαθίας· μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ πονηροῦ τε καὶ ἀρχεκάκου δράκοντος, φημὶ δὴ τοῦ Σατανᾶ. καὶ πρὸς τοῦτό γε ἡμᾶς ἐμπεδοῖ γεγραφὼς ὁ θαυμάσιος Παῦλος· εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον· ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς τοῦ Χριστοῦ δόξης. Ὅτι μὲν οὖν ὀνομασθεὶς εἶναι Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης κλοπεὺς ἐσκότισεν αὐτῶν τὴν καρδίαν οὐκ ἀσυμφανές· πεπλάνηνται γὰρ ὁμολογουμένως, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονας ἐφιστᾶσι τῷ βίῳ θεούς· δαίμονάς τε καὶ ἡρώων ψυχὰς, καθὰ φασὶν αὐτοὶ, καὶ φρονεῖν ἐγνώκασιν. ἀλλ' ἦν ἂν ἐπ' αὐτοῖς τὸ τῶν εὖ φρονούντων δάκρυον, καὶ μάλα εἰκότως. οὐ σφόδρα πολὺ σιωπᾶν ᾑρημένοις τὰ ἐφ' οἷς ἄν τις αἰσχύνοιτο. νῦν δὲ δὴ πρόεισι δυσσεβείας εἰς τοῦτο αὐτοῖς τὸ ἐγχείρημα, ὥστε καὶ ἑτέροις ζητεῖν ἐνιέναι τῆς οὕτως αἰσχρᾶς δεισιδαιμονίας τὴν νόσον. οἷα γάρ τινες ὄφεις τριόδοις ἐγκαθήμενοι, τοῖς ἐν αὐταῖς διαστείχουσιν ἐπιπηδῶσι, πικρὸν τῆς ἀπωλείας ἰὸν τοῖς εὐπαραφόροις ἐγχέοντες· καὶ περὶ αὐτῶν ἂν λέγοιτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, ὄφεις γεννήματα ἐχιδνῶν πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ ἀληθοῦς ὁ κύριος λέγων· ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὰ ἀγαθὰ, καὶ ὁ πονηρὸς ἐκ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὰ πονηρά· καὶ ἀπὸ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Καὶ ταῦτα φημὶ τοῖς Ἰουλιανοῦ βίβλοις ἐντυχὼν, ὃς τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας, οὐ φορητὴν ἐποιήσατο τὴν καταῤῥησιν· πεπλανῆσθαι λέγων ἡμᾶς καὶ ἀποφοιτῆσαι μὲν ἀσυνέτως τῆς εὐθύ τε καὶ ἀμωμήτως ἐχούσης ὁδοῦ· ἰέναι δὲ ὥσπερ κατὰ πετρῶν καὶ ὁλοτρόπως ἀβέβηλον τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ποιεῖσθαι λατρείαν, οὔτε τοῖς διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως νόμοις συμβαίνουσαν, οὔτε

A omninoque diuinæ lucis expertes, aduersus pietatis placita insurgunt, & ore superbo nimium quantum ineffabili gloriæ insultant, contumeliosisque vocibus emissis, *injustitiam in altum loquuntur*, ut David in psalmis cecinit. Psal. 72. Quos ego existimo hanc insanire insaniam, & hoc laborare morbo, ex nimia inscitia & mentis stupore, aut, ut verius dicam, ex dolo mali malorumque architecti draconis, Satanæ, inquam, ipsis insidiantis. In qua sententia confirmat nos admirabilis Paulus qui hæc B scripsit: *Et si Euangelium nostrum absconditum est, in perditis est absconditum, in quibus Deus hujus sæculi excæcavit cogitationes incredulorum, ne lucem Euangelii Christi gloriæ conspicerentur.* 1. Cor. 4. Quod igitur is qui hujus sæculi Deus habitus est, supremæ gloriæ fur & plagiarius, eorum cor tenebris oppleverit, non absonum a ratione est: quippe cum manifesto in errorem prolapsi sint, & innumerabiles deos & dæmonas, heroumque animas, sicut ipsi quidem censent, in vitam inuexerint. Sed enim par C erat bene sentientes ipsis illacrymari, & merito quidem, qui ea quæ omnibus erubescenda sint, silentio tegere nequiuerint. Nunc vero illorum conatus eo impietatis processit, vt etiamnum in alios tam fœdæ superstitionis morbum transmittere velint, tanquam serpentes aliqui triuia obsidentes, qui prætereuntibus illac insiliunt, ita acerbum perditionis virus facilibus animis infundentes, de quibus jure dici possit: *Serpentes, generatio viperarum, quomodo mali existentes bona loqui potestis?* Matth. 23. nec aberret D a veritate dominus dicens: *Vir bonus ex bono thesauro cordis sui profert bona: improbus vero ex malo thesauro cordis sui promit mala, & ex abundantia cordis os loquitur.* Matth. 12. Atque hæc ideo dico quod in JVLIANI libros inciderim, qui aduersus sanctissimam religionem nostram non ferenda debacchatus, errare nos dixit, & a recta legitimaque via imprudenter recedere: ferri vero tanquam per prærupta scopulorum, ac prorsus ineptum præpotenti omnium Deo cultum exhibere, videlicet neque sapientis Mosis legibus,

neque Græcorum ritibus & superstitionibus congruentem, sed nouum quoddam nos vitæ genus inter vtrosque medium ac erroris plenum instituere. Ego vero affirmauerim, & nos a Græcorum delirio alienos esse, & Christianorum fidem ab eorum præstigiis, toto vt ajunt cœlo, distare: *nihil enim commune* 2. Cor. 6. *luci cum tenebris, neque fideli cum infido participatio vlla est.* Quod vero a libris Mosis non dissentimus, neque contrariam ejus placitis vitæ degendæ rationem inimus, pro virili conabor asserere, nactus vtique idoneam exercendi me in eo genere dissertationis occasionem. Atque in præsentia dicendum puto, verum esse illud a nonnullis per parodiam jactatum: *alius ab alio doctus:* manifestumque fuerit, res majorum posteris, non contra posterorum majoribus, esse cognitas. Quandoquidem igitur Græci suis doctoribus magnopere gloriantur, & nobis commemorando nescio quos Anaximandros & Empedocles, cum Pythagoris quoque & Platonibus, aliisque præterea adjectis, qui eis impiorum dogmatum auctores, vel vt ita dicam ignorantiæ fontes extitere, magnum stuporem incussuros putant: age dicamus, cuilibet perspicuum esse, illos discrepantibus inter se opinionibus digladiatos esse, neque consentientem circa vnumquodque eorum quæ sunt, rationem & caussam afferre. Proinde & ostendamus, Mosem, primas tempore sortitum, rectam & ab errore remotissimam de ineffabili & suprema omnium essentia opinionem inuexisse, optimeque de opificio mundi meminisse: admirabiles vero leges ad pietatem & justitiam spectantes condidisse; quas, qui ab istis sapientes nuncupantur, ætate posteriores, compilarint, suisque sermonibus attexuerint, tametsi nihil sincerum & integrum saltem suffurari, nullam idoneam & similem veri opinionem promere inde valuerint. Fuere ergo & istorum nonnulli post Mosem, & deinceps secutis eum tempore Prophetis sanctis alii æquales tempore floruere, quorum opinionibus qui sibi adhærendum esse censuerunt, melioris calculi suffragium præter cæteros meruere, tametsi non vsquequaque liberam mendacio de Deo sententiam prodiderint.

A μὴν ταῖς Ἑλλήνων δεισιδαιμονίαις, ἢ γοῦν ἔθεσί τε καὶ τρόποις· μέσην δὲ ὥσπέρ τινα καὶ ἀμφοῖν ἁμαρτάνουσαν καινοτομῆσαι ζωήν. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν τῆς Ἑλλήνων ἀπηλλάγμεθα ἐμβροντησίας καὶ πολὺς ἀποτειχίζει λόγος τῆς ἐκείνων τερθρείας τὰ Χριστιανῶν φαίην ἄν· κοινωνία γὰρ οὐδεμία φωτὶ πρὸς σκότος, ἀλλ' οὐδὲ μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου. Ὅτι δὲ ταῖς Μωσέως βίβλοις ἐσμὲν οὐ διάφοροι, οὔτε μὴν ἀντεξάγουσαν τοῖς ἐκείνου θεσπίσμασι πολιτείαν ἐπιτηδεύσαμεν, ὡς ἂν οἷός τε ὢν πληροφορεῖν πειράσομαι, καιροῦ τοῦ καθήκοντος ἐν B τούτοις ἡμῖν τὸν λόγον διαγυμνάζοντος. Πλὴν ἐκεῖνο εἰπεῖν εἰς τὸ παρὸν οἰήσομαι δεῖν· ἀληθὲς μὲν γὰρ ὅτι κατὰ τὸ τισὶ παρῳδούμενον, σοφὸς ἄλλος ἀπ' ἄλλου. πρόδηλον δὲ δήπουθεν εἴη ἄν, ὅτι τὰ τῶν πρώτων οἱ μετ' αὐτοὺς γεγονότες εἰδεῖεν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὰ τῶν ὑστάτων οἱ πρὸ αὐτῶν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Ἑλλήνων παῖδες ἐπί γε τοῖς σφῶν αὐτῶν διδασκάλοις φρονοῦσι μέγα, καὶ καταπλήσσειν οἴονταί τινας Ἀναξιμάνδρους ἡμῖν καὶ Ἐμπεδοκλεῖς, Πυθαγόρας τε καὶ Πλάτωνας ὀνομάζοντες· προσεπάγοντες δὲ τούτοις καὶ τοὺς ἑτέρους, οἳ τῶν ἀνοσίων αὐτοῖς δογμά- C των γεγόνασιν εὑρεταὶ, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς ἀμαθείας πηγαί· Φέρε, λέγωμεν ὅτι διαφόροις μὲν δόξαις ἀντεγειρομένους ὥσπερ ἀλλήλοις καταθρῆσαί τις ἂν αὐτοὺς, ἀσύμβατον δὲ καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὄντων τὴν ἀπολογίαν εἰσφέροντας. Εἶτα πρὸς τούτῳ καταδεικνύωμεν, Μωσέα μὲν ἐν χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα λαχόντα, καὶ δόξαν ὀρθὴν καὶ ἀπλανεστάτην περὶ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας εἰσκεκομικότα, καὶ κοσμοποιΐας ἄριστα μνημονεύσαντα· καὶ νόμων τῶν εἰς εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην οὐκ ἀθαύμαστον βραβευτήν, τοὺς δὲ παρ' αὐ- D τοῖς ὠνομασμένους σοφοὺς, γεγονότας μὲν ὑστάτους καὶ νεωτάτους, κεκλοφότας δὲ τὰ ἐκείνου, καὶ τοῖς ἰδίοις λόγοις ἐγκατακλώσαντας, εἰ καὶ μὴ εἰς ἅπαν ὑγιῶς ἰσχύσαι τε μόλις καὶ δόξαν ἁρπάσαι σεμνοπρεπῆ, καί τι τῶν ἀληθῶν ἐοικέναι λέγειν. Τοίνυν γεγόνασί τινες μὲν μετὰ Μωσέα, συνήκμασαν δὲ καὶ ἕτεροι κατὰ καιροὺς τοῖς μετ' ἐκεῖνον προφήταις ἁγίοις· ὧν οἱ ταῖς δόξαις κατακολουθεῖν ᾑρημένοι, ψήφου τῆς κρείττονος παρὰ τοὺς ἄλλους ἠξίωνται. καίτοι τοῦ ψεύδους εἰς ἅπαν τῆς περὶ Θεοῦ δόξης οὐκ ἐλευθέραν ποιούμενοι τὴν ἀπόδοσιν.

Ὅτι τοίνυν Μωσῆς ὁ θεσπέσιος πρεσβύτατος μὲν καὶ κατά γε φημὶ τὸν τοῦ γενέσθαι καιρόν· οἱ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον ὕστατοι, σαφὲς καταστήσομεν τὰ τῶν ἀκριβῶς χρονογραφησάντων βιβλία διερευνήσαντες. χρῆναι δὲ φημὶ τοὺς ἐντευξομένους μὴ ἀψικόρως ἔχειν περὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ τὸν τῶν ὀνομάτων κατάλογον, ἤτοι τὴν τῶν καιρῶν ἀπαρίθμησιν· διψῆν δὲ μᾶλλον ἐντόνως καλὴν καὶ ὀνησιφόρον οὖσαν, τὴν ἐφ᾽ ἑκάστῳ πληροφορίαν. Τοιγαροῦν Νῶε μὲν γέγονεν ἀνὴρ, τῶν ὅτι μάλιστα θεοφιλεστάτων· δέκατος τῶν τοῦ πρώτου, τουτέστιν Ἀδάμ. τούτῳ προστέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς μέλλοντος ἔσεσθαι τοῦ κατακλυσμοῦ, πανωλεθρίᾳ τε καταφθαρήσεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, συμπήξασθαι μὲν κιβωτόν· ὁμοῦ δὲ φιλτάτοις, καὶ γυναιξὶ, καὶ κτηνῶν εἴδεσι παντοδαποῖς, πτηνοῖς τε καὶ ἑρπετοῖς, εἰσελάσαι τε καὶ διαπλεῖν ἐν αὐτῇ· οὗ δὴ πρὸς πέρας ἐνηνεγμένου, κατεφθείρετο μὲν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ ἕτερα τῶν ζώων· ὁ δὲ πανοικὶ διεσώζετο. τῶν ὑδάτων δὲ ὑφιζηκότων, ἡ μὲν κιβωτὸς προσέσχε τοῖς ὄρεσιν Ἀραρὰτ, τουτέστι τῆς Ἀρμενίας· ἐνερείσας δὲ πάλιν αὐτὸς τὸν πόδα τῇ γῇ, θυσίας ἐπιτελεῖ χαριστηρίους. ἀξιόχρεως μὲν οὖν εἰς πίστιν ἡ θεόπνευστος γραφή. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν δεισιδαιμόνων, μύθους τε εἰκαίους καὶ οὐδαμόθεν ἔχοντας ἢ τὸ πιθανὸν ἢ τὸ ἀληθὲς φασὶν εἶναι τὰ παρ᾽ ἡμῖν, ἀναγκαίως μεμνήσομαι καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἱστοριογράφων, Ἀλεξάνδρου τε φημὶ τοῦ Πολυΐστορος καὶ Ἀβυδηνοῦ· πεποίηνται γὰρ καὶ αὐτοὶ τὴν περὶ τούτων ἀφήγησιν ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς οὐκ εἰσάπαν ἀκαταψέκτως, ἀλλοκότως δὲ μᾶλλον ἅτε δὴ καὶ εἰς εὐσέβειαν δογμάτων ἠμοιρηκότες. καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος φησὶν οὕτως· Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους δεκαοκτώ· ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν φασὶ γενέσθαι κατακλυσμόν· εἶτα σωθῆναι λέγει τὸν Ξίσουθρον προαπαγγείλαντος αὐτῷ τοῦ Κρόνου τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅτι προσήκει ναυπηγήσασθαι λάρνακα. καὶ ὁμοῦ πτηνοῖς, ἑρπετοῖς τε καὶ κτήνεσι, πλεῖν ἐν αὐτῇ. ὁ γε μὴν Ἀβυδηνὸς σαφεστέραν ποιεῖται τὴν ἀφήγησιν οὕτω λέγων· μεθ᾽ ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Ξίσουθρος· τῷ δὲ Κρόνος μὲν προσημαίνει ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων, Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅτι οὖν γραμμάτων ἐχόμενον ἦν ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Ξίσουθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας,

A Quamobrem quod diuinus Moses secundum tempus nascendi sit antiquissimus, qui vero eum sequuntur, vltimi, perspicuum faciemus diligenter euolutis eorum qui tempora descripserunt commentariis. Eos porro qui hæc legent, oportet non facile lectionis tædio affici, neque fastidio quodam & nominum recensionem & temporum enumerationem respuere: immo vero potius sitire atque auide expetere pulchram, nec minimum fructus in se habentem, circa vnumquodque testificationem ac certitudinem. Igitur Noë fuit vir inter paucos

B Deo acceptissimus, decimus videlicet ab Adam primo homine, cui vniuersi parens Deus, cum futurum esset, vti diluuio omne tunc humanum genus funditus deleretur, præcepit arcam compingere, impositisque in eam vxore & liberis, præterea omnimodis quadrupedum speciebus, volatilibusque ac reptilibus, in hunc modum tranare. Quo opere ad finem perducto, vniuersi homines simul & aliæ animantes interiere, ille vero cum tota domo seruatus est, & aquis demum subsidentibus arca montibus Ararath, hoc est Armeniæ, applicuit, vnde rursus in terram exscendens, sacrificium Deo

C pro gratiarum actione peregit. Locuples itaque fidei faciendæ testis est diuina scriptura. Verum quia nonnulli superstitiosorum nostra omnia dictitant futiles nugas & fabulas esse, nullam neque veritatis neque probabilitatis speciem præ se ferentes, necessario de illorum quoque scriptoribus, puta Alexandro Polyhistore & Abydeno mentionem faciam: nam & ipsi suis in historiis de hisce rebus narrationem instituerunt, non omnino reprehensione vacuam, sed absurdam potius, vt qui dogmatum ad pietatem spectantium expertes fuerint. Et Alexander quidem sic ait: Otiarte mortuo filium ejus

D Xisuthrum regnasse annos duodeuiginti: sub eo magnum ajunt fuisse diluuium: deinde seruatum fuisse dicit Xisuthrum, cum Saturnus ei futurum prædixisset, nempe fabricandam esse arcam & vna cum animalibus omne genus, jumentis, volatilibus, & reptilibus suscipiendam in ea nauigationem. Abydenus vero magis perspicue narrat sic dicens: Post quem & alii regnarunt, & Xisuthrus: huic Saturnus prænuntiat immanem imbrium vim fore decimoquinto Desii mensis die: jubet vero quicquid monumentorum in vrbe Heliopoli erat, quæ in Sipparis est, abscondere, quod cum Xisuthrus perfecisset,

statim in Armeniam adnauigans rem, vt ex Dei monitu euenerat, deprehendit: tertio porro die, postquam pluere desiit, nonnullas ex auibus dimisit, periculum facturus sicubi terram videret ex aqua emergentem; quæ quidem excipiente semper eas in immensum pelago, quo appellerent incertæ retro ad Xisuthrum redeunt, & post istas aliæ: vt vero tertiis emissis voti compos factus est, vna enim redierat ima pedum luto delibuta, illum Dii ex hominum medio sustulerunt: nauis vero in Armenia, cujus ex lignis amuleta, pro medicamentis salutaribus erant, nec minimo indigenis vsui. Xisuthrum igitur appellant Noë, forte voce Assyriorum, & in hoc rursus a vero aberrarunt, Saturnum ipsi oraculum reddidisse dicentes, loco summi omnium Dei. Nec sane mirum; non enim lucis diuinæ participes fuere, nec oculis mentis venerabilem veritatis pelchritudinem conspexere. Igitur Noë arca egressus sacrificavit, & illic cum charissimis suis consedit. Ei tres filii erant, complures vero ex ipsis alii nepotes, & alterum incolendæ ab hominibus terræ principium fuerunt: primum quidem una habitarunt, & in solo oriente; postea vndique dispersi sunt, præpotente Deo ipsos in varias linguas diuidente, ac ob turris ædificationem videlicet indignante. Porro quod huius historiæ meminerint modo a me laudati, ex his quæ scripserunt identidem intelligemus. Alexander enim sic ait: Sibylla refert adhuc omnibus mortalibus vno ore loquentibus, nonnullos eorum turrim inusitatæ magnitudinis extruere cœpisse, ut in cœlum adscenderent, Deum vero huic turri ventos inhalantem eam dejecisse, & singulis propriam linguam dedisse, ideo Babylona vrbem vocatam esse. Rursus Abydenus: in ea dicunt primores ac eminentes robore magnitudineque supinius elatos, seque diis meliores ac fortiores contemptim iactantes, præcelsam turrim extulisse vbi nunc est Babylon: jamque propius cælum ventum esse, cum venti vndique concurrentes machinam super ipsos euerterint, cujus rudera Babylonis appellatione venerunt: & eo vsque eiusdem labii & vocis existentes, a Diis multiplicem & diuersum linguæ sonum accepisse. Dispersis igitur qui Noë sanguinis erant, aliquo deinde temporis interiectu, primus Assyriorum splendide re-

A εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωσε, καὶ παρ' αὐτῆ
ἰὼν κατελάμβανε τὰ ἐκ Θεοῦ. τρίτη δὲ ἡμέ-
ρῃ ἐπείτε ὕων ἐκόπασε, μεθίει τῶν ὀρνίθων πεί-
ρην ποιεύμενος, εἴπου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκ-
δῦσαν. αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀ-
φανέος. ἀπορέουσαι ὅπῃ καθορμίσονται, παρὰ
τὸν Ξίσουθρον ὀπίσω κομίζονται καὶ ἐπ' αὐτῇ-
σιν ἕτεραι, ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν. ἀφί-
κετο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεως τοὺς ταρσούς,
θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι· τὸ δὲ πλοῖον
ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα
φάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο· Ξίσου-
B θρον μὲν οὖν ὀνομάζουσι τὸν Νῶε τάχα που τατὰ
φωνὴν Ἀσσυρίων, κἂν τούτῳ δὲ πάλιν ἡμαρτή-
κασι τ' ἀληθοῦς τὸν Κρόνον αὐτῷ χρῆσαι λέγον-
τες, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, καὶ θαυμαστὸν οὐ-
δέν· οὐδὲ γὰρ ἐν μεθέξει γεγόνασι τοῦ θείου φω-
τός, οὔτε μὴν τοῖς ὄμμασι τῆς διανοίας τὸ σε-
πτὸν τῆς ἀληθείας κάλλος τεθέανται. Οὐκοῦν
τέθυκε μὲν ὁ Νῶε τῆς κιβωτοῦ προελθών, ηὐλί-
ζετο δὲ αὐτόθι φιλτάτοις ὁμοῦ· καὶ τρεῖς μὲν ἦ-
σαν αὐτῷ φύντες υἱοί, πλεῖστοι γε μὴν ἐξ αὐ-
τῶν γεγόνασιν ἕτεροι· καὶ ἀρχὴ δευτέρα γε-
γόνασι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. κατῳκήσασι δὲ πρῶ-
C τον μὲν ὁμόσε, καὶ ἐν μόνῃ τῇ πρὸς ἀκτῖνα γῇ,
κατεσκεδάσθησαν δὲ μετὰ τοῦτο πανταχῆ κατα-
διελόντος αὐτοὺς εἰς πολυγλωσσίαν τοῦ ἐπὶ πάν-
τας Θεοῦ· ἠγανάκτει γὰρ ἐπὶ τῇ τοῦ πύργου
κατασκευῇ. ὅτι δὲ καὶ ταυτησὶ τῆς ἱστορίας δια-
μέμνηνται οἱ ἀρτίως ἡμῖν ὠνομασμένοι, ἐξ ὧν
γεγράφασιν οὐδὲν ἧττον εἰσόμεθα. Ἀλέξανδρος
μὲν γὰρ ὧδί φησι. Σίβυλλα δὲ φησίν, ὁμοφώ-
νων ὄντων ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων, τινὰς τούτων
πύργον ὑπερμεγέθη οἰκοδομῆσαι, ὅπως εἰς τὸν
οὐρανὸν ἀναβῶσι, τοῦ δὲ Θεοῦ ἀνέμους τῷ πύργῳ
ἐμφυσήσαντος, ἀνατρέψαι αὐτὸν καὶ ἰδίαν δοῦναι
D φωνὴν ἑκάστοις· διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κλη-
θῆναι. Ἀβυδηνὸς δὲ πάλιν. ἐν τῇδε λέγουσι
τοὺς πρώτους ἀνασχόντας, ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει
χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀ-
μείνονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν
Βαβυλών ἐστιν· ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ
τοὺς ἀνέμους εἰσθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι
τὸ μηχάνημα, τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυ-
λῶνα. τέως τε ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πο-
λύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι. Κατεσκεδασμένων
δὴ οὖν τῶν ἐξ αἵματος Νῶε, εἶτα καιροῦ διϊπ-
πεύσαντος, πρῶτος Ἀσσυρίων ἐπιφανῶς βασι-

λεῦσαι λέγεται Νῖνος ὁ Ἀρβήλου παῖς, οὗ καὶ ἐπώνυμος ἡ Νινευὶ πόλις, ἧς τὰ τείχη Σεμίραμις Νίνῳ συνοικήσασα μεγαλοφυῶς ἐσκευάσατο. Νίνου τοίνυν τὴν Ἀσσυρίων διέποντος βασιλείαν, Εὐρώπου δὲ τὴν Σικυωνίων, γενέσθαι φασὶ τὸν μακάριον Ἀβραάμ, ἄνδρα πανσύνετον καὶ πολυΐστορα, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα κατεσπουδασμένων ποιεῖσθαι προθυμούμενον, τὸ δεῖν εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, καὶ τίς ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ δημιουργὸς καὶ κύριος. ἀπεσκευάζετο μὲν γὰρ, καὶ ἀπωτάτω μεθίστη τῶν Ἀσσυρίων τὰς δόξας, τὰς ἐπίγε φημὶ τῇ πολυθέῳ πλάνῃ, τὴν γε μὴν ἀληθείας τὴν γνῶσιν, ἀρκέσειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν εὐημερίαν ὑπειληφὼς, προσεδέχθη παρὰ Θεοῦ. Ἤκουσε γὰρ, ἔξελθε ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. τίνα μὲν οὖν διεβίω τρόπον, ὅσοι τε γεγόνασιν ἐξ αὐτοῦ, παρήσω λέγειν εἰς τὸ παρὸν, μεθιστάντος ἡμῖν ἀναγκαίως τὸν λόγον ἐφ' ἕτερα τοῦ καιροῦ· παρελάσας δὲ τοὺς μεταξὺ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἱστοριῶν καὶ τῶν ὀνομάτων, ἐπ' αὐτὸν ἥξω δρομαῖος τὸν ἱεροφάντην Μωσέα. Ἔτους μὲν γὰρ διαγεγονότος τετρακοσιοστοῦ πέμπτου τε καὶ εἰκοστοῦ μετὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ, τίκτεται μὲν ἐν Αἰγύπτῳ Μωσῆς, παρῳκηκότων αὐτόθι τῶν ἐξ αἵματος Ἀβραάμ. νέος δὲ ὢν ἔτι καὶ τῆς Αἰγυπτίων σοφίας εἰς πεῖραν ἐλθὼν, οἷόν τι προγύμνασμα τῶν θειοτέρων, ἐποιεῖτο τὰ ἀνθρώπινα. καταγαγόντες τοίνυν ἐξ Ἀβραὰμ τοὺς χρόνους ἐπὶ Μωσέα Ἄτλαντά τε τὸν Προμηθέως, ἀρξώμεθα πάλιν ἐντεῦθεν ἑτέρας ἐτῶν ἀρχῆς, τὴν Μωσέως γένεσιν προαναθέντες τῶν ἀριθμῶν· ἑβδόμῳ ἔτει Μωσέως Προμηθέα καὶ Ἐπιμηθέα, Ἄτλαντά τε τὸν Προμηθέως ἀδελφὸν, ἔτι δὲ καὶ Ἄργον τὸν πανόπτην γενέσθαι φασί. Τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει Μωσέως, πρῶτος βεβασίλευκεν Ἀθήνησι Κέκροψ, ὁ ἐπίκλην διφυὴς, τοῦτον φασὶ πρῶτον ἀνθρώπων ἱερεῦσαι βοῦν· ὀνομάσαι τε Δία τὸν παρ' Ἕλλησιν ὕπατον τῶν θεῶν, ὡς αὐτοὶ φασίν. Ἑξηκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει Μωσέως, τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν ἐν Θεσσαλίᾳ γενέσθαι φασὶν, καὶ μὴν καὶ ἐν Αἰθιοπίᾳ τὸν, ὡς αὐτοὶ φασὶν, Ἡλίου παῖδα καταφλεχθῆναι, Φαέθοντα. ἑβδομηκοστῷ ἔτει τετάρτῳ Μωσέως Ἕλλην οὕτω καλούμενος ὁ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας παῖς, ἀρχὴ ἐγένετο τοῖς Ἕλλησι τῆς τοιᾶσδε προσηγορίας, καί τοι πάλαι Γραικοῖς λεγομένοις.

A gnasse Ninus dicitur Arbeli filius, cujus cognominis vrbs Nineui a Semirami quæ Nino nupserat, mœnibus superbe cincta. Nino igitur Assyriorum regnum tenente, Europo Sicyoniorum, natum ajunt beatum Abraham, virum omnium rerum scientem ac peritum, idque omni studio maxime præuertendum insinuantem, oportere veritatem nosse, & quisnam sit vniuersi opifex atque dominus: reiiciebat itaque quam longissime & missas faciebat Assyriorum circa Deorum multitudinem
B errantium opiniones, cognitionemque veritatis sibi ad omnem felicitatem abunde suffecturam ratus, Deo acceptissimus fuit: audiuit enim *egredere ex propinquitate tua, & ex domo patris tui, & veni in terram quam tibi ostendero.* Quomodo igitur & ipse, & qui ex eo nati sunt vixerint, in præsentia dicere supersedebo, traducente nos necessario ad aliarum rerum sermonem occasione: medios vero propter historiarum ac nominum multitudinem prætereuntiens, centento cursu ad ipsum sacrorum antistitem Mosem deferar. Anno
C igitur post diuinum Abraham quadringentesimo vigesimo quinto, nascitur in Ægypto Moses, ubi posteri Abrahæ tunc inquilini degebant; qui adhuc juuenis & sapientiam Ægyptiorum callens in præludium rerum diuinarum humanas exercebat. Deductis ergo ab vsque Abraham ad Mosem & Atlantem Promethei temporibus, rursus hinc aliud annorum principium desumamus, a natiuitate Mosis videlicet numerantes. Septimo anno Mosis Prometheum & Epimetheum Atlantemque Promethei fratrem, insuper Argum omnia videntem centro-
D culum fuisse aiunt. Tricesimo quinto anno Mosis primus regnauit Athenis Cecrops cognomento διφυὴς, quem ferunt primum hominum sacrificasse bouem, & Iouem apud Græcos deorum summum vocitasse, ut ipsi loquuntur. Sexagesimo septimo anno Mosis diluuium Deucalionis in Thessalia contigisse ajunt, & in Æthiopia filium Solis Phaëthontem deflagrasse. Septuagesimo & quarto anno Mosis Hellen, sic vocatus Deucalionis & Pyrrhæ filius, initium huius appellationis apud cognomines populos fuit, tametsi olim Græci dicerentur.

Centesimo & vigesimo anno Mosis Dardanus condit vrbem Dardaniam, regnante apud Assyrios Amynta, apud Argiuos Sthenelo, apud Ægyptios Ramesse, vocabatur idem & Ægyptus Danai frater. Centesimo sexagesimo anno post Mosem Cadmus Thebis imperauit, cujus filia Semele, ex qua Bacchus vt ipsi ajunt Joue genitus. Tunc Linus Thebanus & Amphion Lyrici floruerunt: tunc & apud Hebræos sacerdotium successione excepit Phinees Eleazaris, Aaronis filii filius, Aarone videlicet defuncto. Centesimo nonagesimo quinto anno post Mosem incidisse ajunt raptum illum Helenes a Græcis decantatum, per Aidoneum Molossorum regem, qui & prægrandem canem Cerberum aluisse fertur, & in Pirithoum ac Theseum ipsius vxorem rapere aggressos incitasse. Postea occiso Pirithoo Herculem eo superuenientem Theseum liberasse, quem ideo ex inferis euasisse fabulantur. Ducentesimo nonagesimo anno Perseus Bacchum occidit, cujus Delphis sepulcrum esse narrant prope aureum Apollinem. Trecentesimo quinquagesimo quinto post Mosem regnat Priamus post Laomedontem. Quadringentesimo decimo anno post Mosem expugnatum est Ilium ac dirutum, Essebon Hebræis, Agamemnone Argiuis, Suaphre Ægyptiis, Tautano Assyriis imperante. Itaque anni a Mose nato vsque ad Ilii expugnationem quadringenti & decem colliguntur. Et rursus mihi considera sequentes; percurram enim raptim, nec iis qui medio tempore vixerunt, immorabor, sed potius ad necessarias personas mea deuoluetur oratio. Igitur quinto post Trojam captam anno regnauit apud Latinos Æneas, apud Athenienses Demophon Thesei filius, judex apud Hebræos Samson. Sexagesimo quinto Trojæ captæ anno interiit sacerdos Eli, juxta id quod scriptum est in ptimo Regum; alienigenæ vero arcam in suam terram asportarunt, Samuële propheta, & vncto deinceps in regem Saul. Centesimo sexagesimo &quinto anno post Ilii euersionem, Homerum & Hesiodum vixisse tradunt, imperante Lacedæmoniis Labote, Assyriis Lasthene, Latinis Alba Sylvio, Corinthiis Agelao.

A Ἑκατοστῷ καὶ εἰκοστῷ ἔτει Μωσέως, Δάρδανος κτίζει πόλιν Δαρδανίαν, βασιλεύοντος Ἀσσυρίων Ἀμύντα· Ἀργείων δὲ Σθενέλου, Αἰγυπτίων Ραμεσσῆ, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ αὐτὸς καὶ Αἴγυπτος ὁ Δαναοῦ ἀδελφός. Ἑκατοστῷ ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Μωσέα Κάδμος Θηβῶν ἐβασίλευσεν, οὗ θυγάτηρ Σεμέλη, ἐξ ἧς ὁ Διόνυσος, ὡς αὐτοί φασιν ἐκ Διός, ἦν δὲ τὸ τηνικάδε καὶ Λίνος ὁ Θηβαῖος καὶ Ἀμφίων οἱ μουσουργοί. Διεδέξατο δὲ τὸ τηνικάδε τὴν παρ' Ἑβραίοις ἱερωσύνην Φινεὲς υἱὸς Ἐλεάζαρ υἱοῦ Ἀαρῶν, τελευτήσαντος δηλονότι τοῦ Ἀαρὼν· ἑκατοστῷ ἐνενηκοστῷ καὶ
B πέμπτῳ ἔτει μετὰ Μωσέα, φασὶ γενέσθαι τὴν παρ' Ἕλλησιν ᾀδομένην ἁρπαγὴν τῆς Ἑλένης ὑπὸ Ἀιδωνέως βασιλεύοντος Μολοττῶν· οὗτος κύνα παμμεγέθη θρέψαι λέγεται τὸν Κέρβερον, ὃν ἐπαφῆκε Πειρίθῳ καὶ Θησεῖ ἀφικομένοις ἐφ' ἁρπαγὴν τῆς αὐτοῦ γυναικός· εἶτα φασὶν ὅτι διαφθαρέντος Πειρίθου παρατυχὼν Ἡρακλῆς, Θησέα ἐρρύσατο. διὸ καὶ ἐξ ᾅδου φυγεῖν μυθολογοῦσιν αὐτόν. Διακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἔτει, Περσεὺς Διόνυσον ἀναιρεῖ, οὗ καὶ τὴν ταφὴν εἶναι φασὶν ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸν χρυσοῦν Ἀπόλλωνα. Τριακοσιοστῷ πεντηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει μετὰ
C Μωσέα βασιλεύει Πρίαμος μετὰ Λαομέδοντα. τετρακοσιοστῷ δεκάτῳ ἔτει μετὰ Μωσέα, πεπόρθηται τὸ Ἴλιον, ἰθύνοντος τὰ Ἑβραίων, Ἐσσεβὼν, τὰ δὲ Ἀργείων, Ἀγαμέμνονος, τὰ δὲ Αἰγυπτίων, Οὐαφρῆ, τὰ δὴ Ἀσσυρίων τοῦ Ταυτάνου. Συνάγεται τοίνυν ἀπὸ τῆς Μωσέως γενέσεως μέχρι τοῦ ἁλῶναι τὸ Ἴλιον ἔτη τετρακόσια δέκα. Καί μοι πάλιν ἄθρει τοὺς καθεξῆς, ἐρῶ γὰρ ἐπιδρομάδην, οὐ τοῖς διὰ μέσου γεγονόσιν ἐμφιλοχωρῶν, ἐφορμίζων δὲ μᾶλλον τοῖς ἀναγκαίοις τῶν προσώπων τὸν λόγον. Τῷ γάρτοι πέμπτῳ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως βεβασίλευκε Λατίνων Αἰνείας, Ἀθη-
D ναίων δὲ Δημοφῶν ὁ Θησέως, κριτὴς δὲ ἦν παρ' Ἑβραίοις ὁ Σαμψών. Ἑξηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τετελεύτηκε μὲν ὁ ἱερεὺς Ἠλεὶ, κατά γε τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν· ἀλλόφυλοι δὲ τὴν κιβωτὸν εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἀποκόμισαν, προφητεύοντος μὲν τοῦ μακαρίου Σαμουὴλ, κεχρισμένου δὲ λοιπὸν εἰς βασιλέα τοῦ Σαοὺλ. Ἑκατοστῷ ἑξηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον φασὶ γενέσθαι, βασιλεύοντος Λακεδαιμονίων Λαβώτου, Ἀσσυρίων δὲ Λασθένους, Λατίνων Ἄλβα Σιλουΐου, Κορινθίων Ἀγελάου.

διακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, προεφήτευον Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος, διέποντος τὴν Ἑβραίων βασιλείαν τοῦ Ἰωρὰμ, Λακεδαιμονίων δὲ Ἀρχελάου. Τριακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτει, βασιλεύοντος Κορινθίων μὲν Ἀγήμονος, Λατίνων δὲ Πρόκα Σιλουΐου. Τριακοσιοστῷ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, προεφήτευον Ὠσηὲ, Ἀμὼς, Ἠσαΐας, Ἰωνάς. Φασὶ δέ τινες οὐχ ὁμόχρονον Ὁμήρῳ τὸν Ἡσίοδον εἶναι, ἀλλ' ἐν τούτοις γενέσθαι τοῖς χρόνοις, διεπόντων τὰ Ἑβραίων Ἀζαρίουτε καὶ Ὀζίου· Μήδων δὲ Ἀρβάκη, Λατίνων δὲ Πρόκα Σιλουΐου. Συνάγονται τοίνυν καὶ τά ἀπὸ Ἰλίου ἁλώσεως μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, ἔτη πέντε καὶ τετρακόσια. ἀπὸ δὲ τῆς Μωσέως γενεσέως ἕως τῆς αὐτῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, πεντεκαίδεκα ἔτη καὶ ὀκτακόσια. Πρώτη ὀλυμπιάδι, Μιλήσιος ἐποποιὸς Ἀρκτῖνος λέγεται γεγονέναι, καὶ Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγενέσθην, βασιλεύοντος τῆς Ἰουδαίας, Ἰωάθαμ, τοῦ δὲ Ἰσραὴλ, Φακεέ. ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι Θύμηλον ἐποποιὸν γενέσθαι φασὶ. καὶ Σίβυλλαν τὴν Ἐρυθραίαν. ἑπτακαιδεκάτῃ ὀλυμπιάδι Σίβυλλαν, ἣν καὶ Ἱεροφύλαν ὠνόμαζον, γενέσθαι φασίν. εἰκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Ἀρχίλοχον, τὰ Ἰουδαίων κράτη διέποντος Μανασσῆ. εἰκοστῇ ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι Ἱππώνακτα καὶ Σιμωνίδην φασὶ γενέσθαι, καὶ τὸν μουσικὸν, Ἀριστόξενον. τριακοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι Θαλῆς Μιλήσιος πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος γένεσθαι λέγεται, παρατείνεσθαι δὲ τὴν ζωὴν αὐτοῦ φασὶν ἕως πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος. τριακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι προεφήτευεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας, ἔτι τε καὶ Σοφονίας. τεσσαρακοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι Ἀλκμαίων καὶ Πιττακὸς, ἐκ Μιτυλήνης οἱ τῶν ἑπτὰ σοφῶν· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, Στησίχορος ὁ ποιητὴς ἐγνωρίζετο. κατ' αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς καιροὺς γεγόνασιν οἱ περὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ. τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι, Σόλων ἐνομοθέτηκε τοὺς Δράκοντος νόμους περιελὼν πλὴν τῶν φονικῶν. τεσσαρακοστῇ ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι, Ἰουδαίων ὄντων ἐν Βαβυλῶνι, ἤτοι ὄρεσι Περσῶν καὶ Μήδων, γεγόνασι γὰρ αἰχμάλωτοι, προεφήτευον παρ' αὐτοῖς Δανιὴλ καὶ Ἰεζεχιήλ. πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι ἐγνωρίσθησαν οἱ ἑπτὰ σοφοί.

A Ducentesimo sexagesimo octavo anno Ilii capti, prophetas agebant Elias & Elisæus, Ioran Hebræorum regnum tenente, Lacedæmoniorum Archelao. Trecentesimo sexagesimo & quinto post Ilii euersionem anno Lycurgus leges tulit Lacedæmoniis, rege Corinthiorum Agemone, Latinorum Proca Syluio, Trecentesimo octuagesimo & octauo anno post euersum Ilium prophetæ fuerunt Osee, Amos, Esaias, Ionas. Nonnulli volunt non æqualem Homero Hesiodum esse, sed B his temporibus vixisse, rerum potientibus apud Hebræos Azaria & Osia, apud Medos Arbace, apud Latinos Proca Syluio. Numerantur ergo ab Ilio capto ad primam vsque olympiadem, anni quinque & quadringenti: ab ortu vero Mosis ad primam olympiadem, quindecim & octingenti. Porro prima olympiade Milesius Arctinus Epicus poëta dicitur fuisse, Remusque & Romulus, regnante in Iudæa Ioatham, in Israel Phacee. Nona olympiade Thymelum epicum poëtam & Sibyllam Ery-C thræam extitisse ferunt. Decima septima olympiade Sibyllam Hierophylen in lucem prodiisse narrant. Vigesima tertia olympiade Archilochum perhibent, rem Iudæorum administrante Manasse. Vigesima nona olympiade Hipponactem & Simonidem & Musicum Aristoxenum prodiisse memorant. Trigesima quinta olympiade Thales Milesius fuisse traditur primus philosophus physicus, idemque produxisse vitam suam vsque ad quinquagesimam octauam olympiadem. Trigesima sexta olympiade prophetæ agebant in Iudæa diuinus Hieremias & præterea Sopho-D nias. Quadragesima secunda olympiade Alcmæon & Pittacus Mitylenæus e septem sapientibus, cumque his Stesichorus poëta innotuit. Per eadem tempora beatus Daniel exortus est. Quadragesima sexta olympiade Solon abrogatis Draconis legibus, præterquàm de homicidiis, leges tulit. Quadragesima nona olympiade Iudæis existentibus Babylone, siue in montibus Persarum & Medorum, quippe captivi erant, prophetæ apud eos fuere Daniel & Ezechiel. Quinquagesima olympiade celebres fuerunt septem Sapientes,

& Anaximander Milesius rerum naturalium philosophus. Quinquagesima sexta olympiade, Cyro Persarum regnum obtinente, prophetæ fuerunt Aggæus & Zacharias; & jam tum noti erant Simonides & Chilon e numero septem sapientum. Quinquagesima octava olympiade Theognis poëta florebat. Quinquagesima nona olympiade Ibycus poëta Lyricus, Pherecydes historiarum scriptor, Phocylides & Xenophanes tragici poëtæ prodierunt. Sexagesima secunda olympiade Pythagoras fuisse perhibetur. Septuagesima olympiade innotuisse ferunt Democritum & Anaxagoram philosophos physicos, simul & Heraclidem cognomento σκοτεινὸν, tenebricosum. Septuagesima quarta sunt Phrinychus & Chœrilus & Diagoras, philosophi physici. Octuagesima sexta olympiade fuisse memorant Democritum Abderitam, Empedoclem, Hippocratem & Prodicum, Zenonem & Parmenidem. Octuagesima octaua olympiade Comicum Aristophanem, Eupolin & Platonem ortos perhibent. Centesima tertia olympiade Aristotelem adhuc impuberem Platoni operam dedisse ajunt. Centesima duodecima olympiade Alexandriam Ægypti conditam esse ferunt. septimo regni Alexandri anno: circa eadem tempora Epicurus & Anaximenes philosophi fuerunt. Centesima vigesima quarta olympiade, Ptolemæo Ægyptum tenente, eo qui Philadelphi cognomen habuit, Sarapin Alexandriam e Sinope immigrasse ajunt, eundemque esse cum Plutone, vnde & simulacro delubrum factum est quod indigenarum voce appellant Ægyptii Racotin; nec quicquam aliud per hoc nomen quam Plutonem significant, hinc & monumentis vicinum templum erexerunt: sed & controuersus apud Græcos de illo sermo est, quidam enim non existimant Plutonem illum esse, sed potius Osirin, alii vero Apin. Oborta igitur ea de re ingenti pugna, posuisse ajunt statuam velut ex compacto in vnam eandemque vocem conuenientes Osirapin, vt in vno eodemque verbo Osiris atque Apis censerentur. Vtriusque vero & mors & sepultura, vtpote qui homines essent, proditur: longa vero consuetudo, abjecto Osi, vti simulacrum illud Sarapis nuncuparetur, obtinuit. Ptolemæus iste cum esset omnis humanitatis studiosissimus,

A καὶ ὁ Μιλήσιος Ἀναξίμανδρος φιλόσοφος φυσικός. πεντηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Κύρου διέποντος τὰ κράτη Περσῶν, προεφήτευον Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας· γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Σιμωνίδης καὶ Χίλων, τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὄντες. πεντηκοστῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι Θεόγνις ποιητὴς ὠνομάζετο. πεντηκοστῇ ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι Ἴβυκος ὁ μελοποιὸς, καὶ Φερεκύδης ὁ ἱστοριογράφος καὶ Φωκυλίδης, καὶ Ξενοφάνης, τραγῳδιῶν ποιηταὶ γεγόνασιν. ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι Πυθαγόρας γενέσθαι λέγεται. ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Δημόκριτον καὶ B Ἀναξαγόραν, φιλοσόφους φυσικοὺς, ὁμοῦ τε καὶ Ἡρακλείδην τὸν ἐπίκλην σκοτεινόν. ἐν ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ Φρύνυχος, καὶ Χοιρίλος, καὶ Διαγόρας, φιλόσοφοι φυσικοί. ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι γενέσθαι φασὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον, Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἱπποκράτην, καὶ Πρόδικον, Ζήνωνα, καὶ Παρμενίδην. ὀγδοηκοστῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι τὸν κωμῳδὸν Ἀριστοφάνην, Εὔπολίν τε καὶ Πλάτωνα γενέσθαι φασίν. ἑκατοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι Ἀριστοτέλην φασὶν ἀκροᾶσθαι Πλάτωνος, βραχεῖαν ἄγοντα κομιδῇ τὴν ἡλικίαν. ἑκατοστῇ δωδεκάτῃ ὀC λυμπιάδι Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτον κτισθῆναι φασὶν, ἔτει ἑβδόμῳ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας. κατ' ἐκεῖνο δὲ τοῦ καιροῦ Ἀναξιμένης τε καὶ Ἐπίκουρος ἐγενέσθην οἱ φιλόσοφοι. ἑκατοστῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ ὀλυμπιάδι Πτολεμαίου τῆς Αἰγύπτου βασιλεύοντος τοῦ ἐπίκλην Φιλαδέλφου, τὸν Σάραπιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φασὶν ἐλθεῖν ἐκ Σινώπης· τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι τῷ Πλούτωνι ὅθεν καὶ ἱερὸν ἐκτίζετο τῷ ἀγάλματι· ὃ καὶ τῇ ἐγχωρίῳ φωνῇ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Ῥακῶτιν· οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸν Πλούτωνα διὰ τούτου σημαίνουσι, ταύτῃ τοι καὶ τοῖς μνήμασι γείτονα τὸν D νεὼν ἐποιήσαντο. ἀμφιβάλλεται δὲ παρ' Ἕλλησιν ὁ ἐπ' αὐτῷ λόγος· οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἀξιοῦσιν εἶναι τὸν Πλούτωνα αὐτόν. Ὄσιριν δὲ μᾶλλον, ἕτεροι δὲ τὸν Ἄπιν. πολλῆς τοίνυν διαμάχης οὔσης περὶ τούτου, ἱδρύσαντο φασὶ τὸ εἴδωλον ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος συμβεβηκότες εἰς ὁμοφωνίαν, Ὀσίραπιν, ἵν' ἐν ταυτῷ Ὄσιρίς τε καὶ Ἄπις νοοῖτο· ἀμφοῖν δὲ τούτων καὶ θάνατος φέρεται καὶ ταφή ἐγενέσθην γὰρ ἀνθρώπω· τὸ δὲ μακρὸν ἔθος ἀποβεβληκὸς τὸ Ὀσὶ, Σάραπιν τὸ βρέτας ἐποίησεν ὀνομάζεσθαι. Πτολεμαῖος δὲ οὗτος ὢν τῶν ὅτι μάλιστα φιλολογωτάτων γεγονὼς,

A ἕνα τῶν ἐπιτηδείων αὐτῷ πέπομφε εἰς τὴν Ἰουδαίαν Ἐλεαζάρῳ τῷ τηνικάδε κατὰ νόμους ἱερεῖ γράψας, ὥστε πάντα τὰ βιβλία, Μωσέως τε καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, ἀποστεῖλαι οἱ μαθητιῶντι λίαν· συνεκπέμψαι δὲ καὶ τοὺς δυναμένους εἰς Ἑλλάδα φωνὴν αὐτὰ μεταθεῖναι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἑκατοστῇ ἐννενηκοστῇ τετάρτῃ ὀλυμπιάδι, Ῥωμαίων Αὐγούστου Καίσαρος βασιλεύοντος, γεγέννηται κατὰ σάρκα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ἀπὸ μὲν τοίνυν τῆς τῶν καιρῶν καὶ μέν τοι τῆς τῶν γενεαλογογιῶν ἀκριβοῦς ἀναγραφῆς, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς ὡς ἁπάντων μὲν τῶν παρ' B Ἕλλησι σοφῶν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς πρεσβύτατος ἦν· οἱ δὲ, νέοι τε, καὶ οἷον ἀρτιφανεῖς, ἀρξαμένης γὰρ τῆς τῶν ὀλυμπιάδων ἀπογραφῆς χρόνοις ὕστερον γεγόνασι μακροῖς. ἐντεῦθεν οἶμαι καταθρῆσαί τε ῥᾷον καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι τῶν Μωσέως δογμάτων οὐκ ἀμοιρήσαντες παντελῶς, οὔτε μὴν ἀνήκοοι γεγονότες τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοσδότου καὶ ἀκιβδήλου σοφίας παρατρύζουσιν ἐσθ' ὅτε τὸ ἀληθὲς ἐπιπλέκοντες αὐτῷ τὸ ψεῦδος· καὶ οἷον εὐοσμοτάτῳ μύρῳ βόρβορον ἀναφύροντες. ποῖον γὰρ μάθημα σοφόν τε καὶ ἀξιόληπτον τοῖς Μωσαϊκοῖς οὐκ ἔνεστι λόγοις; ἢ πῶς ἄν τις C οὐκ ἀγάσαιτο τὰ αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ τὰ Ἑλλήνων περιεργίας ἠκριβωκότες, διῃρῆσθαι φασὶ τὴν φιλοσοφίαν, εἰς τε τὴν θεωρητικὴν ἐπιστήμην καὶ μέν τοι τὴν πρακτικὴν, κἂν εἰ γένοιτό τις ἐπάμφω δεξιὸς τοῦτον διελάσαι φασὶν εἰς γε τὸ εὖ κατορθῶσαι δοκεῖν τὴν φιλοσοφίαν. Ἄθρει δὴ οὖν τοιοῦτον ὄντα Μωσέα, θεηγορεῖ μὲν γὰρ ὡς οὐχ ἕτερός τις τὰ περὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας καὶ ἀσυγκρίτου δόξης, καὶ τῆς κατὰ πάντων ὑπεροχῆς καὶ τῶν ὅλων γενεσιουργὸν, καὶ κύριον τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀποφαίνει D Θεόν· οἷς γε μὴν ἐν λόγῳ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ τῆς εὐζωΐας ἐσπούδασαι τὸ χρῆμα, τούτοις ὁρᾶται θεσμοθετῶν τὰ πάντων ἄριστα καὶ ἐξαίρετα, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν εἶεν ὅτι μάλιστα σεπτοί. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· ναὶ μὲν δὴ πρεσβύτερα τὰ Μωσέως καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν· οὐ μὴν ὅτι καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς τῆς ἐνούσης αὐτῷ σοφίας παρακλέψαντες, ἢ γοῦν μεταποιηθέντες ὅλως ἁλοῖεν ἄν· οὐκοῦν εἰ μὴ πολὺ τὸ εἰκὸς ὁ πρὸς ἡμῶν ἔχει λόγος δοκιμαζέτωσαν οἱ φιλακροάμονες. Οἱ μὲν παρ' ἐκείνοις ἱστοριογράφοι πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περινοστοῦντες τὴν γῆν,

E λαία γάρ φησι τῶν ἐθνῶν. Ἀσυμφανὲς οὖν ἄρα, καὶ οὔπω σαφὲς, κατὰ τίνων ἂν ἴοι πρεπωδέστερόν τε καὶ ἀληθέστερον ὁ λόγος αὐτῷ πότερον καθ' ἡμῶν, ἤγουν κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν τὴν ἀπόπληκτον καὶ φίλην αὐτῷ δεισιδαιμονίαν τετιμηκότων. Γαλιλαῖοι γὰρ καὶ αὐτοί, μᾶλλον δὲ κατ' οὐδένα τρόπον ἐνδοιάσαι τις ἂν, ὅτι ταῖς Ἑλλήνων ἐμβροντησίαις ἁρμόσειεν ἂν τῶν εἰρημένων ἡ δύναμις. Ποῦ γὰρ τὸ μυθῶδες πολὺ, καὶ ἀσύφηλον, καὶ παιδαριῶδες, ψυχρόν τε καὶ εἰκαιόβουλον,

καὶ ἀσυνεσίας ἁπάσης ἔμπλεων· πλὴν ὅτι παρὰ μόνοις αὐτοῖς, οἳ πολυτρόπως τερατευσάμενοι, καὶ εἰς πίστιν ἀληθείας ἀγαγεῖν ἐπιχειρῦσι τὸ ψεῦδος; ἀκαλλὲς δὲ ὕτω παρ' αὐτοῖς ἐστι καὶ πολὺ, ὡς καὶ αὐτὺς τὺς ἐξειλεγμένυς, ἄριστά τε φιλοσοφεῖν τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἰωθότας, τῆς τῶν ποιητῶν ὐκ ἐνθέυ μᾶλλον, ἀλλ' ἐκτόπυ μανίας, πλείστην μὲν ὅσην ποιήσασθαι τὴν καταβοήν· πρέπει δὲ ὅτι τῆς παρ' αὐτοῖς τερθρείας ἀποφοιτᾶν, ἀναφανδὸν εἰπεῖν. Οὐ γάρ τοι προσίεται τὰ Ὁμήρυ Πλάτων θεὺς καὶ θεὰς εἰσκεκομικότος, τῦτο μὲν ἐπ' ἀσελγείᾳ κατεγνωσμένυς, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων πλεονεξίαις ἠδικημένυς· τῦτο δὲ κλαίοντας, καὶ τεθνεώτων αὐτοῖς τῶν ἐκ γένυς ἀχάλλοντας, καὶ τὸ, ὤ μοι ἐγὼ, λέγοντας γυναικοπρεπῶς, διά τοι τὸ βύλεσθαι μὲν ἐξαρπάσαι θανάτυ τινὰ, μὴ μὴν ἔτι δύνασθαι τῦτο δρᾷν, ἀλλ' ἡττᾶσθαι μοιρῶν, καὶ πεπρωμένῃ παραχωρεῖν, ὡς ἀλκιμωτέρᾳ δηλονότι καὶ αὐτῦ τῦ πρῦχοντος τῶν ἄλλων θεῶν, ὃν δὴ καὶ ὕπατον καλῦσι Δία. Ἀλλὰ γὰρ τὸ καὶ ἔτι δύνασθαι πλεῖστα λέγειν ἔν γε δὴ τύτῳ παρεὶς διά τοι τὸ μὴ δοκεῖν ἀποφέρεσθαι τῦ εἰκότος, ἐπὶ τὸν τῶν προκειμένων ἐπανήξω σκοπόν. Ἑλλήνων ἐστὶ τὸ μυθῶδες· καὶ αὐτοὶ τὴν τερατολογίαν εἰς πίστιν ἀληθείας, ὐκ ἐξ ἁπλῶν ἐννοιῶν, ἀνοσίως δὲ μᾶλλον καὶ φιλοκακύργως ἐξευρημένων, ἐπενεγκεῖν ἐσπύδασαν, καὶ κατὰ τῆς ἀῤῥήτυ δόξης τῦ πάντων κρατῦντος Θεῦ, τὸ κακόηθες πλάσμα συντεθείκασι, καὶ ὥσπέρ τινα πάγην ταῖς τῶν ἁπλυστέρων ψυχαῖς τὴν σκευωρίαν ἐστήσαντο. Ἐπλάνησαν γὰρ τὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, Θεὸν εἶναι λέγοντες τὸν ὐρανὸν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν στοιχείων· καὶ ὡς ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλάξαντο τὴν δόξαν τῦ ἀφθάρτυ Θεῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτῦ ἀνθρώπυ, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. Ἵνα δὲ καὶ ταῖς αὐτῦ παραχωρῶμεν ἐννοίαις, ὐχ ἑτέροις μᾶλλον ἐπαφιέντες τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐῶντες ἐπιπηδᾷν, ἤγυν καθάπαξ αὐτῷ τε τῷ πανσόφῳ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἁγίοις προφήταις, ἡκέτω, δεικνύτω σαφῶς, τί τὸ πλάσμα τὸ κακύργως συντεθέν. ποίαν δὲ εἶναί φησι τὴν τερατολογίαν, καὶ τί τὸ φιλόμυθον καὶ παιδαριῶδες, τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας.

A tam omnis stultitiæ plenæ, quam apud eos ipsos, qui multiplicibus confictis prodigiis, veritati fidem conciliare nituntur mendacio? Tam multa vero ac tanta est apud eos fœditas, vt eorum eximii quique, & de ritibus suis optime philosophari soliti, aduersus poetarum certe non diuinum, sed absurdum potius furorem, oppido vehementer declamauerint, palamque dixerint, ab illorum præstigiis esse recedendum. Non enim admittit

B ea Plato quæ ab Homero dicuntur, qui Deos & Deas inuexit partim quidem libidinis damnatos & humanis cupiditatibus obnoxios, partim lugentes & consanguineorum mortem deflentes, & *hei mihi* muliebrem in modum ejulantes; propterea quod cum fato eripere quempiam vellent, id vtique præstare non possent, sed a Parcis victi Fato etiam cedere cogerentur, vtpote vel ipso reliquo-

C rum Deorum præside superiori, quem summum Iouem appellant. Sed enim prætermissis iis quæ plurima mihi insuper dicenda suppetunt, vti ne a re euagari videar, ad propositum scopum reuertar. Græcorum est fabulositas; quippe qui prodigiosa commenta in veritatis argumentum non simplici mente, sed impie potius & flagitiose inferre studuerunt, adeoque contra ineffabilem omnipotentis Dei gloriam

D malignum figmentum composuerunt, ac artem suam veluti quendam laqueum simpliciorum mentibus statuerunt. Etenim mortales omnes deceperunt, cælum Deum esse dicentes, & cætera elementa; atque vt sapientissimus Paulus scribit, *cum se sapientes esse dicerent, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, &* Rom. 1.

E *quadrupedum, & serpentium.* Sed vt Iuliano demus quod vult, nec ad alios dicta illa transferamus, sed & eum sinamus sanctis Apostolis, aut certe sapientissimo Mosi, & sanctis Prophetis insultare; prodeat, ostendat manifeste, quodnam sit figmentum illud quod malitiose conflatum deprædicat, quænam monstrosa mendacia, & quas Christiani cultus fabulas ac pueriles nænias nominat. Nun-

quid? nobis Moses fabulas consuit, cum vnum natura & vere Deum esse prædicat, ingenitum, æternum, incorruptibilem, quantitatis expertem, inuisibilem, immutabilem, impalpabilem, vitam, sapientiam, ac vitæ datorem, potentiam, generationis auctorem, regem, dominum vniuersorum? An a veritate deflexit sanctorum Prophetarum oratio, quibus id curæ potissimum fuit, vt Mosaicorum dogmatum vestigiis insisterent? An sanctorum Apostolorum doctrinam inueniemus ab illa discrepantem? Minime vero. Præterea, quo pacto contendit, nihil diuini Galilæorum doctrinam continere, sed inanes alioqui fabulas esse, & prodigia mendaciorum? Nam quis negauerit, nihil melius quicquam hominibus esse, quam recte & certissime cognoscere vnum existentem natura & vere rerum omnium opificem ac dominum? Sed & ipsi concessuri sunt vtique, scio, pulcherrimam & eximiam philosophiæ partem & esse & appellari contemplatricem; per quam res diuinæ, quoad homini assequi fas est, ab iis, qui acrioribus sunt ad perspiciendum oculis, propemodum capiantur. Iam vero quoniam id sibi persuasum ait, doceat vnde vel a quibus. Neque enim glorietur quasi hoc solus sciat; sed si id ipse sibi persuasit, atque hoc satis est, videlicet, vt ait & existimat, ad perfectissime demonstrandum Christianam religionem malam esse, quantæ vanitatis rem faciat, dicere prætermitto. Sed delicias solus faciat in nostris rebus; non enim tam infenso iudice nos vtemur. Quod si eorum, qui alios accusant, orationem veram esse oportere, non falsam, existimat; ne solus ipse sibi persuasum dicat esse, sed re coarguat. At nos ex his, quæ ab illo dicta sunt, iterum cognoscemus ipsum justius se fabularum auctorem quam nos arguere, & illius criminis manifestum teneri.

IVLIANVS.

Verba autem facturus de omnibus illorum, vt vocant, dogmatis, illud prius dicere volo, operæ pretium esse, vt qui hæc lecturi sunt, si contradicere velint, nihil, vt in iudicio, extra caussam actitent, aut, quod vulgo dicunt, translatione criminis vtantur, donec priora defendendo diluerint.

A Ἆρα μύθους ἡμῖν συνέγραφεν ὁ Μωσῆς, ἕνα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς εἶναι Θεὸν λέγων, ἀγέννητον, ἀΐδιον, ἄφθαρτον, ἄποσον, ἀόρατον, ἀναλλοίωτον, ἀναφῆ, ζωὴν, καὶ ζωοποιὸν, σοφίαν, δύναμιν, γενεσιουργὸν, βασιλέα, κύριον τῶν ὅλων; ἆρα διημάρτηκε τἀληθοῦς τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, τῶν Μωσαϊκῶν δογμάτων κατ' ἴχνος ἰέναι διεσπουδακώς; ἆρα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἑτεροτρόπως B ἔχουσαν τὴν διδασκαλίαν εὑρήσομεν; οὐ μὲν οὖν. Εἶτα, πῶς θεῖον μὲν ἔχειν οὐδὲν τὰ παρὰ Γαλιλαίοις ἰσχυρίζεται, μύθους δὲ ἄλλως εἰκαίους καὶ τερατολογίας εἶναί φησι; καίτοι τίς οὐκ ἂν συνομολογήσειεν, ὡς οὐκ ἂν γένοιτό τι ἄμεινον ἀνθρώποις τοῦ διειδέναι καλῶς τε καὶ ἀπλανῶς τὸν ἕνα τε καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ κύριον; φαῖεν δ' ἂν, οἶδ' ὅτι καὶ αὐτοὶ τὸ κάλλιστον καὶ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας μόριον C εἶναί τε καὶ λέγεσθαι τὸ θεωρητικόν· δι' οὗ τοῖς κατιδεῖν ἰσχύουσι νουνεχέστερον, γένοιτ' ἂν μόλις, καὶ κατά γε τὸ ἀνθρώποις ἐφικτὸν, ἁλώσιμα τὰ περὶ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ πεπεῖσθαί φησιν αὐτὸς, διδασκέτω πόθεν, ἢ παρὰ τίνων. μὴ γὰρ δὴ μόνος αὐχείτω τοῦτο εἰδέναι. ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς ἐπείσθη καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοῦτο ἀπόχρη πρὸς ἐντελεστάτην ἀπόδειξιν, ὡς γοῦν οἴεται καὶ φησὶ, τοῦ μὴ εὖ ἔχειν τὰ Χριστιανῶν, ὅτι μὲν λῆρος τὸ D χρῆμα αὐτῶ, παρήσω λέγειν· πλὴν ἐντρυφάτω μόνος τοῖς καθ' ἡμᾶς. οὐ γάρ τοι, οὕτω πολεμιωτάτῳ χρησόμεθα δικαστῇ. Εἰ δὲ δεῖν οἴεται τοὺς τῶν εὐθυνόντων λόγους, οἵπερ ἂν γένοιντο κατά τινων, ἀληθεῖς εἶναι καὶ οὐκ ἐψευσμένους, μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεῖσθαι λεγέτω μόνος, ἀλλ' ἐλεγχέτω διὰ πραγμάτων. ὅτι δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐν δίκῃ, καὶ οὐχ ἡμᾶς ἐπὶ τῇ μυθοπλασίᾳ γράψεται, καὶ οὐκ ἀνύ- E ποπτον ἔχει τὸ ἔγκλημα, δι' ὧν ἔφη πάλιν εἰσόμεθα.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων δογμάτων ἁπάντων ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἐκεῖνο βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ, μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν, μηδὲ, τὸ λεγόμενον, ἀντικατηγορεῖν, ἕως ἂν ὑπὲρ τῶν πρώτων ἀπολογήσωνται.

Ἄμεινον μὲν γὰρ οὕτω καὶ σαφέστερον, ἰδίαν μὲν A ἐνστήσασθαι πραγματείαν, ὅταν τι τῶν παρ' ἡμῖν εὐθύνειν θέλωσιν. ἐν οἷς δὲ πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν εὐθύνας ἀπολογοῦνται, μηδὲ ἀντικατηγορεῖν.

Sic enim melius & apertius defensionem suam instituent, cum quid nostræ rei reprehendere voluerint. In quibus autem nostris rationibus respondent, recriminatione non vtantur.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἄγλωττον οὖν, εἰπέ μοι, τὸν παρὰ σοῦ διωκόμενον εἶναι χρή, καὶ σιωπῶντα κελεύεις ἁλῶναι τὸν φεύγοντα, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν τῶν σῶν διαμνημονεύσαντα, διακυροῖς ἑλέσθαι καθ' ἑαυτοῦ τὴν γραφήν; καίτοι τὸ μὴ βούλεσθαί τι λέ- B γειν ἡμᾶς τῶν σῶν, δεδιότος ἐστὶ τὸν ἔλεγχον, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς αἰσχρότητος οὐκ ἠγνοηκότος τὸ ἀτερπές. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸς τῆς Χριστιανῶν καταγορεύσας θρησκείας, οὐκ ἐπαίνου παντὸς ἀξιοῖ, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοῖ τὴν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίαν, ἀνταπαιτείτω τὸ ἴσον. εἰ δὲ δὴ τοῖς καθ' ἡμῶν ἐναβρύνεται λόγοις, καὶ τὴν ἀμείνω δόξαν ἀνάπτει ταῖς ἑαυτοῦ δυσβουλίαις, τὰ Ἑλλήνων ἀντιπαρατιθεὶς ὡς προὔχοντα, πῶς ἡμᾶς σιωπᾶν ἀξιοῖ, μεμνῆσθαι δὲ ὅλως τῶν παρ' αὐτοῖς οὐδε- C νός, ὅτε τοῖς ἰδίοις δόγμασι συναγορεύειν ἐθέλοντες, τοὺς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ ποιούμεθα λόγους; Εἰ μὲν οὖν ἀφέντες τὸ χρῆναι τοῖς σοῖς ἀντιφέρεσθαι λόγοις, ἐπὶ δὲ τὸ δεῖν τῶν Ἑλληνικῶν διαμεμνῆσθαι μόνον παρατετράμμεθα, φαίην ἂν ὅτι καλῶς καὶ οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος, ὁ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πεποίηται λόγος αὐτῷ· ἀπολογουμένοις δέ, καὶ ὑπαντᾶν ἐθέλουσι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, πῶς ἂν ἔτι δικαίως ἐπιτιμήσειεν, εἰ τοῖς ἑαυτῶν συνειπεῖν ᾑρημένοι, καὶ τῆς D Ἑλλήνων δυσσεβείας τὸ αἶσχος ἀπογυμνοῦν σπουδάζομεν. Ὥσπερ γὰρ τῶν χρωμάτων ἐν τοῖς ἑτεροειδέσι τὴν ὄψιν ἐκφανεστέραν ἐστὶν ἰδεῖν, τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, φησί, κατὰ τὸν αὐτόν, οἶμαι, τουτονὶ τρόπον, καὶ τὰ ἐμπεφυκότα κάλλη ταῖς ἀρεταῖς, ταῖς τῶν ἀμαθεστέρων μάλιστα διανοίαις γένοιτ' ἂν οὐχ ἑτέρως ἐμφανῆ, πλὴν ὅτι διὰ μόνης τῆς τῶν ἐναντίων αἰσχρότητος. Ἀναπείθει γὰρ τοῖς ἀμείνοσι τὴν τοῦ χρῆναι νικᾶν ἀπονεῖμαι ψῆ- E φον, τὸ τῆς φαυλότητος ἀκαλλές. Διὰ τοῦτο, καὶ μάλα εἰκότως, δέδιε μὲν τὰ οἰκεῖα, καὶ εἰς μέσον ἥκειν οὐκ ἐᾷ τὰ ἐφ' οἷς αἰσχύνεται· σιωπᾶν δὲ κελεύει καὶ τοῦτο εὐθυνομένους. αἰτιᾶται δὲ καὶ καθ' ἑτέρους τρόπους ἡμᾶς, οὕτω λέγων.

CYRILLVS.

Elinguem igitur oportet esse eum, quem tu reum postulaueris, & indicta caussa reum damnari vis, vetitoque prorsus ne de te verba faciat, statuis vt seipsum reum peragat? Atqui nolle nos dicendo quicquam rerum tuarum attingere, hominis est reprehensionem metuentis, & grauitatem dedecoris, quod cum illis coniunctum est, non ignorantis. Et sane si religionem Christianam insectando, non omni genere laudis eximiisque titulis Græcorum superstitionem afficiat, idem a nobis vicissim exigito. Sin autem sua ipsi maledicta in nos mirifice placent, & amentiæ suæ potiores partes tribuit, Græcas res veluti præstantiores nobis opponens; quomodo nos silere iubet, ac in totum nihil, quod ad illos pertinet, attingere, cum nostrorum dogmatum defensionem aggressi de hoc ipso verba facimus? Si ergo refutatione orationis tuæ prætermissa, ad Græcorum res commemorandas conuerteremur, recte quidem nec abs re dictum esse istud concederem. Sed cum defensionem susceperimus, & iis occurrere cogitemus omnibus, quæ ab illo nobis obiiciuntur, quo nos iure reprehendat, si patrocinari rebus nostris aggressi, Græcæ impietatis fœditatem renudare conamur? Quemadmodum enim coloribus contrarii colores splendorem conciliant, siquidem *lux in tenebris lucet*, ait scriptura; ita plane, vt arbitror, virtutibus insita pulchritudo rudiorum animis non aliter innotescit, quam sola contrariorum turpitudine. Facit enim nequitiæ turpitudo, vt virtutes præferamus vitiis. Idcirco, nec iniuria id quidem, rerum suarum conscientiam reformidat, ac probra sua in medium venire non sinit, ac tacere etiam reos iubet. Sed & aliis nos criminibus aspergit, sic dicens.

Ioan. 1.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Μικρὸν δὲ ἀναλαβεῖν ἄξιον, ὅθεν ἡμῖν ἥκει καὶ ὅπως ἔννοια Θεοῦ τὸ πρῶτον. εἶτα παραθεῖναι τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὑπὲρ

IVLIANVS.

Æquum autem est paucis repetere, vnde nobis primum & quomodo succurrat Dei cogitatio. Deinde comparanda sunt ea, quæ apud Græcos & Hebræos

de numine dicuntur. Tum interrogandi, qui neque Græci, neque Hebræi sunt, sed e Galilæorum secta, quamobrem suam doctrinam nostræ antepofuerint, neque tamen in ea permanserint, sed discessione facta ab illa, viam peculiarem instituerint, nihil rectum aut honestum fassi eorum, quæ vel apud nos Græcos sunt, vel apud eos, qui a Mose, Hebræos: insitas vero vtrique genti veluti noxas collegerint; alienitatem quidem ab Diis ex leuitate Iudaica; improbum autem ac dissolutum vitæ genus ex inertia & confusione nostra, idque præstantissimum Dei cultum nuncupari voluerint.

CYRILLVS.

Qui dicit, harum calumniarum quas in nos struxit lectores, si refutationem aggredi velint, vt in foro, nihil extra caussam afferre, neque recriminatione vti debere; is vtique clare profitetur, in his se comparaturum ea, quæ Græci & Hebræi de Deo prodiderunt. Quonam igitur spectat hæc comparandi ratio, & quinam Iuliano scopus propositus est, dum cum Græcorum dogmatis Hebræa aut sane Christiana componit? Non enim quisquam dicet illum, obtrectandi calumniandique relicto studio, lectorum æquitate ac iudicio staturum, vt etiam ab ipsis, quid melius sit aut deterius, edoceri velit: verum, vt conjicere est, non aliter suæ de Deo sententiæ præcones inuenturum se putat, quam Christianorum placita comparatione Græcorum eleuet turpiore calculo notata. Sed absit vt hoc contingat apud eos, quibus est cognita veritatis vis, & mendacii infirmitas perspecta. Cæterum illud animaduerte, quo pacto, lege veluti quadam nobis indicta silentii, ne rei suæ quicquam attingere liceat, cum de nostra religione loquimur, eorum quæ vetuit reus ipse deprehenditur. Quoniam vero etiam interrogatione nos vrget, cur demum Græcis relictis ad Hebræos deflexerimus; age & nos paria cum eo faciamus. Quamobrem relictis Christianis, & veritate deserta, mendacium amplecteris, & adeo detestandam idololatrarum superstitionem certæ de Deo sen-

A τοῦ θείου λεγόμενα. καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανέρεσθαι τοὺς οὔτε Ἕλληνας οὔτε Ἰουδαίους, ἀλλὰ τῆς Γαλιλαίων ὄντας αἱρέσεως, ἀνθ' ὅτου πρὸ τῶν ἡμετέρων εἵλοντο τὰ παρ' ἐκείνοις καὶ ἐπὶ τούτῳ τί δή ποτε μηδὲ ἐκείνοις ἐμμένουσι, ἀλλὰ κἀκείνων ἀποστάντες ἰδίαν ὁδὸν ἐτράποντο· ὁμολογήσαντες μὲν οὐδὲν τῶν καλῶν, οὐδὲ τῶν σπουδαίων, οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν τοῖς Ἕλλησιν, οὔτε τῶν παρὰ τοῖς ἀπὸ Μωσέως Ἑβραίοις· ἀπ' ἀμφοῖν δὲ τὰς παραπεπηγυίας τοῖς ἔθνεσιν ὥσπερ τινὰς κῆρας δρεπόμενοι, B τὴν ἀθεότητα μὲν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ῥαδιουργίας. φαῦλον δὲ καὶ ἐπισεσυρμένον βίον ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν ῥαθυμίας καὶ χυδαιότητος, τοῦτο τὴν ἀρίστην θεοσέβειαν ὀνομάζεσθαι ἠθέλησαν.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ο δὴ χρῆναι λέγων τοὺς ἐντυγχάνοντας αἷς ἂν καθ' ἡμῶν ποιοῖτο συκοφαντίαις, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ, μηδὲν ἔξωθεν πολυπραγμονεῖν, μηδὲ τὸ δὴ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν, ἐπαγγέλλεται σαφῶς ἐν τούτοις C παραθεῖναι τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὑπὲρ τοῦ θείου λεγόμενα. Ἆρ' οὖν ὁ τῆς ἀντιπαραθέσεως τρόπος ὅποι ποτὲ βλέπει· καὶ τίς ἂν εἴη σκοπὸς αὐτῷ τοῖς Ἑλλήνων δόγμασιν ἀντιπαρεξάγοντι τὰ Ἑβραίων, ἤγουν τὰ Χριστιανῶν; Οὐ γάρ που φαίη τις ἂν ὅτι τὴν καταῤῥησιν ἀποστήσας, καὶ τοῦ χρῆναι συκοφαντεῖν ἑαυτὸν ἀπενεγκών, ὀρθοῖς κεχρήσεται δικασταῖς τοῖς ἐντευξομένοις, ὡς καὶ ἐθελῆσαι παρ' αὐτῶν, τί D τὸ ἄμεινον, ἢ τί τὸ χεῖρον ἀναμαθεῖν· οἴεται δέ που κατὰ τὸ εἰκός, οὐχ ἑτέρως τῆς ἐνούσης αὐτῷ δόξης περὶ Θεοῦ ἐπαινέτας ἔσεσθαί τινας, εἰ μὴ κακύνοιτο τὰ Χριστιανῶν ἀντιπαραθέσει τῶν Ἑλληνικῶν, τὴν αἰσχίω ψῆφον ἐφ' ἑαυτοῖς δεχόμενα. Ἀλλ' οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτό ποτε, παρά γε τοῖς εἰδόσι καὶ τοῦ ψεύδους τὸ ἀδρανές, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν. πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· νομοθετῶν γὰρ ὥσπερ ἡμῖν τὸ χρῆναι σιγᾶν, καὶ τῶν αὐτοῦ διαμεμνῆσθαι μηδενός, E ὅτε τοὺς ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ποιούμεθα λόγους, οἷς ἀπέφηνεν, αὐτὸς ἁλοὺς εὑρίσκεται. Ἐπειδὴ δὲ προσάγει καὶ πεῦσιν, τί δή ποτε τὰ Ἑλλήνων ἀφέντες, τοῖς ἑβραίοις προσκεκλίμεθα, φέρε καὶ ἡμεῖς αὐτῷ τὰ ἴσα λέγωμεν. Ἀνθ' ὅτου γὰρ δὴ τὰ Χριστιανῶν ἀφείς, καὶ τῆς ἀληθείας ἀποδραμών, τὸ ψεῦδος ἀγαπᾷς, καὶ τὴν οὕτω μυσαρωτάτην ἐθελοθρησκείαν, τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων φημί, τῆς ἀκριβοῦς περὶ Θεοῦ

δόξης ἀνοητότατα προτιθεὶς, εἶτα οἴει βεβουλεῦσθαι καλῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὴν ἁπασῶν ἐσχάτην ὑπομένειν κακοδοξίαν; εἰ δὲ δὴ βούλοιτο νοεῖν τὴν ἀληθεστάτην αἰτίαν, ἐφ᾽ ᾗ τὰ Ἑλλήνων ἀφέντες τὰ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τετιμήκαμεν, τὰ αὐτοῦ λαβόντες φαμέν. ἔφη γὰρ οὕτως.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Οὐκοῦν Ἕλληνες μὲν τοὺς μύθους ἔπλασαν ὑπὲρ τῶν θεῶν, ἀπίστους καὶ τερατώδεις. καταπιεῖν γὰρ ἔφασαν τὸν Κρόνον τοὺς παῖδας, εἶτ᾽ αὖθις ἐμέσαι. καὶ γάμους ἤδη παρανόμους· μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη, καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς, ἔγημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, ἀλλὰ μιχθεὶς ἁπλῶς, ἄλλῳ παραδέδωκεν αὐτήν. εἶτα οἱ Διονύσου σπαραγμοὶ, καὶ μελῶν κολλήσεις. τοιαῦτα οἱ μῦθοι τῶν Ἑλλήνων φασί.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἔχεις ἀποχρῶσαν ἐντεῦθεν τὴν ἀπολογίαν. ἀλύεις δὴ οὖν, ἀνθ᾽ ὅτου, καὶ ἡμᾶς εὐθύνειν ἀξιοῖς, ὅτι τὴν οὕτως αἰσχρὰν καὶ ἀπίθανον τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθίαν μονονουχὶ καὶ διαλακτίσαντες, τὴν ἀμείνω ψῆφον τοῖς ἀληθέσι δεδώκαμεν. Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, καὶ προσέτι τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορὸς, ἀπόστολοί τε καὶ εὐαγγελισταὶ, τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς δοξολογοῦσι Θεόν. διακεῖσθαί τε οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀναπείθουσιν, ἀποφέροντες τῶν μύθων, καὶ τερατείας ἁπάσης, καὶ φρονήματος αἰσχροῦ, καταῤῥυθμίζοντες δὲ καὶ εἰς ἀξιάγαστον πολιτείαν. πέπλασται δὲ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς οὐδὲν, οὔτε μὴν ἀπίθανον ἔχοι τῶν ἐννοιῶν τὴν ἀπόδοσιν. Ὅτι γὰρ τοῖς Μωσέως καὶ τοῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν κηρύγμασι συμβαίνει τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς τε καὶ ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἡ δύναμις ταῖς τῶν προλαβόντων ἐννοίαις συμφέρεται, διαδείξει σαφῶς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ καιροῦ. Ἐπειδὴ δὲ, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι λέγων, τῶν σπουδαίων ἢ ἀγαθῶν οὐδὲν παρ᾽ ἡμῖν εἶναι διατείνεται, φέρε καὶ τοῦτο δεικνύτω· μὴ γὰρ δὴ ψιλήν τε καὶ ἀναπόδεικτον ποιείσθω τὴν καταγόρευσιν. πῶς γὰρ τῶν σπουδαίων οὐδέν ἐστι παρ᾽ ἡμῖν; οὐκ ἀκριβὴς καὶ ἀπεξεσμένος ὁ περὶ Θεοῦ λόγος, καὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, παρὰ Χριστιανοῖς εὑρίσκεται; οὐ τῶν πρακτέων τὴν ἐπιστήμην ἀνεπίπληκτόν τε καὶ ἀκατάψεκτον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων κεχορηγήμεθα; καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι τὸ ἄριστα φιλοσοφεῖν διαπεραίνοιτο ἂν ὀρθῶς, οὐ καθ᾽ ἕτερον τρόπον οἶμαι. Θεωρητικὴ γὰρ καὶ πρακτική γε πρὸς τούτοις φιλο-

A tentiæ per summam stultitiam anteponens, præclare te consuluisse putas, ac non potius in postremum omnium errorem inductum? Quod si verissimam causam accipere velit, ob quam relictis Græcis Hebraica prætulerimus, ejus verbis rem exponimus. Sic enim loquitur.

IVLIANVS.

Atqui Græci fabulas de Diis confinxerunt incredibiles & portentosas. Nam Saturnum filios deuorasse dixerunt, deinde rursus euomuisse. Mox B incestas nuptias Iouis; nempe cum matre congressum, susceptisque ex ea liberis, filiæ nupsisse, eam denique constupratam alteri collocasse ajunt. Ad hæc feruntur Bacchi laniatus, & membrorum conglutinationes. Hujusmodi res Græcorum fabulis produntur.

CYRILLVS.

Habes hinc defensionem idoneam. Quid ergo te discrucias, ac nos incusandos putas, quod tam fœda & in- C credibili Græcorum vanitate modo non calcibus repulsa, meliori calculo veritatem comprobauimus? Diuinus namque Moses, & vna sanctorum Prophetarum chorus, Apostoli & Euangelistæ, vnum natura & vere Deum colunt ac celebrant; & vt id perinde faciamus hortantur, nosque a fabulis dimouent, & portentis, & obscœna cogitatione, adeoque admirabili vitæ genere nos conformant. Nihil autem commentitium ha- D bent, nihil cujus probabilis ratio reddi non possit. Nam & Mosis & sanctorum Prophetarum præconiis nostra consentire, & Euangelicæ Apostolicæque doctrinæ vim majorum sententiis congruere, suo loco demonstrabimus. Nunc, quoniam nescio qua ratione inductus pertendit, nihil apud nos rectum aut honestum esse, agedum id nos edoceat; neque vero nudam & sine probatione accusationem instituat. Qui fit enim, vt nihil rectum sit apud nos? nunquid ac- E curata & elaborata de Deo & de creatione mundi apud Christianos doctrina reperitur? nunquid nobis officiorum scientia omni reprehensione & vituperatione vacua e sacris literis abunde suppetit? Et vero quomodo cuiquam obscurum esse potest, non alia ratione optimum philosophandi genus recte perfici? Nam contemplatrix & actiua Christianorum philosophia cum est ex se laudabilis,

tum vel ipsis Græcorum sapientiæ addictis admirationi est. Quare non ab Hebræorum opinione impietatem didicimus, hoc enim ipse quoque objecit; sed, si quis vere loqui voluerit, ex sacris tabulis Græcorum ignorantiam condemnauimus. Et quis dubitet illos impietatis potius teneri, qui vnum natura ac vere Deum non agnoscunt? Vitæ genus improbum ac dissolutum ex illorum inertia nos delegisse ait, confusionem & inertiam Græcanicam appellans nullo delectu quouis opsonio vesci, nec ab vllis esculentis abhorrere. In hoc enim potissimum pietatis vim constituunt, & omnis virtutis decus se adeptos putant, si aliquod ciborum genus non attingant. Ecquam vero puritatis rationem in his constituunt? omnium enim Deus auctor & opifex: omnino vero bona sunt quæ a bono, neque quicquam ab illo sanctitatis & puritatis fonte deriuatum est, quod nos contaminet. Nam quid cibus in nos efficere, aut quam labem inferre potest sumentibus? Atqui repudianda sunt, meo judicio, quæ nos sane contami-
Matth. 15. nant. Quod egregie faciunt improbi mores, adulteria, scortationes, obtrectationes, mendacia, calumniæ, auaritia & cætera; quæ cum illi floccifaciant, quandoque tamen a cibis temperare simulant, & esculenta nonnulla rejiciunt, nullo interim scelere relicto: eoque sane supremum Iouem exhilarant, qui ejus mores colunt, sed & Veneris numen venerantur. Et abunde quidem ille de nostris rebus. Mosem porro sapientissimum nimis sane contumeliose accipit, & in ejus scripta non mediocriter inuehitur. Ait, auctorem libri de creatione mundi veri quidem nihil prorsus dicere, sed in eum obsoletas nugas duntaxat congessisse, & quæ laude maxime digna videbantur, ea quidem fecisse nihili, sed futili ac negligenti rhapsodia perfunctum, sapiens nescio quid ac mirificum visum esse dixisse. Græcorum autem sapientum de ea re opiniones miratur, sed præ cæteris maxime Platonis opinionem prædicatione ac plausibus exornat. Ego vero quod

A σοφία, παντὸς ἂν εἴη ἐπαίνου μεστή· καὶ παρὰ τοῖς τὰ Ἑλλήνων ἐσπουδακόσι θαυμάζεται. Οὐκ οὖν οὐκ ἀπό γε τῆς Ἑβραίων δόξης τὴν ἀθεότητα μεμαθήκαμεν· ἔφη γὰρ αὐτὸς καὶ τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ τις ἐθέλοι τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τῆς Ἑλλήνων ἀμαθίας καταγνώκαμεν. καὶ ὅτι μᾶλλόν ἐστι τὸ ἄθεον παρ' αὐτοῖς, τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς οὐκ εἰδόσι Θεὸν, πῶς οὐκ ἂν εἴη παντί τῳ σαφές; βίον
B δὲ φαῦλον καὶ ἐπισεσυρμένον ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ῥαθυμίας ἑλέσθαι φησὶν ἡμᾶς, χυδαιότητά τε καὶ ῥαθυμίαν ὀνομάζων Ἑλληνικὴν, τὸ ἀδιακρίτως ὀψοφαγεῖν, παραιτεῖσθαί τε τῶν ἐδωδίμων οὐδέν. Ἐν γὰρ δὴ τούτῳ μάλιστα τὴν τῆς εὐσεβείας παριστᾶσι δύναμιν, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἐν καλῷ γενέσθαι νομίζουσιν, εἰ δὴ παραιτοῖντο τῶν ἐδωδίμων τινά. Καίτοι τί δήποτε τὸν τῆς ἁγνείας ἐν τούτοις ὁρίζονται τρόπον; πάντα μὲν γὰρ γέγονε παρὰ Θεοῦ· καλὰ δὲ πάντως
C τὰ ἐξ ἀγαθοῦ, καὶ ὁ πάναγνος καὶ ἀβέβηλος, τῶν καταμιαίνειν ἡμᾶς εἰωθότων εἰργάσατο ἂν οὐδέν. Τί γὰρ καὶ βρῶσις ἐμποιήσειεν ἂν τοῖς μετεσχηκόσιν αὐτῆς; ἢ καὶ ὁποῖον ἂν αὐτοῖς εἰσφρήσαιτο μολυσμόν; παραιτεῖσθαι δὲ οἶμαι προσήκει τὰ δι' ὧν ἂν εἰκότως καταμιαίνοιτό τις. δρῷεν δ' ἂν τοῦτο καὶ μάλα γενναίως οἱ τῆς φαυλότητος τρόποι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, καταλαλιαὶ, ψευδηγορίαι, συκοφαντίαι, φιλοχρηματίαι, καὶ τὰ λοιπά. οἱ δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν
D ὑπολογισάμενοι, προσποιοῦνται μὲν ὀλιγοσιτεῖν, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν ἐδωδίμων ἀποπέμπονταί τινα, δεδίασι δὲ τῶν ἐκτόπων οὐδέν. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ, κατευφραίνουσι τὸν ὕπατον Δία, τὰ αὐτοῦ τιμᾶν ᾑρημένοι, καὶ τὰ τῆς Κυπρογενοῦς θεραπεύουσι κράτη. Πλεῖστα μὲν οὖν ὅσα τὰ καθ' ἡμῶν παρ' ἐκείνου. Ἀκυρολογεῖ δὲ λίαν καὶ κατὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ τῆς αὐτοῦ συγγραφῆς οὐ μετρίαν ποιεῖται
E τὴν κατάρρησιν. Φησὶ γὰρ τὸν τῆς κοσμοποιΐας συντιθέντα βιβλίον, εἰπεῖν μὲν ὅλως τῶν ἀληθῶν οὐδέν, ὕθλους δὲ ἁπλῶς συμφορῆσαι γεγηρακότας· καὶ ἃ μὲν ἦν εἰκὸς τοῦ παντὸς ἀξιῶσαι λόγου, ταῦτα δὴ πάντα ποιήσασθαι παρ' οὐδέν. εἰκῆ δὲ ἁπλῶς ἐρραψῳδηκότα, δόξαι τι λέγειν σοφόν τε καὶ ἀξιάκουστον. τεθαύμακε δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν τὰς ἐπὶ τούτῳ δόξας, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων, εὐφημίαις καὶ κρότοις την Πλάτωνος στεφανοῖ. Ἐγὼ δὲ, ὅτι

μὲν οὐ μετρίως σοβαρεύεται, κἂν τούτῳ δὴ πάλιν παρήσω λέγειν. ὅτι δὲ εἰκαίως ἐπὶ ταῖς Ἑλλήνων εὑρεσιεπείαις ἀνασπᾷ τὴν ὀφρὺν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαι διέπειν. Χρῆναι δὲ οἶμαι παραθεῖναι πάλιν ἐκ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς βιβλίων ἀπολεξάμενον τὴν ἑκάστου δόξαν, ἣν ἔχειν ἠξίουν περὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, εἶτα τὴν Μωσέως κοσμογένειαν ἀνθυπενεγκεῖν. ὀφθήσεται γὰρ οὕτω τοῖς ἐντευξομένοις, καὶ τῆς ἐκείνων στενολεσχίας ὁ λῆρος, καὶ τῶν Μωσέως γραμμάτων τὸ ἀκραιφνὲς εἰς ἀλήθειαν. Πλούταρχος τοίνυν, ἀνὴρ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς οὐκ ἄσημος γεγονὼς, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς τῶν φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς, οὕτω φησὶ περὶ τοῦ κόσμου· Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν, κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἕνα τὸν κόσμον. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ, καὶ κατὰ πᾶσαν περίστασιν. Ἐμπεδοκλῆς, τὸν τοῦ ἡλίου περίδρομον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου. Σέλευκος, ἄπειρον τὸν κόσμον. Διογένης, τὸ μὲν πᾶν ἄπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράνθαι. οἱ Στωϊκοὶ, διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον· ἅπαν μὲν γὰρ εἶναι τὸ σὺν τῷ κενῷ ἄπειρον, ὅλον δὲ, χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον, ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὅλον καὶ τὸν κόσμον. Εἶτα περὶ τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου, ὧδε πάλιν φησίν· οἱ μὲν Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ τὸν κόσμον· ἄλλοι δὲ κωνοειδῆ· οἱ δὲ, ὠοειδῆ. Ἐπίκουρος δὲ, ἐνδέχεσθαι μὲν εἶναι σφαιροειδεῖς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχηματισμοῖς κεχρῆσθαι. ἔφη δὲ πάλιν, τὰς τῶν παρ᾽ Ἕλλησι φιλοσόφων δόξας, εἰς ἐξήγησιν προτιθεὶς εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος, ἢ μὴ, οὕτως· Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἔμψυχον τὸν κόσμον καὶ προνοίᾳ διοικούμενον, εἶπον. Δημόκριτος δὲ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι τὰ ἄτομα εἰσηγοῦνται καὶ τὸ κενὸν, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε προνοίᾳ διοικεῖσθαι, φύσει δέ τινι ἀλόγῳ. Ἀριστοτέλης οὔτ᾽ ἔμψυχον ὅλον δι᾽ ὅλων, οὔτε λογικὸν, οὔτε νοερὸν, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον. τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἁπάντων κοινωνεῖν. σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους καὶ ζωτικάς, τὰ δὲ περίγεια, μηδενὸς αὐτῶν· τῆς δὲ εὐταξίας, κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ προηγουμένως μετέχειν.

A quidem non mediocriter insolescat, denuo hic quoque dicere prætermittam. Quod vero inanibus Græcorum commentis supercilium stulte contrahit, pro virili exequi conabor. Sed collectam ex eorum libris, quam de mundi creatione habuerunt, opinionem rursum apponendam puto; tum quid de ejus opificio Moses scripserit, opponendum: vnde lectoribus facile innotescet, quam abjectæ garrulitatis eorum nugæ B sint, Mosaicis autem scriptis quanta sit lux veritatis. Plutarchus igitur, vir apud illos non obscuri nominis, in secundo libro collectionis dogmatum rerum naturalium: *Primus*, inquit, *Pythagoras complexum vniuersi Mundum nuncupauit, a rerum ordine qui in illo est. Thales, & qui ex ejus disciplina prodierunt, mundum vnum. Democritus, & Epicurus, & hujus discipulus Metrodorus, infinitos mundos in infinito,* C *secundum omnem complexum. Empedocles, solis curriculo mundi terminos circumscribi. Seleucus, mundum infinitum. Diogenes, vniuersum quidem mundum, infinitum vero certis finibus contentum. Stoici discrimen statuunt inter vniuersum & mundum: vniuersum siquidem esse quod est cum vacuo infinitum totum vero, sine vacuo mundum, ita vt idem non sit mundus & vniuersum.* Deinde de mundi figura hæc rursum scribit: D *Stoici quidem mundi figuram ajunt esse perfecti orbis: alii turbinatam: ouo quidam similem faciunt. Epicurus, mundos orbiculatos esse posse: quin & fieri posse, vt alterius sint figuræ cujusuis.* Subjungit Græcorum opiniones philosophorum, & ad differendum proponit, vtrum animatus sit mundus, an non, hoc pacto: *Animatum esse mundum, & a prouidentia gubernari, ceteri omnes asseruerunt. Democritus autem, & Epicurus,* E *& quotquot atomos & vacuum inuexerunt, anima carere, nec a prouidentia, sed a natura quadam rationis experte administrari volunt. Aristoteles, neque animatum totum per omnes partes dicit, neque ratione aut mente præditum, neque a prouidentia gubernatum, sed res quidem cælestes horum omnium esse participes, quippe quæ orbes continent animatos & vitales, terrenas autem istis omnibus carere; ordine vero conuenienti temperari, ex accidenti tantum, non per se & primario.*

Plut. de placitis phil. lib. 2. fol. 886. Tom. II. edit. Xyl.

Et hæc quidem de istis. Cum autem sibi propositum haberent sciscitari rursum, vtrum mundus natura sua corruptioni sit obnoxius, an non; ita ea de re statuerunt. *Pythagoras & Stoici, mundum a Deo factum, & natura quidem sua corruptioni obnoxium esse, quippe cum sit corporeus, ideo & sensilem esse, tamen ab interitu numinis custodia & prouidentia seruatum iri. Epicurus, caducum, propterea quod ortus sit, vt animal, vt planta. Xenophanes, neque ortum, & sempiternum, & corruptionis expertem. Aristoteles, partem mundi, quæ lunæ subjacet, affectionibus obnoxiam, qua parte etiam res terrenæ corrumpuntur.* Audite tandem & intelligite, o viri, quantum isthic inficetiarum. Nam cum aliorum alii sententias oppugnantes pro libidine modo hoc, modo illud, promiscue, temere, & inconsiderate eructent, numquid statuemus eos veritatem potius quærere, quam tenere? Hi enim mundum vnum, illi plures; alii ortum habuisse; quidam his prorsus aduersi, & opinionibus discrepantes, interitus & ortus expertem faciunt. Et nonnulli quidem Dei prouidentia gubernari; alii nulla prouidentia regi contendunt, & elementorum concinnos motus fortuitis casibus & accidentibus attribuunt; postremo sunt, qui animam inditam ei fuisse ajunt; alii contra nec anima, nec mente præditum. Et vt semel dicam, illorum de re qualiber orationem veluti temulentam videas, huc & illuc disjectam. Sed quoniam Platonem e reliquorum turba secreuit, ejusque placitis potissimum inhæreścit; hoc facile concedam, Platonem & Pythagoram ceteris quodammodo æquius de Deo & mundo sentire; cujus rei doctrinam aut scientiam ex Ægyptiorum commercio collegerunt, qui sapientissimum Mosem in ore sæpius habebant, & admirabilem ejus doctrinam suspiciebant. Veruntamen secum pugnando contraria sensisse Platonem ajunt, & discipulum ejus Aristotelem cum eo non modo non sensisse, sed & refutando illum arguisse. Porphyrius enim refert, Platonem sensisse & docuisse, partem illam cæli, quæ corporis speciem præ se fert, ex quatuor elementis animæ vi inter se consentientibus conflatam. *Idcirco*, inquit, *nunc ex commixtione, siue ex abundanti, nomen est sortitum.* Cui etiam, opinor, nominis ratio

Plut. l. c.

A καὶ ταυτὶ μὲν περὶ τούτων. Ἐπειδὴ δὲ σκοπὸς ἦν αὐτοῖς βασανίσαι πάλιν τὸ, πότερόν ποτε φθαρτὸς ἂν εἴη κατὰ φύσιν ὁ κόσμος, ἢ μή, δεδοξάκασιν ὧδε καὶ περὶ τούτου· Πυθαγόρας καὶ οἱ Στωϊκοί, καὶ γενητὸν ὑπὸ Θεοῦ τὸν κόσμον, καὶ φθαρτὸν μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει. αἰσθητὸν γὰρ εἶναι, διότι καὶ σωματικόν, οὐ μὲν δὴ φθαρησόμενόν γε, προνοίᾳ καὶ συνοχῇ Θεοῦ. Ἐπίκουρος, φθαρτόν, ὅτι καὶ γενητὸς, ὡς ζῶον, ὡς φυτόν. Ξενοφάνης, ἀγέ-
B νητον, καὶ ἀΐδιον, καὶ ἄφθαρτον τὸν κόσμον. Ἀριστοτέλης, τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην μέρος τοῦ κόσμου παθητὸν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἐπίγεια κηραίνεται. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, καὶ συνίετε λοιπὸν, πόσος ἐν τούτοις ὁ λῆρος. ταῖς γὰρ ἀλλήλων ἀντανιστάμενοι δόξαις, τοῦτό τε κἀκεῖνο φύρδην ἁπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, ἐρευγόμενοι, πῶς οὐκ ἂν εἶναι νοοῖντο στοχασταὶ μᾶλλον, καὶ οὐ τῆς ἀληθείας ἐπιστήμονες. οἱ μὲν γάρ, ἕνα τὸν κόσμον, οἱ δὲ, πολλούς. ἕτεροι δὲ γενη-
C τόν. εἰσὶ δὲ, οἳ τούτοις εἰσάπαν ἀνθεστηκότες, καὶ διάφορα τὰς γνώμας, ἄφθαρτόν τε καὶ ἀγένητον εἶναι λέγουσιν αὐτόν. καὶ οἱ μὲν προνοίᾳ Θεοῦ διοικούμενον, οἱ δὲ, καὶ προνοίας δίχα, καὶ τὴν τῶν στοιχείων εὔτακτον κίνησιν αὐτοματισμοῖς καὶ συμβεβηκόσιν ἐκνενεμήκασι· καὶ οἱ μὲν ἐμψυχῶσθαι φασὶν αὐτὸν, οἱ δὲ, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε νοερόν· καὶ ἅπαξ ἁπλῶς κατίδοι τις ἄν, οἱονεὶ μεθύοντα, τῇ δέ τε κἀκεῖσε διαρριπτούμενον τὸν ἐφ' ἑκάστῳ λόγον αὐτοῖς.
D Ἐπειδὴ δὲ τὸν Πλάτωνα τῶν ἄλλων ἐκκεκρικὼς, ταῖς αὐτοῦ μάλιστα δόξαις ἐμφιλοχωρεῖ, φαίην ἂν ὅτι Πλάτων τε καὶ Πυθαγόρας δοξάζουσι μέν πως ἐπιεικέστερον περί τε Θεοῦ καὶ κόσμου. συνειλόχασι δὲ τὴν εἰς τοῦτο παίδευσιν εἴτ' ἐπιστήμην, Αἰγυπτίοις ἐμβεβληκότες, παρ' οἷς δὴ πολὺς ὁ περὶ τοῦ πανσόφου Μωσέως λόγος ἦν, καὶ τῶν παρ' αὐτῷ δογμάτων τὸ θαῦμα ἐτετίμητο. πλὴν αὐτόν τε φασὶν ἑαυ-
E τῷ τὸν Πλάτωνα τἀναντία δοξάσαι, καὶ τὸν αὐτῷ φοιτήσαντα τὸν Ἀριστοτέλη, μὴ τὰ αὐτοῦ μᾶλλον ἑλέσθαι φρονεῖν, ἀντιφέρεσθαι δὲ καὶ ἀντεξάγειν αὐτῷ. Φησὶ μὲν γὰρ ὁ Πορφύριος, δοξάσαι τὸν Πλάτωνα περὶ οὐρανοῦ, φάναι τε ὅτι τὸ σωματοειδὲς αὐτοῦ συνέστη ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἀλλήλοις ὑπὸ ψυχῆς συμπεφωνηκότων. Διό, φησί, καὶ νῦν συμμιγὴς μὲν, ἢ καὶ κατὰ τὸ πλεονάζον ὠνόμασται. ὁμολογεῖ δὲ, οἶμαι, τοὔνομα, καὶ κεκλῆ-

σθαι φησὶν οὐρανὸν, οἷον ὁρατὸν ὄντα τινὰ, ἵν' A ἐκ τοῦ ὁρᾶσθαι νοοῖτο τίς οὐρανός. Ἀριστοτέλει γε μὴν οὐχ ὧδε ταῦτ' ἔχειν ἐδόκει. πόθεν; οὐ γάρ τοι φησὶ συντεθεῖσθαι τὸν οὐρανὸν, οὔτε μὴν ἐκ τεσσάρων εἶναι στοιχείων, ἐπινοεῖ δὲ πέμπτον τι σῶμα τῶν τεσσάρων ἀμέτοχον, καὶ ὁλοτρόπως ἠμοιρηκός. καὶ ὁ μὲν Πλάτων ἔμψυχόν τε τὸν κόσμον φησὶ, καὶ ζῶον νοερόν. ἐφίστησι δὲ καὶ πρόνοιαν αὐτῷ. γενητόν τε καὶ φθαρτὸν, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, διορίζεται. Πεφρόνηκε δὲ οὐχ ὧδε πάλιν ὁ αὐτοῦ B φοιτητής. οὔτε γὰρ ἔμψυχον ὅλον δι' ὅλων, οὔτε νοερὸν, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον, ἀλλ' οὐδὲ γενητὸν εἶναι δίδωσιν αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἄφθαρτον, καὶ ἀγένητον. Καὶ πάλιν ὁ μὲν δὴ δεινὸς, καὶ διαβόητος Πλάτων, τρεῖς ἀρχὰς εἶναι τοῦ παντὸς διορίζεται, θεὸν, καὶ ὕλην, καὶ εἶδος· καὶ θεὸν μὲν εἶναι φησὶ τὸν ποιητὴν, ὕλην δὲ τὸ ὑποκείμενον, εἶδος δὲ τὸ ἑκάστου τῶν γινομένων παράδειγμα· Ἀντανίσταται δὲ πάλιν Ἀριστοτέλης αὐτῷ, καὶ οὐ συμβαίνει C καθάπαξ. τὸ γὰρ εἶδος, ἀρχὴν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν οὐκ ἀξιοῖ. δύο δὲ εἶναι φησὶ τὰς ἀρχὰς, θεὸν καὶ ὕλην. Τρεῖς δὲ πάλιν ὁ Πλάτων τὰς τῶν ὅλων ἀρχὰς εἶναι λέγων, θεόν τε καὶ ὕλην, καὶ εἶδος, προσεπάγει καὶ τετάρτην, ἣν δὴ καὶ ὅλου ψυχὴν ὀνομάζει. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ τὴν ὕλην ἀγένητον εἰπὼν, καὶ γενητὴν αὐτὴν εἶναι φησί. εἶτα τὸ εἶδος ὅ, τι ποτέ ἐστιν, ὑφεστάναι δοὺς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, μάχεται τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ εὑρήμασι. Ἔφη γὰρ ἐν τοῖς τοῦ D θεοῦ νοήμασιν ὑπάρχειν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἰδίαν ὕπαρξιν ἔχειν, ἤγουν οὐσίωσιν. Τίσιν οὖν ἄρα προσνενευκότες οἱ τῆς ἀληθείας ἐρευνηταὶ, τὴν ἀμώμητον καὶ ἀπλανεστάτην διάττοιεν τρίβον; τίνα τῶν ὠνομασμένων, τοῦ ψευδοεπεῖν ἀπαλλάξομεν; τίνι τὴν ψῆφον τοῦ κατὰ μηδένα διαπταῖσαι τρόπον, ἀπονέμειν ἄξιον; μᾶλλον δὲ, πῶς ἂν εἶεν ἀξιόχρεῳ πρός γε τὸ δεῖν ἀναπεῖσαι τινὰς, οἵγε τοσοῦτον διημαρτήκασι τἀληθοῦς, E ὡς μὴ μόνον ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀντιφέρεσθαι δόξαις; Ἐπειδὴ ταῦτα καὶ κατατέθηπεν ὁ πάνσοφος Ἰουλιανός, καὶ καταισκώπτει μὲν τὰ Μωσέως. ἄνω δὲ καὶ κάτω τὰ πάντα κυκῶν, τοὺς Πλάτωνος λόγους ἀντιπαρεξάγειν αὐτοῖς ἀποτολμᾷ, καὶ φησί.

suffragatur, & οὐρανὸν dictum ait, quasi ὁρατὸν, aspectabile, vt ex aspectu cælum nuncupatum intelligeretur. Aristoteli longe alia mens est. Quidum? nempe cælum non compositum quidem, nec ex quatuor elementis conflatum docet, sed quintum quoddam corpus comminiscitur a quatuor illis prorsus alienum. Plato animam mundo tribuit, & vitam sensu præditam, adeoque prouidentiam quandam ducem & gubernatricem ei præficit: factum vero esse & corruptioni obnoxium, quod ad eius naturam attinet, decernit. At eius discipulus Aristoteles contrariam sententiam sequutus, nec animatum esse per omnes partes, neque sensu præditum, neque a prouidentia gubernatum, neque vero factum concedit, sed velut ortus & interitus expertem statuit. Rursum sapiens ille Plato, & omnium prædicatione celeberrimus, tria principia vniuersi constituit: Deum, Materiam, & Ideam. Deum opificem esse asserit; Materiam subjectum; Ideam vero exemplar cuiusque eorum quæ fiunt. Hunc perinde refellit Aristoteles, & inter eos conuenire omnino non potest. Ideam enim principium esse nec credere vult, nec concedere, duoque tantum principia decernit, Deum & Materiam. Plato tribus rerum omnium principiis constitutis, Deo, Materia & Idea, quartum etiam inducit, quam Animam vniuersi nominat. Præterea cum materiam dixisset ingenitam, rursus genitam illam esse ait. Quid quod cum ideam interdum per se subsistere concedat, inuentis ipse suis repugnat, nec meminit alicubi dicere, in Dei mente & cogitatione ipsam esse, nec propriam habere existentiam siue essentiam. Quibusnam igitur assensi veritatis indagatores reprehensionis & erroris vacuum iter decurrent? quem ex iis, qui nominatim sunt appellati, mendacii culpa liberabimus? aut quem nullo modo lapsum nostris suffragiis comprobabimus? Immo quid habebunt, quo quenquam a sententia reuocent, auctoritatis, qui tam longe a vero abierunt, vt non solum inter se, sed secum ipsi pugnent? Vidit hæc & obstupuit solertissimus ille Iulianus: hinc ad sugillanda Mosis scripta vertitur, & susque deque versis omnibus, libros Platonis audet illis opponere, & ait.

IVLIANVS. A

Hic Platonis verba, si iuuat, conferamus. Quid igitur hic de mundi opifice loquatur, & quomodo loquentem illum introducat, cum de mundi creatione scribit, considera, vt Platonis & Mosis de mundi opificio doctrinam inuicem contendamus. Sic enim patebit, vter altero præstantior ac Deo dignior: illene qui simulacra Deorum coluit, Exod. 33. Plato; an Moses, cui Deum diuinæ li- Genes. 1. teræ referunt os ad os fuisse loquutum. B *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ super abyssum, & spiritus Domini ferebatur super aquam. Et dixit Deus: Fiat lux: & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est. Et discreuit Deus inter lucem & tenebras, & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Et factum est vespere, & factum est mane dies vnus. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ;* C *& vocauit Deus firmamentum, cælum. Et dixit Deus: Congregetur aqua, quæ sub cælo, in congregationem vnam, vt appareat arida. Et factum est sic. Et dixit Deus: Germinet terra herbam pabuli, & lignum fructiferum. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli ad illuminationem super terram; & posuit ea Deus in firmamento cæli, vt luceant super terram, & habeant principatum diei ac noctis.* In his, nec abyssum factam ait a Deo, nec tenebras, nec aquam; E tametsi, cum lucem Dei iussu factam scripsisset, idem plane de nocte, abysso, & aqua dictum oportuit: veruntamen de illis, quasi de rebus factis, nihil prorsus loquitur, cum identidem ea commemoret. Quid quod ne Angelorum quidem meminit, quomodo creati, aut facti, nedum qua ratione producti fuerint; sed corpora duntaxat commemorat, quæ cælo aut terra continentur, ita vt secundum Mosem nullam rem incorpoream Deus fecerit, sed materiam D tantum subiectam digesserit. Illud vero, *Terra erat inuisibilis & incomposita*, nihil aliud est, quam humidam quidem & aridam substantiam, materiam facere: eius autem ordinatorem Deum, introducere.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἐνθαῦθα παραβάλωμεν, εἰ βούλεσθε, τὰ τοῦ Πλάτωνος. τί τοίνυν οὗτος ὑπὲρ τοῦ δημιουργοῦ λέγει, καὶ τίνας περιτίθησιν αὐτῷ φωνὰς ἐν τῇ κοσμογονίᾳ, σκόπησον, ἵνα τὴν Πλάτωνος καὶ Μωσέως κοσμογονίαν ἀντιπαραβάλωμεν ἀλλήλαις. οὕτω γὰρ ἂν φανείη, τίς ὁ κρείττων, καὶ τίς ἄξιος τοῦ Θεοῦ μᾶλλον· ἆρ' ὁ τοῖς εἰδώλοις λελατρευκὼς Πλάτων, ἢ περὶ οὗ φησὶν ἡ γραφὴ, ὅτι στόμα πρὸς στόμα ὁ Θεὸς ἐλάλησεν αὐτῷ· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. καὶ εἶπεν ὁ Θεός. γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα μία. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν· καὶ εἶπεν ὁ Θεός, συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα ὦσιν εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. Ἐν δὴ τούτοις, οὔτε τὴν ἄβυσσόν φησι πεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὔτε τὸ σκότος, οὔτε τὸ ὕδωρ. καίτοι χρῆν δήπουθεν εἰπόντα περὶ τοῦ φωτὸς, ὅτι προστάξαντος Θεοῦ γέγονεν, εἰπεῖν ἔτι καὶ περὶ τῆς νυκτὸς, καὶ περὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ περὶ τοῦ ὕδατος. Ὁ δὲ οὐδὲν εἶπεν ὡς περὶ γεγονότων ὅλως, καίτοι πολλάκις μνησθεὶς αὐτῶν. Πρὸς τούτοις οὔτε τῆς τῶν ἀγγέλων μέμνηται γενέσεως ἢ ποιήσεως, οὐδ' ὅν τινα τρόπον παρήχθησαν, ἀλλὰ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν μόνον καὶ περὶ τὴν γῆν σωμάτων, ὡς εἶναι τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν Μωσέα, ἀσωμάτων μὲν οὐδενὸς ποιητὴν, ὕλης δὲ ὑποκειμένης κοσμήτορα· τὸ δὲ, ἡ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὴν μὲν ὑγρὰν καὶ ξηρὰν οὐσίαν ὕλην ποιοῦντος, κοσμήτορα δὲ αὐτῆς τὸν Θεὸν εἰσάγοντος.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

A Μωσέως μὲν οὖν περὶ, πολὺς ἂν γένοιτο καὶ μακρὸς τοῖς εὐφημεῖν βουλομένοις ὁ λόγος. ἀκήκοε γὰρ Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὕρηκας παρ' ἐμοί. Τῆς γε μὴν ἐνούσης αὐτῷ πολυειδοῦς ἀρετῆς, ἀπόδειξις εἴη ἂν καὶ μάλα σαφὴς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τερατουργίας ἡ δύναμις. ὑφεστήκει γὰρ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, καὶ ὑπηρέτης ἦν ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀπονοίαις κατεξανιστάντι τὴν κτίσιν. B Ὁποῖός γε μὴν ὁ Πλάτων ἦν, κἂν εἰ μή τις λέγοι, διαβοήσειεν ἂν ἡ ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ Σικελίαν ἄφοδος. οὐ γὰρ ἀρεσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν Διονύσιον, ἀποδόσθαι φασὶν αὐτὸν, ὡς ἀνελευθέρῳ που πάντως ποινὴν ἐπιθέντα τὴν ἀνδραπόδῳ πρεπωδεστάτην. Πλὴν ἀφείσθω τέως ὁ περὶ τούτου λόγος. ἴτω δὲ δὴ πάλιν ἐπὶ τὸ ἐν χερσίν. ὁ θεσπέσιος μὲν γὰρ Μωσῆς οὐ λόγους ἡμῖν εἰκαίους ὁρᾶται συντεθεικὼς· οὔτε μὴν ἐκ φιλοτιμίας ἁπλῶς εἰς τοῦτο παρωρμημένος, ἀλ- C λά τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν ἐπινοήσας τῷ βίῳ. οὐ γάρ τοι προὔθετο φυσιολογεῖν ἰσχνῶς, ἤγουν φάναι τι περὶ τῶν λεγομένων πρώτων ἀρχῶν, ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν στοιχείων· περιεργότερα γὰρ οἶμαι ταυτὶ, καὶ ταῖς τινων διανοίαις οὐχ ἁλώσιμα. σκοπὸς δὲ γέγονεν αὐτῷ, τὸν τῶν τηνικάδε νοῦν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐπιστῆσαι δόγμασι. πεπλάνηντο γάρ, καὶ τὸ δοκοῦν ἕκαστος προσκυνοῦντες ἡλίσκοντο, καὶ τὸν ἕνα καὶ φύσει Θεὸν ἐξ ἀμαθίας τῆς ἄγαν ἠγνοηκότες, λελατρεύ- D κασι τῇ κτίσει. Καὶ οἱ μὲν, θεὸν ἐπεγράφοντο τὸν οὐρανὸν, ἕτεροι δὲ, τὸν ἡλίου κύκλον. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ γῇ, καὶ φυτοῖς, καὶ τῇ τῶν ὑδάτων φύσει, πτηνοῖς τε καὶ ζώοις ἀλόγοις, τὴν τῆς ἀνωτάτω φύσεως δόξαν ἀπονέμειν ἐσπούδαζον. καθηγμένων δὴ τῶν πραγμάτων εἰς τοῦτο αὐτοῖς, καὶ τῆς οὕτω δεινῆς ἀῤῥωστίας καταναιμηθείσης ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπίκουρος ἦν ὁ Μωσῆς, καὶ τῶν καλλίστων E ἅπασι μαθημάτων εἰσηγητὴς ἀνεδείκνυτο, εἷς μὲν ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς διαῤῥήδην ἀνακεκραγὼς, ἀφιστὰς δὲ τῶν ἄλλων, ἃ καὶ δι' αὐτοῦ παρήχθη πρὸς τὸ εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν ὅλως. Χρειωδέστατα τοίνυν καὶ μάλα σοφῶς τὸ πολὺ λίαν ἰσχνομυθεῖν παρελάσας, ἐπὶ τὸν τῶν ἀναγκαιοτέρων κεχώρηκε λόγον. τί γὰρ ἔδει ποία μέν ἐστιν ἡ τῶν ὑδάτων φύσις εἰπεῖν, ἢ καὶ ὅπως γέγονε τὴν ἀρχήν; ἀναμετρῆσαί τε ἀβύσσους,

CYRILLVS.

A De Mose igitur multa fuerit & longa iis oratio, qui laudandum eum susceperint. Deum enim audiit aperte dicentem: *Præ cæteris ego noui te, & apud me gratiam inuenisti.* Exod. 33. Sed multiplicis, quæ in eo fuit, virtutis luculentum sane testimonium præbebit vis portentorum effectrix, qua in Ægypto enituit. Parebat enim Deo vniuersorum, & minister aderat creaturas aduersus Ægyptiorum vesaniam concitanti. Qualis autem B fuerit Plato, etiam tacentibus omnibus, vel ejus Athenis in Siciliam profectio declarauerit. Nam offensum ejus assentationibus, ferunt, Dionysium ipsum vendidisse, cui, vt illiberaliter blandienti scilicet, pœnam imposuerit mancipio plane dignam. Cæterum mittatur interim de his oratio: ad id vero quod in manibus est, procedat. Diuinus enim Moses, nec temere quicquam scripsisse conspicitur, nec propter ambitionem eo deuenisse, sed res ad vitam necessarias C atque vtiles excogitasse. Non enim minute de rerum natura disputare propositum habuit, aut de primis, vt vocant, principiis, aut de elementis, quæ ab iis oriuntur, verba facere: curiosiora enim ista sunt, & ejusmodi, vt nonnullorum ingeniis nequeant capi. Sed scopus illi fuit, eorum qui tum erant hominum mentem doctrina veritatis informare: errore namque tenebantur, & quod cuique videbatur manifeste colebant, vnumque & natura Deum præ nimia inscitia igno- D rantes, creaturæ seruiebant. Inter quos alii numen sibi adscribebant, cælum: quidam, solis orbem: erant, qui lunæ etiam, ac sideribus, terræ, plantis, & aquarum naturæ, volucribus item, & brutis ratione carentibus, supremæ naturæ gloriam tribuere studerent. Eo itaque rebus illorum adductis, cum vniuersos homines hic tam grauis morbus depasceretur, opitulator Moses adfuit, & præstantissimæ doctrinæ dux cun- E ctis extitit, palamque & aperte prædicauit vnum esse natura rerum omnium opificem, & a rebus cæteris, quæ per illum creatæ ac productæ sunt, eos auocauit. Vtilissime ergo & sane quam sapienter nimiam istam subtilitatem ab oratione sua remouit, & ad scribendas res magis necessarias conuersus est. Nam quid attinebat dicere, qualis sit aquarum natura, aut quod primordium habuerit? Quid erat necesse abyssos metiri,

cælique naturam, aut quomodo Angeli extiterint, curiose exquirere? quæ sane cuiuis esse explicatu difficillima, neminem diffiteri puto. Quod si dante sapientiam Deo explicari ista potuissent; quis tandem idoneus auditor futurus, aut tantæ res subtilitatis, immo vero & supra intellectum positas, animo complexurus erat? Nam homines illius ætatis, qua hæc scriptis mandabat Moses sapientissimus, vel cum Græcorum inscitia certasse reperiemus. Quibus enim ex rebus potissimum Dei gloriam licebat agnoscere, per has illos deprehendes in postremæ omnium nequitiæ barathrum corruisse. Nam cum deceret eos, vt ait Scriptura, perspecta rerum creatarum elegantia vniuersi creatorem & architectum Deum agnoscere; eo imprudentiæ prolapsi sunt, vt vnde ad veritatis notitiam deferri debuerant, per ea reperiantur vltro mendacio adhæsisse. Et fidelis ejus rei testis fuerit sapientissimus Paulus ita scribens:

Rom. 1. *Inuisibilia eius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; virtus scilicet ejus æterna, & diuinitas, vt essent inexcusabiles, eo quod scientes Deum, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obtenebratum est cor insipiens eorum.* Quæ profecto congruunt gregariæ, vilis, & plane inconsideratæ superstitionis auctoribus; cujusmodi erant ii, ad quos, vt antea dixi, Moses libros suos scripsit. Sed eos tandem deprehensos esse grauissimo stupore teneri, nullo negotio videbimus, excussis posterioris ætatis Philosophorum opinionibus. De his enim Plutarchus priore libro collectionis dogmatum de rebus naturalibus:

Plutarch. lib. 1. de placitis Phil. cap. 6. *Hoc illos ad Dei notitiam deduxit, quod cum sol & luna, & reliqua sidera, vbi sub terram delata sunt, similis tamen colore, magnitudine, & in iisdem locis, & iisdem temporibus, oriantur.* Item eodem libro: *Definiunt autem Dei naturam hoc pacto: Spiritum intelligentia præditum, & igneum, formæ quidem expertem, sed in quam velit speciem se mutantem, ac rebus quibusuis assimilantem. Cuius notitiam homines primum adepti sunt, ab eorum quæ nobis apparent pulchritudine coniecturam capientes, nihil pulchri temere & fortuito fieri, sed ab aliqua opifice arte.*

A καὶ οὐρανοῦ φύσιν· καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ὑπάρξεως πολυπραγμονῆσαι τὸν τρόπον; ταυτὶ μὲν γὰρ ὅτι δυσεξήγητα παντὶ γένοιτ' ἄν, ὡμολογῆσθαι νομίζω. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ὅλως καὶ διειπεῖν δύνασθαι σοφοῦντος Θεοῦ, τίς ὁ ἀκροασόμενος ἦν, ἤγουν συνιέναι τὰ οὕτως ἰσχνά, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ νοῦν, οἷός τε ὤν; καίτοι καὶ αὐτῆς τῆς Ἑλλήνων ἀμαθίας κατόπιν ὄντας εὑρήσομεν τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν καὶ ἡ τοῦ πανσόφου Μωσέως ἐστράτευτο

B συγγραφή. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀφ' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν διειδέναι σαφῶς, διὰ τούτων αὐτῶν ἁλοῖεν ἂν εἰς τὸ τῆς ἐσχάτης ἁπασῶν ἀβελτηρίας πεσόντες βάραθρον. ὡς γὰρ δή φησιν ἡ θεόπνευστος γραφή, ἐχρῆν δήπου τοὺς πάλαι τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ τεχνίτην ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων ἐννοεῖν· οἱ δὲ πρὸς τοῦτο κατῴχοντο δυσβουλίας, ὥστε καὶ ἐξ ὧν ἦν εἰκὸς ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀποφέρεσθαι γνῶσιν, διὰ τούτων αὐτῶν ἁλῶναι παθόντας τὸ προσκεῖσθαι τῷ ψεύδει· γένοιτο

C δ' ἂν καὶ τούτου μάρτυς πιστὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος ὡδί γεγραφώς· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλὰ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Καὶ τοῦτο μὲν ἂν πρέποι τοῖς τὴν ἀγελαίαν, καὶ συρφετώδη; καὶ ἀλόγιστον πάντως ψευδολατρείαν ἐξευρηκόσιν,

D ὁποῖοί τινες ἦσαν, ὡς ἔφην, οἱ πρὸς οὓς ὁ τοῦ πανσόφου Μωσέως πεποίηται λόγος· ὅτι δὲ τῆς εἰς λῆξιν ἡκούσης ἐμβροντησίας ἀνάπλεω γεγονότες καταφωραθεῖεν ἄν, ἀμογητὶ καταψόμεθα, τὴν τῶν μετ' αὐτοὺς πολυπραγμονήσαντες δόξαν. ἔφη γὰρ που περὶ αὐτῶν ἰσχνὸς ὢν ἄγαν ὁ Πλούταρχος, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς· ἔλαβον δὲ ἐκ τούτου ἔννοιαν Θεοῦ. ἀεὶ τε γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων,

E τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντα, ὅμοια μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασιν, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι, καὶ κατὰ τόπους καὶ κατὰ χρόνους τοὺς αὐτούς. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ· ὁρίζονται δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν οὕτως· πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ὃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν. ἔσχον δὲ ἔννοιαν τούτου, πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ κάλλους τῶν ἐμφαινομένων προσλαμβάνοντες, ὡς οὐδὲν τῶν καλῶν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετά τινος τέχνης δημιουργούσης.

Προσεποίσω δὲ τούτοις ἃ γέγραφέ ποτε καὶ ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν· ὀνομάζεται γὰρ ὡδὶ τὸ βιβλίον· εἶτα, φὴς, ἀόρατος ὁ Θεός; εὐφήμησον. καὶ τίς αὐτοῦ φανερώτερος; διὰ τοῦτο πεποίηκεν, ἵνα διὰ πάντων τις αὐτὸν βλέπῃ. τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτο ἡ ἀρετὴ, τὸ αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ πάντων. Ὁμολογοῦντα δὲ τούτοις καὶ αὐτὸν ὀψόμεθα τὸν τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας κατήγορον Ἰουλιανόν. διϊσχυρίζεται μὲν γὰρ ὡς ἀδίδακτόν τι χρῆμα καὶ αὐτομαθὲς ἀνθρώποις, τὸ εἰδέναι Θεόν. Φησὶ δὲ οὕτως· ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχει, τεκμήριον ἡμῖν ἔστω πρῶτον, ἡ κοινὴ πάντων ἀνθρώπων ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ κατὰ ἄνδρα καὶ ἔθνη περὶ τὸ θεῖον προθυμία. ἅπαντες μὲν γὰρ ἀδιδάκτως θεῖόν τι πεπιστεύκαμεν· ὑπὲρ οὗ, τὸ μὲν ἀκριβὲς, οὔτε πᾶσι ῥᾴδιον, οὔτε τοῖς ἐγνωκόσιν, εἰπεῖν εἰς πάντα δυνατόν. Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· ταύτῃ δὴ τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἐννοίᾳ, πρόσεστι καὶ ἄλλη. πάντες γὰρ ἄνθρωποι, οὐρανῷ, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ φαινομένοις θεοῖς, οὕτω δή τι φυσικῶς προσηρτήμεθα, ὡς καὶ εἴ τις ἄλλον ὑπέλαβε παρ' αὐτοὺς τὸν Θεὸν, οἰκητήριον αὐτῷ πάντα τὸν οὐρανὸν ἀπένειμεν· οὐκ ἀποστήσας αὐτὸν τῆς γῆς, ἀλλ' οἷον ὡς εἰς τιμιώτερον τοῦ παντὸς ἐκεῖνο, τὸν βασιλέα καθίσας τῶν ὅλων, ἐφορᾷν ἐκεῖθεν ὑπολαμβάνων τὰ τῇδε. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως οἱ τὴν παχεῖαν, καὶ ἀγυρτώδη, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, βαναυσικὴν οὐκ ἀνασχόμενοι πλάνην, καὶ τὸ τῶν ἀγεννῶν ἀποφοιτήσαντες δόξης, οὐκ ἠμοιρήκασι παντελῶς τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας περὶ Θεοῦ. κατετεκμήραντο δὲ, τίς τε, καὶ ὅση τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως ἡ ὑπεροχὴ· ὡς καὶ θεσμοῖς εὐταξίας τὴν οὕτω μεγάλην καὶ ἀξιάγαστον κτίσιν ὑπενεγκεῖν. οἵγε μὴν ἕτεροι, περὶ ὧν ὁ λόγος, οὔτε Θεὸν ἐγνώκασι διὰ τῶν κτισμάτων. ἀλλὰ γὰρ ἦσαν οὕτως ἐμβρόντητοι, καὶ φρενὸς ἔξω γεγόνασιν ἀνθρωποπρεποῦς, ὡς μὴ μόνον οὐρανῷ, καὶ γῇ, καὶ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἑτέροις τῶν ἄστρων ἑλέσθαι προσκυνεῖν· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν σηκοῖς εἴδη πολύμορφα καθιδρῦσαι, ἐγχαράξαι τε μορφὰς αὐτοῖς, οὐκ ἀνθρωπείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώων ἀλόγων, καὶ πτηνῶν τε, καὶ ἑρπετῶν· καὶ θεοὺς αὐτὰ καὶ σωτῆρας ἀποκαλεῖν. Εἶτα πῶς οὐκ ἂν ἀγάσαιτό τις τῆς Μωσαϊκῆς εὐτεχνίας τὸ ἀκριβὲς περίεργον μὲν, ἢ βαθὺ, καὶ οὐκ εὐπαράδεκτον, τοῖς τηνικάδε λαλοῦσης οὐδέν. ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον τὰ δι' ὧν ἦν δυνατὸς μεταφοιτᾷν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἔχον ὀρθῶς, καὶ ἀπευθύνειν εἰδὸς εἰς ἀμώμητον δόξαν, τὴν ἐπί γε, φημὶ, τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ;

A His addam quæ ter maximus Hermes ſcripſit ad ſuam Mentem : huic enim libro id nominis eſt. *Ergone, inquis, inuiſibilis Deus? Bona verba, quæſo : ecquis eo conſpectior? idcirco fecit omnia, vt per omnia a quouis cernatur : hæc eſt Dei bonitas, hæc virtus, vt per omnia conſpiciatur.* Quin etiam ipſum religionis noſtræ accuſatorem Iulianum deprehendemus idipſum confiteri, cum affirmat, Dei cognitionem rem eſſe, quæ non doceatur, ſed per ſe diſcatur ab homini-
B bus. His autem verbis vtitur: *Doceri autem non poſſe Dei notitiam, verum a natura datam hominibus, primum nobis argumentum eſto, quod commune eſt omnium hominum & priuatim & publice, ſingillatim, & per nationes, numinis ſtudium. Omnes enim, a nemine docti, numen aliquod credimus, de quo accurate diſſerere, non cuiuis modo difficile, ſed & iis, qui ejus cognitione ſunt imbuti, omnino impoſſibile.* Et rurſum poſt alia: *Ad hanc communem omnium mortalium*
C *ſententiam accedit alia. Quotquot enim homines ſumus, cælo, &, qui in eo conſpiciuntur, Diis duce natura ſic adhæreſcimus, vt ſi quis præter hæc aliud quoddam ſibi numen finxerit, ei tamen cælum, ſedem ac domicilium adſignet : non quod ei terra interdicat, ſed velut in honeſtiſſimum totius vniuerſi locum Regem vniuerſorum conſtituens, inde putat, quæ hic geruntur, diſpicere.* Vide ſis ergo, vt craſſo & circulatorio, atque, vt ita dicam, ſordido errore abjecto, plebeio-
D rumque hominum opinione relicta, non omni prorſus Dei notitia caruerunt, ſed quæ & quanta ſit ejus virtutis exſuperantia aſſequuti ſunt, quæ ordinis legibus tam vaſtam & admirabilem mundi molem ſubdiderit. Verum alii, de quibus ſermo eſt, neque ex creaturis Deum agnouerunt, ſed tanto ſtupore tenebantur, ſic omnem humanitatis ſenſum amiſerant, vt non cælo, terræ, ac lunæ ſolum reliquiſque ſideribus diuinos honores tribuerent, ſed & in templis varia ſimula-
E cra collocarent, iiſque non hominum tantum figuras inſculperent, ſed etiam brutorum animantium, & auium, & reptilium, deoſque ipſa & ſeruatores nominarent. Deinde quis Moſis induſtriam non admiretur, quæ nihil ſuperuacaneum, aut nimis altum, ſiue etiam intellectu difficile, id ætatis hominibus loquitur, ſed ea potius per quæ poterant ad ſana conſilia redire, quæque eos ad inculpatam omnium dominatoris gloriam dirigere poſſent?

An vero puerorum magistros laudabimus, qui se ad eorum captum demittunt, & paulatim ad abstrusarum rerum scientiam quasi manu ducentes, nihil nimis elaboratum principio & inaccessi quodammodo aditus per initia proponunt; Mosem vero illum sanctissimum, qui hoc tam egregie præstitit, non omni genere laudis prosequemur? Qui si tibi nihil ad rem afferre videtur; vin' tu nos ad eas disciplinas, quæ tibi maxime cordi sunt, orationem conuertamus? Hesiodi Theogoniæ scrupulosam diligentiam quoad licet excutiamus. Fingit enim Deorum se vocem audire, & Musis afflatum esse, idque sibi velut magnum quiddam ac præcipuum arrogat.

Dicite, inquit, *quo pacto primum Dii & terra extiterint,*
Et flumina, pontusque immensus æstu feruens,
Et astra fulgentia, & cælum latum desuper.

Tum chaos & noctis ortum describit, sed quo pacto extiterint, non subjicit:

Terra, inquit, *primum quidem genuit par sibi*
Cælum stellis ornatum, vt eam omnia circumtegant.

Et postquam dixit Cælum esse Terræ filium, subjicit Cælo congressam maria procreasse,

Cœumque, & Creum, & Hyperionem, & Iapetum,
Theamque, ac Rheam, & Themin, ac Mnemosynem,

ac præter has Phœben, quam & *auro coronatam* nominat. Adde & Auroram, & omnium natu minimum Saturnum. Præterea quisquilias inaniũ & male cohærentium fabularũ congerit. Sed dicet, hæc ab Hesiodo poëtarum more fuisse conficta. Neque enim hæc forsan sine rubore audire potest. Quid igitur Mosem rerum sacrarum interpretem sugillat, qui claram, ac certissimam rerum verissimarum historiam conscripsit? Nam cælum & terram dixit a Deo condita, cælum item ac lunam, astra, lucem, volucres, pisces, & brutarum animantum species. Præterea plantarum nitorem, & fructus edules, & herbas in agris. Animaduerte porro vt errorem, qui priscos illos homines inuaserat, his verbis sapientissime resecet. Numquid enim Iouem quidem nominant cælum: Cererem autem, terram: Apollinem, solem: & aureis sagittis instructam *χρυσηλάκατον*, hoc est, Dianam; lunam indigetant?

A Εἶτα, τοὺς μὲν τῶν μειρακίων διδασκάλους ἐπαινέσαι τις ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, συγκαθισαμένους αὐτῶν ταῖς γνώμαις, καὶ χειραγωγοῦντας κατὰ βραχὺ, πρὸς τὸ δύνασθαί τι τῶν ἀπορρήτων ἰδεῖν, οὐδὲν δὲ αὐτοῖς τῶν ἄγαν ἐξησκημένων, καὶ ἀνάντη πως ἐχόντων τὴν προσβολὴν, παρατιθέντας ἐν ἀρχαῖς· πεπραχότα δὲ τοῦτο Μωσέα τὸν ἱερώτατον οὐκ ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν; Εἰ δέ σοι δοκεῖ τῶν ἀναγκαίων εἰπεῖν οὐδὲν, βούλει τῶν σοὶ φιλτάτων ἁψώμεθα μαθημάτων. B πολυπραγμονήσωμεν ὡς ἔνι, τῆς Ἡσιόδου θεογονίας τὸ ἀκριβές. σκήπτεται μὲν γὰρ τὸ θεοκλυτεῖν, καὶ τὸ μουσόληπτος εἶναι δοκεῖν προσνενεμηκὼς ἑαυτῷ, ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιέραστον.

Εἴπατε, φησὶν, δ' ὡς τὰ πρῶτα Θεοὶ, καὶ Γαῖα γένοντο,
Καὶ Ποταμοὶ, καὶ Πόντος ἀπείριτος οἴδματι θύων,
Ἄστρά τε λαμπετόωντα, καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

εἶτα χάος καὶ νύκτα γενέσθαι λέγων, καὶ τίνα C τρόπον οὐκ ἐπειπών·

Γαῖα, φησὶ, δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτῃ.

καὶ Γῆς τέκνον ἀποφήνας τὸν Οὐρανὸν, ὅτι καὶ Θαλάσσας τέτοκεν Οὐρανῷ παρευνηθεῖσα,

Κοῖόν τε, Κρεῖόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε,
Θείαν τε, Ῥείαν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε.

D Φοίβην τε πρὸς ταύταις, ἣν καὶ χρυσοστέφανον ὀνομάζει. καὶ μέν τοι τὴν Ἠῶ, ὁπλότατον δὲ πάντων γενέσθαι φησὶ τὸν Κρόνον. εἶτα τούτοις ἐπάγει συρφετούς τινας εἰκαίων καὶ ἀσυστάτων διηγημάτων. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τὸν ποιητοῦ νόμον μυθοπλαστῆσαι ταυτὶ τὸν Ἡσίοδον. ἐπερυθριᾷ γὰρ ἴσως τοῖς αὐτοῦ διηγήμασιν. αἰτιᾶται τοιγαροῦν ἀνθ' ὅτου τὸν ἱεροφάντην Μωσέα, σαφῆ καὶ ἀπλανεστάτην καὶ διηγημάτων ἀληθῶν συντεθεικότα συγγραφήν; πεποιῆσθαι γὰρ ἔφη παρὰ τοῦ Θεοῦ τόν τε οὐρανὸν καὶ E τὴν γῆν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, ἄστρα καὶ φῶς, πτηνὰ καὶ νηκτὰ, καὶ ζώων ἀλόγων εἴδη καὶ κάλλη φυτῶν, καρπούς τε τοὺς ἐδωδίμους, καὶ πόας τὰς ἐν ἀγροῖς. Ἄθρει δὲ ὅπως διὰ τουτωνὶ τῶν λόγων, τὴν τοῖς ἀρχαίοις ἐγκατασκήψασαν πλάνην, ἀποκείρει πανσόφως. ἢ γὰρ οὐχὶ Δία μὲν ὀνομάζουσι τὸν οὐρανόν, Δήμητραν δὲ τὴν γῆν, Ἀπόλλωνα δὲ τὸν ἥλιον, καὶ χρυσηλάκατον κελαδεινὴν, τοὺς Ἄρτεμιν, τὴν σελή-

νην; καὶ ἁπαξαπλῶς ἑκάστῳ τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότων ἐπιφημίζοντες τὸ δοκοῦν, προσεκύνησαν ὡς θεούς. Ὅτι δὲ σαφὴς, καὶ εὐσύνοπτος, καὶ οὐδὲν ἔχων περιειργασμένον, καὶ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ, τῆς κοσμογονίας ὁ λόγος τῷ θεσπεσίῳ γέγονε Μωσεῖ, φέρε δὴ, φέρε, καταδεικνύωμεν. ἐν ἀρχῇ γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. οὐ γάρ τοι συνάναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ, καὶ ἀγένητον κατά τινας ἐφίησι καὶ αὐτὸς νοεῖσθαι τὴν ὕλην, σύνδρομόν τε καὶ συνυφεστηκὸς τῷ ἀϊδίῳ τὸ οὐκ ὄν ποτε, τῷ ἀεὶ ὄντι, τὸ ἐν καιρῷ καὶ μόλις παρενεχθὲν εἰς γένεσιν· οὔτε μὴν τῷ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως ἔχοντι, τὸ κεκινημένον, τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ὑπὸ φθοράν· χρόνῳ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν ἀρχῇ καλούσῃ πρὸς γένεσιν, περιορίζει τὴν κτίσιν, ὡς ἐξ οὐκ ὄντων ἐνενηγμένην κατὰ βούλησιν Θεοῦ, πρός γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστί· καὶ οὐ δήπου φησὶ, ἔτι προϋποκειμένης καὶ προεξευρημένης τῆς ὕλης κοσμήτορα καὶ τεχνίτην ἁπλῶς γενέσθαι Θεὸν, εἰδοποιοῦντα τὸ ἄμορφον καθ' ὃν ἂν εἰδείη τρόπον, καὶ ποιοτήτων διαφορὰς, μεγέθη τε καὶ ὄγκους ἐπιρρίψαμενον αὐτῇ. ἀλλὰ γὰρ ἀρρήτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ δυνάμει, τὸ οὐκ ὂν οὐδὲ ὑπάρχον ὅλως, εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι παραγαγεῖν. Τίνα δὲ τρόπον δημιουργεῖ, νῷ μὲν τῷ καθ' ἡμᾶς ἀνέφικτον ἰδεῖν. εἶναι δέ φημι καὶ πέρα λόγου παντός. πῶς γὰρ ἄν τις φράσαι τὰ ὑπὲρ νοῦν; ὑπερανέστηκε δὲ οἶμαι τοσοῦτον τῶν καθ' ἡμᾶς, τὰ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας εὑρήματα, καὶ ἡ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν πρακτέων ὁδὸς, ὅσονπερ αὐτῆς καὶ κατὰ φύσιν ἡττήμεθα. Ὅταν τοίνυν λέγει Μωσῆς, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, σύνες ὅτι συλλήβδην μὲν ὥσπερ καὶ ὡς ἐν βραχεῖ τὰ πάντα συνενεγκὼν, τῆς ὅλης κτίσεως ἀφηγεῖται τὴν γένεσιν. εἶτα πρόεισιν ἐντέχνως, ἐπὶ τὸ χρῆναι λέγειν τίνα τε διεκοσμήθη τρόπον καὶ ὅπως ἕκαστα τῶν πεποιημένων, τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν εὖ μάλα διεκληρώσατο. Λόγῳ τε μὴν τῷ πανσθενεστάτῳ δεδημιουργηκέναι τὰ πάντα φησὶν αὐτόν. Θεὸς γάρ ἐστι καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς αὐτοῦ λόγος. εἶπε γάρ φησιν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα· καί μοι βλέπε παραχρῆμα τῇ τοῦ λόγου δυνάμει πεπηγὸς τὸ στερέωμα. ὃ δὴ καὶ ἐκάλεσεν οὐρανόν. εἶπεν ὁ Θεὸς, ὀφθήτω ἡ ξηρά· καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν. ἔφη τε πρὸς τούτοις, ἥλιον γενέσθαι, καὶ

A Et vt verbo dicam, rebus singulis quæ a Deo conditæ sunt, arbitrio suo consecratis diuinos honores tribuerunt. Age vero, quanta perspicuitate & facilitate libros de mundi creatione diuinus Moses conscripserit, quam accurati sint illi, quamque nihil superflui habeant, age demonstremus. *In principio*, inquit, *fecit Deus cælum & terram*. Genes. 1. Non enim ipse iam, vt quidam, materiam cum Deo principii expertem, coæternam, &
B ingenitam intelligi sinit, & quod aliquando non erat cum æterno concurrere, ac simul existere: & cum sempiterno, id quod in tempore ac vix tandem in ortum perductum est: nec cum eo, qui idem semper est, id quod mutatur: cum incorrupto, id quod corruptioni subest: immo tempore ac principio vocante ad ortum res creatas definit, tanquam ex nihilo, Dei voluntate, vt essent id quod sunt, eductas. Neque scilicet dicit præjacentis &
C prius inuentæ materiæ ornatorem & opificem tantum Deum fuisse, qui quod informe erat, quo modo posset sciretque, conformarit, eique qualitatum differentias magnitudinemque ac molem solum indiderit; sed arcana quadam & ineffabili virtute, quod non erat aut existebat vspiam ad existendi primordium adduxisse. Quomodo vero condiderit, assequi non potest nostræ mentis infirmitas, cum longe orationem omnem exsuperet.
D Etenim quæ cogitatione capi non possunt, quo pacto dicendo quis explicet? Atqui supremæ essentiæ inuenta, & rei cujusuis agendæ ratio, tantum res nostras exsuperant, quantum nos ipsa secundum naturam inferiores sumus. Cum igitur Moses ait, *In principio fecit Deus cælum & terram*; intellige summarim, ac velut in compendium collatis omnibus, vniuersarum rerum creationem exponere; tum artificiose progredi ad explicandum, qua parte singula fuerint
E exornata, & vt vnaquæque res creata existentiam suam maxime fuerit adepta; nempe, Verbo potentissimo ipsum ait condidisse omnia. Deus enim est & ex Deo secundum naturam, vniuersi opifex ejus Verbum. *Dixit* enim *Deus*, inquit, *fiat firmamentum*: Et ecce tibi continuo Verbi virtute compactum firmamentum, quod & cæli nomine nuncupauit. *Dixit Deus: Appareat arida: & congregata est aqua in congregationem vnam.* Ad hæc, solem fieri jussit, & factus est;

lunam item, astra, lucem, animalia terrena, & aquatilia, vna cum auibus. Iam cum *spiritum Dei* dixit *ferri super aquam*, his verbis docuit elementorum naturam non posse vi sua corruptionem effugere, sed, vt consistat, opus ei esse manu continentis illam Dei. Ab hoc enim cuncta vitam accipiunt, cum ipse quoque secundum naturam vita sit ex vita Patris. Hujus autem cuncta indigent, nec aliter constare possunt in eo vt sint id quod sunt. Considera proinde, vti dixi, verbo compactum firmamentum, & aridam emergentem, aquis in vnum coactis. Adspice terram herbis ac lignis virescentem, & seminalem vim iis inditam, qua temporariæ rei perpetuitatem capiant & permaneant ac conseruentur. Contemplare firmamenti luminaria, non in alium vsum a Deo condita, quam vt mortalibus illucescant, & tempora simul, & annos, ac dies indicent. Addit Moses, jussam esse terram brutis animantibus commodare naturam, Deo formam, & magnitudinem, & existendi principium illis tribuente. Peractis demum vniuersi rebus omnibus, cum nihil jam prorsus humanis vsibus deesset, tum cogitare cœpit Opifex, quonam pacto homo ipse fieret. Non enim perinde, vt cæteræ res creatæ, repente conditus est; sed quoniam suprema natura magnum quiddam & eximium est, adeoque cogitatione omni & oratione, postremo etiam admiratione majus, animal sibi simile, quoad ejus fieri potest, formare voluit. Idcirco, ne exiguum & abjectum quippiam esse, aut cæteris parum antecellere videretur animal futurum ad Dei similitudinem & imaginem, hoc est, homo; Moses jure merito non improuidum, sed meditatum ejus ortum facit. Quanquam dicet aliquis, ac vere dicet, nihil latere mentem diuinam, vtpote quæ nouit omnia priusquam fiant. Quid ergo de homine faciendo consilium capiebat, cum ejus naturam prænosset? Verum diuina, vti dixi, dispensatione veluti ac prouisione Moses optimus ornatum fuisse hominem scribit, non simplici nihiloque cæteris potiori conditione, sed Deo singulari quodam modo cura in eam rem incumbente. Et hyperbolem qui-

A γέγονε σελήνην, καὶ ἄστρα, καὶ φῶς, καὶ ζῶά τε χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, πτηνά τε πρὸς τούτοις. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὴ τῶν στοιχείων ἡ φύσις, οἴκοθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτῆς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ δύνασθαι διαδράναι τὴν φθοράν· δεῖται δὲ μᾶλλον τῆς τοῦ συνέχοντος αὐτὴν, πρὸς τὸ εὖ εἶναι χειρὸς, ἐδίδαξεν εἰπὼν, ὅτι πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ζωογονεῖ γὰρ τὰ πάντα τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, ζωὴ καὶ αὐτὸ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ἐκ ζωῆς τοῦ πατρός. δεῖται δὲ τὰ πάντα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ἔχει τὸ ἀκατάσειστον,

B εἴς γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστίν. Ὅρα δὴ οὖν, ὡς ἔφην, λόγῳ πηγνύμενον τὸ στερέωμα, καὶ ἀνίσχουσαν τὴν ξηρὰν συναγηγερμένων τῶν ὑδάτων εἰς ἕν· ὅρα πόαις τε καὶ ξύλοις χλοηφοροῦσαν τὴν γῆν, καὶ σπερματικοὺς αὐτοῖς ἐνυπάρχοντας λόγους, ἵνα δι' αὐτῶν τὰ πρόσκαιρα τὴν τοῦ ἀϊδίως εἶναι παρακλέπτοντα δύναμιν, διαμένῃ καὶ σώζηται. ἄθρει τοὺς ἐν τῷ στερεώματι φωστῆρας οὐκ ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ παρὰ Θεοῦ γεγονότας, πλὴν ὅτι μόνον ἵνα φαίνωσι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κατασημαίνωσι

C δὲ καὶ καιροὺς, καὶ ἡμέρας, καὶ ἐνιαυτούς. Προστετάχθαι δέ φησι καὶ τὴν γῆν ζώοις ἀλόγοις ἐκδοῦναι φύσιν, εἶδος ἑκάστῳ, καὶ τὸ ποσὸν, καὶ τὸ ἐφ' ᾧπερ ἂν γένοιτο, διανέμοντος τοῦ δημιουργοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπεποίητο λοιπὸν ἐν κόσμῳ τὸ πᾶν, ἐλελοίπει δὲ ὅλως ταῖς ἀνθρώπου χρείαις οὐδὲν, τότε δὴ τότε, τίνα καὶ αὐτὸς ἔσται τρόπον, ὁ δημιουργὸς ἐνενόει. οὐ γάρ τοι τοῖς ἄλλοις ἐν ἴσῳ κτίσμασι καὶ ἡ αὐτοῦ γένεσις ἀπεσχεδιάζετο. Ἐπειδὴ δὲ μέγα καὶ ἐξαίρετον, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐπέκεινα

D καὶ νοῦ, καὶ λόγου, καὶ θαύματος, ἡ ὑπερτάτη νοεῖταί τε καὶ ἔστι φύσις, ἑαυτῇ τὸ ζῶον ἀφομοιοῦν, ὡς ἔνι, βεβούληται· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως, ἵνα μήτι μικρὸν εἶναι δοκῇ, καὶ καταῤῥιμμένον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀλίγα διενεγκεῖν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ μάλλον ἔσεσθαι ζῶον, τουτέστιν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἀκατάσκεπτον αὐτοῦ ποιεῖται τὴν γένεσιν. Καίτοι φαίη τις ἂν, καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς, ὡς οὐκ ἄν τι τὸν θεῖον διαλάθοι νοῦν· οἶδε δὲ, οἶδε τὰ

E πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· τί οὖν ἐσκέπτετο, καίτοι προεγνωκὼς τὴν ἀνθρώπου φύσιν; οἰκονομικῶς, ὡς ἔφην, ὁ πανάριστος Μωσῆς οἱονεί πως καὶ προβουλίοις φησὶ τετιμῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἁπλῆν, ὡς ἂν εἴποι τίς, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐξηλλαγμένην, τὴν αὐτοῦ γένεσιν εἰσφέρων· ἀλλ' οἱονεί πως καὶ ἐν φροντίδι θεμένου τὸ χρῆμα τοῦ Θεοῦ· καὶ ὑπερ-

ϐολικὸς μὲν ὁ λόγος, ἔχει δ' ἂν οἶμαι τὸ εὖ πεποιῆσθαι δοκεῖν, εἰ πάντων ἄριστον τῶν ἐπὶ γῆς ζώων φαμέν τε τὸν ἄνθρωπον εἶναι, πεποιῆσθαί τε, καὶ καθ' ὁμοίωσιν καὶ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. ὅτι δὲ τοῖς πανσθενεστάτοις τοῦ Θεοῦ νεύμασι παρεκομίσθη πρὸς ὕπαρξιν ἡ σύμπασα κτίσις, χαλεπὸν οὐδὲν, ὥς γε οἶμαι, διαμαθεῖν καὶ ἐξ ὧν γεγράφασιν οἱ τῆς αὐτοῦ δεισιδαιμονίας διδάσκαλοι. ἐδόκει γὰρ ἅπασι καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν, συλλήβδην ἅπαντα δεδημιουργῆσθαι παρ' αὐτοῦ, νοητά τε καὶ αἰσθητὰ, ἀόρατα καὶ ὁρώμενα. συνωμολογήκασι γὰρ ὅτι περὶ τὸν ἁπάντων βασιλέα καὶ κύριον πάντα τε ἐστί. καὶ δὴ καὶ εἰπεῖν ὁ Πλάτων διατείνεται· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων. Ἤδη μὲν οὖν τὰς Ἑλλήνων παρηγάγομεν ῥήσεις, τὰς ἐπί γε τούτοις φημὶ, καὶ παρήσω μὲν τὸ ταὐτὰ εἰπεῖν. Διαμεμνήσομαι δὲ τῶν Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου λόγων. ἔφη γὰρ οὗτος ἐν τῷ πρὸς Ἀσκληπιόν· καὶ εἶπε, φησὶν, Ὄσιρις· εἶτα ὦ μέγιστε ἀγαθὸς δαίμων, πῶς ὅλη ἡ γῆ ἐφάνη; καὶ εἶπεν ὁ μέγας ἀγαθὸς δαίμων· κατὰ τάξιν, καὶ ἀναξήρανσιν, ὡς εἶπον, καὶ τῶν πολλῶν ὑδάτων κελευσθέντων, ἀπὸ τοῦ εἰς ἑαυτὰ ἀναχωρῆσαι, ἐφάνη ὅλη ἡ γῆ ἔμπηλος καὶ τρέμουσα· ἡλίου δὲ λοιπὸν ἀναλάμψαντος, καὶ ἀδιαλείπτως διακαίοντος, καὶ ξηραίνοντος, ἡ γῆ ἐστηρίξετο ἐν τοῖς ὕδασιν ἐμπεριεχομένη ὑπὸ τοῦ ὕδατος. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ κύριος ἐφώνησεν οὕτως· ἔσω γῆ, καὶ φανήτω στερέωμα. καὶ εὐθέως ἀρχὴ τῆς δημιουργίας γῆ ἐγένετο. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς γῆς. ἡλίου δὲ πέρι, πάλιν ὧδέ φησι. καὶ εἶπεν Ὄσιρις· ὦ τρὶς μέγιστε ἀγαθὸς δαίμων· ἡλίου γένναν βούλει ἡμᾶς καταλέξαι, πόθεν ἐφάνη; ἐφάνη προνοίᾳ τοῦ πάντων δεσπότου. ἔστι δὲ ἡ γένεσις τοῦ ἡλίου, ἀπὸ τοῦ πάντων δεσπότου, διὰ τοῦ ἁγίου καὶ δημιουργικοῦ λόγου αὐτοῦ, γενομένη. ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς τὸν Τὰτ διεξοδικῷ λόγῳ πρώτῳ φησίν· ὁ δὲ πάντων κύριος εὐθέως ἐφώνησε τῷ ἑαυτοῦ ἁγίῳ, καὶ νοητῷ, καὶ δημιουργικῷ λόγῳ· ἔσω ἥλιος, καὶ ἅμα τῷ φάναι, τὸ πῦρ, τῆς φύσεως ἀνωφεροῦς ἐχόμενον, λέγω δὴ τὸ ἄκρατον, καὶ φωτεινότατον, καὶ δραστικώτερον, καὶ γονιμώτερον, ἐπεσπάσατο ἡ φύσις τῷ ἑαυτῆς πνεύματι, καὶ ἤγειρεν εἰς ὕψος ἀπὸ ὕδατος. τὸ μὲν οὖν προστάξει Θεοῦ διὰ τοῦ δημιουργοῦ πεποιῆσθαι λόγου τὰ πάντα, πρέπον ἂν ἀνθρώπῳ νοεῖν, καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν· τὸ δὲ ὅπως, ἢ τίνα τρόπον, αὐτὸς ἂν εἰδείη καὶ μόνος.

A dem habet oratio, sed non temere factum significat, quod omnium quæ in terra sunt animantium, hominem præstantissimum ad conditoris imaginem ac similitudinem factum asserimus. Cæterum res omnes potentissimo Dei nutu in lucem editas, non grauabimur, opinor, etiam ex iis perdiscere, quæ superstitionis illius magistri scriptis tradiderunt. Qui omnes & sentire & dicere non dubitarunt, omnia B simul ab eo fuisse condita, tum quæ ratione & sensu prædita sunt, tum quæ in sensum oculorum incurrunt, aut illum effugiunt. Nemo enim illorum non fatetur omnia penes vniuersorum regem ac dominum esse. Et certe Plato illum his verbis vsum contendit: *Dii Deorum, quorum ego opifex, operumque parens.* Sed jam scilicet hæc Græcorum de eo dicta adduximus, nec res easdem ingeram. Vnius Hermetis C ter maximi verba commemorabo, quibus in illo qui ad Asclepium est dialogo vtitur: *Et dixit Osiris*, inquit, *Atqui o maxime bone dæmon, quomodo vniuersa terra extitit? Respondit magnus bonus dæmon: Ordine & exsiccatione, vti dixi, cum multa vi aquarum in sese redire jussa terra apparuit, cœnosa illa quidem ac tremula; verum cum Sol demum eluxisset, & continenter vreret ac siccaret, terra in aquis solidata est, vndique aqua circumfusa.* Idem alio in lo-D co: *Omnium opifex ac dominus ita loquutus est: Esto terra, & appareat firmamentum; & continuo opificii principium, terra, extitit.* Atque hæc de tellure. De Sole vero rursum sic loquitur: *Et dixit Osiris: O ter maxime ac bone dæmon, visne recenseamus quo pacto Sol primum ortus, & vnde præpotentis Dei prouidentia prodierit? Solis creatio ab Domino vniuersorum; immo ab eodem, per sanctum & opificem Sermonem, ex-E titit.* Similiter in primo libro digressionum ad Tat: *Omnium Dominus statim dixit sancto & intelligenti & effectori Sermoni suo: Existat sol; & cum dicto, ignem, natura sursum tendente præditum, illud dico quod est in natura simplex & lucidissimum, efficacissimum, & fæcundissimum, suo spiritu natura attraxit, & ab aqua in altum coegit.* Itaque Dei jussu per Sermonem opificem facta esse omnia, & sentire hominem decet, ac vere dicitur. Quomodo autem, vel qua ratione, solus ipse nouerit.

Iam vero vnicuique rei creatæ pro sua potestate, vt illo modo sit, tribuere, nec ab alio rebus creatis omnibus existendi rationem præscribi, ex Mosis etiam verbis illis manifestum est: *Fiat firmamentum, & factum est sic.* Et: *Congregetur aqua in congregationem vnam, & appareat arida.* Hæc enim naturam vniuscujusque rei creatæ definiunt. Rursus idipsum commemorat illorum Mercurius ter maximus. Inducit enim Deum creaturis dicentem: *Necessitatem vobis, qui in mea potestate estis, imponam, hoc quod vobis per Verbum meum datum est mandatum. Hanc enim legem habetis.* Nam vt modo dixi, rebus singulis naturalem legem Opifex præscripsit, ejusque nutu patet illis contigisse vt sint hujusmodi puta aut secus. Et hæc directa quidem oratio, minimeque fucata sic habet. Sed Platonis sententiam Iulianus non mediocriter admiratur, & ait: *Audi de mundo quid Plato dicat. Totum certe cælum, aut mundus, siue alio quouis nomine appellari juuat, hoc nobis nominetur. Vtrum semper fuit, nec vllum sui ortus principium habuit, an est factus, & ab aliquo principio cœpit? factus est: aspectabilis enim est, ac tractabilis, & corporeus. Quæ vero sunt hujusmodi, ea sensu percipi possunt, ac sensuum ope comprehendi.* Et post cætera: *Si ergo ex probabili ratione, dicendum est, hunc mundum animal & anima & mente præditum, reuera Dei prouidentia factum esse.* Ecce vtique manifeste etiam diuinus, vt ille vult, & sapientissimus Plato, mundum vniuersum, siue quo alio nomine appelletur, & factum esse, & ab aliquo principio cœpisse, confirmat. Quinetiam aspectabilem, contrectabilem, corporeum esse, quique cum sensu in opinionem cadat, & singulari Opificis prouidentia factum esse. Iste vero in Platonis commentis totus defixus, eum quoque supra modum prædicat. Cum eo porro errare, ac nihil sani sapere, ac velut omni vento circumferri, statim declarabimus, ipsius Iuliani verbis appositis. Ita enim loquutus est.

IVLIANVS.

Alterum alteri comparemus modo; nempe qua & quali procreandi ratione Deus vtatur apud Mosem, & quali apud Platonem. *Et dixit Deus:*

A ὅτι δὲ τῶν γεγονότων ἑκάστῳ τὸ εἶναι τοιῶσδε διανέμει κατ' ἐξουσίαν, καὶ ὁ τῆς ἁπάντων ὑπάρξεως τρόπος αὐτὸν ἔχει τὸν ὁριστὴν, σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ δι' ὧν ἔφη Μωσῆς· γενηθήτω τὸ στερέωμα, καὶ ἐγένετο οὕτως· καὶ, συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. ταῦτα γὰρ δὴ, τὴν ἑκάστου τῶν εἰς γένεσιν παρενηνεγμένων ὁρίζει φύσιν. Διαμνημονεύει δὲ καὶ τούτου πάλιν ὁ παρ' αὐτοῖς τρισμέγιστος Ἑρμῆς. εἰσκεκόμικε γὰρ λέγοντα τὸν Θεὸν τοῖς κτίσμασιν, B ἀνάγκην δὲ ὑμῖν τοῖς ἐπ' ἐμὲ περιθήσω, ταύτην τὴν διὰ τοῦ λόγου μου ὑμῖν ἐντολὴν δεδομένην· τοῦτον γὰρ νόμον ἔχετε. ὡς γὰρ ἔφην ἀρτίως, τῶν γεγονότων ἑκάστῳ φυσικὸν ὥρισεν τὸν νόμον ὁ δημιουργὸς, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι, τὸ εἶναι τοιῶσδε, τυχὸν, ἢ μὴ, διαλαχόντα φαίνεται. καὶ ὁ μὲν εἰς εὐθύ τε διήκων καὶ ἀκαπήλευτος λόγος ἔχει ἂν ὡδί. κατατέθηπε δὲ οὐ μετρίως αὐτὸς τὴν Πλάτωνος δόξαν, καὶ φησὶν· ὅγε μὴν Πλάτων ἄκουε περὶ τοῦ κόσμου τί φησίν. C ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστα ἂν δέχοιτο, τοῦτο ἡμῖν ὠνομάσθω· πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος; γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τε ἐστὶ, καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ, μετὰ αἰσθήσεων. καὶ μεθ' ἕτερα· εἰ δὴ κατὰ τὸν λόγον τὸν εἰκότα, δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον, D ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν. Ἰδοὺ δὴ σαφῶς, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν θεῖός τε καὶ πάνσοφος Πλάτων, σύμπαντα τὸν κόσμον, ἢ ὅ, τί ποτε ἂν λέγοιτο, γενητόν τε εἶναι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἦρχθαι διαβεβαιοῦται. Καὶ μὴν ἁπτόν τε, καὶ ὁρατὸν, καὶ ἐνσώματον, καὶ δοξαστὸν μετὰ αἰσθήσεως, καὶ κατά γε τὴν τοῦ δημιουργοῦ πεποιῆσθαι πρόνοιαν. ὁ δὲ, τῆς Πλάτωνος εὑρεσιλογίας εἰσάπαν ἀπηρτημένος καὶ τοῖς εἰς λῆξιν ἐπαίνοις αὐτὴν στεφανῶν, E ὅτι δὲ καὶ πεπλάνηται σὺν αὐτῷ, καὶ πεφρόνηκε μὲν τῶν ἀμωμήτων οὐδὲν, περιφέρεται δὲ ὥσπερ ἀνέμῳ παντὶ, σαφηνιοῦμεν οὐκ εἰς μακρὰν, πάλιν τὰ αὐτοῦ παραθέντες Ἰουλιανοῦ. ἔφη γὰρ οὕτως.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἓν δὲ ἑνὶ παραβάλωμεν μόνον· τίνα καὶ ποδαπὴν ποιεῖται δημιουργίαν ὁ Θεὸς ὁ παρὰ Μωσῇ, καὶ ποδαπὴν ὁ παρὰ Πλάτωνι. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς·

ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, λέγων· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς. Ἄκουε δὴ οὖν καὶ τῆς Πλατωνικῆς δημηγορείας, ἣν τῷ τῶν ὅλων περιτίθησι δημιουργῷ· θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων. ἄλυτα ἔσται ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν, καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· διὸ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔτι μὴν γε λυθήσεσθε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως, μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς, ὅτε ἐγίγνεσθε, ξυνεδεῖσθε. Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα, τούτων δὲ μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ πάντα ἐν αὐτῷ γένη, ζωὴν οὐχ ἕξει. ὑπ' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα, καὶ βίου μετασχόντα, θεοῖς ἰσάζοιντο ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ, τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν· καὶ καθόσον μὲν αὐτοῖς ἀθανάτοις ὁμωνύμως εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Διαγελᾷ μὲν οὖν ὁ γενναῖος οὑτοσὶ καὶ θρασὺς εἰς λόγους τοὺς καθ' ἡμῶν, τὴν ἀνθρώπου γένεσιν, τὴν διά γε, φημὶ, τοῦ παναρίστου Μωσέως ἐξηγγελμένην, καὶ σμικρὸν οἴεται, τῇ ἀνθρώπου φύσει δεδόσθαι παρὰ Θεοῦ, τὸ κατ' εἰκόνα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ ὁμοίωσιν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. Καίτοι πῶς οὐχ ἁπαξαπάντων τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων, συμφήσειεν ἄν, ὡς τῶν ὅτι μάλιστα καλλύνειν εἰδότων τὸ χρῆμα ἐστί; τί γὰρ ἄμεινον

A *faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: & præsint piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, & omni terræ, & omnibus reptilibus, quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominem; secundum imaginem Dei fecit illum: masculum & fœminam fecit eos, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram, & dominamini ei, & imperate piscibus maris, & volatilibus cæli, & omnibus bestiis,* B *jumentis, & omni terræ.* Audi vero & opificium quod omnium auctori Plato tribuit. *Dii Deorum, quorum ego opifex, operumque parens! Indissoluta erunt meo quidem arbitratu, utpote per me facta. Omne sane vinctum solui potest: sed haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissoluere. Ergo quia facti estis, immortales vos quidem esse & plane indissolubiles non potestis. Neutiquam tamen dissoluemini, neque vos ulla mortis fata periment, voluntatem meam majus &* C *potentius vinculum nacti ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tum, quum gignebamini, colligati. Ergo quid vobis demonstrem cognoscite. Tria genera nobis reliqua sunt, eaque mortalia: quibus prætermissis, cæli absolutio perfecta non erit. Omnia enim genera quæ complexu tenet, vitam non habebunt; per me autem facta si fuerint, & vitam nacta, Diis æquabuntur. Vt igitur mortali conditione generentur, & hoc vniuersum absoluatur, totumque vere sit; vos pro natura vestra suscipite, ut* D *animalia gignatis, & meam in ortu vestro vim imitamini. Ac quoad iis, nomine tenus immortalibus esse congruit, quod diuinum dicatur, & in ipsis principatum teneat eorum, qui justitiæ vobisque parere volent, inserens & initium dans ego tradam. Cæterum vos, ad id quod erit immortale partem mortalem attexentes, efficite animalia & generate, & tributis alimentis nutrite, atque amplificate, & consumpta rursum recipietis.*

CYRILLVS.

Enimuero egregius iste & audax E noster calumniator deridet hominis procreationem illam, quam Moses optimus nobis enunciauit, & exiguum quid a Deo tributum naturæ hominis existimat, quod ad imaginem & similitudinem suam illum formarit. At quis eorum, qui sapiunt, non confiteatur rem esse vnam ex omnibus quæ quam maximum decus afferre potuerit? Quid enim,

quæso, præstabilius dici potest quam Dei nobis similitudinem esse impressam? An non diuinam substantiam omnium rerum supremam & altissimam esse dicimus, ineffabili gloria præfulgentem, & revera omnem formam ac pulchritudinem virtutis existere? Hoc num obscurum cuiquam esse potest? Quid ergo res tam eximias deridet? Aut quid cauillatur, quod animal mente & ratione præditum ac Deo simillimum, homo videlicet, in cætera obtinere debeat principatum? Atqui Mosaicis scriptis ipsa rerum natura respondet. Sed veri nullam rationem habet Iulianus, illudque nimium quantum repudiauit, vt solis Platonis verbis adhæresceat. Et certe admirationi habet, inconsiderate id quoque, nescio quomodo confictam ab ipso concionem, qua vniuersi Deum ad factos quosdam & falsos Deos vsum commemorat. Cui de ea re sic respondendum puto. Si enim in his ethopœiam facit Plato, & more poetarum Dei personæ sermones eos accommodat, quos eum decere putat, a scopo non parum aberrat, eumque iure quis reprehenderit, quod in fingenda persona non norit seruare decorum. Sin autem se diuinitus edoctum fingit, valeat cum nugis suis. Dicere enim fas non est, rerum omnium dominum in partem gloriæ, quæ sibi proprie & soli congruit, falsos Deos

Esai. 42. admittere. Dixit enim: *Gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam sculptilibus.* Age vero Platonis libris veritatem breuiter opponamus. Concedatur enim, si lubet, supremas & intelligibiles potestates a Deo factas Dei appellatione ornatas. In cælo siquidem nonnullos esse dicimus Deos & Dominos nuncupatos. Sed & nos ipsi eodem nomine ornati sumus, Deo

Psal. 81. nobis ita loquente: *Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes.* Veruntamen rei hujus summe necessaria caussa quædam est, & præclara est admodum diuina illa in nos munificentia. Cum enim rerum omnium opifex creaturam mente & ratione præditam ad imaginem & similitudinem suam patrauisset, eam, vtpote bonus, Dei etiam appellatione honestauit, nec abs re; Ipsi enim solemus hominis imaginem, exempli gratia, nomine tenus hominem appellare.

A εἰπέ μοι, τῦ τὴν θείαν ἡμῖν ὁμοίωσιν ἐνσεσημάνθαι λέγειν; ἢ γὰρ ἐχὶ τὸ πάντων ἀκρόταλόν τε καὶ ἀνωτάτω, τὴν θείαν εἶναι φαμὲν ἐσίαν, ἀφράςῳ δόξῃ περιαςράπλυσαν, καὶ αὐτόχρημα πᾶν εἶδός τε καὶ κάλλος ὑπάρχον ἀρετῆς; εἶτα πῶς ἐχ ἅπασιν ἐναργὲς ὅπερ ἔφην; Τί τοίνυν διαγελᾷ τὰ ἔτως ἐξαίρετα. κατασκώπλει δὲ ἀνθ' ὅτε καὶ τόγε δὴ δεῖν ἀρχῇ τετιμῆσθαι τῇ κατὰ πάντων, τὸν ἔννεν τε καὶ λογικὸν, καὶ θεοειδέςαλον τῶν

B ἐπὶ γῆς ζώων, φημὶ δὴ τὸν ἄνθρωπον; Καὶ μὴν τοῖς διὰ Μωσέως λόγοις ἡ φύσις αὐλὴ τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖ. ἀλλ' ἐδένα μὲν τῦ εἰκότος ποιεῖται λόγον, ἀπονένευκε δὲ καὶ τῦτο ἀσχέτως, ἐπὶ τὸ χρῆναι μόναις ταῖς τῦ Πλάτωνος προσκεῖσθαι φωναῖς. Καὶ δὴ καὶ θαυμάσας ἔχει καὶ τῦτο ἀκαλασκέπλως, τὴν ἐκ οἶδ' ὅπως αὐτῷ πεπλασμένην δημηγορίαν, ἣν δὴ πεποιῆσθαι φησὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, πρὸς γενητές τινας καὶ ψευδωνύμες Θεές. Οἶμαι δὲ δεῖν καὶ ἡμᾶς αὐτῷ

C πρὸς τῦτο εἰπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἐν τέτοις ἠθοποιεῖ Πλάτων, καὶ κατὰ νόμον τῶν ποιητῶν, τῷ προσώπῳ τῦ Θεῦ περιτίθησι λόγες, ὥσπερ ἂν οἴηται πρέπειν αὐτῷ, διημάρτηκεν ἐ μετρίως τῦ σκοπῦ, καὶ καταμωμήσαιτ' ἄν τις αὐτὸν, προσωποποιεῖν ἐκ εἰδότα καθ' ὃν ἔδει τρόπον. εἰ δὲ σκήπλεται τὸ θεοκλυτεῖν, χαιρέτω ληρῶν· ἐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν, θεοῖς τοῖς ἐκ ἀληθέσι, τῆς ἰδικῶς αὐτῷ τε καὶ μόνῳ πρεπέσης εὐκλείας ἐφεῖναι μεταλαχεῖν τὸν τῶν ὅλων κατεξεσιάζοντα

D Θεόν. ἔφη γαρ· ὅτι την δόξαν με ἑτέρῳ ἐ δώσω, ἐδὲ τὰς ἀρετάς με τοῖς γλυπλοῖς. Καὶ φέρε, διὰ βραχέων τοῖς Πλάτωνος λόγοις ἀνλεξάγονλες τὴν ἀλήθειαν, ἐκεῖνο λέγωμεν. συγκεχωρήσθω γὰρ, εἰ δοκεῖ, τὰς ἄνω τε καὶ νοερὰς δυνάμεις παρὰ Θεῦ γενομένας, τῇ τῦ Θεῦ τετιμῆσθαι κλήσει. Φαμὲν γὰρ εἶναί τινας ἐν ἐρανῷ, καὶ Θεὲς καὶ κυρίες ὠνομασμένες. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τῇ τοιᾷδε κλήσει κατεσέμμεθα, Θεῦ λέγονλος πρὸς

E ἡμᾶς· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐςε, καὶ υἱοὶ ὑψίςε πάντες. ἀλλ' ἔςι τις ἐν τέτοις ἀναγκαιοτάτη τῦ πράγματος αἰτία· καὶ τῆς παρὰ Θεῦ φιλοτιμίας ὁ εἰς ἡμᾶς λόγος ἔχει ἂν ὀρθῶς ὅτι μάλιςά γε. Ὁ γάρ τοι τῶν ὅλων δημιεργὸς, ἐπεί τοι κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἑαυτῦ, τὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν εἰργάσατο κτίσιν, ἅτε δὴ καὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων, καὶ τῇ τῦ Θεῦ τετίμηκε κλήσει· καὶ τὸ ἀπεικὸς ἐδέν. εἰθίσμεθα γὰρ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, τὴν ἀνθρώπε φέρε εἰπεῖν εἰκόνα, ὁμωνύμως ἄνθρωπον ὀνομά-

μάζειν. Οὐκοῦν ἡ μὲν νοερὰ καὶ λογικὴ κτίσις, A
ἅτε δὴ καὶ ἐν λόγῳ μείζονι κειμένη παρὰ Θεῷ
τῆς οὐκ οὔσης λογικῆς τε καὶ νοερᾶς, τὴν ἀμεί-
νω δόξαν λαχοῦσα φαίνεται, τῇ τοῦ Θεοῦ κλή-
σει κεχρυσωμένη. τῶν γε μὴν ἑτέρων κτισμάτων,
οὐδὲ τὸ παράπαν ὠνόμασται Θεός. ὅτι γὰρ οὔτε
ζῶόν ἐστιν ὁ οὐρανὸς, ἤγουν ὁ κόσμος ἁπλῶς,
οὔτε μὴν ἔμψυχος ὅλως κἂν εἰ μή τις ἕλοιτο
λέγειν τῶν τελούντων ἐν ἡμῖν, ἀπόχρη πρὸς
ἔλεγχον, καὶ δίχα τῶν ἄλλων, οὓς φασιν εἶναι σο- B
φοὺς, ὁ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος φοιτητὴς Ἀριστοτέ-
λης. ἔφη γοῦν ὡς ἤδη φθάσαντες διϊσχυρισάμεθα,
οὔτε ἔμψυχον ὅλον δι' ὅλου τὸν κόσμον, οὔτε λο-
γικὸν, οὔτε νοερόν. ὅτι μὲν τοίνυν ὅλον δι' ὅλου τὸν
κόσμον ἢ ὅτι ποτέ ἐστι τόδε τὸ πᾶν, ἔφη γὰρ οὕ-
τως αὐτὸς, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε μὴν νοερὸν εἶναι
λέγειν ἐφίησιν τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις, οἴκοθεν,
ὡς ἔφην, καὶ παρά γε τῶν οἰκειοτάτων ὅτι μάλι-
στα αὐτῷ, διαρκεστάτην ἔχει τὴν ἀντίστασιν. Τοῖς
γε μὴν οὐκ οὖσιν ὅλως θεοῖς ἐμψύχοις, ἢ νοε- C
ροῖς, ὡς οὐκ ἂν ἔφη Θεὸς, τὸ χρῆναι δημιουρ-
γεῖν, ἐκδείξειεν ἂν ἡμῖν ἡ αὐτοῦ τοῦ πράγμα-
τος φύσις, διὰ βασάνων ἰοῦσα συμμέτρων. τί
γὰρ ὅλως καθ' ἑαυτὸν ἐννενοηκὼς ὁ τῶν ὅλων δη-
μιουργὸς, ἑτέροις θεοῖς ἐνεχείρισε τὸ χρῆναι πο-
νεῖν περὶ τὴν τῶν τριῶν γενῶν δημιουργίαν; ὀκ-
νήσας ἄρα, φαῖεν ἂν, ἢ λόγου τὰ καθ' ἡμᾶς
ἀξιώσας οὐδενὸς, εἶεν δ' ἂν, ὥς γε οἶμαι, ταυ-
τὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ἀλλότρια παντε-
λῶς. εἰ γάρ ἐστιν ἀγαθὸς ὁ δημιουργὸς, πῶς ἂν
αὐτῷ καὶ ὄκνος ἐγγένοιτό τις περί τινος ὅλως; οὔ- D
τω γὰρ, αὐτός που φησὶν ὁ Πλάτων, ἀγαθὸς ἦν.
ἀγαθῷ δὲ φθόνος οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται.
τόγε μὴν ἀπαξιῶσαι λέγειν αὐτὸν, εἴη ἂν ἕτε-
ρον οὐδὲν, ἢ τῦφον αὐτῷ προσνέμειν, καὶ ὑπερο-
ψίας καθοσιῶσαι γραφήν. πῶς δ' ἂν ἕλοιτο
κρατεῖν, ὧν ἀτιμάζει τὴν γένεσιν; ἢ τίνα δὴ
τρόπον ταῖς παρ' ἡμῶν λατρείαις ἐπιγάννυται,
εἰ μηδὲ κτίζειν ἡμᾶς ὅλως ἠξίωσε τὴν ἀρχήν;
ὅτι δὲ καὶ τιμᾶσθαι βούλεται πρὸς ἡμῶν, καὶ
τὸ εὐήνιον ἀπαιτεῖ, καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἀ- E
φομοιοῦσθαι δεῖν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐ-
θέλει. Παραθείην μὲν ἂν, καὶ μάλα ῥᾳδίως,
πλείστας τε ὅσας καὶ ἀληθεῖς μαρτυρίας τῆς
θεοπνεύστου γραφῆς. Ἐπειδὴ δὲ μᾶλλον εἰσὶν Ἰου-
λιανῷ πιστὰ τὰ αὐτοῦ, γεγραφέναι φημὶ Πορ-
φύριον ἐν βιβλίῳ δευτέρῳ περὶ ἀποχῆς ἐμψύ-
χων, ὡδί· θύσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀλλὰ θύ-

A Igitur creatura mentis & rationis compos maioris apud Deum dignationis, quam quæ ratione & intelligentia caret, præstantiam gloriæ nacta videtur, cum est Dei appellatione inaurata. Cæterum nulli alteri rei creatæ id nominis plane tributum est. Nam neque cælum, neque mundum plane animal esse, neque prorsus animatum, etsi nemo e nostris dicat, vt taceant etiam alii quos
B Sapientes prædicant; satis est vel vnius Aristotelis, Platonis discipuli, testimonium. Qui, vt iam antea confirmauimus, asseruit nec animatum prorsus totum mundum esse, neque ratione aut mente præditum. Quod igitur totum omnino mundum, aut quodcunque est hoc vniuersum, (sic enim ipse loquitur) animatum aut mente præditum dicere non sinat vis veritatis, domo vt dixi, & ab amicissimis, ipsum plus satis refellit. Porro Deum nihil efficiendum mandasse
C Diis, qui nec animati sunt prorsus nec mente præditi, ipsius rei natura congruenti facto examine probauerit. Præterea quo consilio vniuersorum Opifex aliis Diis, vt tribus generibus efficiendis incumberent, demandauit? Pigritudine videlicet, aut rerum humanarum neglectu? At hæc opinor in supremam omnium substantiam prorsus non cadunt. Nam si bonus est Opifex, quomodo ad vllam rem omnino pigresceret? Ipse enim, vt alicubi Plato
D ait, bonitate præstabat: probus autem nihil cuiquam inuidet. Dicere autem ipsum dedignatum esse, nihil aliud esse quam fastum ei tribuere, & arrogantiæ crimen impingere. Et quomodo imperare vellet iis, quorum procreationem aspernatur? aut quo pacto cultu nostro oblectatur, si ne nos quidem creare principio omnino dignatus sit? Equidem nullo negotio proferre possem quam plurima ac verissima diuinæ Scripturæ testimonia, quibus o-
E stenderem, Deum & cultum sibi a nobis & obsequium repetere, idque potissimum velle, vt sibi per omne genus virtutis natura hominis assimiletur. Sed quoniam Iuliano sua magis probantur, Porphyrium scripsisse aio libro de abstinentia ab animatis altero, in hunc modum: *Sacrificemus igitur etiam nos, verum sacrificemus,*

crescemus, vti par est; Deo quidem, qui omnia supereminet, vt vir quidam sapiens dixit, nihil sensile adolentes aut consecrantes. Nihil enim est materiatum, quod, si cum materiæ experte natura comparetur, non continuo sit impurum. Ideo neque conuenit ei sermo qui voce effertur, neque interior, cum animi perturbatione fuerit inquinatus: sed puro silentio, & sanctis de illo cogitationibus, ipsum colamus. Operæ pretium est igitur nos Deo conjunctos & assimilatos vitam ei nostram veluti sacram victimam offerre, quæ ipsa & illi hymnus est, & nobis salus. Siquidem in perturbationum animi vacuitate & contemplatione Dei hoc sacrificium peragitur. Vult ergo Deus vt se colamus, & per sanctum vitæ genus animis nostris inscripta ejus pulchritudine spiritualiter ei conformemur. At quomodo hæc, amabo te, a nobis exigit, si nos aliis opificibus procreandos tantum non objecit, atque vt ita dicam, ea, qua per se reliqua procreauit, prærogatiua conditionis orbauit? Cur autem rerum terrenarum curam gerit, quas, vt sentit Plato, aliis diis ludicrum tradiderit. At earum curam gerere, & vel ad minima quæque clementiam ac lenitatem ejus pertingere, ipse nos docebit qui Patrem suum Deum nouit. Matth. 10. *Nonne*, inquit, *duo passerculi asse veneunt, & vnus ex eis non cadet super terram sine Patre vestro qui est in cælis?* Sed ipse forsitan Iulianus hanc vocem vt minus veram configet, qui in Deum insurgit sane quam impie; suos vero scriptores, hoc est, erroris socios, admittet. Igitur Alexander Aristotelis discipulus, libro de prouidentia, ita scribit: *Dicere Deum nolle rerum humanarum curam gerere, a Deo prorsus est alienum. Inuidiæ enim cujusdam est, & plane malignæ naturæ, meliora non facere, cum possit. Cum vero vtrumque horum alienum sit a Deo, nec ambo in illo vtique reperientur, nec alterutrum. Quocirca relinquitur, vt possit & velit Deus rerum nostrarum curam gerere. Si autem vult & potest, prouidere vtique manifestum est. Nihil ergo, ne minimum quidem, absque Dei consilio & voluntate fieri par est.*

A σωμεν, ὡς προσήκει. Θεῷ μὲν, τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν αἰσθητὸν μηδὲ θυμιῶντες, μήτε ἐπονομάζοντες. Ουδὲν γάρ ἐστιν ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀΰλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδὲ ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμιασμένος, διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύωμεν αὐτόν. Δεῖ δὴ ἄρα συναφθέντας καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῷ, (μεμολυσμένος Porphyr.)

B τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν θυσίαν ἱερὰν προσάγειν τῷ Θεῷ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὑμνοῦσαν καὶ ἡμῶν σωτηρίαν· ἐν ἀπαθείᾳ ἄρα τῆς ψυχῆς τοῦδε Θεοῦ θεωρίᾳ ἡ θυσία αὕτη τελεῖται. Τιμᾶσθαι δὴ οὖν πρὸς ἡμῶν ἐθέλει Θεὸς, καὶ δι᾽ εὐαγοῦς πολιτείας ἀποσημήνασθαι πρὸς αὐτὸν νοερῶς, ταῖς ἰδίαις ψυχαῖς τὸ αὐτοῦ κάλλος ἐγγράφοντας. Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, ταυτὶ παρ᾽ ἡμῶν αἰτεῖ, μονονουχὶ παραῤῥίψας ἡμᾶς ἑτέροις δημιουργοῖς, καὶ ἵν᾽ οὕτως (ἀναγωγὴν Porphyr. ὕμνον οὖσαν)

C εἴπω, τῆς τοῖς ἄλλοις ἅπασι κτίσμασι δεδωρημένης αὐτουργίας ἀποστερῶν; προνοεῖ δὲ ὅλως ἀνθ᾽ ὅτου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καίτοι, κατάγε τὸ Πλάτωνι δοκοῦν, ἄθυρμα θεοῖς δοθέντων ἑτέροις. Ὅτι γὰρ προνοεῖ, καὶ μέχρι τῶν ἄγαν εὐτελεστάτων διηκούσης τῆς παρ᾽ αὐτοῦ φειδοῦς τε καὶ ἡμερότητος, διδάξει λέγων αὐτὸς, ὁ εἰδὼς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Θεόν. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ

D πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; Ἀλλ᾽ ἴσως αὐτὸς, ὡς οὐκ οὖσαν ἀληθῆ, παραγράψεται τὴν φωνήν· θεομαχεῖ γὰρ ἐκτόπως· παραδέξεται δὲ τοὺς οἰκείους αὐτῷ γεγονότας, κατά γε τὸ πεπλανῆσθαι φημί. Γράφει τοίνυν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ περὶ προνοίας, οὕτως· τὸ δὲ λέγειν, μὴ βούλεσθαι τὸν Θεὸν τῶν ἐνταῦθα προνοεῖν, παντελῶς ἀλλότριον Θεοῦ. Φθόνου γάρ τινος καὶ παντάπασιν ἀτόπου φύσεως, τὸ τὰ βελτίω μὴ ποιεῖν, δυνάμενον. ἐπειδὴ δὲ ἑκάτερον τού-

E των ἀλλότριον Θεοῦ, οὔτ᾽ ἂν ἄμφω εἴη περὶ αὐτὸν, οὔτε θάτερον. λείπεται τοίνυν, τὸ καὶ δύνασθαι, καὶ βούλεσθαι προνοεῖν τὸ θεῖον τῶν ἐνταῦθα. εἰ δὲ βούλεταί τε καὶ δύναται, δῆλον ὡς καὶ προνοεῖ. οὐδὲν ἄρα οὐδὲ τῶν τυχόντων, εὔλογον χωρὶς τῆς θείας γενέσθαι γνώμης τε καὶ βουλήσεως.

A Ταύτης δὲ τῆς δόξης φασὶ μὲν εἶναί τινες καὶ Πλάτωνα· φανερῶς δὲ Ζήνων τε ὁ Κιτιεὺς καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς πρεσβεύουσι δόγμα τοῦτο. ὅτι μὲν οὖν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ποιεῖται πρόνοιαν, ὁ ἀνωτάτω καὶ φύσει τε καὶ μόνος τῶν ὅλων Θεὸς, μεμαρτυρήκασι καὶ αὐτοί. Εἶτα τί τὸ χρῆμα, φαίη τις ἄν; καίτοι τοῦ προνοεῖν ἀξιοῦντος ἦν, οὐ τοῦ πάντων ἀρίστου τὸ γένος ἀποστερεῖν τὸ ἀνθρώπινον, τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρ' αὐτοῦ γενέσθαι μᾶλλον, καὶ μὴ γεννητούς τινας, καὶ θύραθεν ἔχοντας ψιλὴν B καὶ μόνην τὴν τοῦ Θεοῦ κλῆσιν, λαχεῖν τοὺς δημιουργούς. εἰ καὶ ὅτι μάλιστα καὶ αὐτῆς τῆς θείας κατασφαλεύσεται δόξης, τὸ καὶ ἑτέρους οἴεσθαι δημιουργεῖν δύνασθαι, καὶ καλεῖν εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Οὐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν τὰ τῆς θείας καὶ ἀποῤῥήτου φύσεως ἴδια καὶ ἐξαίρετα φυσικῶς ἐνεῖναι δύνασθαί τισι τῶν παρ' αὐτοῖς γεγονότων. ἁρμόσει δὲ μᾶλλον αὐτῇ τε καὶ μόνῃ, καὶ πρὸς εὐκλείας ἔσται τῆς ἀνωτάτω τὸ χρῆμα αὐτῇ. ἀνέμβατα γὰρ τῇ κτίσει, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τὰ μόνης καὶ ἰδικῶς τῆς ἀνωτάτω πασῶν C οὐσίας. ἓν δὲ δὴ τῶν τοιούτων εἶναί φαμεν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι δημιουργικῶς, καὶ παρακομίζειν εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Εἶτα, πῶς γενητὴ καὶ πεποιημένη φύσις, ᾗ καὶ τὸ φθείρεσθαι δεῖν πάντη τε καὶ πάντως ἕποιτο ἄν, κατά γε, φημὶ, τοὺς ἐνόντας τῇ φύσει λόγους, ἐνεργήσειε τὰ τοῦ Θεοῦ; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐπιστήμης νοεῖται τρόπος ἐν Θεῷ τὸ δημιουργεῖν, οὐχὶ πέρα λόγου δοίη τις ἂν τὸ δεδόσθαι παρ' αὐτοῦ D τῇ κτίσει τὸ εἰδέναι δημιουργεῖν, ἐπείτοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ δημιουργοῦμεν ἔσθ' ὅτε τινὰ, ὕλην ἔχοντες τὴν ὑποκειμένην, καὶ εὐτεχνίᾳ τῇ περὶ ταῦτα χρώμενοι. Εἰ δὲ φύσεως, ὡς ἔφην, μεγαλοπρεποῦς, ἐνέργειά τε καὶ δύναμις, καὶ τῶν τῆς κτίσεως ἐπέκεινα μέτρων, τὸ δημιουργεῖν ἐστὶ θεοπρεπῶς, τί τὸ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἀξίωμα καταστύρουσι, καὶ τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δωροῦνται κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν; E Εἶτα τί τῶν ἀναγκαίων οἴονται νοεῖν, μᾶλλον δὲ τὰς θείας συκοφαντοῦσι φωνάς· ἐπιτρέψαι γάρ φασι τὸν ἀγέννητον τοῖς γεννητοῖς, τὰ αὐτοῦ καὶ μόνου, δύνασθαι πληροῦν· ἀλλὰ ναί φασιν. ἦν γάρ δήπου καὶ ἀναγκαῖον εἰ παρὰ Θεοῦ γένοιτό τι, τοῦτο δὴ πάντως κρεῖττον εἶναι τοῦ τεθνάναι καὶ φθείρεσθαι. Εἶτα, ὦ βέλτιστοι, διεφθόνησεν ἄρα τισὶν ὁ δημιουργός,

A Hujus sententiæ Platonem esse quidam ajunt; sed palam & aperte Zeno Cittieus & Stoici hoc dogma tuentur. Stat igitur, vel ipsorum testimonio, supremum natura & solum vniuersi Deum rerum humanarum curam habere. Iam vero quid hoc rei est? inquiet aliquis; prouidentis enim fuit re omnium præstantissima genus hominum non fraudare, qualis est ab ipso creari potissimum; at non nactum esse factitios B quosdam opifices, quibus præter nudam, solam, & aduentitiam Dei appellationem nihil est: siquidem repugnat maxime diuinæ gloriæ, procreandi facultatem aliis inesse putare, & in lucem edendi quæ non erant. Neque enim fas est dicere, quæ singularia sunt ac propria diuinæ & ineffabilis naturæ, ea posse naturaliter quibusdam inesse rebus ab ipsa conditis. Sed hoc ei præsertim solique conuenit, & ad summam ejus gloriam pertinet: quum rei creatæ, quem- C admodum nuper dixi, præclusus sit aditus ad ea quæ supremæ omnium substantiæ soli & proprie competunt, cujusmodi est creandi facultas, & in lucem edendi quæ nusquam erant. Præterea, quo pacto res creata & facta, quam secundum ipsam naturæ rationem omnino corrumpi necesse sit, ea præstabit, quæ Dei sunt? Nam si creare in Deo scientiæ modus intelligitur; an non erit absurdum conce- D dere, creandi scientiam ab ipso creaturæ fuisse traditam, quoniam nos sane etiam ipsi interdum ex subjecta materia quædam efficimus, arte ac solertia in iis vsi. Si vero conuenienter Deo creare, præcellentis naturæ vis & efficacia est, & creaturæ modum superat; quid supremæ naturæ dignitatem deprimunt, eamque rebus genitis & corruptioni obnoxiis arbitratu suo impertiunt? Et aliquid magnum intelligere se putant scilicet! immo diuinis vo- E cibus conuicium faciunt, dum ajunt increatum permisisse creatis, vt, quæ sibi & soli propria sunt, implere possent. Sane inquiunt; erat enim necesse, si a Deo factum fuisset aliquid, illud morte & corruptione superius euadere. Atqui, o boni, inuidit scilicet quibusdam Opifex,

neque siuit illos id quod optimum erat adipisci, sed in deteriorem partem dejecit, cum eis creatricem vim denegauit. Necessitatem ergo timuit, quæ ipsum mortalia facere non finit; aut forte prorsus etiam ignorauit. Si ergo ignorasse contendunt, amplius quiddam nouit creatura, quam ipse. Creat enim, vt ajunt illi, corruptioni res obnoxias. Sin autem hoc prætermisso nosse illum pertendent; quomodo boni est, non facere quod bonum esse nouit? At mortali immortale melius est. Præterea, non inepte vt reor, immo sapienter etiam, istud dici potest. Illi enim Deos, quibus creandi potestatem regem ac dominum vniuersorum tradidisse ajunt, immortales esse non asserunt, sed colligatos & solutos & corruptionis expertes manere, quoad eos ita esse Deus velit. Quum igitur secundum propriam naturam incorruptum, immortale, aut insolubile nihil sit; annon imperiti sunt ii, qui dicunt non potuisse vniuersi Deum tria mortalia genera formare, sed ea potius aliis dedisse facienda? At nos relictis Græcorum nugis, dicimus Opificem, id quod in rebus creatis varium est ac multiplex, quodque subinde mutatur nec idem manet, generatim ac speciatim fecisse, conuenientissima Deo vsum potestate. Immortale siquidem, vti dixi, aut insolubile nihil est. Dei autem voluntas, in vnoquoque eorum quæ facta sunt, ipsi natura est. Ille sine vlla cunctatione res nostras etiam attingit. Vnus enim est ac solus, non hoc ab alio edoctus, quum scientiæ genus ea res non sit, sed naturæ prærogatiua Deo conueniens, huic vni ac soli coalita: cujusmodi nimirum alia, quæ in Deo singularia & eximia, interclusa rebus creatis & inuia sunt, ipsi vero vni ac soli naturaliter attributa. Cæterum longe absurdissimum esse, nos aliis Diis vim procreatricem adscribere, eamque Deo vero naturalique detrahere, vel ex Iuliani magistris licet agnoscere. Hermes enim cognomento ter maximus, de vniuersi natura ad Asclepium scribit hunc in modum: *Si igitur in confesso est, duo entia esse, & quod fit, & quod facit: vnum est vnio-*

A Ergo, si nihil necessarium vitæ intulerunt, omnibus illorum fabulis ac nugis nulla fides esto, & aniles næniæ dicuntor: ac si quid de Diis scripserunt, valeat demum, & poeticæ lepiditatis nomen habeat. Sed tantum abest vt hæc ita se habere putent. Alia quippe mens illis est. Nec enim quæ de Diis produntur, lepores & fabulas putant, sed eas potius tanquam veras & probatissimas voces accipiunt, idque sagacissimi. Herodotus quippe, qui no-B bilem historiam composuit, sic alicubi scribit: *Hesiodum atque Homerum quadringentis nec amplius annis ante me opinor extitisse. Hi sunt qui Deorum originem Græcis tradiderunt, Diisque cognomina dederunt, honoresque & artes distribuerunt, & eorum speciem figurarunt. Qui vero istos homines antecessisse poetæ dicuntur, posteriores, vt mihi quidem videtur, fuerunt.* Igitur qui cognomina Diis indiderunt, & honores statuerunt, eorumque speciem figura-C runt, si nihil aliud ipsis quam fabulas scripserunt, jure merito rideantur, &, quæ temere effutierunt, nullo numero habeantur. Si vero eos in honore habuerunt, & vero etiam adhuc Deos esse affirmant qui Dii ab ipsis nominentur, non frustra insimulantur quod absurda effutiant, siquidem minus sibi consentanea loquuntur. Nam cur eos quos fide dignos putant, cum de Diis scribunt, contumeliose accipiunt, aliis eorum dictis fidem detrahentes? Nam D Platonem quem suspiciunt, Hesiodi Theogoniam non repudiasse, ex ejus libris ostendere nullius plane fuerit negotii. Sic enim scripsit: *Atqui Deos nec latere neque cogere possumus. Nam si vel non sunt Dii, neque ipsis humanæ res curæ sunt, nihil est quod illos latere velimus. Quod si & Dii sunt, & rerum humanarum curam gerunt, non aliunde quidem id vel nouimus, vel audimus, quam & ex quotidiano sermone, & ex poetis, qui eorum origines conscri-E psérunt. Illi vero canunt, posse Deos sacrificiis & precibus & donariis flecti.* Animaduerte igitur quo pacto clare confessus est, si omnino Dii sunt, id quidem sciendum aut discendum ex iis, quæ de ipsis alii scripserunt. Quod autem non aspernatus sit quæ de Diis Hesiodus cecinit, patet, cum rursum ait alicubi,

Herodot. lib. 2. cap. 53.

Terra & Cæli liberos Oceanum & Tethyn procreatos: horum Phorcyn, & Saturnum, & Rheam, & Iouem, & Iunonem, & quotquot scimus eorum fratres dici. An non cuiuis patet, quod ubi ratio obscœnitate dogmatum iis assentiri refugit, ibi poetarum leporibus fictarum fabularum nomen illico tribuunt, & in pessimam partem ea sola quæ de iis dicuntur, quos Deos habent, accipiunt. Quid ergo, vir egregie, formatam a Deo mulierem, quæque de illa scripta sunt a Mose, vt minus decora, rejiciemus; Hesiodi vero Pandoram admittemus? Optimum factu tibi hoc videtur. At enim ficta sunt, inquit, quæ de illius a Deo formatione traduntur. Facta est siquidem tanquam adjutrix & vsui alicui viro futura. At nihil tale præstitit: contra vero non leui noxæ sibi ac illi fuisse deprehenditur. Ambo enim e paradisi deliciis exciderunt, ab immortalitate & incorruptione longissime repulsi. Ad hæc facile respondebit, qui diuinis oraculis animum intenderit. Facta est quidem in auxilium fœmina: sed hujus auxilii modus, quo destinata fuit, attente imprimis perpendendus. Sic enim Opificem ab ejus obtrectatione liberabimus. Non enim fœmina in partem consilii aut deliberationum assumpta est, nec in lucem edita est decreto ejus quem nihil latet, Dei, vt esset natura immutabilis, & ea stabilitate constantiaque prædita, qua nunquam a voluntate Domini posset deflectere. Voluntariis quippe motionibus rationalis creatura regitur, ad id quod rectum est, & ad contrarium libera propensione fertur. Adjutrix vero potius data est, vt procreandis liberis inseruiret. De ambobus enim dictum est, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Quippe jam in ortum educta fuerant animalia cætera, terrestria, volucria, & aquatilia. Adeoque spes erat in multitudinem innumeram eorum genus tandem propagatum iri. Mas enim erant & fœmina. Cæterum homini compar deerat, hoc est, animal ei natura simile, cujus ope, sicuti animalia reliqua, genus suum amplificaret.

A Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανὸς καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων Φόρκυς τε, Κρόνος τε, Ῥέα, Ζεὺς, Ἥρα τε, καὶ πάντες, ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν· ἆρ' οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς ἔνθαπερ ἀτονεῖ πρὸς τὸ συνειπεῖν ὁ λόγος αὐτοῖς τῇ τῶν δογμάτων αἰσχρότητι, ἐκεῖ ταῖς τῶν ποιητῶν κομψοεπείαις τὸ χρῆναι μυθοπλαστεῖν εὐθὺς ἀπονέμουσι. κακουργότατα δὲ μόνους τοὺς περί γε τῶν παρὰ σφίσι θεῶν προσίενται λόγους. Τί οὖν, ὦ κράτιστε, τὴν παρὰ Θεοῦ πλασθεῖσαν γυναῖκα, καὶ B τὸν ἐπ' αὐτῇ λόγον παρέντες ὡς ἀκαλλῆ, καταδεξόμεθα μᾶλλον τὴν Ἡσιόδου Πανδώραν; ἄριστά σοι ἔχειν τοῦτο δοκεῖ. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως διεψεῦσθαι φησὶν ἐπ' αὐτῇ τὰ παρὰ Θεοῦ. γέγονε μὲν γὰρ, ὡς ἐπικουρήσουσα, καὶ πρὸς ὠφελείας τινὸς ἐσομένη τῷ ἀνδρί· πέπραχε δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἔκ γε τῶν ἐναντίων, οὐκ εὐκαταφρόνητον ὁρᾶται προσενεγκοῦσα ζημίαν ἑαυτῇ τε, κἀκείνῳ. τῆς γὰρ τοῦ παραδείσου τρυφῆς, ἄμφω τε διωλισθήκασι, καὶ ἀπωτάτω γε- C γόνασι τοῦ καὶ ἀμείνους εἶναι θανάτου καὶ φθορᾶς. Πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φαίη τις ἂν τοῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς θεσπίσμασιν, ἀκριβῆ τὸν νοῦν ἐνιείς. γέγονε μὲν εἰς ἐπικουρίαν ἡ γυνή. δεῖ δὲ οἶμαι καὶ μάλα ἐμφρόνως τὸν τῆς ἐπικουρίας πολυπραγμονεῖσθαι τρόπον, ἐφ' ᾗ καὶ γέγονεν. ἀπαλλάξομεν γὰρ οὕτω γραφῆς τῆς παρ' ἐκείνου τὸν δημιουργόν. Οὐ γάρ τοι βουλῆς ἢ σκεμμάτων παρελήφθη κοινωνὸς ἡ γυνὴ, καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ἐκληρώσατο ψήφῳ τοῦ πάντα εἰδότος D Θεοῦ, οὐδ' ἵνα καὶ φύσει τὸ ἄτρεπτον ἔχοι καὶ ἀραρὸς ἐν ἑαυτῇ τῷ μὴ δύνασθαί ποι παρεκνεῦσαί ποτε παρά γε τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν· ἐθελουσίοις γὰρ νεύμασιν ἡ λογικὴ διοικεῖται κτίσις πρός γε τὸ ἔχον ὀρθῶς, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐθελουσίοις ἄττουσα ῥοπαῖς. παρελήφθη δὲ μᾶλλον εἰς ἐπικουρίαν, ὥστε καὶ εἰς τέκνων ὑπηρετῆσαι γονήν· εἴρητο γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τὸ, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληE ρώσατε τὴν γῆν. Ἤδη μὲν γὰρ παρῆκτο πρὸς γένεσιν τὰ ἕτερα τῶν ζώων, χερσαῖα φημὶ πτηνά τε καὶ ἔνυδρα. καὶ δὴ καὶ ἐν ἐλπίσι τὸ γένος ἦν, τοῦ καὶ πληθὺν δύνασθαι προελθεῖν τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα. ἄρσεν γὰρ ἦν αὐτοῖς καὶ θῆλυ. ἐλελοίπει δὲ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ κατ' αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι τὸ φύσει προσεοικὸς αὐτῷ, δι' ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις τὴν τῶν ἐξ αὐτοῦ κατευρύνεσθαι γονήν.

Ἐνταῦθά μοι βλέπε σαφῶς τε καὶ εὐμηχάνως
παρενηνεγμένον τὸ γύναιον κατὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν.
καίτοι γὰρ δυνάμενος καινουργῆσαί τι καὶ ἐπ' αὐτῇ
καὶ λαβεῖν μὲν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, διαπλάσαι
δὲ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, καθ' ὃν καὶ αὐτὸς γέγονεν
ὁ Ἀδὰμ, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρα· ἐμφυτεῦσαι δὲ
τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ διάθεσιν ἐθελήσας, ὑ-
φείλετό τι βραχὺ τῶν αὐτοῦ μορίων, καὶ προσ-
υφήνας τὸ λεῖπον, παρεκόμισεν εὖ μάλα διηρ-
τισμένην τοῖς τῆς ἀνθρώπου φύσεως λόγοις. Ὁ δὲ
προσίετο μὲν ἀσμένως, ἐξ ἐμφύτων δὲ κινημάτων
εἰς ἀγάπησιν ἀρθεὶς, καὶ μονονουχὶ περιφὺς, τοῦ-
το νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, φησὶ, καὶ σὰρξ
ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι
ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆ ἐλήφθη. Οἰκειότητα δὴ οὖν
φυσικὴν τῇ τῶν ἀρσένων ἐγκατεβάλετο φύσει,
τὴν πρός γε τὸ θῆλυ φημί· διοικηθησομένων ἄρι-
στα τῶν καθ' ἡμᾶς, εἰ δὴ διακέοιντο κατὰ τὸν ἴσον
τῷ Ἀδὰμ τρόπον πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας οἱ
κατὰ νόμον συνηρμοσμένοι. Οὐκοῦν τῆς ἐπικου-
ρίας ἡ δύναμις νοοῖτ' ἂν εἰκότως εἰσκεκομίσθαι
τῷ Ἀδὰμ παρὰ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, κατά γε
τὸν τῆς παιδογονίας τρόπον· εἰ μὲν γὰρ ἦν ἑτέρως
πράττεσθαι τοῦτο, λεγέτω, δεικνύτω, καὶ σιω-
πήσομαι. εἰ δὲ οὐκ ἂν ἑτέρως ὁ ἀνθρώπου γέ-
νοιτο τόκος, εἰ μὴ δι' ἀμφοῖν ἴοι τὸ χρῆμα, πα-
τρός τέ φημι καὶ μητρός· τί μάτην ἐπιπηδᾷ καὶ
φιλοψογεῖ, καὶ διασύρειν ἀποτολμᾷ τὰ οὕτως
ὀρθῶς γεγονότα, καὶ δι' εὐθείας ὥσπερ ἰόντα τρί-
βου. Οὐκοῦν ἀπαλλαττέτω γραφῆς τὸν δημιουρ-
γόν. οὐ γάρ τοι δέδειχε τῶν ἐπὶ τῷ γυναίῳ
σκεμμάτων ἡμαρτηκότα. ἀλλὰ ναὶ φησὶ, συμβε-
βούλευκεν οὐκ ὀρθῶς, ἀναπείσασα τὸν Ἀδὰμ,
παρ' οὐδὲν ποιήσασθαι τὴν δοθεῖσαν ἐντολήν.
Ναὶ, γέγονεν ὁμολογουμένως σύμβουλος οὐκ ἀγα-
θή. καταρνήσομαι γὰρ ἥκιστά γε τὸ ἀληθές· ἀλλ'
εἰ μὲν ἔχει τί τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἐγκαλεῖν,
ἢ ὡς οὐκ εὖ γεγονόσιν ἐπιτιμᾶν τοῖς παρὰ Θεοῦ,
διδασκέτω τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷσπερ ἂν γράψαιτό
τις αὐτὸν ἔξω βαίνοντα σκοποῦ. Εἰ δὲ δὴ μανία
τοῦτό γε, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀποπληξίας ἔλεγχος
ἐναργὴς, διεψεῦσθαι φησὶν ἀνθ' ὅτου Θεὸν, εἰ
παρεκομίσθη τὸ γύναιον τοῖς παρ' ἑτέρου ψιθυ-
ρισμοῖς, πρὸς τὸ ἑλέσθαι δρᾶν, ἃ μὴ θέμις;
καίτοι τῆς ἀνθρώπου διανοίας τῶν πρακτέων, ἢ
μὴ, λαχούσης τὴν ἐξουσίαν, καὶ ῥοπαῖς ἐθελου-
σίοις, ὡς ἔφην, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἰέναι συγκεχω-
ρημένης, δόξαν ἔχειν καὶ τοῦτο ὀρθῶς τῷ πάντων

A Hic tu mihi vide sapienter ac solerter, quod ad Dei voluntatem attinet, esse foeminam procreatam. Tametsi enim eam quoque creare de integro posset, & sumpto quidem de terra luto ad eundem modum, quo & ipse factus erat Adamus, effingere, id neutiquam fecit: sed quum vellet ingenerare viro erga illam affectum, viri particulam aliquam subduxit, attextisque reliquis naturæ humanæ numeris absolutam
B protulit. Hic eam libenter accepit, & naturæ impulsu in amorem elatus, ac tantum non ei quasi adgnatus, *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Ista vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est.* Genes. 2. Naturalem igitur masculo generi Deus inseuit erga foeminas necessitudinem: futurum enim vt optime se habeant humanæ res, si modo pariter atque Adam erga vxores suas afficiantur, qui legitimo nexu conjuncti sunt. Quam ob rem auxi-
C lium, si vim jure hujus vocis spectemus, Adamo ab ejus conjuge allatum intelligatur. Quod si alio modo fieri hoc potuit, proferat, ostendat; ac tum nihil dicam amplius. Sin autem aliter homo gigni nequit, nisi amborum, patris nempe ac matris, concursu; quid temere nobis insultat, & obtrectare & lacerare audet, quæ tam egregie facta sunt, ac recta veluti vadunt via? Quapropter
D Opificem incusare desinat. Non enim illum ostendit suo formandæ mulieris consilio aberrasse. Sed profecto, inquit, non bona consultrix fuit, quæ Adamo persuaserit, vt Dei mandatum faceret nihili. Ita prorsus: fuit manifesto consultrix non bona. Verum enim minime inficiabor. Sed si quid habet quod naturæ leges accuset, aut quæ a Deo, tanquam non recte facta reprehendat, causas doceat, quibus eum a proposito aberrasse quisquam arguat.
E Si vero iste quidem furor est, & postremæ dementiæ manifestum indicium, cur frustra fuisse Deum dicit, si alterius susurris inducta est muliercula, vt patrare illicita vellet, sane quum hominis mens rerum agendarum aut non agendarum nacta sit potestatem, eique concessum sit, vt arbitrario motu, sicuti dixi, feratur in quodlibet, quum id quoque recte se habere optimo vniuersorum

artifici Deo visum sit. Agendi enim arbitrio ratione præditam creaturam honestari decebat, & solertiam in bonis factis liberæ voluntatis fructum exhibere. Sed & ipsius magistris omni laude dignum hoc videbatur. Porphyrius certe in libro ad Nemertium ait: *voluisse profecto Deum rerum quoque veritatis participes esse homines: quare & rationis compotes fecisse: quasi sane investigandæ veritati ratio sit satis: dedisse quoque singulis liberam, suique juris, ut in iis honum voluntarii quoque laude ornatum foret. Sed plerosque ad eam, quæ ab ignavia est, rationis & ratiocinii vacuitatem desciuisse, ab eoque in pecuinam vitam degenerasse, & in rebus deerrasse, quarum veritatem industriæ vi ac virtute, sobrio ac vigilanti consequi perdifficile sit.* Sed & alibi: *Anima namque potestatem sui ad libertatis possesionem nacta est, virtutis aut vitii spontaneam electionem, ut in unaquaque quod laude quodque probro dignum sit probetur, & locum habeant inter homines approbationes & laudes, & præmiorum distributiones, & vituperationes, & ignominiæ, & animaduersiones in eos qui res injustas perpetrare ausi fuerint.* Ajunt porro sapientes, *animas vitam eligere quam quæque velit, accepta a prouidentia potestate.* An tibi doctrina nostra a vero aberrasse videtur, aut tua defendes, & hæc ita se habere ipse quoque fatebere? Quod si aliis insuper testimoniis sibi opus esse dicit, afferam Alexandri verba, hominis inter eos acuti cumprimis ac diligentis. Sic enim is in libro de Prouidentia: *In his etiam diuinæ naturæ benignitatem aduersum nos quiuis intelligat. Cum enim fieri non posset, ut natura nobis virtutes inessent, data nobis potestate quam tenebat ipsa, earum adeptionem non in alio quoquam, sed in nobis ipsis ut esset effecit, ut quod ab illa non possemus, hoc per nos ipsi capere veluti ab illa possemus. Ergo si virtutes a natura duceremus, nullus vitio relinqueretur locus. Quando autem id fieri nequit, nam usque eo solum nobis natura procedit, ut virtutum capaces simus, necessario id quod capax est ejus, cui est aliquid contrarium, etiam contrarii capax est.* In eo autem de Fato, rursus ait: *Non enim omnes, neque plurimos virtutibus præditos videmus, quod eorum,*

A ἀριστοτέχνῃ Θεῷ· ἐθελουργίᾳ γὰρ ἔδει τιμῆσαι κλίσιν τὴν λογικὴν, καὶ προαιρέσεως ἐλευθέρας καρπὸν ἀποφῆναι, τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς δεξιόν. Ἐδόκει δὲ εἶναι καὶ τοῖς αὐτοῦ διδασκάλοις, ἐπαίνου παντὸς ἄξια ταυτί. Πορφύριος γοῦν ἐν τῷ πρὸς Νημέρτιον λόγῳ φησὶν οὕτως· βουληθῆναι μὲν γὰρ τὸν Θεὸν, καὶ τῆς ἀληθείας μετόχους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τῆς περὶ τῶν πραγμάτων· ὅθεν καὶ λογικοὺς ποιῆσαι. ὡς ἂν δὴ τοῦ λόγου ἱκανοῦ ὄντος ἀνι-
B χνεύειν τὴν ἀλήθειαν· δεδωκότα δὲ καὶ τὴν ἐλευθέραν, καὶ αὐτεξούσιον ἑκάστῳ· ἵν' ᾖ ἐπ' αὐτοῖς τὸ καλὸν, τῷ τοῦ ἑκουσίου κοσμούμενον ἐπαίνῳ· τοὺς δὲ πολλοὺς ἀποκλίναντας πρὸς τὴν ἐκ τῆς ῥαθυμίας ἀλογίαν τε, καὶ ἀλογιστίαν, ἐπὶ τὸν κηνώδη βίον ἐκπεσεῖν, καὶ διαψευσθῆναι ἐν τοῖς πράγμασιν, ὧν τὴν ἀλήθειαν φιλοπονίας ἀρετῇ μόλις ἦν ἔχειν τῷ νήφοντι· καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· τῆς γὰρ ψυχῆς τὸ αὐτεξούσιον, εἰς ἐλευθεριότητος κτῆσιν ἀρετῆς εἰληχυίας, ἢ κακίας τὴν ἑκούσιον αἵρεσιν, ἵν'
C ἐπ' αὐτῇ ἑκάστῃ, καὶ τὸ ἐπαίνων εἶναι ἄξιον δοκιμασθῇ, καὶ τὸ ψόγων, καὶ ἔχωσι χώραν ἐν ἀνθρώποις ἀποδοχαὶ, καὶ ἔπαινοι, καὶ γερῶν νεμήσεις, ψόγοι τε, καὶ ἀτιμίαι, καὶ κολάσεις, τοῖς τὰ τῆς ἀδικίας ἐκτελεῖν ἔργα ἑλομένοις. Λέγουσι δὲ οἱ σοφοὶ, τὰς ψυχὰς βίον ἑλέσθαι, ὃν ἐθέλει ἑκάστη, τὴν ἐξουσίαν παρὰ τῆς προνοίας λαβοῦσα. Ἆρά σοι δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφαμαρτεῖν ὁ παρ' ἡμῶν λόγος, ἢ συναγορεύσεις τοῖς σοῖς, ὧδέ τε ταῦτ' ἔχειν καὶ αὐτὸς ἐρεῖς. εἰ δὲ δεῖν οἴεται, καὶ ἑτέρων αὐτῷ πρὸς τοῦτο μαρτυριῶν, Ἀλεξάνδρου
D παροίσω λόγους, ἀνδρὸς γεγονότος τῶν ὅτι μάλιστα παρ' αὐτοῖς ἰσχνοῦ τε καὶ ἀκριβοῦς. ἔφη γὰρ οὕτως ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ· ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐπ' αὐτῶν τούτων, τὸ τῆς θείας φύσεως πρὸς ἡμᾶς εὐμενές· ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν, ἐν ἡμῖν φύσει τὰς ἀρετὰς ὑπάρχειν, δοῦσα τὴν δύναμιν, ἧς ἦν αὐτὴ κυρία, τὴν κτῆσιν αὐτῶν, οὐκ ἐπ' ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐποιήσατο, ἵνα ὅπερ παρ' ἐκείνης ἡμῖν ἔχειν ἀδύνατον ἦν, τοῦτο δι' ἑαυτῶν λαμβάνειν ὡς παρ' ἐκείνης ἔχωμεν.
E Εἰ μὲν οὖν τὰς ἀρετὰς ἐκ φύσεως ἔχειν ἐδυνάμεθα, οὐδεμία ἂν χώρα τῇ κακίᾳ κατελείπετο. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον. μέχρι γὰρ τοῦ δεκτικοὺς ἡμᾶς τῶν ἀρετῶν εἶναι, ἡ φύσις πρόεισι μόνον· ἀναγκαίως πᾶν τὸ δεκτικόν τινος, ᾧ ἐστί τι ἐναντίον, καὶ τοῦ ἐναντίου δεκτικόν ἐστιν. Ἐν δέ γε τῷ περὶ εἱμαρμένης, ἔφη πάλιν· οὐ γὰρ τοὺς πάντας, οὐδὲ τοὺς πλείστους ὁρῶμεν τὰς ἀρετὰς

A ἔχοντας ὃ τῶν κατὰ φύσιν γινομένων ἐστὶ σημεῖον ἀλλ' ἀγαπητὸν, ἕνα που λαβεῖν τοιοῦτον, ὃς δι' ἀσκήσεως, καὶ διδασκαλίας, δεικνύει τὴν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα, φυσικὴν πλεονεξίαν· δι' αὐτοῦ προστιθεὶς τὸ ἀναγκαίως ἐνδέον ἡμῶν τῇ φύσει· διὰ τοῦτο ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τῶν ἀρετῶν ἡ κτῆσις, καὶ οὐκ ἄχρηστοι, οὐδὲ μάταιοι, οὔτε οἱ ἔπαινοι, οὔτε οἱ ψόγοι, οὔτε αἱ πρὸς τὰ βελτίω προτροπαὶ, οὔτε αἱ διὰ τῶν βελτιόνων ἐθῶν κατὰ τοὺς νόμους ἀγωγαί. Οὐκοῦν ἐνδοιάσαι τις B ἂν, ἥκιστά γε τῶν ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένων, ὡς ἀναίτιος παντάπασιν εἴη ἂν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τοῦ μὴ εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν, κἂν εἰ γεγόνασιν ἐν παρακοῇ τινὲς, λαχόντες, ὡς ἔφην, τῆς ἐφ' ὁτιοῦν ῥοπῆς τε καὶ ἐξουσίας τοὺς οἴακας, καὶ ἑκόντι νενευκότες ἐπί τι τῶν ἔξω νόμου, καὶ ἀπᾳδόντων αὐτῷ. Εἰ γὰρ τὸν δοθέντα νόμον τετήρηκε, προσῆν δήπου πάντως αὐτῷ τὸ ἀκαταλήκτως εὐημερεῖν. ἐπειδὴ δὲ παρεκομίσθη πρὸς ἀπόστασιν, διημάρτηκεν εὐθὺς C τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτῷ, καὶ κατεκομίσθη πρὸς τὰ αἰσχίω, μᾶλλον δὲ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν καταλυπεῖν πεφυκότων. Ἀλλὰ γὰρ τί ὅλως καὶ νενομοθέτηκεν φησὶ, καὶ τῶν ἐδωδίμων ἀπεσόβησέ τινός; προστέταχε γὰρ, ἀπὸ παντὸς ξύλου φαγεῖν, δίχα μόνου τοῦ ὄντος ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. Νόμου δὲ καὶ ἐντολῆς οὐκ ἐπηρτημένης, οὐδ' ἂν πλημμελῆσαι συνέβη. ἀγαθὸς δὲ ὢν, ἐκόλαζεν ἀνθ' ὅτου; οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐστὶν ἀγαθὸς ὁ πάντων ἐπέκεινα Θεὸς, λόγου τοῦ μηδενὸς ἀξιοῦ- D σθαι πρὸς ἡμῶν πρέποι ἂν εἰπέ μοι τὰ παρ' αὐτοῦ, νηποινὶ δὲ καταφρονήσομεν; καίτοι τόγε διακεῖσθαι οὕτω καὶ φρονεῖν, οὐδὲ τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς ἐδόκει. Ἔφη γάρ που πάλιν ὁ Πλάτων· ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὡς καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός. ὅτε τοίνυν E αὐτῷ ξυνέπεται Δίκη τιμωρὸς, ἐν δίκῃ που πάντως τοὺς καταφρονεῖν ᾑρημένους κολάζουσα, οὐχ ὅτι Θεὸς ἀγαθὸς, διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς ἀνεπιπλήκτως ἰέναι πρὸς πᾶν τὸ δοκοῦν χρῆναί τε, καὶ πρέπειν οἰηθείη τις ἄν· ἐννοοῦντας δὲ μᾶλλον τῆς κατὰ πάντων ὑπεροχῆς τὸ μέγεθος δεδιέναι τε καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ θεσπίσμασιν εὐαφῆ καὶ εὐήνιον τὸν τῆς διανοίας ὑποφέρειν αὐχένα. Ἆρα γὰρ οὐκ εἶναι δοίη τίς ἂν, ἀγαθῷ δὴ μάλιστα,

A *quæ secundum naturam fiunt, indicium est; sed optandum, vnum vt reperias ejusmodi, qui exercitatione ac doctrina ostendat, quid cæteris animantibus homines natura præstent, per se adjiciens id quod naturæ nostræ necessario deest. Propterea virtutum adeptio penes nos est, neque inutiles sunt neque vanæ laudes aut vituperationes, nec ad meliora adhortationes, neque per meliorum rerum consuetudinem ex legibus educatio.* Minime B igitur dubitauerit sapiens quisquam, omni prorsus crimine vacare Deum vniuersorum, tanquam de hominis conditione non recte consuluerit; licet præuaricati nonnulli sint, nacti, vt dixi, motionis in quidlibet ac potestatis clauum, & sponte delapsi in quippiam quod præter legem esset, eique repugnaret. Si enim datam legem seruasset, prorsus ei licebat perpetua felicitate frui. Quando uero ad defectionem impulsus C est, sua illico ipsi spes decidit, & ad turpiora, immo uero in omnia quæcunque molestiæ sunt, delatus est. Verum cur omnino legem dedit, inquit, & eduli quoquam interdixit? jussit enim vt de omni ligno ederent, extra id solum quod in medio erat paradisi. Lex enim & mandatum si non impenderet, neque peccare contigisset. Bonus vero qui sit, quamobrem puniret? Ergo quia bonus est supremus omnium Deus; dic mihi, D nihiline ejus mandata facere deceat? eane impune contemnemus? At eo animo esse, itaque sentire, ne Græcorum quidem sapientibus visum est. Ait enim alicubi Plato: *Deus profecto, vt & vetus sermo fert, principium & finem, mediumque rerum omnium habens, recta pergit, naturam circumiens. Hunc vero semper assectatur Iustitia, eorum vltrix qui diuinam legem derelinquunt.* Quan- E do igitur eum assectatur vindex Iustitia, iuste omnino, qui contemnere ausi sint, puniens, non quia bonus est Deus, propterea & nos impune in quiduis ferri oportere ac decere quisquam existimet, sed præcellentem omnia majestatem reputantes, & metuere, & ejus edictis tractabilem ac morigeram animi ceruicem submittere. An non quiuis fateatur, non decere bonum,

malos ferre? Quanquam quid veri non habet dicere, non in æquos certe legum stimulum acui, sed in eos potius, qui studium recte faciendi abdicarint, honesteque viuendi officium abjecerint. Iis igitur fructum e legibus capere licet, qui mentis suæ oram ad virtutes religarunt. Siquidem dubium esse non potest, quin leges retrahant, si quid ductu difficile sit, quodque ad defectionem tendat pœnis reprimant, adhortantes ad bonum, & a turpioribus abstistere cogentes, si qui rectam rationem abdicere a se statuerint. Neque vllus mentis compos, aut leges aut legumlatores accuset. Nec enim per eos fit, vt puniri damnatos oporteat. Cum enim recte sapere iis liceret, libidini suæ obsecuti sunt, immo ipsi sibi perniciem attulisse manifesti sunt. Itaque, si dicet, non decuisse Deum vniuersorum principio primoque legem sancire, vicissim a nobis & jure sane audiet: Rectore igitur, age dic, carere hominem oportuit, dimissum penitus & fræno liberum, quique superiorem agnosceret neminem, aut qui sit qui imperet? Nimiam quippe indulgentiam fere sequitur, vt in lubrico verseris, quodque plane dissolutum est, hoc habet vt instabile sit & pessum ruat. Sapit porro magis quod sub jugo est, & in manu cjus cui imperium contigit. Quemadmodum enim non inutiles fræni equis vt recte currant, isque illis ornatus est, neque gubernacula nauibus, per ea enim cursum tenent, ita neque homini lex. Quod si ea quæ dico reprehendit, frustra latas esse leges confitetur legislator ipse. A republica igitur, o bone, remouendi sunt & judices, & ipse adeo iis qui peccare consuerunt vtilissimus metus, pœnæ inquam metus, aut parentum ductu quasi a portu in altum auehi liberos absurdum non est. At neque sine fræno & sessore bene vnquam curret equus, neque naues cursum tenebunt, remoto eo qui regere nouit, neque id habebit ciuitas vt optime regi videatur, si judices non præsint, neque vero inutile pueris adhuc parentum regimen. Vsquequaque igitur prodest lex præses. Sed & cæteras creatas res inspiciamus, si videtur, an conditoris legibus subjunctæ sint. Magnus ergo ille & omnia illustrans Sol decenti ordine cursum suum implet.

A πρέπειν τὸ ἀνέχεσθαι κακῶν. Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐ κατά γε τῶν ἐπιεικῶν τὸ τῶν νόμων κέντρον ὀξύνεται, κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἷσπερ ἂν εἴη τὸ ἀγαθουργεῖν ἀπεσπουδασμένον, ἀπόβλητον δὲ καὶ τὸ χρῆναι βιοῦν ἐλευθέρως. ἔνεστι δὴ οὖν τῶν νόμων ἀπόνασθαι, τοῖς ἀπηρτηκόσι τῶν ἀρετῶν τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὰ πείσματα. Εἴπερ ἐστὶν οὐκ ἐνδοιαστὸν, ὡς ἀνασειράζουσι μὲν τὸ δυσάγωγον, καὶ τὸ νενευκὸς εἰς ἀ- B πόστασιν, ἀνακόπτουσι ταῖς δίκαις, προτρέποντες εἰς τὸ εὖ, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἀναγκάζοντες ἀποφοιτᾶν τοὺς λογισμοὺς τοῦ πρέποντος ἀμοιρεῖν ᾑρημένους· καὶ οὐκ ἄν τις αἰτιῷτο νοῦν ἔχων, ἢ τοὺς νόμους αὐτοὺς, ἢ τοὺς αὐτῶν ὁριστὰς γεγονότας. αἴτιοι γὰρ οὐκ αὐτοί που πάντως εἶεν ἂν, τοῦ χρῆναι παθεῖν τοὺς ἑαλωκότας. ἐξὸν γὰρ ἑλέσθαι τὸ φρονεῖν ὀρθῶς, ᾤχοντο πρὸς τὸ δοκοῦν· σφᾶς δὲ δὴ μᾶλλον αὐτοὺς διολωλεκότες αὐτοὶ, καταφωραθεῖεν ἄν. Οὐκοῦν εἰ λέγοι μὴ δὴ χρῆναι θεσμο- C θετεῖν τοῖς ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρώτοις τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, πρὸς ἡμῶν ἀντακούσεται, καὶ μάλα εἰκότως· ἀνεπιστάτητον οὖν, εἰπέ μοι, τὸν ἄνθρωπον εἶναι χρῆν, ἄφετον ὁλοτρόπως καὶ ἐξήνιον, καὶ οὐδὲν εἰδότα τὸ ὑπερτεροῦν, ἢ καί τις ὁ κρατῶν ἐστί; καίτοι ταῖς ἄγαν εὐθηνίαις ἕπεταί πως ἀεὶ τὸ σφαλερῶς ἔχειν, καὶ τὸ ἀνειμένον εἰσάπαν, δεινὸν ἐμποιῆσαι κλόνον καὶ ἀποφορὰν εἰς ἐξιτηλίας. σωφρονεῖ δὲ μᾶλλον τὸ ὑπὸ ζυγὰ, καὶ τὸ ὑπὸ χεῖρα τοῦ κρατεῖν εἰληχότος. Ὅνπερ γὰρ τρόπον οὐκ D ἀσυντελῆ τοῖς ἵπποις τὰ χαλινὰ πρὸς τὸ εὐδρομεῖν εἰδέναι, καὶ τοῦτο κόσμος αὐτοῖς, οὔτε μὴν ναυσὶ τὰ πηδάλια· κατευθὺ γὰρ ἵεται σκοποῖς δὲ αὐτῶν· οὕτως οὐδὲ ἀνθρώπων νόμος. εἰ δὲ οἷς ἔφην ἐπιτιμᾷ, τοὺς νόμους τεθεῖσθαι μάτην ὁμολογεῖ· καίτοι γεγονὼς νομοθέτης αὐτός. Χρὴ οὖν, ὦ πανάριστε, καὶ δικαστὰς τῶν κοινῶν ἀποστῆσαι πραγμάτων, καὶ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ τοῖς εἰωθόσι πλημμελεῖν ἐπωφελέστατον δεῖμα, τὸ ἐπεί τε φημὶ τῷ κολάζεσθαι δεῖν, ἢ τάχα που καὶ γονέων E παιδαγωγίαν ἀποσαλεῦσαι τοὺς παῖδας, τῶν ἀτόπων οὐδέν. ἀλλ' οὔτ' ἂν ἵππος εὐδρομήσει ποτὲ χαλινοῦ καὶ ἐπιβάτου δίχα, οὔτε μὴν αἱ νῆες κατ' εὐθὺ δραμοῦνται σκοποῦ τοῦ διϊθύνειν εἰδότος ἐξῃρημένου, οὔτε μὴν πόλις διακεκλήσεται τόγε ὡς ἄριστα διοικεῖσθαι δοκεῖν, δικαστῶν οὐκ ἐφεστηκότων· οὔτε μὴν ἀχρεῖος τοῖς ἔτι νηπίοις, τῶν γεγεννηκότων ἡ παιδαγωγία. Πανταχῇ τοιγαροῦν ὁ ἐφεστηκὼς ὀνίνησι νόμος. πολυπραγμονήσωμεν δὲ εἰ δοκεῖ,

καὶ τὰ τῶν κτισμάτων ἕτερα, εἰ μὴ τοῖς τοῦ δημιουργήσαντος κατεζεύχθη νόμοις. Ἐν κόσμῳ μὲν γὰρ τῷ δέοντι, τὸν οἰκεῖον δρόμον ἀποπληροῖ, ὁ μέγας οὗτος καὶ παμφαὴς Ἥλιος, καὶ μὴν καὶ Σελήνη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων. ὧραι δὲ ἀνίσχουσι τεταγμένως, ἡμέρα τε καὶ νύξ. ἐξ ὧν τοῖς ἐθέλουσιν ἔνεστιν ἰδεῖν ὡς διὰ τῆς ἀρίστης τάξεως τὸν ἑαυτῆς ταξίαρχον ἡ κτίσις ἀναβοᾷ. καὶ δι᾽ ὧν εὖ ἔχει μονονουχὶ καὶ κέκραγεν, ὅτι καὶ εἴκει νόμοις καὶ τοῖς ἀρρήτοις τοῦ πάντων ἀριστοτέχνου Θεοῦ διοικεῖται νεύμασι. ψάλλει γοῦν ὁ προφήτης Δαβὶδ καὶ φησίν· ἐποίησας σελήνην εἰς καιρούς. ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. καὶ μεστὴ μὲν τῶν τοιούτων μαρτυριῶν ἡ θεόπνευστος γραφή. Πείσει δὲ ἴσως αὐτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ οὐχ ἑκόντα περιτρέψει πρὸς τὸ εὐθὺ τῶν ὁμοδόξων ἡ πίστις. Ἀλέξανδρος τοίνυν ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ἐν τῷ περὶ Προνοίας φησὶν οὕτως· μηδὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γίνεσθαι χωρὶς προνοίας. πάντα γὰρ εἶναι μεστὰ τοῦ θείου καὶ διὰ πάντων αὐτὸ διήκειν τῶν ὄντων. διὸ καὶ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι κατὰ βούλησιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτο μαρτυρεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν φαινομένων. ἥ τε γὰρ τῶν γινομένων τάξις, φύσει ἀεὶ παραπλησίως ἔχουσα, μέγας ἔλεγχος τοῦ μὴ κατὰ τύχην ταῦτα γίνεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· τὴν γὰρ τῶν ἐνταῦθα σωτηρίαν τε καὶ γένεσιν, καὶ κατ᾽ εἶδος ἀΐδιον διαμονὴν, οὐκ ἄνευ θείας προνοίας Ἀριστοτέλης φησὶ γενέσθαι. ἡ γὰρ ἀπό τε τοῦ Ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων τῶν Ἡλίῳ συννόμων δύναμις κατ᾽ αὐτὸν, τῆς γενέσεως τοῖς φύσει συνεστῶσι καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, ἔχει τὴν αἰτίαν· οὐκοῦν ὡς ἀπό γε τῆς ἐν τοῖς ὁρωμένοις εὐταξίας καὶ ἐμμελοῦς κινήσεως εἴη ἂν οὐκ ἀσυμφανὲς, ὅτι τοῖς τοῦ κρατοῦντος ὑπέζευκται νόμοις. οἱ οὐρανοὶ γὰρ, φησὶ, διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Εἰ δὲ δή τις τοῖς ἐσωτάτω καὶ εἰς νοῦν ὀφθαλμοῖς ὑπεράλλοιτο μὲν τῶν ἐν αἰσθήσει τὴν φύσιν, ὑπερφέροιτο δὲ παντὸς ὁρωμένου, καὶ τὴν νοητήν τε καὶ ἐπιστητὴν περιεργάζοιτο κτίσιν, καὶ αὐτὴν εὑρήσει νόμοις τοῖς καθήκουσι διοικουμένην, εὐπειθῆ δὲ καὶ εὐάγωγον, καὶ Θεῷ τῷ ἐπὶ πάντας ὁλοτρόπως ἀνακειμένην. Λειτουργοῦσι γὰρ αὐτῷ καὶ ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις καταγεραίρουσιν, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, τὸ γνήσιον εἰς παράστασιν εἰς εὐκλείας δύναμιν ἔχοντες. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας ἑωρακέναι φησὶ τὸν κύριον σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, κύκλῳ τε περιεστῶτα τὰ Σεραφὶμ, καὶ ἀμοιβαδὸν ἀλ-

A Sed & Luna, & reliqua sidera, tempestatesque ordinate redeunt, & dies & nox; vnde cuiuis videre licet, vt optimo ordine ductorem suum creatura, prædicet, & bono illo statu tantum non vociferetur, se etiam legibus parere, & optimi rerum Opificis nutu regi. Canit itaque vates Dauid & ait: *Fecisti* Psal. 103. *Lunam in tempora. Sol cognouit occasum suum.* Et plena quidem ejusmodi testimoniorum diuina Scriptura est. Sed B ei fortasse persuaserit, immo vel nolentem in rectam viam conuerterit, eorum qui pariter cum illo sentiunt fides. Alexander itaque eximia vir doctrina in libro de Prouidentia sic ait: *Nihil enim eorum quæ in mundo sunt, extra prouidentiam fieri. Deo enim plena omnia, perque omnia eum ire, quæcunque sint: quare & quæ fiunt, omnia ex Dei fieri voluntate, eique rei esse argumento quæ cernantur. Eorum enim quæ fiunt* C *ordo, natura semper eodem se modo habens, magno indicio est non fortuito ea fieri.* Et alibi: *Nam eorum quæ hic fiunt, salutem, & generationem, & in sua specie permansionem, non sine diuina prouidentia fieri Aristoteles affirmat. Nam quæ a Sole & cæteris Soli sociis sideribus vis est, per ipsum, generationis iis quæ natura consistunt, & salutis ipsorum, causam præbet.* D Ab ordine igitur & concinno motu eorum quæ videntur, haud obscurum est, Imperatoris ea legibus subesse. *Cæli enim*, inquit, *enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.* Quod si quis intimis ac mentis oculis, eorum, quæ sensibus patent, naturam transiliat, & supra omne adspectabile feratur, &, quæ sub intellectum ac scientiam cadit, creaturam E perscrutetur, eam quoque congruis legibus regi comperiet: obedientem vero ac morigeram, & Deo, qui supra omnes est, dicatam. Ipsi enim seruiunt, & eum perpetuis hymnis venerantur Angeli & Archangeli, & quod sincere se exhibent, pro laudandi facultate, habent. Et sane diuinus propheres Esaias vidisse ait *Dominum exercituum se-* Esa. 6. *dentem in throno alto & excelso, & circumstantes Seraphim, & alternis sibi hymnis*

accinentes. Psallit quoque Dauid & ait:
Psal. 102. *Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus, vt audiant vocem sermonum ejus. Benedicite Domino omnes virtutes ejus, ministri ejus, facientes voluntatem ejus.* Non igitur generis nostri principibus a Deo data lex detrimento manifeste illis fuit: multum vero abest, sed summæ potius vtilitati, & eximiorum bonorum conciliatrix. Quod si cui minus videor veritatem constituere, a rebus ipsis negotium inspiciat. Multa quippe in paradiso erant, & omnia quidem ligna præcepit esui vt haberent, id vero solum, quod in medio erat, deuitarent. Tametsi dixerit quispiam, vtilius fuisse fortasse, in extremo paradiso, ac velut ignotis locis, cujus esu interdictum erat, lignum seponi, vt ne assiduo aspectu cernentium cupiditates ad sui appetitionem acueret. Quid autem ad hæc dicemus? Dispensatio erat, eaque prouidentissima, summæque artis, quod fecit Deus, vt neque latere id posset. Decebat enim, decebat, qui ipsum spectarent, eo ipso, in legis semper memoriam vocari, & imperatoris excellentiam agnoscere, & legislatorem eum ac dominum esse non ignorare. Et erat alioqui non inutile tam minutis rebus obedientiam subinde meditari, & ad temperantiam exercitari. Quin hoc quoque illis addendum sit. Erat enim æquum valde, qui plantam vsque viderent, & legem de ea non ignorarent, in jugem memoriam ejus qui mandarat Dei reuocari, neque ad diuinum ejus aspectum resilire, & abducta cogitatione a terrestribus, quis & quantus esset qui præceperat, meditate reputare. Dei autem contemplatione præcellentius fieri nihil potest, quando supremæ beatitatis res ea nos participes facit. Et sane Dominus noster Iesus Christus, ad eum qui in cælis est, Deum ac Patrem loquens,
Ioan. 17. *Hæc est*, inquit, *vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Et quidem sapientissimus Moses ejusmodi rei tantæ potiri cupiens Deum obsecrabat:
Exod. 33. *Si inueni gratiam apud te, ostende mihi teipsum, vt cognoscam te.* Vidit enim eum Israel, cumque iis Moses,

A λήλοις ἀντανaφωνοῦντα τὰς ὑμνῳδίας. ψάλλει δὲ καὶ ὁ Δαβίδ, καὶ φησίν· εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. εὐλογεῖτε τὸν κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. Οὐκοῦν τὸ δεδόσθαι τοῖς γενάρχαις τὸν παρὰ Θεοῦ νόμον, γέγονεν αὐτοῖς ὁμολογουμένως πρὸς ζημίας μὲν ἥκιστά γε, πολλοῦ τε καὶ δεῖ, πρὸς ὠφελείας δὲ μᾶλ-
B λον τῆς ἀνωτάτω, καὶ τῶν ἐξαιρέτων αὐτοῖς πρόξενον ἀγαθῶν. Καὶ εἰ μή τῳ δοκῶ πρεσβεύειν τὸ ἀληθές, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁράτω τὸ χρῆμα· πλεῖστα μὲν γὰρ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ τὰ ξύλα, προσέταξε πάντα μὲν ἔχειν ἐδώδιμα, τό γε μὴν ἐν μέσῳ μόνον παραιτεῖσθαι. καίτοι φαίη τις ἄν, ὡς ἦν τάχα που λυσιτελέστερον, ἐν ἐσχατιαῖς τοῦ παραδείσου, καὶ οἷον ἐν τόποις οὐκ ἐγνωσμένοις τὸ ἀποπεφασμένον εἰς βρῶσιν ἀποτεθεῖσθαι ξύλον, ἵνα μὴ τῷ φαίνεσθαι διὰ παντὸς καταθήγῃ πρὸς ἔφεσιν τὴν ἐφ' ἑαυτὸ τὰς τῶν ὁρώντων ἐπι-
C θυμίας. Καὶ τί πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; οἰκονομία τίς ἦν, προμηθεστάτη τε καὶ εὐτεχνεστάτη· μηδὲ χρῆναι λαθεῖν αὐτὸ, πεποιηκότος Θεοῦ. ἔδει γὰρ ἔδει, τοὺς θεωμένους αὐτὸ δι' αὐτοῦ δὴ τούτου πρὸς ἀνάμνησιν ἀεὶ καλεῖσθαι τοῦ νόμου, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος ὑπεροχὴν εἰδέναι, καὶ νομοθέτην αὐτὸν καὶ κύριον ὄντα, μὴ ἀγνοεῖν· ἦν δὲ καὶ ἑτέρως οὐκ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν, τὸ δὴ χρῆναι τέως τοῖς οὕτω μικροῖς ἐμμελετᾶν τὸ εὐήνιον, καὶ διαγυμνά-
D ζεσθαι πρὸς ἐγκράτειαν· καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κἀκεῖνο οἶμαί που δεήσει λέγειν. ἦν γὰρ δὴ καὶ μάλα εἰκὸς, ἀεὶ τὸ φυτὸν ὁρῶντας αὐτοὺς, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ νόμον οὐκ ἠγνοηκότας, εἰς ἀνάμνησιν ἀεὶ καλεῖσθαι τοῦ παρεγγυήσαντος Θεοῦ, οὕτω τε ἀναπηδᾶν εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ θεοπτίαν, καὶ τῶν ἐπιγείων ἀνακομίζοντας τὴν διάνοιαν, τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ προστεταχὼς ἐμφρόνως διαλογίζεσθαι. γένοιτο δ' ἂν οὐδὲν τῆς ἀληθοῦς ἐπὶ Θεῷ θεωρίας τιμαλφέστερον, ἐπείπερ ἡμῖν τῆς εἰς λῆξιν μακαριό-
E τητος ἐμποιεῖ τὸ χρῆμα τὴν μέθεξιν. Καὶ γοῦν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν διαλέξεις ποιούμενος, αὕτη, φησὶν, ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ μὴν καὶ ὁ πάνσοφος Μωσῆς τοῦ τοιοῦδε τυχεῖν γλιχόμενος ἐλιπάρει λέγων. εἰ εὕρηκα χάριν παρὰ σοὶ, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς ἴδω σε. τεθέαται μὲν γὰρ ὁ Ἰσραὴλ αὐτὸν, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Μωσῆς

ἀλλ' οὔπω γνωστῶς, αἰσθητῶς δὲ μᾶλλον. καταβέβηκε γὰρ ἐν εἴδει πυρὸς, ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ. Ὅτι δὲ ἡ θεία τε καὶ ἀπόῤῥητος φύσις, οὔτε αὐτόχρημα νοεῖται πῦρ, οὔτε μὴν ὑποφέροιτο ἂν ὅλως ὁράσει καὶ ὀφθαλμοῖς, πεπληροφόρηκεν ὁ Χριστὸς εἰπὼν τοῖς Ἰουδαίοις περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε. ἐπλάττετο γὰρ οἰκονομικῶς ἐν πυρὶ τὸ θεῖον. Ὅτι δὲ τῆς ἀνωτάτω πασῶν εὐημερίας πρόξενον τοῖς ἑλεῖν ἀξίοις εἴη ἂν τῆς ἀκριβοῦς θεοπτίας τὸ χρῆμα, καὶ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἑτερογνωμόνων, ἐνδείξειαν οἱ λόγοι. ἔφη γὰρ πάλιν ὁ μνημονευθεὶς ἡμῖν ἀρτίως Ἀλέξανδρος· ἄξιον δὲ μηδὲ ἐκεῖνο παραλιπεῖν, τὸ καὶ αὐτὸ παρὰ τῆς θείας προνοίας τοῖς ἀνθρώποις δεδωρημένον, οὗ καὶ διὰ τῶν ἤδη προειρημένων ἐπ' ὀλίγον ἐμνημονεύσαμεν. ἔστι δὲ τοῦτο ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, τὴν ἀκροτάτην ἡμῖν εὐδαιμονίαν κεῖσθαι, ὡς μὴ μισθοὺς ἔξωθέν τινας παρ' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο περιμένειν, ἀλλ' ἐν τῇ θεραπείᾳ τῇ πρὸς τοῦτο, τοῦ μεγίστου τῶν ἀγαθῶν τυγχάνειν. ὁμολογεῖται μὲν οὖν τὸ εὐδαιμονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἔχειν τὸ κεφάλαιον ἐν θεωρίᾳ. τῆς γὰρ τιμιωτάτης τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἥ τις ἐστὶν ἡ κατὰ τὸν νοῦν ἥδε ἐνέργεια. θεωρία γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἀρίστων ἀληθὴς γνῶσις. ἄριστα δὲ τῶν ὄντων ἁπάντων τὰ θεῖα. ἐν τῇ τῶν θείων ἄρα γνώσει τὸ εὐδαιμονεῖν ἡμῖν. Ὅτε τοίνυν καθὰ καὶ αὐτοί φασιν οἱ ἰσογνώμονές τε αὐτῷ καὶ συνδεισιδαίμονες, τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν ἐν τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ, πῶς οὐκ ἄν τις ὑπεραγάσαιτο τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, θεοπτίας ἀφορμὴν τοῖς πρώτοις δεδωκότα τὸν ἐπὶ τῷ ξύλῳ νόμον. ὃ καὶ ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ πεφύτευτο; διά τοι τὸ χρῆναι καὶ μάλα συχνῶς εἰς ἀνάμνησιν τοῦ νόμου καλεῖσθαι τοὺς θεωμένους· καὶ διά γε τοῦ νόμου τοῦ θεμένου τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὸ ἐξαίρετον κάλλος ἀεί πως διαφαντάζεσθαι. Οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς τὸν σκοπὸν τοῦ δημιουργήσαντος, οὐ πρὸς ζημίας τινὸς, ἢ βλάβης, γεγονὸς τῷ ἀνδρὶ τὸ γύναιον καταθρῆσαι τίς ἄν. οὔτε μὴν φαμὲν ἠγνοηκέναι τὰ ἐσόμενα τὸν ἀκήρατόν τε καὶ ὑπὲρ πάντα νοῦν. ἀλλ' οἶδε μὲν τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ἱέναι δὲ ὥσπερ κατὰ ῥοῦν ἐφίησι τὰ ἀνθρώπινα, μάλισθ' ὅτι τῆς ἑκάστου προαιρέσεως ἀπηρτημένον ὁρᾶται τὸ δρᾶσαί τι τὸ τυχὸν, ἢ μή. Εἰ δὲ ἐπείπερ ἐστὶν ἀγαθὸς, καὶ ἀπηχθημένον ἀεὶ, ποιεῖσθαι φιλεῖ τὸ ἡμοιρηκὸς τοῦ πρέποντος, καὶ

A sed nondum ita vt agnosceret, sed sentiret potius. Descendit enim specie ignis in montem Sina. Quod autem diuina & arcana natura neque re ipsa ignis intelligatur, neque aspectui aut oculis subjiciatur, confirmauit Christus, cum de Deo & patre dixit Iudæis: *Neque vocem ejus audistis, neque formam ejus vidistis.* Joan. 5. Fingebatur enim per dispensationem in igni Deus. Quod autem supremæ omnium felicitatis, qui modo eam capere digni sint, accurata Dei contem-
B platio conciliatrix sit, vel eorum qui a nobis dissentiunt oratio demonstret. Rursus enim ait is, cujus modo mentionem fecimus, Alexander: *Neque vero id prætermitti æquum est, quod ipsum etiam hominibus diuina prouidentia munere datum est, cujus etiam in superioribus nonnullam mentionem mouimus. Id autem est, in pietate aduersus Deum summam nobis felicitatem esse positam, vt ne mercedem aliunde ab ipso expectemus, sed in ejus cultu bonorum maximum con-*
C *sequamur. Confessum igitur est, felicitatis hominibus in contemplatione caput esse. Nam inter animæ facultates, præstantissima, quæ in mente est, hæc operatio est. Contemplatio quippe, cognitio vera est eorum quæ in rebus sunt optima. At omnium optima diuina sunt. In diuinorum ergo cognitione felicitas nobis est.* Quando ergo, vt vel ipsi ajunt ejus opinionis socii & superstitionis populares, in diuinorum contemplatione beatitudo versatur: quis est, qui Deum vniuersorum
D non supra quam potest miretur & amet, qui Dei contemplandi primis hominibus legem de ligno dederit? quod & in medio erat paradiso situm, quia in legis recordationem subinde vocari intuentes oportebat, perque legem certe latoris majestatem & præcellentem pulchritudinem assidua cogitatione vsurpare. Non ergo quantum ad conditoris consilium attinet, damno cuiquam aut noxæ viro fuisse muliercu-
E lam quisquam putauerit. Neque vero dicimus, futura ignorasse sinceram & rerum supremam mentem. Nouit quippe omnia, priusquam fiant: ire autem veluti secundo amne res humanas finit, quia pendere a cujusque arbitrio cernitur, vt agat quidlibet, aut non agat. Si vero, quia bonus est, & semper odisse solet, siqvid ab officio alienum est,

& ad id quod visus est, tardum fuisse statuat melius, neque in lucem venire quosdam initio sinere, non de primis, opinor, solis cum eo expostulabimus, sed de aliis quamplurimis, immo vero de omnibus, quotquot & post illos fuerunt & adhuc sunt ignaui & improbi, & diuinas leges negligere soliti: sed sapientis, opinor, fuerit, ipsi quidem & soli tribuere, vt sciat omnia, & res nostras pro suo arbitratu regat. Certissime autem credere, recte omnia & inculpate se habere, eumque prorsus de re quacunque incusare, crimen habet summæ impietatis. Nam vt ait propheta Esaias: *Quis nouit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Sane autem bene Dauid ad eum Propheta clamat & ait: *In mari via tua, & semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.* Aspectu enim difficile hominibus, immoprorsum inaspectabile est, de singulis rebus nostris consilium ac voluntas, & eorum quæ fiunt via, rectoris omnium Dei. Attexam porro iis quæ memoraui, & magistrorum ejus in ea ipsa re consensionem. Sic enim denuo Porphyrius dixit: *Cum enim diuina mens sit, quæ omnibus rebus præsit, & exuperante sapientiæ magnitudine, ac potentiæ proprietate incomparabili, vniuersa ordinarit & regat, plerasque causas latere hominum mentem, paruam quippe, quamuis sapiens videatur & veritatis indagatrix. Piam vero, si & eorum de quibus dubitat difficultatem persequitur, obloqui non audere, bene autem esse vt sunt, & sentire, & prædicare, quodque bene sint, ideo facta esse vti sunt. Quid enim mens tanta atque talis, perperam facit? nec fas esse prudentiam nostram facere ejus quod bene est censitricem, & imprudentiam ejus quod male.* Minime igitur aberit a prudenti ratione, quæ a Deo sunt, recte facta esse omnia & putare & dicere; impium vero funditusque reprobum, curiose sectari velle, quæ nunquam assequamur: quin potius emicent vltra mensuram & cogitationem nostram. Addit iis quæ dixi, & alia quædam assuit omniscius Iulianus.

Esai. 40.

Psal. 76.

A τὸ ῥάθυμον εἰς τὸ χρεὼν, ὡς ἦν ἄμεινον, διορίσαιτό τις· οὐδὲ παρελθεῖν εἰς γένεσιν τὴν ἀρχὴν ἐφεῖναί τισιν, οὐ περὶ μόνων, ὥςγε οἶμαι, τῶν πρώτων ἐγκαλέσομεν αὐτῷ, περὶ πλείστων δὲ ὅσων ἑτέρων· μᾶλλον δὲ περὶ πάντων τῶν ὅσοι καὶ μετ᾽ ἐκείνους γεγόνασι, καὶ εἰσὶν εἰς δεῦρο, ῥάθυμοί τε καὶ ἀλιτήριοι, καὶ τῶν θείων νόμων ἀλογεῖν εἰωθότες· ἀλλ᾽ οἶμαι σοφὸν εἴη ἂν τῷ αὐτῷ μὲν καὶ μόνῳ τὸ εἰδέναι τὰ πάντα νέμειν, διοικεῖν δὲ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, καθ᾽ ὃν ἂν ἕλοιτο τρόπον. Πεπληροφορῆσθαι δὲ, ὅτι πάντα ὀρθῶς τε καὶ ἀνεπιπλήκτως ἔχει, καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν αὐτῷ περὶ ὁτουοῦν ὅλως, τῆς ἀνωτάτω δυσσεβείας ἔχει τὴν γραφήν· ὡς γὰρ ὁ προφήτης Ἡσαΐας φησί· τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; εὖ δὲ δὴ σφόδρα ὁ προφήτης Δαβὶδ ἀναφθέγγεται, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται. δυσκάτοπτος γὰρ ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ καὶ ἀ-
C ποπτος παντελῶς εἴη ἂν, ἡ ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, βουλή τε καὶ θέλησις, καὶ αὐτὴ δὲ τῶν ποιουμένων ἡ ὁδὸς, τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ. Προσεποίσω δὲ οἷς ἔφην καὶ τῶν αὐτοῦ διδασκάλων, τὴν ἔν γε δὴ τούτῳ συναίρεσιν. ἔφη γὰρ ὁ Πορφύριος οὕτω πάλιν· νοῦ γὰρ ὄντος θείου, τοῦ τῶν ὅλων προεστῶτος, καὶ σοφίας ὑπερβάλλοντι μεγέθει, δυνάμεώς τε καὶ ἀπαραβλήτῳ ἰδιότητι, τὸ πᾶν διατάξαντος καὶ διοικοῦντος, λανθάνειν μὲν τὰς πολλὰς αἰτίας, μικρὸν ὄντα τὸν
D ἀνθρώπινον νοῦν· κἂν σοφὸς εἶναι δοκῇ, καὶ ἐρευνητὴς τῆς ἀληθείας. εὐσεβὲς δὲ εἰ καὶ μεθήσει τῶν ἀπορουμένων τὸ δυσερεύνητον, βλασφημεῖν μὲν μὴ τολμᾶν, καλῶς δὲ ἔχειν ὡς ἔχει, καὶ ἡγεῖσθαι καὶ λέγειν· καὶ ὅτι διὰ τὸ καλῶς ἔχειν αὐ οὕτως γέγονεν ὡς γέγονε. Τί γὰρ ἂν νοῦς τοσοῦτος καὶ τοιοῦτος παρανόμως ἔδρασε; ποιεῖσθαι δὲ μὴ χρῆναι θεμιτὸν εἶναι τὴν ἡμετέραν σύνεσιν τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐξεταστικὴν, καὶ τὸ ἡμῖν ἀσύνετον τοῦ κακῶς. Οὐκοῦν τῶν ἐπὶ φρονήσει λόγων ἀ-
E μοιρήσειεν ἀεὶ ἥκιστά τε τὸ δεῖν ὀρθῶς οἴεσθαί τε καὶ λέγειν πεπρᾶχθαι πάντα τὰ παρὰ Θεοῦ. ἀνόσιον δὲ καὶ παντελῶς ἀπόπεμπτον τὸ περιεργάζεσθαι φιλεῖν τὰ ὧν οὐκ ἂν γένοιτό τις πρὸς ἡμῶν ἡ θήρα· διαβεῖ δὲ μᾶλλον ἐπέκεινα μέτρου καὶ διανοίας, τῆς ἐν ἡμῖν. Προσεπάγει δὲ οἷς ἔφην, καὶ ἕτερα ἄττα συνείρων εὐθὺς ὁ πάνσοφος Ἰουλιανός.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

A Τὸν γὰρ ὄφιν τὸν πρὸς τὴν Εὔαν διαλεγόμενον, ποδαπῇ τινὶ φήσομεν χρῆσθαι διαλέκτῳ; ἆρα ἀνθρωπείᾳ; καὶ τί διαφέρει τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι πεπλασμένων μύθων τὰ τοιάδε;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἰδοὺ δὴ πάλιν τοῖς ἀληθέσιν ἐπιτιμᾷ, καὶ μύθοις αὐτὰ προσεοικέναι φησὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς. Οἶδεν οὖν ἄρα σαφῶς μύθους τε ὄντας, καὶ γραο- B πρεπῆ τερετίσματα, καὶ ἕτερον οὐδὲν, ἃ καὶ φρονεῖν ἀξιοῖ, καὶ εἰς θρησκείας ποιεῖται δύναμιν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε, ὦ τᾶν, οὐ τοῦτο φαμὲν περὶ τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου γραφῆς. μυθικὸν γὰρ ἐν αὐτῇ παντελῶς οὐδέν· ἀληθείας δὲ τὰ πάντα μεμέστωται. θαυμάζω δὲ ὅτι, καίτοι ἰσχνὸς ὢν ἄγαν, καὶ μαθημάτων, ὡς γοῦν οἴεται, καὶ φησὶν, ἐσωτερικῶν οὐκ ἀνήκοος, καὶ παρὰ τῶν αἰσθητῶν ἔσθ' ὅτε τὸν νοῦν ἐνιείς, οὐ συνῆκεν, ὅτι τῇ τοῦ πονηροῦ τε καὶ ἀρχεκάκου δαίμονος ἐνεργείᾳ γέγονεν ἡ φωνὴ προκάλυμμα τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιό- C τητος ποιουμένου τὸν ὄφιν. Ζώου γὰρ τὸ τηνικάδε λογικοῦ μὴ ὄντος ἑτέρου ἐξ ἁπλότητος τῆς ἄγαν, ᾠήθη τὸ γύναιον τάχα που καὶ ἑτέροις ζώοις δεδόσθαι ἀνθρωπείᾳ δύνασθαι κεχρῆσθαι φωνῇ. Ὅτι δὲ χαλεπὸν οὐδὲν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, τὸ καὶ ἔσθ' ὅτε τισὶ τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, μάλιστα μὲν ἀξιόχρεως τε καὶ μόνος τοῦ Μωσέως ὁ λόγος, εἴς τε τὸ χρῆναι πληροφορεῖν. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς τοὺς τὰ αὐτὰ φρονεῖν ᾑρημένους, τῷ κατα- D σκώπτοντι τὰ Χριστιανῶν, μὴ ἂν ἐθελῆσαι, τοῖς πρὸς ἡμῶν συναινέσαι λόγοις· φέρε τὰς αὐτῶν πολυπραγμονήσαντες ἱστορίας, ὡς ἔνι, τὸ χρῆμα καταδεικνύωμεν. Ὅμηρος μὲν οὖν τὰ τοῖς Ἕλλησι πεποιημένα, κατὰ τὴν Τροίαν συντεθείς, ἕνα τῶν Ἀχιλλέως ἵππων, Ξάνθος οὗτος ἦν, καταμαντεύσασθαι οἱ τὸν θάνατον ἰσχυρίζεται, φᾶναί τε τὸν Ἥρω·

E

Ξάνθε, τί μοι θάνατον μαντεύεαι;

Κατημέλησε δὲ ἥκιστά τε, τοῦ μὴ διεψεῦσθαι δοκεῖν· ἔφη γὰρ, ὅτι

Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Προβαλεῖται δὲ ἴσως, τὰ συνήθη πάλιν, καὶ μυθολογίαν ποιητικὴν εἶναι τὸ χρῆμα ἐρεῖ. οὐκοῦν, εἰ δοκεῖ, κατειρήσθω μὲν τῶν Ὁμήρου ποιημάτων τὸ ψεῦδος. καὶ κα-

IVLIANVS.

Nam ſerpentem, qui cum Eua loquitur, quo tandem vſum ſermone dicemus? an humano? Quid a fictis Græcorum fabulis iſta differunt?

CYRILLVS.

En rurſus vera inceſſit, & Græcis ea fabulis ſimilia eſſe dicit. Compertum igitur habet & fabulas eſſe, & anicularum garritus, nihilque aliud, ea quæ & rata habet, & in religionis vim trahit. Sed nos, o bone, nequaquam iſtud de ſancta & diuinitus inſpirata ſcriptura dicimus. Fabuloſum namque in ea prorſus nihil: veritatis plena ſunt omnia. Miror autem quod, acutiſſimus licet, & intimarum, vt ipſe opinatur & prædicat, diſciplinarum non imperitus, & extra res ſenſuum mentem aliquando attollens, non intelligat, improbi & malorum principis dæmonis efficacia factam eſſe vocem malignitatis ſuæ prætextum ſerpentem obtendentis. Quum enim rationis particeps tum animal aliud non eſſet, per nimiam ſimplicitatem rata eſt muliercula forſitan & aliis animalibus datum eſſe vocis humanæ vſum. Quod autem immundis ſpiritibus difficile non ſit talia interdum aliqua moliri; vel ſola Moſis verba idonea ſunt, quæ fidem pleniſſimam faciant. Sed quia veriſimile eſt, qui ex eadem ſint hæreſi, qua iſte rerum Chriſtianarum obtrectator, orationi noſtræ non aſſenſuros, age excuſſis iſtorum hiſtoriis, quoad licet rem demonſtremus. Homerus igitur res a Græcis ad Troiam geſtas componens, vnum Achillis equorum, Xanthus is erat, mortem ei auguratum eſſe affirmat, & dixiſſe Heroem:

Xanthe necem quid mi præſagis? Iliad. T. v. 420.

Minime vero neglexit, vt ne mentiri putaretur. Dixit enim:

Vocem illi Iuno formoſis indidit vlnis. Ibid. v. 407.

Sed opponet denuo quæ ſolet, idque poeticum commentum eſſe dicet. Ergo, ſi videtur, mendacii damnentur Homeri poemata,

& in ejus magistros crimen recidat. Vestigemus autem & alios, qui talia scriptitarint. Porphyrius itaque ejus socius, & petulantis in nos maledicentiæ parens, Pythagoræ vitam exequens, sic alicubi scribit: *Nam quæ narrantur de dicato Mycenis Phrygis Euphorbi cum Troicis spoliis Argiuæ Iunoni hujus quoque clypeo, ut nimis peruulgata prætermittimus. Caucasum autem flumen narrant, cum pluribus sodalium trajicientem allocutum esse, & fluuium magna voce cunctis audientibus respondisse, AVE PYTHAGORA.* Sed subjecerint, opinor, aliqui, dixisse salutatum eum esse a fluuio, at non vtique Dæmonem locutum. Bene habet. Erat igitur fortasse rationis compos aqua. Sed hoc, opinor, emotæ mentis esse, neque fieri posse dicimus. Dæmon igitur locutus est, idque Pythagoræ præstigiarum argumentum erat, quod eum alloqui fluuius videbatur. At verum id non est, inquies, sed potius quæsita cauillatio. Ergo nisi ea, quam arcanam sapientiam Græci nominant, sine arte magica plenus erat, crimine vacet ipse, nugamur nos. Sin autem & præstigiator & excantator, & istiusmodi artifex apparet, quidni vere dicatur, alicujus eorum, qui ipsi assidui hærerent, dæmonum vi salutationem esse factam? Scribit rursus de eo Porphyrius ad hunc modum: *Ambulationes autem neque ipse inuidiose cum multis obibat, sed secundus vel tertius, in templis vel in lucis loca deligens & quietissima & amœnissima; amicos autem summopere diligebat, qui primus amicorum communia esse omnia pronunciarit, & amicum alterum semet, & cum valentibus ipse versabatur, corpore autem ægros curabat, & animo ægros consolabatur, ut diximus, hos quidem incantamentis & magia, illos vero musica.* Par autem est scilicet, & serpentem dicere humana nequisse voce vti, Caucasum fluuium potuisse, qui mago comis & affabilis fuit? Hujus quoque mentionem facit & sapientissimus Clemens in Stromatis, dicens: *Et Zoroastren Persan æmulatus est Pythagoras, & arcanos hujus hominis libros, qui Prodici sectam sequuntur, possidere se gloriantur,*

Stromat. lib. 1.

A τὰ τῶν αὐτοῦ διδασκάλων ἡκέτω τὸ ἔγκλημα. Πολυπραγμονῶμεν δὲ καὶ ἑτέρους τοιαῦτά τινα συγγεγραφότας. Πορφύριος τοίνυν ὁ αὐτοῦ κοινωνὸς, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας πατὴρ, τὸν Πυθαγόρου βίον ἐξηγούμενος, ὧδέ πη φησί· τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς, καὶ τῆς τούτου ἀσπίδος, παρίεμεν ὡς πάνυ δημώδη. Καύ-
B κασον δὲ ἔφασαν ποταμὸν, σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνοντά ποτε προσειπεῖν, καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνότερον ἀνεφθέγξατο πάντων ἀκουόντων, ΧΑΙΡΕ ΠΥΘΑΓΟΡΑ. Ἀλλ' οἶμαι φαῖεν ἂν ἴσως τινὲς, ὡς προσειπεῖν μὲν αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἔφη, οὐ μὴν ὅτι καὶ δαιμόνιον ἐφθέγξατο. καλῶς. ἦν οὖν τάχα που λογικὸν τὸ ὕδωρ. ἀλλ' οἶμαι τουτὶ καὶ νοῦ παραπαίοντος, καὶ τῶν ἀμηχάνων εἶναι φαμέν. Οὐκοῦν δαιμόνιον ἐφθέγξατο, καὶ τῆς Πυθαγόρου γοητείας ἐ-
C πίδειξις ἦν, τὸ προσφωνῆσαι δοκεῖν τὸν ποταμὸν αὐτῷ. Ἀλλ' οὐκ ἀληθὲς τοῦτο, φιλοψογία δὲ μᾶλλον. οὐκοῦν εἰ μὴ τῆς καλουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀπορρήτου σοφίας, ἤτοι τῆς μάγου τέχνης ἐπίμεστος ἦν, ἀπηλλάχθω τῆς αἰτίας, ληροῦμεν ἡμεῖς. εἰ δὲ δὴ φαίνοιτο γόης τε καὶ ἐπῳδὸς, καὶ ταῦτα τεχνίτης, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐνεργείᾳ τινὸς τῶν προσιζηκότων αὐτῷ δαιμονίων πεπρᾶχθαι τὴν πρόσρησιν. Γρά-
D φει δὲ πάλιν ὁ Πορφύριος ὧδε περὶ αὐτοῦ· τοὺς δὲ περιπάτους, οὐδὲ αὐτὸς ἐπιφθόνως μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύτερος, ἢ τρίτος ἐν ἱεροῖς, ἢ ἐν ἄλσεσι τῶν χωρίων ἐπιλεγόμενος, τὰ ἡσυχαίτατά τε καὶ περικαλλέστατα. τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν· καὶ ὑγιαίνουσι μὲν αὐτοῖς συνδιέτριβε, κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς νοσοῦντας παρεμυθεῖτο, καθάπερ ἔφαμεν, τοὺς μὲν ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ μουσικῇ.
E Ἶσον δὲ οἶμαι, καὶ τὸν ὄφιν εἰπεῖν μὴ ἂν ἰσχῦσαι ποτὲ, τῇ κατὰ ἄνθρωπον κεχρῆσθαι φωνῇ, Καύκασόν τε τὸν ποταμόν, ὃς τῷ μάγῳ γέγονεν εὐπροσήγορος; Μέμνηται τούτου καὶ ὁ σοφώτατος Κλήμης ἐν τοῖς Στρωματεῦσι λέγων· Ζωροάστρην τε τὸν Πέρσην Πυθαγόρας ἐζήλωσε, καὶ βίβλους ἀποκρύφους τἀνδρὸς τοῦδε, οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν, αὐχοῦσι κεκτῆσθαι

πλὴν ὅτι τοῦ Ἰσραὴλ αὐτοῦ μόνου Θεὸν, καὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ τούτους ἐκλεκτοὺς φησὶν εἶναι, αὐτός τε, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον προφῆται, καὶ Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος, ἐπιδείξω· ἀλλὰ καὶ τὸν πάντας πανταχοῦ τοὺς πώποτε γόητας καὶ ἀπατεῶνας ὑπερβαλλόμενον Παῦλον. Ἀκούσετε δὲ τῶν λέξεων αὐτῶν. πρῶτον μὲν, τῶν Μωσέως· σὺ δὲ ἐρεῖς τῷ Φαραῶ· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. εἶπεν δὲ, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι λατρεύσῃ· σὺ δὲ οὐκ ἐβούλου ἐξαποστεῖλαι αὐτόν. καὶ μικρὸν ὕστερον· καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς. πορευσόμεθα οὖν εἰς τὴν ἔρημον, ὁδὸν ἡμερῶν τριῶν, ὅπως θύσωμεν κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν ὁμοίως· κύριος ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σὲ, λέγων, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι λατρεύσωσιν ἐν τῇ ἐρήμῳ.

A Cæterum, quod ipsius Israelis solius Deum, ac Iudææ, eosque delectos esse dicat, ipseque, & qui post eum prophetæ, & Jesus ille Nazarenus, demonstrabo, sed & ille qui omnes omnino vnquam, qui fuerunt præstigiatores impostoresque, superauit Paulus. Eorum porro verba audietis; primum Mosæ: *Tu autem dices Pharaoni: Filius meus primogenitus Israel. dixi autem, Dimitte populum meum, vt mihi seruiat: tu vero* (Exod.4. 22.23.) B *noluisti dimittere eum.* Et post paulo: *Et dicunt ei, Deus Hebræorum aduocauit nos. Proficiscemur ergo in desertum, viam dierum trium, vt sacrificemus Domino Deo nostro.* (cap.5.) Et statim rursus ad eundem modum: *Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt seruiant mihi in deserto.* (cap.7.v.16.)

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

C Συνείρει δὲ τούτοις καὶ ἑτέρας χρήσεις ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων συνειλεγμένας, ἐμπεδοῦν ἐπιχειρῶν, ὅτι δὴ μόνου τοῦ Ἰσραὴλ ὠνόμασται Θεὸς, καὶ κλῆρος ἰδικὸς αὐτῷ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ νενέμηται γένος. εἶτα τῶν ἑαυτοῦ λόγων ποιεῖται συμπέρασμα. τὸ, ὅτι προσήκει τὸν τῶν Ἑβραίων Θεὸν, οὐχὶ δὴ τοῦ κόσμου παντὸς γενεσιουργὸν ὑπάρχειν οἴεσθαι, καὶ τῶν ὅλων κατεξουσιάζειν, συνεστάλθαι δὲ, ὡς ἔφην, καὶ πεπερασμένην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, ἀναμὶξ τοῖς ἄλλοις νοεῖσθαι θεοῖς. Οὗτος D μὲν οὖν τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιότητος ὁ σκοπός. Ἀντεποίσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τοὺς ἐφ' ἑκάστῳ λόγους, ταῖς ἐκείνων πανουργίαις ἀντανιστάντες τὸ ἀληθὲς, ὡς ἂν εἰδεῖεν οἱ τὰ αὐτοῦ θαυμάζοντες, ἀπειροκάλως αὐτὸν, ταῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς κεχρῆσθαι φωναῖς, ἵνα τις εἶναι δοκοίη σοφὸς, καὶ ἐν τοῖς Χριστιανῶν δόγμασι κατεσπουδασμένος. ὅτι δὲ συνίησι μὲν παντελῶς οὐδὲν, περιαυτίζεται δὲ καὶ πεφρόνηκε μέγα, καὶ ἀχαλίνως ψευδηγορεῖ, δι' αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν πραγμάτων. E Πεφενάκικε μὲν οὖν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀφεῖσθαι μὲν ὁλοτρόπως αὐτὸν τῶν ἄλλων ἐθνῶν. οὐκ οἶδ' ὅπως διατεινόμενος· ἀπονεμέσθαι δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μόνοις τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας εἶναι τὸν ζυγόν. Ὅθεν ἂν οἶμαί τις εὖ μάλα διατεκμήραιτο, τῆς ἐνούσης Ἰουλιανῷ διανοίας τὸ ἀδρανὲς, ὅτι γὰρ ὑπὸ πόδας ἅπασαν ἔχει τὴν κτίσιν ἡ ἀνωτάτω φύσις, καὶ προνοεῖ τῶν ὅλων, παντελῶς ἠγνόηκε. μάλιστα μὲν ἐγκαταβεβλῆσθαι φαμὲν

CYRILLVS.

C His contexit alia oracula e sacris collecta literis, confirmare nitens, solius Israelis Deum nominatum esse, & sortem illi peculiarem genus Abraham esse attributum; tum orationem suam concludit: Deum Hebræorum non totius mundi creatorem esse, existimari decere, & vniuersorum habere potestatem, sed coercitum esse, vt dixi, & qui definitum imperium habeat, cum aliis D promiscue Diis censendum. Iste igitur ejus, quæ in ipso est, ferociæ scopus. Regeremus autem & nos inuicem orationem quoque de singulis, dolis illius veritatem opponentes, vt sciant, qui eum mirantur rustice, illum diuinæ Scripturæ abusum vocibus, vt aliquis sapiens videretur, & in Christianorum dogmatis exercitatus. Quam vero sapiat nihil, sed sibi arroget, ac multum fumat & effrænate mentiatur, res ipsa nos doE cebit. Imposuit ergo Deo vniuersorum, gentes ipsum alias habere derelictui nescio quo pacto pertendens: attributam vero ipsi Iudæam, & solis e sanguine Israelis regni ejus dispertitum esse jugum. Vnde quiuis, opinor, Iuliani mentis imbecillitatem colligat. Ignorat enim prorsus, supremam naturam habere sub pedibus creaturam omnem, & vniuerso plane prouidere.

hominis quidem naturæ maxime inditam esse Dei cognitionem, & cujusuis vtilis ac necessarii natiuam scientiam, ipsi Opificem insevisse. Par autem erat, vt cui sic ornato esse contigisset, etiam a mundi certe conditione, & ordine, & pulchritudine, & in his constantia, recta ad verum euntem, videre quanta sit ejus qui produxit, ea quæ supra omnem mentem est, sapientia atque virtus. Ad id porro Moses optimus præclare informauit, eam quæ in natura est positam legem quasi sopitum ignem suscitans. Quum enim de Deo sermonem instituit, auctorem eum esse mundi totius dicit, nullo quoquam exempto prorsus: *In principio enim*, inquit, *fecit Deus cælum & terram:* summatim opinor, compendioque, quæ vtrisque continentur significans. Et rursus: *Hic est liber generationis cæli & terræ. In die quo fecit Deus cælum & terram, & omne fœnum agri.* Ergo si Mosis nos verbis oppugnat, Mosi credat. Qui autem nutu compegit hoc vniuersum, & verbo creauit, & ita præcellentem, & incomprehensam omni menti potentiam habet, qui in terra hominem fecit; quo tandem modo paucis imperare voluisset, quum tamen ei liceret in vniuersa diffundi, neque promiscue cum aliis Diis censeri, & finiti esse imperii? Age vero, voluntatis ejus fortasse curiosius causas indagemus nos, aut potius veniat ipse qui nos doceat. Haud ergo quiuit, & vniuerso prouidere non valet. Quo ergo pacto suffecisse his faciendis ac procreandis videtur? Nam sane quam incredibile sit, opinor, & absurdum dicere, sufficientem habere eum, vt creare possit, facultatem atque virtutem, at non item ea regere posse. Sed vt Deum decet eum imperare, quid habet negotii videre? Nam creatura, vti ab initio facta est, ita etiam huc vsque moueri amat adhuc, quodque ipsam ab ordine deturbarit nihil est. Sol enim in cælo agitur, suumque ab ortu in occasum orbem voluit. Ad eundem modum Luna nocti præest, & siderum illustris chorus eadem lege regitur. Tempestatum vices alternis fiunt, redeunt noctis & diei reuersiones sibi respondenti-

Genes. 1.

A τῇ ἀνθρώπου φύσει, τὴν θεογνωσίαν, καὶ παντὸς τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου πρὸς σωτηρίαν αὐτοφυᾶ τὴν εἴδησιν ἐνεῖναί οἱ τὸν δημιουργόν· ἦν δὲ ἀπεικὸς οὐδὲν, τοιαύτης λαχόντα κατασκευῆς, καὶ ὡς ἀπό γε τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, εὐταξίας τε, καὶ κάλλους, καὶ τῆς ἐν τούτοις διαμονῆς, κατευθὺ τῆς ἀληθείας ἰόντα, βλέπειν ὅση τίς ἐστι τοῦ τεκτηναμένου καὶ παρενεγκόντος εἰς ὕπαρξιν, ἡ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ σοφία καὶ δύ- B ναμις. Πεπαιδαγώγηκε δὲ πρὸς τοῦτο καλῶς καὶ ὁ πανάριστος Μωσῆς, τὸν ἐν τῇ φύσει κείμενον ἀναζωπυρίσας νόμον. συντιθεὶς γὰρ ἡμῖν τοὺς περὶ Θεοῦ λόγους, γενεσιουργὸν αὐτὸν εἶναί φησι τοῦ κόσμου παντὸς, οὐδενὸς τὸ σύμπαν ἐξῃρημένου· ἐν ἀρχῇ γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· συλλήβδην, οἶμαι, καὶ ἐν βραχεῖ, καὶ τὰ ἀμφοῖν ἐνειλημμένα σημαίνων. καὶ πάλιν· αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς· ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρα- C νὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ. Οὐκοῦν εἰ ἐκ τῶν Μωσέως ἡμῖν μάχεται λόγων, πιστευέτω Μωσεῖ. ὁ δὲ δὴ συμπήξας νεύματι τόδε τὸ πᾶν, καὶ λόγῳ παρενεγκὼν εἰς ὕπαρξιν, καὶ τὴν οὕτως ὑπερφυᾶ καὶ ἀκατάληπτον νῷ παντὶ δύναμιν ἔχων, ὁ ποιήσας ἄνθρωπον ἐπὶ γῆς, πῶς ἂν ἠθέλησεν ὀλίγων κρατεῖν, καίτοι μετὸν αὐτοῦ κατευρύνεσθαι τῶν ὅλων, καὶ οὐκ ἀναμὶξ ἑτέροις νοεῖσθαι θεοῖς, καὶ μεμετρημένην ἔχειν ἀρχήν; φέρε γὰρ δὴ, τὰς τοῦ D ἐθελῆσαι τυχὸν αἰτίας πολυπραγμονῶμεν ἡμεῖς, μᾶλλον δὲ ἡκέτω διδάξων αὐτός. ἠσθένησεν ἄρα, καὶ τὸ προνοεῖν δύνασθαι τῶν ὅλων οὐκ ἔχει. εἶτα πῶς ἀρκέσαι ὁρᾶται πρὸς τὴν ἐπ' αὐτοῖς ποίησίν τε καὶ γένεσιν; ἀπίθανον γὰρ κομιδῇ εἴη ἂν οἶμαι, καὶ ἀσύφηλον εἰπεῖν, διαρκῆ μὲν ἔχειν αὐτὸν τὴν πρός γε τὸ δύνασθαι δημιουργεῖν ἐπιτηδειότητά τε καὶ δύναμιν, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἰσχύσαι κρατεῖν αὐτῶν. ἀλλ' ὅτι κατάρχει θεοπρεπῶς, πῶς οὐκ ἀτα- E λαίπωρον ἰδεῖν; ἡ γάρ τοι κτίσις ὡς γέγονεν ἐν ἀρχαῖς, οὕτω καὶ εἰς δεῦρο κινεῖσθαι φιλεῖ, καὶ τὸ θορυβῆσαν ὅλως αὐτὴν εἰς ἀταξίαν οὐδέν. Ἥλιος μὲν γὰρ ἐν κόσμῳ φέρεται, καὶ τὸν ἐξ ἠοῦς εἰς δύσιν ἑλίττει κύκλον. ὁμοίως σελήνη κατάρχει νυκτὸς, διοικεῖται δὲ συννόμως καὶ ὁ λαμπρὸς τῶν ἀστέρων χορός· γίνονται δὲ παραλλὰξ ὡρῶν διαδοχαὶ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀνακυκλώσεις ἀναλόγοις διαστήμασι

συμμετρούμεναι, καρπῶν ἀναφύσεις, τῶν ὡρείμων ἐκβολαὶ, ζώων χερσαίων γενέσεις, πτηνῶν τε καὶ ἐναλίων· προσεποίσω δὲ τούτοις καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτούς. Ὁ τοίνυν τοῖς κτίσμασιν ἀναπόδραστον τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων ἐπιτιθεὶς τὸν ζυγὸν, εὐσθενέστατά μοι δοκεῖ τῶν ὅλων κατάρχειν, καὶ οὐκ ἀπορρίψαι μὲν ἑτέροις αὐτὰ, πικροὺς δὲ τοῖς ἑαυτοῦ κτίσμασιν ἐπιστῆσαι δεσπότας, τοὺς ψευδωνύμους θεοὺς, ἤγουν ἀκαθάρτους δαίμονας. Οὐκοῦν γενεσιουργὸν τῶν ὅλων εἰσκεκόμικεν ἡμῖν τὸν Θεὸν ὁ σοφώτατος Μωσῆς. ἄθρει δὲ, ἄθρει, εἰ μὴ τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις αὐτὰ συμβαίνει τὰ πράγματα. ἔφη γὰρ, συντετάχθαι μὲν τῷ ἡλίῳ τὴν τῆς ἡμέρας ἀρχήν, τεθεῖσθαι δὲ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον σελήνην εἰς ἐξουσίαν νυκτός· καὶ μὴν εἰς καιροὺς καὶ σημεῖα, καὶ πρός γε τὸ φαίνειν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῶν ἀστέρων χορόν· ὁ δὲ ταῦτα γεγραφὼς, οὐχ ἑτέροις μᾶλλον χρῆναι θεοῖς, οὔτε μὴν τοῖς κτίσμασιν ἀνάπτειν τὸ σέβας βούλεται, προσκεῖσθαι δὲ μόνῳ προστέταχε τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ. Φησὶ γάρ· καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε κύριος ὁ Θεός σου τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. Εἶτα πῶς ἀλογῆσαι μὲν φησὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τῆς ἑτέρας πληθύος τῶν ἐθνῶν, μόνων δὲ κατάρξαι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτοῖς τὴν ἰδίαν ἀπονεῖμαι πρόνοιαν, καίτοι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἐκ τῆς δημιουργίας χρήσιμα νενεμῆσθαι φησὶν ὁ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἡμῖν συγγραφεύς. Μὴ γὰρ δὴ τὸ οὕτω μέγα καὶ ἀξιόληπτον ἀγαθὸν κατασμικρυνέτω λέγων· πλὴν εἰ μή τις ἐκεῖνα συγχωρήσειεν, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῖς καὶ τὴν σελήνην ἀπένειμεν. ὅτι γὰρ ὃν προσκυνοῦμεν ἡμεῖς, παρειλήφασι δὲ καὶ διὰ τῶν Μωσέως γραμμάτων οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ Θεός ἐστι τῶν ὅλων, καὶ διαρκῆ τοῖς ἁπανταχόσε τῆς γῆς τὴν ἑαυτοῦ φροντίδα νενεμηκὼς εὑρίσκεται, καὶ τοῦτο διηνεκῶς ἐξ αὐτῆς ἐπιδείξομεν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. ἀνόπιν δὲ ὥσπερ τοὺς λόγους ἀνασειράζοντες, ἐπ' αὐτὸν βαδιούμεθα τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστιν, Ἀδάμ. Πέπλασται τοίνυν παρὰ Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ σύμπαν γένος ἀνέφυ, φημὶ δὴ τὸ ἀνθρώπινον· Θεοῦ τοιγαροῦν τοῦ ἐπὶ πάντας, ὁ ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος, ἤτοι τὸ σύμπαν ἁπαξαπλῶς νοεῖται γένος· ὁ γάρ τοι τῆς ῥίζης κύριος, ἔχοι ἂν εἰκότως ὡς ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς βλαστήματα. Ἀπὸ δέ γε τοῦ πρώτου,

A bus interuallis dimensæ, fructuum reditus, maturorum casus, terrestrium animalium ortus, auium, piscium. his etiam res nostras adjungam. Qui ergo rebus creatis ineluctabile voluntatis suæ jugum imposuit, potentissime mihi rerum vniuersitati imperare videtur, nec aliis abjecisse ipsas, & acerbos creaturis suis dominos imposuisse, falso dictos Deos, hoc est, impuros dæmonas. Ergo auctorem vniuersi Deum nobis sapien- B tissimus Moses introduxit. vide sis enim, vide, num ejus verbis res consentiant. Dicit enim, Soli quidem concessum esse diei principatum, Lunæ vero eodem modo potestatem noctis repositam esse: enimuero & in tempora & signa, & vt luceret terrestribus, astrorum chorum. Hæc porro qui scripsit, non aliis potius Diis, neque sane creaturis, cultum vult adjungere, sed jussit vni addictos esse Opifici vniuersorum. Ait enim: *neque* (Deut. 4.) *respiciens in cælum, & videns solem, &* C *lunam, & astra, & cæli ornatum vniversum, errore ductus, adores ea, quæ tribuit Dominus Deus tuus gentibus quæ sub cælo sunt.* Deinde cur Deum vniuersorum neglexisse quidem dicit cæteram gentium multitudinem, solis vero Israelitis imperare, eosque propria prouidentia impertiri, tametsi gentibus omnibus, quæ sub cælo sunt, opificii vtilitates attributas dicit sacrorum nobis librorum D scriptor. Neque vero adeo gratum acceptumue tanti boni commodum verbis istis eleuet: nisi quis illa fateatur quod Solem iis & Lunam tribuerit. Quod enim eum, quem nos colimus, e Mosis literis, qui e sanguine erant Israelis acceperint, & Deus sit vniuersorum, & abunde iis, qui vsquam terrarum sunt, prouisionem suam, idque continenter impertiat, ex ipsa diuinitus afflata Scri- E ptura demonstrabimus. Sed velut retrorsus reuocata oratione, ad ipsum ibimus primum hominem, hoc est, Adamum. Formatus igitur a Deo est, & ex ipso cunctum genus ortum est, humanum dico. Dei ergo qui super omnes est, qui in terra est homo, siue vniuersum omnino genus intelligitur. radicis enim dominus jure suos habeat qui ex ea surculi pullularunt. A primo autem juuenes duo

nati sunt Cain & Abel. Illi primi sacrificarunt; & hic quidem recte, ille non item. Sed laudauit quidem iustum & recte mentis Abelem; alterius autem sacrum non admisit, & rectissime sane: decebat enim, decebat, per eos qui reuerentiæ in Deum & religionis auctores essent, eorum posteros addiscere, quo modo rite & inculpate deferendi Deo sint honores, qui ipsum decent, eique debentur. Id autem erat, vt equidem arbitror, prouidentis & curantis quo pacto splendide peruiuerent, quibus probitas cordi foret. Rem enim equidem ego statuo & magnam & adipiscendam, religionem aduersus Deum. At post illud fratrum par, extitere alii iustitiæ cultores, & virtute inclyti, & recto ad omne bonum cursu principem omnium locum adepti. Quorum vnum aio fuisse ter beatum Enochum, quem ait sacra Scriptura inuentum non fuisse: transtulit enim ipsum Dominus. Enochum igitur transtulit; carum enim ipsi & familiare, quicquid eximium & mirabile est, & virtutum gloria enitescit. Quoniam vero omnis terra corruperat viam suam, sicut scriptum est, & declinauit cor hominis in mala a iuuentute, diluuium omnibus terræ incolis immisit; velut hortum quendam fruticibus obsitum & squallidum recurans, & generosam in eo plantam seruans, optimum Noemum, vt ex ipso genus humanum in alterum veluti principium transmutatum in terra denuo seruaretur. Sed enim quid ad hæc ait, qui criminationis in nos nullum modum neglexit, peritus dicendi artifex atque mentiendi? Si enim ad vnam sane Iudæam Hebræorum Deus coercebatur, & sceptrum habet demensum, quomodo, age dic mihi, in terrarum incolas cæli catarrhactas immisit, ac rursus aquis vniuersa fluctibus obruta terra, vna omnes pœna condemnauit? At si non omnibus dominabatur, vt ait, cur siluerunt Dii cæteri? oportebat enim suis eos cultoribus opem ferre, & quemlibet pro suo regno strenue decertare. Sed nescio quo pacto aut suos prodiderunt, aut in tuenda sibi assignata sorte ignaui fuerunt. An non igitur ridicula ista, & nugæ

Genes. 5.

A νεανίαι ἐγενέσθην δύο· Κάϊν τε καὶ Ἄβελ. οὗτοι τεθύκασι πρῶτοι, καὶ ὁ μὲν, ὀρθῶς· ὁ δὲ, οὐχ οὕτω ποθέν. ἀλλ' ἐπῄνεσε μὲν τὸν εὐθύφρονα καὶ δίκαιον Ἄβελ· οὔ γε μὴν ἑτέρου τὴν θυσίαν οὐ προσίετο. καὶ μάλα ὀρθῶς. ἔδει γὰρ ἔδει, διὰ τῶν ἀρξαμένων τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς τε καὶ εὐσεβείας, τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐσομένους ἀναμαθεῖν, τίνα δὴ τρόπον εὖ μάλα καὶ ἀμωμήτως προσκομιστέον τῷ Θεῷ τὰς αὐτῷ πρεπούσας καὶ ὀφειλομένας τιμάς. Τοῦτο B δὲ ἦν, καθάπερ ἔγωμαι, προνοοῦντός τε καὶ πεφροντικότος, δι' οὗπερ ἦν δύνασθαι διαβιῶναι λαμπρῶς τοῖς εὐδοκιμεῖν ᾑρημένοις. χρῆμα γὰρ ἔγωγε φημὶ μέγα τι καὶ ἀξιόκτητον ἀληθῶς, τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν. Μετὰ δέ γε τὴν τῶν ἀδελφῶν ξυνωρίδα γεγόνασιν ἕτεροι δικαιοσύνης ἐπιμεληταὶ, καὶ τὴν ἀρετὴν τεθαυμασμένοι, καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν εὐδρομίαις τὴν ἁπασῶν ἀρίστην ἀράμενοι ψῆφον. ὧν ἕνα γενέσθαι φημὶ τὸν τρισμακάριον Ἐνὼχ, περὶ οὗ φησὶ τὸ γράμμα C τὸ ἱερὸν, ὅτι οὐχ εὑρίσκετο· μετέθηκε γὰρ αὐτὸν ὁ Θεός. τὸν μὲν οὖν Ἐνὼχ μετετίθει· φίλον γὰρ αὐτῷ καὶ οἰκεῖον πᾶν, ὅσον ἐστὶν ἐξαίρετον καὶ τεθαυμασμένον, καὶ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασι κατηγλαϊσμένον. Ἐπειδὴ δὲ ἡ σύμπασα γῆ διέφθειρε τὴν ὁδὸν αὐτῆς, καθὰ γέγραπται· καὶ ἀπονένευκεν ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, κατακλυσμὸν ἐφίει τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οἷά τινα κῆπον ὑλομανήσαντα καὶ κεχερσωμένον D ἀνακτώμενος, καὶ φυτὸν ἐν αὐτῷ τηρήσας εὐγενὲς, τὸν πανάριστον Νῶε, ἵν' ἐξ αὐτοῦ τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον εἰς ἑτέραν ὥσπερ ἀρχὴν μεταστοιχειούμενον σώζηται πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλὰ γάρ τί πρὸς τοῦτο φησὶν ὁ τῆς καθ' ἡμῶν φιλοψογίας κατ' οὐδένα τρόπον ἠμεληκὼς, ὁ δεινὸς εἰς λόγους καὶ ψευδηγορίας; εἰ γὰρ κατὰ μόνην δὴ τὴν Ἰουδαίαν ὁ τῶν Ἑβραίων Θεὸς συνεστέλλετο, καὶ τὸ σκῆπτρον ἔχει μεμετρημένον, πῶς, εἰπέ μοι, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἐπηφίει μὲν τοὺς καταῤῥάκτας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ E πάλιν τοῖς ὕδασιν ὅλην δι' ὅλου καταμφιέσας τὴν γῆν, μίαν δίκην ἁπάντων κατεψηφίσατο; Ἀλλ' εἰ μὴ πάντων ἐκράτει, καθά φησιν αὐτὸς, ἀνθ' ὅτου σεσιγήκασιν οἱ ἕτεροι τῶν Θεῶν; ἔδει γὰρ ἔδει, τοῖς σφετέροις αὐτοὺς ἐπαμύναι προσκυνηταῖς, ἕκαστόν τε τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ὑπεραθλῆσαι γεννικῶς· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως, ἢ προὔδοσαν τοὺς σφετέρους, ἢ γεγόνασι ῥάθυμοι περὶ τὸ χρῆναι τηρεῖν τὸν ἐκνεμηθέντα κλῆρον αὐτοῖς. Ἆρ' οὖν οὐχὶ γέλως ἤδη ταυτὶ καὶ φλυαρία γραοπρεπής,

μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπόδειξις ἐναργής, τοῦ μὴ χρῆναι λέγειν μερικὸν εἶναι Θεὸν καὶ ἕνα τῶν ψευδωνύμων οἴεσθαι ὑπάρχειν τὸν διὰ Μωσέως τῷ κόσμῳ κεκηρυγμένον. κοσμοποιὸν μὲν γὰρ ἀπέφηνεν αὐτὸν, καὶ τῶν ὅλων κύριον, ἀπόλεκτον δὲ φησὶ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ ποιήσασθαι γένος, καὶ οἷον τι πρωτοκόμιον τῶν ἄλλων ἐθνῶν, εἰσδεχθῆναι παρ' αὐτοῦ παιδαγωγοῦντος εἰς θεογνωσίαν ἅπαντας, καθάπερ ἐν ῥίζῃ τοῖς προεισκεκλημένοις. Ὁ δὲ δὴ γενναῖος οὑτοσὶ, τὰ πρῶτα παρεὶς τῶν Μωσέως γραμμάτων, ἀπὸ μόνου τοῦ ἐκλέξασθαι τὸν Ἰσραὴλ, τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ὁρίζειν ἐπιχειρεῖ. ἀλλ' ὦ κράτιστε, φαίη τις ἂν πρὸς τοῦτο αὐτῷ· ὁ ἐν ὑστέροις καιροῖς τὸν Ἀβραὰμ σαγηνεύσας, καὶ ψήφῳ παγκάλῃ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἔθνος τιμήσας, ἴδιόν τε κλῆρον ἀποφήνας αὐτὸ διάτοι τὸ οὔπω κεκλῆσθαι τὰ ἕτερα τῶν ἐθνῶν, αὐτὸς οὑτοσὶ καὶ οὐχ ἕτερος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τεθεμελίωκεν, ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, καθὰ γέγραπται, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς εἴργασται τὴν κτίσιν ὁρατὴν, ἀόρατον. Εἰ δὲ τοῖς τῆς ἀπιστίας τέλμασιν ἐμβεβηκὼς, τὸν τοῦ πανσόφου Μωσέως περὶ Θεοῦ λόγον ἀπαράδεκτον ποιεῖται, ἀδικήσει τοῦτο τὸ σύμπαν οὐδὲν τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος· οὐχ ἡ ἀπιστία ὑμῶν τὴν τοῦ Θεοῦ πίστιν καταργήσει· ἐπειδὴ δὲ ὅροις καὶ μέτροις τὴν τοῦ μόνου καὶ ἀληθῶς ὄντος Θεοῦ βασιλείαν ὑπάγειν ἀποτολμᾷ, χρήσεις ἁγίων παραθεὶς καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ πανσόφου Μωσέως παρακομίζων φωνὰς, δι' ὧν ὁρᾶται Θεὸς, ἴδιον κλῆρον ὀνομάζων τὸν Ἰσραὴλ, φέρε καὶ ἡμεῖς ἑτέρας αὐτῷ τῶν ἁγίων φωνὰς ἀντεξετάσωμεν, Θεὸν τῶν ὅλων ἀποφαινούσας αὐτόν. ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· οὕτω λέγει κύριος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ Θεός· ὁ καταδείξας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτὴν, αὐτὸς διώρισεν αὐτὴν, οὐκ εἰς κενὸν αὐτὴν ἐποίησεν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι. ἐγώ εἰμι· καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· ἐγὼ ὁ Θεὸς σου στερεῶν οὐρανὸν, καὶ κτίζων γῆν· οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ, τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν. προσπεφώνηκε δέ που καὶ Κύρῳ, ὃς κατὰ κράτος εἷλε τὴν Βαβυλωνίων. ἐγὼ ἐκάλεσά σε τῷ ὀνόματί μου, καὶ προσδέξομαί σε· σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με, ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεός. ἐνίσχυσά σε, καὶ οὐκ ᾔδεις με· ἵνα γνῶσιν οἱ ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου καὶ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. ἐγὼ κύριος ὁ

A anilcs? immo non euidens demonstratio est, dicendum non esse particularem Deum, vnumque de falsis existimandum, eum qui per Mosen mundo prædicatus est. Mundi enim effectorem eum declarauit, & Dominum vniuersorum, sed delectum habuisse genus Abrahæ, & velut prærogatiuam cæterarum gentium ab eo accepisse ad Dei cognitionem, omnes scilicet in iis, qui prius vocati erant, veluti in radice, informante. Sed egre-
B gius iste prætéritis primis Mosæ literis, eo vno, quod Israelem delegerit, Dei finire imperium conatur. Sed, o bone, respondeat ei ad ista quispiam: qui post secutis temporibus Abrahamum vt reti conclusit, & pulcherrimo suffragio ortam ab ipso gentem honestauit, eamque propriam sortem suam renunciauit, vt pote nondum vocatis cæteris gentibus, is ipse non alius: *cælum firmauit, & ter-*
C *ram fundauit in stabilitatem ipsius*; sicut scriptum est, & omnem omnino creaturam effecit visibilem, inuisibilem. Sin autem infidelitatis in limo hærens sapientissimi Mosis sermonem de Deo repudiat, nihil id totum prorsus lædet vim veritatis. Namque vt sapientissimus scribit Paulus, *non infidelitas nostra Dei fidem* Rom. 3.
destruet. Sed quoniam finibus ac terminis vnius & vere Dei regnum subdere
D audet, Sanctorum dicta apponens, adeoque sapientis Moïsæ voces afferens, per quas cernitur Deus sortem peculiarem suam Israelem nominare; age & nos ipsi alias sanctorum voces opponamus, quæ Deum vniuersorum eum pronunciant. Ait ergo beatus vates Esaias: *Sic ait Do-* Esai. 45.
minus, qui fecit cælum, iste est Deus, qui terram exhibuit, & fecit eam, ipse terminauit eam, non in vanum fecit eam, sed vt habite-
E *tur: ego sum, & non est alius præter me.* Et vero alibi quoque: *Ego Deus ille tuus firmans cælum, & creans terram, cuius manus condiderunt cunctam militiam cæli, & non ostendi ea tibi, vt abeas post ipsa.* Allocutus & alicubi est Cyrum, qui Babylona vi cepit: *Ego vocaui te nomine meo, &* Ibid.
suscipiam te: tu vero non nosti me, quia ego Dominus Deus, & non est præter me Deus. Confortaui te, & non nouisti me: vt cognoscant, qui ab ortu Solis, & occasu, quia non est præter me. Ego Dominus

Deus, & non est etiam: ego qui construxi lucem, & feci tenebras. Satis igitur, vt equidem puto, hæc vel sola sunt. Quod si & aliis sibi opus esse censet, adjungam & hæc. Rursus enim scriptum est: *Respicite in cælum oculis vestris, & videte, quis exhibuit hæc omnia. Qui educit numero ornatum suum, & omnes nominatim vocabit præ multa gloria, & in robore virtutis. Ego Deus primus & in superuenientia ego sum. Cognouerunt gentes, & timuerunt extrema terræ.* Quis jam impune dicere ausit, exiguum ipsi & restrictum imperium attributum esse? quamuis vniuersam creaturam in ortum eduxerit, & omnium parens sit ac Dominus. Quod si quis velit & illatas Ægyptiis plagas recordari, immensum ejus robur, &, quæ in ipso est, infinitam exsuperantiæ vim admirabitur. Cuncta enim quodammodo creatura imperatoris nutibus obediens in eos armabatur, qui ipsum offendebant. Quum autem *primogenitus* Israel nominetur, quid vetabat quo minus intelligere posset homo tam eruditus, non dictum iri quemquam primogenitum, si alii non sint, quibus omnino anteponatur? Ergo, siquidem Dei primogenitus est Israel, habet omnino & alios fratres, vt sub Deo Patre. Si enim posteriores aliqui sunt, prius vocato Israele, at non a numero filiorum Dei exclusi sunt, quoad omnium intelligitur parens, vt qui omnibus, vt sint, causam ipse præbuerit, immo potius omnium principium & origo sit. In filiis enim Dei censendos esse vniuerse omnes quotquot in terra sunt, vt Dei opificia, hinc quoque cognoscemus. Iudæorum Synagogæ præsul, Caiphas is erat, profore dixit Israelitis vt e medio Christus tolleretur; id significat autem & ait Euangelista: *Hoc vero a semetipso non dixit, sed Pontifex qui esset anni illius, prophetauit futurum vt Iesus moreretur pro gente*, & non pro gente solum, sed vt filios Dei qui dissipati erant cogeret in vnum. In duas quidem gentes diuisum est genus omne quod in terris est, in Iudæos dico, & gentes sane. Erat igitur non pro solis quidem Israelitis carnis mortem subiturus Christus, sed vt & cæteros filios Dei, qui Diaboli

Ioh. 11.

A Θεὸς, καὶ ὐκ ἔςιν ἔτι. ἐγὼ ὁ καλασκευάσας Φῶς, ϗ ποιήσας σκότος. Ἀπόχρη ὖν, ὥς γε οἶμαι, ταυτὶ καὶ μόνα. εἰ δὲ δὴ δεῖν οἴεται καὶ ἑτέρων αὐτῷ, προσεποίσω ϗ τάδε. γέγραπται γὰρ πάλιν· ἀναβλέψατε εἰς τὸν ὐρανὸν τοῖς ὀΦθαλμοῖς ὑμῶν, ϗ ἴδετε τίς κατέδειξε πάντα ταῦτα. ὁ ἐκΦέρων κατὰ ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτῦ, ϗ πάντας ἐπ' ὀνόματι καλέσει, ἀπὸ πολλῆς δόξης, καὶ ἐν κράτει ἰσχύος, ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, ϗ εἰς τὰ ἐπερχόμενα B ἐγὼ εἰμί. εἴδοσαν ἔθνη, ϗ ἐΦοβήθησαν τὰ ἄκρα τῆς γῆς. Εἶτα τίς ὁ τολμῶν Φάναι, ὐκ ἂν ὄΦλοι δίκην, ὡς βραχεῖαν τινα καὶ συνεςαλμένην ἀρχὴν ἀπελέμετο; καίτοι παρενεγκὼν εἰς ὕπαρξιν τὴν σύμπασαν κλίσιν, ϗ τῶν ὅλων γενεσιυργὸς ὑπάρχων ϗ κύριος. Εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο ϗ τῶν Αἰγυπτίοις ἐπενηνεγμένων διαμνημονεῦσαι πληγῶν, καταθαυμάσειεν ὅτι πάντως πυ τὸ παναλκὲς, ϗ τῆς ἐνύσης ὑπεροχῆς αὐτῷ τὸ ἀτέκμαρτον. Ὅλη γὰρ ὥσπερ ἡ κλίσις τοῖς τῦ κρατῦντος εἴκυσα C νεύμασιν, ἐΦωπλίζετο τοῖς τύτῳ προσκρύυσιν. Ἐπειδὴ δὲ πρωτότοκος ὁ Ἰσραὴλ ὠνόμασαι, τί τὸ ἀπεῖργον ἦν συνιέναι δύνασθαι τὸν ὕτως ἐλλόγιμον, ὡς ὐκ ἂν οἶμαί τις νοοῖτο πρωτότοκος, ἑτέρων ὐκ ὄντων, ὧν πάντως πυ, καὶ προτετάξεται. ὐκῦν, εἴπερ ἐςὶ Θεῦ πρωτότοκος ὁ Ἰσραὴλ, ἔχει πάντως πυ καὶ ἀδελΦὺς ἑτέρυς, ὡς ὑπὸ πατέρα τὸν Θεόν. εἰ γὰρ καί τινες ὑςερίζυσι προεισκεκλημένυ τῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' D ὖν ὐκ ἔξω τεθεῖνται τῦ τελεῖν ἐν τέκνοις Θεῦ, καθὸ πάντων νοεῖται πατὴρ, ὡς καὶ τῦ εἶναι τὴν αἰτίαν ἅπασι παρεσχηκὼς αὐτὸς, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ πάντων ἀρχὴ καὶ γένεσις. Ὅτι γὰρ ἐν τέκνοις Θεῦ καταλογιςέον συλλήβδην ἅπαντας, ὡς δημιυργήματα τὺς ἐπὶ τῆς γῆς, κἀντεῦθεν εἰσόμεθα. Ὁ τῆς Ἰυδαίων συναγωγῆς ἡγύμενος, ΚαϊάΦας ὗτος ἦν· συνοίσειν ἔΦασκε τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ ἐκ μέσυ γενέσθαι Χριςόν. ἐπισημαίνεται δὲ ϗ Φησὶν ὁ Εὐαγγελιςής· τῦτο δὲ ἀΦ' E ἑαυτῦ ὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τῦ ἐνιαυτῦ ἐκείνυ προεΦήτευσεν, ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῦ ἔθνυς· καὶ ὐχ ὑπὲρ τῦ ἔθνυς μόνον, ἀλλ' ἵνα ϗ τὰ τέκνα τῦ Θεῦ τὰ διεσκορπισμένα συνάγῃ εἰς ἕν. Εἰς δύο μὲν ἔθνη διώρισαι τὸ ἐπὶ γῆς ἅπαν γένος, εἴςτε τὺς Ἰυδαίυς Φημὶ, καὶ μέντοι ϗ τὰ ἔθνη. ἔμελλε τοίνυν ὁ Χριςὸς, ὐχ ὑπέρ γε μόνων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τὸν τῆς σαρκὸς ὑπομεῖναι θάνατον, ἀλλ' ἵνα ϗ τὰ ἕτερα τῦ Θεῦ τέκνα, τὰ διὰ τῆς τῦ διαβόλυ

σκαιότητος πρὸς πολύθεον κατεσκεδασμένα πλάνην, εἰς ἓν συναγάγῃ, τοῦτ᾽ ἔστιν εἰς μίαν τε καὶ ἀπλανῆ θεογνωσίαν συνενεγκών, κτίσῃ δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, κατὰ τὰς γραφάς, καὶ καταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν πατέρα. Ὁ δὲ δὴ ταῖς κατὰ Θεοῦ φλυαρίαις ἀκορέστως ἐντρυφῶν, πάλιν ὧδέ φησιν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν Ἰουδαίων μόνων τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐμέλησε τῷ Θεῷ, καὶ κλῆρος αὐτοῦ γέγονεν οὗτος ἐξαίρετος, οὐ Μωσῆς μόνον καὶ Ἰησοῦς, ἀλλὰ καὶ Παῦλος εἰρηκὼς φαίνεται. καίτοι τοῦτο θαυμάσαι ἄξιον ὑπὲρ τοῦ Παύλου. πρὸς τὰς τύχας γάρ, ὥσπερ οἱ πολύποδες πρὸς τὰς πέτρας, ἀλλάττει τὰ περὶ Θεοῦ δόγματα, ποτὲ μὲν Ἰουδαίους μόνον τὴν τοῦ Θεοῦ κληρονομίαν εἶναι διατεινόμενος, ποτὲ δὲ τοὺς Ἕλληνας ἀναπείθων, αὐτῷ προστίθεσθαι λέγων, μὴ Ἰουδαίων μόνων ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. Δίκαιον οὖν ἐρέσθαι τὸν Παῦλον· εἰ μὴ τῶν Ἰουδαίων μόνων ἦν ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐθνῶν, τοῦ χάριν εἰς τοὺς Ἰουδαίους μέν, πολὺ τὸ προφητικὸν ἔπεμψε πνεῦμα, καὶ τὸν Μωσέα, καὶ τὸ χρίσμα, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὸν νόμον, καὶ τὰ παράδοξα, καὶ τὰ τεράστια τῶν μύθων. ἀκούεις τε αὐτῶν βοώντων· ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. Ἐπὶ τέλει δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἐκείνοις ἔπεμψεν, οὐ προφήτην, οὐ χρίσμα, οὐ διδάσκαλον, οὐ κήρυκα τῆς μελλούσης ὀψέ ποτε γοῦν ἔσεσθαι καὶ εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας· ἀλλὰ καὶ περιεῖδεν ἐτῶν μυριάδας, εἰ δὲ ὑμεῖς βούλεσθε, χιλιάδας ἐν ἀγνωσίᾳ τοιαύτῃ τοῖς εἰδώλοις, ὥς φατε, λατρεύοντας τοὺς ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου μέχρι δυομένου, καὶ τοὺς ἀπὸ μέσων τῶν ἄρκτων ἄχρι μεσημβρίας, ἔξω μικροῦ γένους, οὐδὲ πρὸ δισχιλίων ἐτῶν ὅλων ἑνὶ μέρει συνοικισθέντος τῆς Παλαιστίνης. Εἰ γὰρ πάντων ἡμῶν ἐστι Θεός, καὶ πάντων δημιουργὸς ὁμοίως, εἰς τί περιεῖδεν ἡμᾶς; καὶ μεθ᾽ ἕτερα· ἔτι καὶ προσέξομεν ὑμῖν, ὅτι τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἄχρι ψιλῆς γοῦν ἐννοίας ὑμεῖς, ἢ τῆς ἡμετέρας τις ἐφαντάσθη ῥίζης. Οὐ μερικὰ ταῦτα πάντα ἐστί; Θεὸς γὰρ ζηλωτής; ζηλοῖ δὲ διατί καὶ Θεὸς ἐκδικῶν ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐμέλησε τῷ Θεῷ, καθά φησιν αὐτός, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; ἔδει γὰρ ἔδει τῷ θείῳ νόμῳ κατε-

A fraude in multitudinis Deorum erant errorem distracti, in vnum colligeret, hoc est, in vnam & errare nesciam Dei cognitionem contrahens, crearet duos populos in nouum hominem, pacificans, vt Scripturæ loquuntur, & vtrosque in vno corpore Patri reconciliaret. Iste vero qui nugis aduersus Deum inexplebiliter luxuriatur, sic rursus ait:

IVLIANVS.

Quod autem Deus Iudæorum solum B ab initio curam gesserit, & sors ista ejus eximia fuerit, non Moses solum & Jesus, sed & Paulus dixisse cernitur. Tametsi hoc de Paulo mirum. Nam ad omnem occasionem, veluti polypi ad rupes, dogmata de Deo mutat, modo Iudæos tantum Dei hæreditatem esse contendens, modo Græcis rursum suadens ipsi se vt adjungant, dicens: *An Iudæorum tantum erat Deus, an & gentium? Certe & gentium.* Æquum igitur est rogari Paulum, si Iudæorum tantum Deus non e- C rat sed & gentium, qua de causa in Iudæos quidem plurimum immiserit propheticum spiritum, & Mosen, & vnctionem, & prophetas, & legem, & miracula, & prodigia fabularum? & audis ipsos dicentes: *Panem Angelorum manducauit homo.* Denique Jesum ad eos misit, non prophetam, non chrisma, non doctorem, non præconem futuræ sero demum etiam in nos diuinæ clementiæ: sed & præteriit annorum myriadas, aut si vultis chiliadas, in tanta D ignoratione, simulacris, vt dicitis, seruientes, quotquot ab oriente sole ad occidentem, & a mediis septentrionibus ad meridiem, præter exiguam gentem, neque ante bis mille totos annos in vna parte Palæstinæ collocatam. Si enim omnium nostrum Deus est, & omnium æque conditor, cur aspernatus nos est? Et post alia: Etiam vobis assentiemur Deum vniuersorum, nuda certe notione E tenus, aut veluti vestræ stirpis quempiam imaginatum esse? Non particularia ista omnia sunt? Deus enim æmulator? cur autem æmulatur & Deus vlciscens peccata patrum in liberos?

CYRILLVS.

At enim posterûm Israelis curam gessisse Deum, vt ait ipse, qui non euidens omnibus sit? Decuit enim, decuit, qui diuinę legi

ſubjuncti eſſent, & a multitudinis Deorum errore deſtitiſſent, ejus indulgentiæ exſortes non eſſe; immo per ea potius erudiri, per quæ vero ſimile erat eos ad meliora ſane quam bene redituros, & paullatim eo procedere, vt Chriſti myſterium diſcere poſſent. Diuinum autem Paulum impoſtorem ab eo vocari, quod patres ſuos reprehendat, nec eos culpa abſoluat, dicere prætermittam, quippe quod ignoret nemo. Sed quoniam ad caſus eum myſtica decreta mutare arguit, quod nempe idque rectiſſime profecto dixerit:
Rom. 3. *An Iudæorum Deus tantum? an non & gentium? certe & gentium, ſiquidem vnus eſt Deus*; libentiſſime ab ipſo quæſierim, quamobrem, vt minus bona, verba iſta reprehendat. Non enim innata ipſi majeſtate Deum vniuerſorum ſpoliabit, quod ab ejus ditione aliqui deſciuerint, & ejus quæ ipſi ineſt gloriæ præcellentiam ignorarint. An enim, ſi publicas ac ſancitas leges nonnulli contemnant, & legislatorum nomen adimemus iis, qui legum condendarum gloria clari ſunt? Et ſi quis eorum, qui imperatoris poteſtati ſubſunt, officium violarit, imperii ſolio deuoluetur qui ei inſidet & ſuprema gloria præclare redimitus eſt? aut ſi qui videlicet, qui oculis capti ſint, Solis radiorum ſplendorem non videant, luce idcirco carere ſidus quisquam dicat, an eorum potius infirmitatis miſerebitur? Si ergo æquum ſe præbere velit, cur tam venerandum, tam admirabilem, nominare hypocritam audet, qui contra Iudaicum tumorem, & nonnullorum inſcitiam perſapienter depugnarit? Quia enim nonnulli, ex nimia vtique imprudentia, eadem ſentientes quæ noſter hic aduerſarius, vnius Iudæorum regionis dominari vniuerſorum Deum opinabantur, ea re ac prouidentiſſime ſane, opinionem iſtam cædit ille myſteriorum doctor, & iis qui iſta ſentient reſiſtit armis inſtructus veritatis, & ait: *An Iudæorum Deus tantum, an non & gentium? certe, & gentium. Siquidem vnus Deus.* Si enim ſuper omnes vnus, alius autem præter ipſum nullus, omnium dominus fuerit, quia & omnium opifex, nam & gentium Deum eſſe, vel per inſitas leges pleniſſime comprobauit, quas omnium cordibus Opifex inſculpſit.
Rom. 2. *Quando enim gentes*, inquit, *quæ legem non habent, natura quæ ſunt legis faciunt, iſti legem non habentes ſibi*

A ζευγμένους, καὶ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπονοστήσαντας τῆς παρ' αὐτοῦ μὴ ἀμοιρῆσαι φειδοῦς, παιδαγωγεῖσθαι δὲ μᾶλλον δι' ὧν ἦν εἰκὸς ἀναφοιτήσειν εὖ μάλα πρὸς τὰ βελτίω, καὶ κατὰ βραχὺ προελθεῖν ἐπὶ τὸ δύνασθαι μαθεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. τὸν δὲ θεσπέσιον Παῦλον ἀπατεῶνα εἰπών, ὅτι τῶν σφετέρων καταγορεύει πατέρων, καὶ οὐκ ἔξω τίθησι τῆς αἰτίας αὐτούς, παρήσω λέγειν, ἠγνόηκε γὰρ οὐδείς. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰς τύχας B αὐτὸν ἔφη μεταμορφοῦν τὰς μυσταγωγίας, διά τοι τὸ φάναι καὶ μάλα ὀρθῶς· ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνων, οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν, ἐπείπερ εἷς ὁ Θεός· ὡς ἥδιστα ἂν ἐροίμην αὐτόν, ἐφ' ὅτῳ περ ἄν, ὡς οὐκ εὖ γεγονόσιν ἐπιτιμήσειεν ἂν τοῖς τοιοῖσδε λόγοις. Οὐ γάρ τοι παραιρήσεται τὸν τῶν ὅλων Θεόν, τῶν προσπεφυκότων αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀξιωμάτων, τὸ ἀποσκιρτῆσαί τινας τῶν αὐτοῦ ζυγῶν, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δόξης ἀγνοῆσαι τὴν ὑπεροχήν. Ἆρα γὰρ εἰ τῶν ἐν κοινῷ τε καὶ καθεστώτων νόμων ὀ- C λιγωροῦσί τινες, καὶ τοῦ εἶναι θεσμοθέτας ἐκπέμψομεν τούς, οἵπερ ἂν εἶεν τὴν τοῦ χρῆναι θεσμοθετεῖν δόξαν ἔχοντες; κἂν εἴ τις ἕλοιτο τῶν ὑπὸ σκῆπτρα τὰ βασιλέως ἔξω φέρεσθαι τοῦ εἰκότος, τῶν τῆς βασιλείας ἀπολισθήσει θάκων, ὁ τούτοις ἐνιδρυμένος, καὶ τοῖς ὑπερτάτοις αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος; κἂν εἰ δή πού τινες τῶν ὀμμάτων αὐτοῖς ἐξερρυηκότων, οὐκ εἴδοιεν ὅλως τὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος σέλας, ἀφεγγὲς ἄρα δι' αὐτοὺς φαίη τις ἂν τὸ στοιχεῖον εἶναι, ἢ μᾶλλον αὐτοὺς κατελεήσει τῆς ἀῤῥωστίας; Εἴπερ οὖν ἕλοιτο τὰ εἰκότα δρᾷν, D ἀνθ' ὅτου τὸν οὕτω σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον, ὑποκριτὴν ὀνομάζειν ἀποτολμᾷ τῷ Ἰουδαϊκῷ φυσήματι καὶ ταῖς τινων ἀμαθίαις πανσόφως μεμαχημένον; ἐπειδὴ γάρ τινες ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀσυνεσίας τὰ ἴσα φρονοῦντες τῷ καθ' ἡμῶν γεγραφότι, μόνης ᾤοντο τῆς Ἰουδαίων χώρας κρατεῖν τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ταύτῃ τοι καὶ μάλα ἐμφρόνως, ἀποκείρει τὴν δόξαν ὁ μυσταγωγός, καὶ τοῖς ἐκεῖνα φρονοῦσιν ἀντανίσταται, τοῖς τῆς ἀληθείας ὅπλοις ἐνηρμοσμένος, καὶ φησίν· ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνων, E οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. εἴπερ εἷς ὁ Θεός. εἰ γὰρ ἐστὶν ἐπὶ πάντας εἷς, ἕτερος δὲ παρ' αὐτὸν οὐδείς, πάντων ἂν εἴη δεσπότης, ὅτι καὶ ἁπάντων δημιουργός· ὅτι γὰρ καὶ ἐθνῶν ὁ Θεός ἐστι, καὶ διὰ τῶν ἐμφύτων νόμων πεπληροφόρηκεν, οὓς ταῖς καρδίαις ἁπάντων ἐνεχάραξεν ὁ δημιουργός· ὅταν γὰρ ἔθνη, φησί, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσὶ

A νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Ἀλλ' εἴπερ Ἰουδαίων μόνων ἦν, οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν, καὶ Θεὸς καὶ δημιουργὸς, πῶς οἱ νόμον οὐκ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, ἐμφύτοις εἰς τοῦτο παιδαγωγίαις ἐρχόμενοι; πλουτεῖ γὰρ αὐτομάτως ἡ φύσις τὴν τοῦ παντὸς εἴδησιν ἀγαθοῦ, τοῖς τοῦ πεποιηκότος νεύμασι λαχοῦσα καὶ τοῦτο. ἀξιοῖ τοιγαροῦν τῆς παρ' ἑαυτοῦ προνοίας, οὐχὶ δήπου μόνους τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔφην, καὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν B τὴν γῆν. εἷς γάρ ἐστι τῶν ὅλων δεσπότης. Ἐπειδὴ δὲ ἀτεχνέστατά τε καὶ ἀλογώτατα πειρᾶται δεικνύειν, ὅτι μόνων ἐστὶ τῶν ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Θεὸς καὶ δεσπότης, ὡς ἀπό γε τοῦ μηδενὸς ὧν ἠξίωνται τὰ ἔθνη λαχεῖν· ἦν γὰρ δήπου, φησὶν, ἀναγκαῖον, εἴπερ ἦν ἐν λόγῳ τὰ ἔθνη παρ' αὐτῷ, καὶ προφητικὸν αὐτοῖς ἀποστεῖλαι πνεῦμα, καὶ μυσταγωγοὺς ἀναδεῖξαι προφήτας, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τοὺς ἱεροὺς ἐπιλάμψαι νόμους, τοὺς διά γε φημὶ τοῦ C πανσόφου Μωσέως· παραδειχθῆναι δὲ καὶ θεοσημίας· ἐκεῖνο φαμὲν, τῆς αὐτοῦ γλώττης τὸ ἀκρατὲς ἀνακόπτοντες. Μάλιστα μὲν γὰρ, ὦ κράτιστε, σφαλερὸν ὅτι καὶ ἀπηχὲς, τὸ θείαις ψήφοις μάχεσθαι, εἴη ἂν οἶμαί που σαφές τε καὶ ἀνωμολογημένον· ἐπὶ καιροῦ δέ τις διαμεμνήσεται τῶν φωνῶν Ἡσαΐου, καὶ δὴ καὶ ἐρεῖ· τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος D αὐτοῦ ἐγένετο; παναλκὲς γὰρ τὸ θεῖον, προσδεῖται δὲ ὅλως οὐδενός· ἐνίησι δὲ μᾶλλον αὐτὸ καὶ σοφίαν καὶ σύνεσιν τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις. Εἶτα πρὸς τούτῳ πῶς οὐκ ἄξιον ἐκεῖνο ἰδεῖν; οἱ πωλοδαμνεῖν εἰωθότες, καὶ ταῦτα τεχνῖται, εἰ δὴ πλεῖστοι τινὲς εἶεν τῶν ἵππων αὐτοῖς οἱ πρός γε τοῦτο ἠγμένοι, κατὰ πληθὺν ἄρα καὶ ἀγεληδὸν, ἢ καθ' ἕνα, καὶ ἀνὰ μέρος ὑποφέρουσι τοῖς ζυγοῖς; ἀλλ' οἶμαι παντί που δῆλον, ὡς ἥκιστα μὲν ἀγεληδὸν, καθ' ἕνα δὲ μᾶλλον τοῖς τῆς εὐδρομίας αὐτοὺς ἐμ- E βιβάζουσι τρόποις. εἰ δὲ δὴ μέλοιεν οἱ τελευταῖοι, προεισβεβηκότων ἑτέρων, ὅτι μὴ πρῶτοι μανθάνουσιν ἐγκαλεῖν, καίτοι τὸν ἑκάστῳ πρέποντα καιρὸν οὐκ ἠγνοηκότος τοῦ διδάσκειν ὑπισχνουμένου, τίς ἂν αὐτὸν ἀπαλλάξειε γραφῆς, μᾶλλον δὲ οὐ γραφῆς, ἀλλ' αἰτίας ἑώλου καὶ συκοφαντίας; ῥᾴθυμος μὲν γὰρ ἦν ὁ διδάσκων κατ' οὐδένα τρόπον· ἡ δέ γε τοῦ πράγματος φύσις τοῖς πρώτοις ἐδίδου τὸ χρῆναι μὲν πρώτοις ὑπο-

A *ipsis lex sunt, qui quidem ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Sed si Iudæorum tantum esset, non autem & gentium, & Deus, & Opifex, quomodo qui legem non habent, ipsi sibi lex sunt, insita disciplina eo peruenientes? Sua enim sponte natura boni omnis cognitione diues est, conditoris nutu hoc quoque consecuta. Dignatur ergo prouidentia sua, non eos modo qui e sanguine sunt Israelis, sed enim, vt dixi, & qui vsquam terrarum sunt. Vnus enim est Domi- B nus omnium. Sed quia nulla nec arte nec ratione demonstrare contendit, eorum tantum qui ab Abrahamo sint & Deum & Dominum esse, quod nihil eorum quibus illi dignati sunt gentibus contigerit: Erat enim, inquit, necesse, vt si apud eum aliquo in numero gentes essent, spiritum ipsisquoque propheticum mitteret, & mysteriorum antistites Prophetas exhiberet, & ante omnia sacræ leges adfulgerent, illæ inquam per sapien- C tissimum Mosen, diuina quoque signa ostendi: hoc dicimus, linguæ illius intemperantiam exhibentes. Rem enim, o bone, summi periculi esse, summeque absonam, diuinæ sententiæ repugnare, manifestum vtique ac contestatum est. Opportune autem meminerimus vocum Esaiæ, & sane dicemus: *Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo? Quis statuit montes statera, & saltus lance? Quis nouit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus* Esai. 40. D *fuit?* Præpollens enim est Numen, nec vllius prorsus indiget: immo indit potius & sapientiam & prudentiam iis qui digni sunt. Præterea num id quoque animaduerti est æquum? Qui pullos domare consueuerunt, ejusque rei artifices, si complures ipsis equi sint ad hoc quidem ipsum deducti, num confertim gregatimque, aut singillatim ac seorsim, jugis submittunt? At cuiuis, opinor, con- E stat, non gregatim, sed singulos potius, in recti cursus morem inducere. At si postremi, antegressis aliis, accusatum irent, quod non primi docerentur, tametsi debitum cuique tempus non ignoraret qui ductandos suscepisset, quis non eum crimine liberaret, immo non crimine sed causa putida & calumnia; Haud enim sane piger erat qui docebat, sed rerum natura primis dabat, vt primi sub artem

mitterentur. At si nulla omnino domitori cura fuit eorum qui post primos, merito accusetur: prorsus enim neglexit. At si tempore cujusque transvectionem seruauit, & prius vocatis dedit quod debuit, crimine liberetur. Ergo a tam exili imagine ad majora & longe quam dissita transgressi, ineffabilem sapientissimi Dei dispositionem, agedum, age contemplemur. Nam prius vocato Israeli data illa sunt, per quæ par erat eum inueteratis morbis liberatum meliora amplecti, & Dei metu hilarem splendescere, & justitia legis refertum æmulandum & admirandum videri. Indulgentia vero & prouisione, ut congruo tempore, gentium quoque cætera multitudo ornata est. Vocata enim est post illos, & sortem habent præcipuam, & primis illis potiores sunt. Illi enim sub lege ac pœna erant; hi autem sub gratia & venia: & illi quidem interprete ac intermedio famulo; hi autem per ipsum natura Filium. Et erat in illis quidem spiritus seruitutis; in nobis autem liber & adoptionis, hoc est, sanctus: in ipso enim clamamus Abba pater. Si vero jam dicet: quare Israel præiit? nemo est, opinor, qui non iratus dicat; mitte ista, o bone, teipsum noris, si te dignum reputas, qui sapientis opinionem feras. Nouit enim nouit sincera mens tempus vnicuique rerum conveniens. An medicorum experientiæ permittemus, vsu scilicet quodcunque fore putent, & quo tempore velint, ægrotis exhibere, quod adjumento illis & auxilio futurum sit: & optimam ac supremam mentem incusabimus, & non recte ab illa hoc puta vel illud factum esse projecta audacia dicemus? At quam præstet dicere, tantum ab eo nos sapientia relinqui ac superari, quanto interjecto spatio, ac per insitas quidem naturis rationes, disjungimur. De sapientissimi ergo Mosis legatione hæc dicta sunt. Gentium autem curam gessisse, at non solius Israelis vniuersorum seruatorem Deum, non operose monstrabimus. Antiquiorem enim illa per Mosen ex Ægypto vocatione eorum, qui in promissam terram introducti sunt, prouisionem gentibus impertisse liquido cernitur.

A φέρεσθαι τῇ τέχνῃ. εἰ μὲν οὖν ὅλως οὐ γέγονε τῷ πωλοδάμνῃ φροντὶς τῶν μετὰ τοὺς πρώτους, δικαίως ἐγκαλείσθω· κατημέλησε γὰρ εἰσάπαν. εἰ δὲ τῷ καιρῷ τετήρηκε τὴν ἑκάστου πάροδον, καὶ τοῖς προεισκεκλημένοις τὸ χρεὼν, ἀπαλλαττέσθω γραφῆς· ἀπὸ δὲ τῆς οὕτω βραχείας εἰκόνος, ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ πολὺ λίαν ἀνεστηκότα μεθορμησάμενοι τὴν ἀπόρρητον οἰκονομίαν τοῦ πανσόφου Θεοῦ, φέρε δὴ, φέρε, κατα-
B σκεψώμεθα. Προεισκεκλημένῳ γὰρ τῷ Ἰσραὴλ ἐκεῖνα δεδώρηται, τὰ δι' ὧν εἰκὸς ἦν τῶν ἀρχαίων ἀῤῥωστημάτων ἀπηλλαγμένον τοῖς ἀμείνοσιν ἐμφιλοχωρεῖν, καὶ τῷ θείῳ φόβῳ καταφαιδρύνεσθαι, καὶ τῆς κατὰ νόμον ἐπιεικείας ἀναπιμπλάμενον ζηλωτὸν ὁρᾶσθαι καὶ ἀξιάγαστον. ἠξίωται δὲ φειδοῦς καὶ προνοίας ὡς ἐν καιρῷ τῷ καθήκοντι καὶ τῶν ἐθνῶν ἡ ἑτέρα πληθύς. κέκληται γὰρ μετ' ἐκείνους, καὶ κλῆρον ἔχουσι τὸν ἐξῃρημένον, καὶ τῶν πρώτων εἰσὶν ἀμείνους. οἱ
C μὲν γὰρ ὑπὸ νόμον ἦσαν, καὶ κόλασιν· οἱ δὲ, ὑπὸ χάριν καὶ ἄφεσιν. καὶ οἱ μὲν, δι' οἰκέτου ἐμεσιτεύοντο· οἱ δὲ, δι' αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ. καὶ πνεῦμα μὲν ἦν ἐν ἐκείνοις δουλείας· ἐν ἡμῖν δὲ τὸ ἐλεύθερον καὶ υἱοποιὸν, τουτέστι, τὸ ἅγιον· δι' αὐτοῦ γὰρ κράζομεν ἀββᾶ ὁ πατήρ. Εἰ δὲ δὴ τὸ ἀνθ' ὅτου λέγει τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ὁ Ἰσραὴλ προεισβέβηκεν; οὐδεὶς οἶμαι ἔστιν, ὃς οὐκ ἀσχαλλων ἐρεῖ· πάρες, ὦ γενναῖε, ταυτὶ, γνῶθι σαυ-
D τόν· εἰ τὸ ἐν δόξῃ κεῖσθαι σοφοῦ, λόγου καὶ φροντίδος ἠξίωται παρὰ σοῦ· οἶδε γὰρ οἶδεν ὁ ἀκήρατος νοῦς τὸν ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἐοικότα καιρόν, εἶτα ταῖς μὲν ἰατρῶν ἐμπειρίαις παραχωρήσομεν, τὸ ὅπερ ἂν ἔχειν οἴοιντο καλῶς, καὶ καθ' οὓς ἂν ἕλοιντο καιροὺς, τοῖς ἠῤῥωστηκόσι προσάγειν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν καὶ ἐπικουρίαν αὐτοῖς· ἐπιτιμήσομεν δὲ τῷ παναρίστῳ καὶ ὑπερτάτῳ νῷ, καὶ ὡς οὐκ εὖ γέγονε παρ' αὐτοῦ, τόδε τι τυχὸν, ἢ ἐκεῖνο, ῥιψοκινδύνως ἐροῦμεν;
E Καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐρεῖν, ὅτι τοσοῦτον αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ εἶναι σοφοὶ λειπόμεθα, καὶ ἡττῆσθαι φαμὲν, ὅσον ἂν εἴη τὸ μεσολαβοῦν καὶ ἀποτειχίζον ἡμᾶς· καὶ κατά γε τοὺς ἐνόντας ταῖς φύσεσι λόγους. μεσιτείας μὲν πέρι τῆς τοῦ πανσόφου Μωσέως εἰρήσθω ταυτί. Πεφροντικότα δὲ τῶν ἐθνῶν, καὶ οὐχὶ δὴ μόνου τοῦ Ἰσραὴλ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Θεὸν, ἀκονιτὶ καταδείξομεν. τῆς γὰρ ἐξ Αἰγύπτου κλήσεως τῶν διὰ Μωσέως εἰσκεκομισμένων εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας,

πρεσβυτέραν τοῖς ἔθνεσιν ἐκνενεμηκὼς ὁρᾶται σοφῶς τὴν πρόνοιαν. Οἱ γάρ τοι λεπτῶς καὶ ἠκριβωμένως τοὺς ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος καιροὺς ἀπαριθμησάμενοί τε, καὶ διὰ πλείστης ὅσης ἰσχνομυθίας ἐλάσαντες, καταφέρουσι μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς Νῶε τὸν ἐξ αὐτοῦ δέκατον ἐτῶν ἀριθμὸν διακοσίων που τάχα δύο τε καὶ τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς δισχιλίοις. Ἐν δέ γε τοῖς ἱεροῖς γράμμασι παντελῶς οὐδένα τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονότων εὑρήσομεν τῆς πολυθέου πλάνης ἐνισχημένων ἐγκλήμασι. διαβέβληνται μὲν γὰρ ἐφ' ἑτέροις, καὶ διολώλασιν οὐ μάτην ἐπενηνεγμένου τοῦ κατακλυσμοῦ· κατέφθειρε γάρ, φησί, πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆς. εἰδωλολατρείας δὲ μῶμον ἐπενηνεγμένον, ὡς ἔφην, οὐδένα τὸ σύμπαν εὑρήσομεν. Μετὰ δὲ γε τὸν κατακλυσμόν, ἐκ τῶν Νῶε παίδων· ἦσαν δὲ οὗτοι τρεῖς· ὡς ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς, τὸ ἀνθρώπινον γένος εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐξετείνετο, ἐννεακοσίων ἐτῶν, δύο τε καὶ τεσσαράκοντα παρῳχηκότων, κατεσκεδασμένων δὲ πανταχῆ τῶν ἐξ αἵματος Νῶε, καὶ ταῖς πρὸς ἠῶ καὶ ἀκτῖνα χώραις ἐνηυλισμένων, συναγηγερμένων τε ἤδη κατὰ πόλεις, πρῶτος ἀνθρώπων, τῆς Ἀσσυρίων γῆς βεβασίλευκεν, ἀνὴρ ἀλαζὼν καὶ ὑπέροφρυς ἄρα Βῆλος, ὃς καὶ πρῶτος ἀνθρώπων λέγεται τὸ τῆς θεότητος ὄνομα παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαβεῖν. Διατετελέκασι γοῦν Ἀσσύριοί τε καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις ἔθνη, θύοντές τε καὶ προσκυνοῦντες αὐτῷ· εἶτα Βήλου γέγονεν ὁ Νῖνος υἱός, Νίνου δὲ Νινύας, οὗ καὶ ἐπώνυμος ἡ Νινευή, ἣν καὶ ἡ συνῳκισμένη τούτῳ Σεμίραμις τείχεσιν ἀρρήκτοις κατασφίγξαι λέγεται. Νίνου δὴ οὖν διέποντος τὴν βασιλείαν τῆς Ἀσσυρίων γῆς, γέγονεν Ἀβραὰμ ὁ θεσπέσιος· κατεμυσάττετο δὲ τῶν Ἀσσυρίων τὸ ἐγχείρημα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀδικουμένης ἄθυμος ἦν. τοιγάρτοι καὶ ἐκ μέσου τῶν ἠπατημένων ἡρπάζετο, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας κέκληται φῶς. Εἶτα πῶς ἠγνόησεν ὁ δεινὸς εἰς λόγους, ὡς ἐμέλησε τῷ Θεῷ τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας. ἰδοὺ γάρ, ἰδού, τῶν διὰ νόμου καὶ προφητῶν παιδαγωγηθέντων εἰς εὐσέβειαν, ῥίζα γέγονεν Ἀβραάμ· ὃν κεκλῆσθαί φαμεν, ὡς ἐκ πολυθέου πλάνης εἰς ἐπίγνωσιν ἀκριβῆ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ. Φαμὲν οὖν ὅτι πρεσβυτέρα φαίνεται, καὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου κλήσεως τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ἡ ἐπί γε τοῖς ἔθνεσι φροντίς τε καὶ πρόνοια τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ· ὥστε καὶ ἐθνῶν κλῆσιν εἶναι τῶν Ἑβραίων τὴν πρόσληψιν·

A Qui enim subtiliter & limate tempora inde a sæculi initio numerarunt, & summa subtilitate persecuti sunt, deducunt quidem ab Adamo ad Noe decimum ab ipso annorum numerum, ad ducentos fortasse duos & quadraginta supra bis mille. In sacris autem literis neminem penitus reperiemus eorum, qui id temporis extiterunt, Deorum multitudinis criminibus implicatum. Nam aliorum quidem rei acti sunt, neque B frustra inuecta diluuione perierunt: *Corruperat enim*, inquit, *omnis caro viam suam.* Genes. 6. Idololatriæ autem probrum illatum, vt dixi, nullum prorsus reperiemus. At post diluuium, e filiis Noe, ii autem tres erant, quasi ab alio capite, genus hominum in immensam multitudinem exerescebat. Nongentis actis annis duobusque & quadraginta, dissipatis vero in omnes partes Noemi posteris, & regiones ad ortum & radios solis incolentibus, per vrbes vero etiam C congregatis, primus hominum terræ Assyriorum dominatus est vir arrogans & elati supercilii Belus, qui & primus hominum fertur diuinitatis nomen sibi ab obnoxiis cepisse. Itaque & Assyrii, & vicinæ his gentes, huic sacra facere, eique diuinos honores habere non destiterunt. Belo successit Ninus filius: Nino Ninyas, cujus & de nomine dicta Niniue, quem & vxor hujus Semiramis D firmissimis mœnibus constrinxisse dicitur. Nino igitur terræ Assyriæ regnum obtinente vixit diuinus Abraham: Assyriorum autem fœdus abominabatur, & Dei lædi gloriam ægro animo ferebat. Itaque etiam e medio errantium ereptus, & ad veræ Dei cognitionis lucem vocatus est. Iam quomodo ignorauit ille doctrinarum peritus, Deo curæ fuisse salutem gentium? Ecce enim, ecce, eorum, qui per legem & prophetas ad pietatem instituti sunt, radix Abraham exE titit, quem vocatum dicimus a multitudinis Deorum errore ad ejus, qui re est & veritate, Dei notitiam. Dicimus itaque antiquiorem fuisse, etiam vocatione Israelitarum ex Ægypto, curam de gentibus & prouisionem ejus, qui omnes supra est, Dei: vt & gentium vocatio sit Hebræorum adrogatio:

utpote in primitiis generis Abrahamo perfecta, quem ex aspera silua veluti raptum, verum adoratorem fecit. Quare & tale quidpiam per vnum dixit e sanctis vatibus: *Quasi vuam in deserto inueni Israelem, & velut scopum in ficu praecocem vidi patres ipsorum.* Res enim haud sane parabilis, & difficilis ad inueniendum, racemus in deserto; sed inuentus semel, optatissima opinor ei qui viderit, & rapinae res sit: iucundissima vero in ficis quae caeteris praematuruerit seu praecoqua, & iam ad esum quodammodo paratior. *Ita*, inquit, *vidi Israelem: ita inueni patres ipsorum.* Nam idolorum cultores & daemonas metuentes erant in cuncta regione Assyriorum; sed, vt iam dixi, vt in solitudine vua, & vt in ficu scopus praecox diuinus Abraham raptus est. Commode autem praecocibus ficis Abrahamum comparat. Quod enim in fructibus praecox, quasi secuturis ipsum caeteris, tali nomine nuncupatur. Vt igitur secuturis non ita multo post ejus vestigia caeteris quoque gentibus, & tantumnon jam ad maturitatem venturis, praecox erat fidelis Abrahamus primitiae vocationis gentium. At quis eo perduxit? Christus videlicet. Erat enim Deus Verbum, & Patri coaeternus, tametsi factus sit secundum nos, extremis saeculi temporibus. Ergo criminatur & ait: Cur non eum potius gentibus seruatorem, & redemptorem misit Pater; gratificatus autem magis est Israelitis? Audiat igitur sanctos Prophetas, vt de eo exclamant: quo clare discat spem gentibus Christum fuisse. Ergo sapientissimus Esaias de eo cecinit: *Erit in die illa, erit vnus Dominus, & nomen ejus vnum, circumiens omnem terram.* Et ipse alicubi ait per vnum e prophetis: *Oblectare & gaude, filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multa ad Dominum in illa die, & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui. Et cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te.* Et rursus: *Quare haec dicit Dominus omnipotens: Adhuc semel ego quatiam caelum & terram, & mare & aridam, & concutiam omnes gentes: & venient delecta*

Osee 9.

Immo Zacharias cap. XIV. v. 9.

Idem cap. II. v. 10. seq.

Haggaeus c. 2. v. 7. 8.

A ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους τετελεσμένην ἐν Ἀβραάμ, ὃν ἐξ ἀγρίας ὕλης οἱονεί πως ἁρπάσας γνήσιον προσκυνητὴν ἐποιήσατο. καὶ γοῦν ἔφη τί τοιοῦτον δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραήλ, καὶ ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον εἶδον πατέρας αὐτῶν, χρῆμα μὲν γὰρ δυσπόριστον καὶ δυσεύρετον ἐν ἐρήμῳ βότρυς. εὑρημένος δὲ ἅπαξ, εἴη ἂν οἶμαί που τῷ τεθεαμένῳ παντὶ τριπόθητος καὶ ἁρπαγιμαῖος. ἥδιστον δὲ καὶ ἐν σύκοις τὸ τῶν ἄλλων προ-

B πεπανθὲν, ἤτοι πρώϊμον, καὶ ἤδη πως εἰς βρῶσιν ἑτοιμότερον ἤδη· οὕτω, φησὶ, τεθέαμαι τὸν Ἰσραήλ· εὗρον δὲ οὕτω τοὺς πατέρας αὐτῶν. εἰδωλολάτραι μὲν γὰρ καὶ δεισιδαίμονες ἦσαν κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀσσυρίων· ἀλλ', ὡς ἔφην φθάσας, ὡς ἐν ἐρήμῳ βότρυς, καὶ ὡς σκοπὸς ἐν συκῇ πρώϊμος, ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ ἡρπάζετο. εὖ δὲ δὴ σφόδρα τοῖς τῶν σύκων πρωΐμοις παρεικάζει τὸν Ἀβραάμ· τὸ γὰρ ἐν ὡρίμοις πρώϊμον, ὡς ἑψομένων αὐτῷ τῶν ἑτέρων, τῇ τοιᾷδε κλήσει κατονομά-

C ζεται. ὡς οὖν ἑψομένων οὐκ εἰς μακρὰν τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ καὶ τῶν ἑτέρων ἐθνῶν, καὶ ὅσον οὐδέπω μονονουχὶ πεπανθησομένων πρώϊμος ἦν ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ, ἡ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ἀπαρχή. Εἶτα τίς ὁ εἰς τοῦτο παρενεγκών; Χριστὸς δηλονότι. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ τῷ πατρὶ συναΐδιος, καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Αἰτιᾶται δὴ οὖν, ἀνθ' ὅτου λέγων οὐχὶ δὴ μᾶλλον τοῖς ἔθνεσιν αὐτὸν πέπομφεν ὁ πατὴρ σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐχαρίζετο δὲ μᾶλ-

τὸ γάρ, θὲς ὑπὸ τὴν πέτραν ἐκείνην, οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἤ, ὥς γε οἶμαι, λέγοντος ἐναργῶς, ὅτι πρόσαγε τῷ Χριστῷ. ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστός, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. ἀλλὰ καὶ ἐὰν ποιῇς ἔριφον, φησί, κυρίῳ ποιήσεις αὐτόν. ὁ δὲ καίτοι τοῦτο δεδιδαγμένος, πάλιν τῇ πέτρᾳ προσεκόμισε τὸ θῦμα, Πέτραν εἰδὼς ὠνομάσθαι Χριστόν, διὰ τὸ ἀκλονήτως τοῖς αὐτῇ πρέπουσιν ἀξιώμασιν τὴν θείαν ἐνερηρεῖσθαι φύσιν. Εἴπερ οὖν κατὰ τὸ ἀληθές, πολιούχοις θεοῖς ὑπετίθει τὰ ἔθνη Θεός, τί μὴ μᾶλλον αὐτῷ τὰς δωροφορίας προσκομίζεσθαι παρ' αὐτῶν προστετάχασιν; ἀναβουκολήσαντες δὲ εἰς ἅπαν τῆς ὑπ' αὐτοῦ θεραπείας, μᾶλλον δέ, οὐδὲ ἐφέντες ὅλως γινώσκεσθαι πρὸς ἡμῶν, ἑαυτοῖς ἀνατεθείκασι τὰς λατρείας, τὰς παρὰ πάντων λιτάς, τὰς ὁμολογίας, τὰς εὐφημίας, τὰ δῶρα· χυδαιότητος δὲ καὶ ἀνοσίων ἐγχειρημάτων καθικέσθαι πρὸς τοῦτο πεπείκασιν, ὥστε καὶ θυσίας αὐτοῖς τὰς δι' αἱμάτων ἑλέσθαι πληροῦν· ὃ δὴ μάλιστα διδάξειεν αὐτούς, ἥκιστα μὲν ὄντας ἀγαθούς, φθονεροὺς δὲ μᾶλλον, καὶ ἁπάσης ἀγαθουργίας εἰσάπαν ἐξῳκισμένους. Γράφει γοῦν ὁ Πορφύριος ὧδὶ περὶ αὐτῶν ἐν βιβλίῳ δευτέρῳ περὶ ἐμψύχων ἀποχῆς· διὰ μέν τοι τῶν ἐναντίων, καὶ ἡ ἅπασα γοητεία ἐκτελεῖται. τούτους γὰρ μάλιστα καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν, οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπραττόμενοι πάσης φαντασίας ἐπιτηδεύοντες. οὗτοι γὰρ ἱκανοί, διὰ τῆς τερατουργίας ἀπατῆσαι. δι' αὐτῶν φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες· ἀκολασία γὰρ πᾶσα, καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον. βούλονται γὰρ εἶναι θεοί, καὶ ἡ προεστῶσα δύναμις αὐτῶν, δοκεῖν Θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος· οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε καὶ κνίσσῃ, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν καὶ σωματικὸν πιαίνεται. ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι, καὶ ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσσαις. Διὸ συνετὸς ἀνὴρ καὶ σώφρων εὐλαβηθήσεται τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τοὺς τοιούτους· σπουδάσει δὲ τὴν ψυχὴν καθαίρειν παντοίως. καθαρᾷ γὰρ οὐκ ἐπιτίθενται ψυχῇ διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. Καὶ ἑτέρωθι δὲ προσποιεῖται τῶν ἐξ Αἰγύπτου τινὰ ψευδοπροφητῶν, ἤγουν ἱερέων, διερωτᾶν βούλεσθαι τὰς αἰτίας, καὶ ἀναμανθάνειν ἀξιοῦν τῆς τῶν δαιμόνων δυστροπίας τὸ ἀπηνές, ὧδὶ δὴ λέγων·

A Nam quod ait, *Pone supra petram illam*, nihil aliud erat, opinor, quam si manifeste diceret, offer Christo. *Petra enim erat Christus*, vt Paulus sapientissimus ait. 1. Cor. 10. *At si feceris hœdum*, inquit, *Domino facies illum*. Is autem quamvis id edoctus, rursus petræ sacrificium intulit, quum sciret Christum Petram esse nuncupatum, ex eo quod natura diuina conuenienti sibi majestate firmissime stabilita sit. Si ergo vrbium præsidibus Diis gen- B tes reipsa Deus subjecit, quidni potius ei oblationes munerum afferri jusserunt ab ipsis? sed ab ejus cultu prorsus eos abducentes, immo vero ne quidem agnosci a nobis sinentes, cultum sibi arrogarunt, preces ab omnibus, vota, omina, dona: eoque confusionis ac impietatis venire persuaserunt, vt & cruenta sibi sacra fieri voluerint. Quo facto maxime probarunt, neutiquam se bonos esse, verum potius inuidos, & ab omni boni- C tate alienos. Igitur Porphyrius ita de illis scribit in libro secundo de abstinentia ab animatis: *Contrariis quidem omnes etiam præstigiæ perficiuntur. Hos enim maxime & eorum præsidem colunt, qui per præstigiarum omne genus malis facinoribus student. Hi enim prodigiis decipere queunt: per hos philtra & amatoria veneficia præparant mali dæmones: intem-* D *perantia enim omnis, & diuitiarum & gloriæ spes per hos, & fraus potissimum. Mendacium enim, ipsis peculiare: Dii siquidem esse volunt, & primaria virtus eorum est, vt Deus esse videantur. Hi sunt qui libationibus & nidoribus oblectantur, quibus quod in iis est spiritale & corporeum pinguescit. Hoc enim vaporibus ac suffimentis viuit, idque varie variis, & sanguinis carniumque nidoribus roboratur.* E *Quapropter consultus vir ac sapiens cauebit talibus vti sacrificiis, quibus eos ad se eliciat: curabit autem animum purgare penitus; purum siquidem animum non aggrediuntur, quippe dissimilem ipsis.* Et alio loco fingit vnum aliquem ex Ægypti falsis vatibus, siue sacerdotibus, rogare caussas, ac discere velle quamobrem Dæmones maligne sæuiant, his verbis:

Quomodo affectibus illos obnoxios esse rerum diuinarum periti ostendunt, & obscœnitate verborum oblectari, aliisque flagitiis eiusmodi? Hic autem illorum nequitiæ discrimen exponit, dicens: *Hi statuunt*, inquit, *extrinsecus obnoxium quidem esse genus fallacis naturæ, quod in omnes formas ac modos se mutat, Deosque ementitur ac Dæmonas, & mortuorum animas, & omnia posse per hæc, quæ bona aut mala putentur. Nam ea quæ reapse bona sunt, cuiusmodi sunt animi bona, nihil omnino conferre posse, neque vero illa quidem nosse, verum malis artibus vacare, ac ludificari, & impedimento sæpius esse ad virtutem contendentibus, & fastu plenos esse, nidoribus ac sacrificiis oblectari.* Clare igitur videat Iulianus Porphyrium, eadem secum opinione ac superstitione irretitum, veras de Dæmonibus opiniones proponentem. Malis enim artibus occupari ipsos ait, & obsistere his, qui cum virtute ac laude aliquid facere statuunt, & nidoribus cruentisque victimis supra modum oblectari. Quinetiam apud Homerum Deos reperiemus tam spurcum honorem ambire, siquidem honoris hic modus etiam aliquis intelligatur. Iupiter ait:

Nunquam mihi altare vacabat conuiuio æquali,
Libamineque & nidore, hunc enim honorem nos sortiti sumus.

Sacrificabant porro Argiui etiam

Tauros omnino nigros Neptuno cæruleos crines habenti.

Molestum vero forte fuerit singula persequi, quum neminem lateat libationibus nidoribusque Deos illos omnes, ac potius execrabiles & impuros Dæmones, oblectari. Neque enim mentitur diuinus Dauid
Psal. 95. quum ait: *Omnes Dii gentium dæmonia.* Enimuero, inquit, si Græcorum sacrificia reprehendis, & non parui criminis loco rem ducis, omnino necesse est nos etiam Mosis legem accusare. Iussit enim oues mactare, iisdemque ritibus Deo munera offerre. Age vero quoad licet subtiliter inquiramus, quæ ratio fuerit legalis disciplinæ, & quonam demum respiciens Deus, maioribus permisit cruentis vti sacrificiis. Nimirum diuina dispositio quædam erat, non veluti rei necessariæ inuentum. Etenim admittere quidem ea lubenter, & nunquam non permittere, vt ea faciant offerantque qui velint, eximiisque laudibus rem ornare, ac velut necessario exigere, tanquam sibi debitus sit honor ab omnibus,

A πῶς ἐμπαθεῖς αὐτοὺς οἱ θεόσοφοι περιϛῶσι, καὶ χαίρειν αἰσχρορημοσύναις, καὶ ἑτέροις τισὶ τοιούτοις κακοῖς; ὁ δὲ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς φαυλότητος τὴν διαφορὰν ἀφηγεῖται, λέγων· οἱ δὲ, εἶναι μὲν ἔξωθεν τίθενται τὸ ὑπήκοον γένος ἀπατηλῆς φύσεως, παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον καὶ Θεοὺς, καὶ δαίμονας, καὶ ψυχὰς τεθνηκότων· καὶ διὰ τούτων πάντα δύνασθαι τῶν δοκούντων ἀγαθῶν ἢ κακῶν εἶναι. ἐπεὶ εἰς τά γε ὄντως ἀγαθὰ, ἅπερ B εἶναι κατὰ ψυχὴν, μηδὲν καθάπαξ συμβάλλεσθαι δύνασθαι, μηδὲ εἰδέναι ταῦτα, ἀλλὰ κακοσχολεύεσθαι, καὶ τωθάζειν, καὶ ἐμποδίζειν πολλάκις τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀφικνουμένοις· πλήρεις τε εἶναι τύφου, καὶ χαίρειν ἀτμοῖς καὶ θυσίαις. Ὁράτω δὴ οὖν ἐναργῶς τὸν ὁμόφρονά τε καὶ συνδεισιδαίμονα αὐτῷ γεγονότα Πορφύριον, τὰς περὶ τῶν δαιμόνων ἀληθεῖς ἐκφήναντα δόξας. κακοσχολεύεσθαι γάρ φησιν αὐτοὺς, καὶ τοῖς κατορθοῦν ἐθέλουσι τὴν ἀρετὴν ἀντανίστασθαι, καὶ χαίρειν ἀτμοῖς θυσίαις τε C ταῖς δι' αἱμάτων ἐπιγάννυσθαι σφόδρα· Εὑρήσομεν δὲ καὶ τοὺς παρ' Ὁμήρῳ θεοὺς τῆς οὕτως αἰσχρᾶς ἐφιεμένους τιμῆς. εἴπερ τις ὅλως· τιμῆς ἂν νοοῖτο καὶ οὑτοσὶ τρόπος· ὁ μὲν γὰρ Ζεύς φησιν·

Οὐ γάρ μοι ποτὲ βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης Iliad. Δ. v. 48.
Λοιβῆς τε κνίσσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.

Ἔθυον δὲ καὶ Ἀργεῖοι

Ταύρους παμμέλανας ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ. Odyss. Γ. v. 6.

Ὀχληρὸν δὲ ἴσως τὰ καθ' ἕκαστα λέγειν, οὐδενὸς ἠγνοηκότος ὅτι λοιβαῖς τε καὶ κνίσσαις, οἱ παρὰ D σφίσιν ἅπαντες ἥδονται θεοὶ, μᾶλλον δὲ βδελυροὶ καὶ ἀκάθαρτοι δαίμονες. Οὐ γὰρ ἂν διαψεύσαιτο Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος λέγων· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Ἀλλὰ καί φησιν, εἰ ταῖς Ἑλλήνων θυσίαις ἐπιτιμᾷς, καὶ ἐν αἰτίαις οὐ μικραῖς τὸ πρᾶγμα τίθης, πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς τὸν διὰ Μωσέως γράφεσθαι νόμον. μηλοσφαγεῖν γὰρ προσέταχε, καὶ διὰ τῶν ἴσων τρόπων ἰέναι προκομίζοντας τῷ Θεῷ τὰς δωροφορίας. Φέρε δὲ ἐξετάσωμεν ἰσχνομυθοῦντες, ὡς ἔνι, τίς ὁ τρόπος E ἦν τῆς κατὰ νόμον παιδαγωγίας, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπων ἐφῆκε Θεὸς τοῖς ἀρχαιοτέροις ταῖς δι' αἱμάτων θυσίαις κεχρῆσθαι. Οὐκοῦν οἰκονομία τις ἦν, οὐχ ὡς ἀναγκαίου πράγματος εὕρεσις. τοῦ μὲν γὰρ τὰς δι' αἱμάτων θυσίας ἀγαπῶντος ἦν προσίεσθαι μὲν ἀσμένως, καὶ ἀκαταλήκτως ἐφεῖναι δρᾶν τοὺς ἐθέλοντας ἀποπεραίνειν καὶ προσκομίζειν αὐτὰς, ψήφῳ τε τῇ πανκάλῃ τὸ χρῆμα τιμᾶν· καὶ μᾶλλον ὡς ἐξ ἀνάγκης αἰτεῖν, ὀφειλομένης αὐτῷ τῆς παρὰ πάντων τιμῆς·

καὶ οὐκ ἀζήμιον ἔχοντος τὸν ἐπὶ τούτοις ὄκνον τοῦ πεσόντος εἰς ῥαθυμίαν. Τοῦ γε μὴν οὐκ ἀναγκαῖον εἰς ὄνησιν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀσύλητον αὐτῷ τὸ πρᾶγμα δεικνύοντος, τὸ μὴ ἀμωμήτους ἐᾶν, τοὺς ὧδε λατρεύοντας, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιτιμᾶν αὐτοῖς, καὶ καθ' ὃν ἔδει καιρὸν ἀνακόψαι προσφέροντας, καὶ οἷον πονοῦντας εἰκῇ καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν χρησίμων εὐδοκιμεῖν οἰομένους, μεταστῆσαι πρὸς τὰ βελτίω. Φησὶ γάρ· ἵνα τί μοι λίβανον προσφέρετε ἐκ Σαβᾶ, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτά, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι. καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις· τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον. θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστί. καὶ δι' ἑτέρου δὲ προφήτου ἔφη· τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, συνάγετε, καὶ φάγετε κρέα· ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. οὐ γὰρ ἦν αἱμάτων ἐν χρείᾳ Θεός· οὔτε μὴν τὴν οὕτω παχεῖαν καὶ ἔνυλον ἐζήτει λατρείαν· ἀλλ' ἰσχνήν τε, καὶ νοερὰν, τὴν ἐν πνεύματι δηλονότι, τὴν διὰ πάσης ἀρετῆς ἐπιτελουμένην· τὴν εὐφυᾶ καὶ ἀβέβηλον πολιτείαν, καὶ τοῖς ἐξ ἀγαθουργίας αὐχήμασιν εὐπρεπῆ· καὶ τῆς ἐφ' ἑαυτῷ θεωρίας τὸ ἀκραιφνὲς, καὶ δογμάτων τῶν ἀπεξεσμένων, εἰς τὸ εὐθύ τε καὶ ἀληθὲς τὴν νοητὴν εὐοσμίαν· καὶ τοῦ ὄντως ὄντος ἀγαθοῦ, τὴν ἀψευδῆ τε καὶ ἀνεπίπληκτον ἐπιστήμην. Ἐπειδὴ δὲ ἦν πως ἀμήχανον ἄρειν καὶ μόλις τῆς ἐν Αἰγύπτῳ θητείας, αἰσχρῶν τε καὶ ἀνοσίων ἐθῶν, καὶ τῆς τῶν αὐτόθι βδελυρίας ἐκκομισθέντα τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀδρανῆ πως ἔτι καὶ ἄναλκιν ἔχοντα νοῦν, καὶ οὔπω βαίνειν εἰδότα νεανικῶς πρός γε τὸ δύνασθαι φημὶ τὴν οὕτως ἀνῳκισμένην τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς διαττειν ὁδὸν, καὶ τὸν εἰς λῆξιν ἀφικέσθαι κατορθωμάτων· δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῶς τὸν διὰ Μωσέως ἐπιστήσας νόμον αὐτοῖς ὥσπερ τινὰ παιδοκόμον ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς πολυθέου πλάνης προστέταχεν· ἐφῆκε δὲ τέως, τοῖς κατὰ χεῖρα, καὶ ὡς ἐν ἔθει τῆς πάλαι τιμῆς προσκομίζοντας αὐτῷ χαριστήρια καὶ θυσίας σαφῶς τε καὶ ἐντέχνως διατεταγμένας, ἵν' ὡς ἐν τύποις καὶ σκιαῖς προαναφαίνωσι τὴν ἀλήθειαν. Μόρφωσιν γὰρ ἔχει τῆς ἀληθείας ὁ νόμος, καὶ γράφεται δι' αὐτοῦ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἀεὶ δέ πως αἱ τῶν ἐπιστημῶν ἀρχαὶ τῆς εὐτελοῦς εὐμαθείας ἀπολιμπάνονται,

A sacrificia cruenta amantis esset, & eius, qui negligentius illa peregerit, ignauiam castigantis. At vero obiurgare eiusmodi cultores, eosque increpare, & opportuno tempore prohibere offerentes, & veluti frustra laborantes atque ex re inutili gloriam aucupantes ad meliora reuocare, argumentum est rem vsu necessariam non esse, & praeter eius fieri voluntatem. Ait enim: *Vt quid mihi thus ex Saba affertis, & cinamomum ex terra longinqua? holocaustomata vestra* Ierem. 6.
B *non sunt mihi accepta, & sacrificia vestra insuauia.* Ad haec rursus: *Quis enim quaesiuit haec de manibus vestris? calcare atrium meum non adiicietis; si obtuleritis similam, frustra; thymiama, abominatio mihi est.* Esa. 1. Dixit autem & per alium prophetam: *Holocaustomata vestra cum sacrificiis vestris colligite, & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus vestris de holocaustomatis & sacrificiis, in die qua adduxi eos de terra Aegypti.* Ierem. 7. Non enim cruore Deus indigebat: ne-
C que vero tam crassum & materialem cultum requirebat; sed subtilem & spiritualem, qui nimirum spiritu constat, & omni virtute perficitur, probum & integrum vitae genus, & operum bonorum laude conspicuum, ac sinceram Dei contemplationem, & eximiae doctrinae ad rectum verumque vitae genus spiritualem fragrantiam, & eius, quod re vera bonum est, veram & inculpatam scientiam. Quoniam autem ab Aegyptiorum cultu foedisque & impiis
D moribus, & execranda istorum superstitione, abductus Israel vix ac ne vix quidem reuocari poterat; quippe quum infirma & imbecilli adhuc mente praeditus esset, neque dum impigre ad tam excelsum iter eximiae vitae & egregiorum operum cacumen eniti posset; apparet Deum instar paedagogi lege per Mosem lata, spirituali quadam ratione primum ab illo multitudinis Deum errore vt re-
E cederent iussisse: permisisse interim suis, vt ex consuetudine prisci cultus gratiarum actiones & sacrificia rite sapienterque instituta offerrent, vt tanquam in figuris & vmbris veritatem praemonstrarent. Lex enim figuram habet veritatis, & per illam Christi mysterium describitur. Scientiarum autem initia perfecta eruditione semper carent,

ſenſim vero ad id quod perfectum eſt prouehunt, paruum addentes paruo, ac quibusdam veluti gradibus mentis noſtræ vigorem ad præſtantiora promouent ac corroborant. Atqui, vt dixi, poſteaquam nobis opportuno tempore Seruator omnium Chriſtus affulſit; abrogatæ quidem ſunt figuræ, & vero ceſſauit vmbræ vtpote in literis infirmitas. Ipſe enim per illam priſcis hominibus adumbratus eſt. Ideo cruenta ſacrificia repreſſit, quaſi veteribus ſingulari quodam conſilio conceſſa, vt in iis exercitarentur, & inſtar puerilis inſtitutionis
Joan. 4. eſſent. Dixit enim Chriſtus: *Spiritus Deus, & adorantes illum in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Quod autem initio vis cultus legalis apud ipſum probro & crimine non vacabat, ipſius ſapientiſſimi Moſis ore declaravit qui legis
Deut. 12. interpres fuit: *Si autem exterminauerit Dominus Deus gentes, ad quas tu ingrederis illuc, vt hereditate accipias terram illorum, & hereditate acceperis eos, & habitaueris in terra eorum; attende tibi ipſi, ne inquiras, vt ſequaris illos. Poſtquam autem exterminati fuerint ipſi a facie tua, ne requiras Deos illorum, dicens: Quomodo faciunt gentes iſtæ Diis ſuis, faciam & ego. Non facies ſic Domino Deo tuo; abominationes enim, quas Dominus odio habuit, fecerunt Diis ſuis, quoniam & filios ſuos & filias ſuas comburunt in igni Diis ſuis.* Igitur ſacrificia cruenta repudiat. Hæc enim fecerunt Diis ſuis qui non nouerant ipſum. Porro graue omnino crimen & revera impium, & ab ipſis naturæ legibus abhorrens ſubiicit, eos nimirum mactare filios & filias. O magnam tutelarium Deorum immanitatem! o crudelitatem nefariam, & ferinum ingenium! Homines plerumque feruntur in eos a quibus moleſtiam acceperint, & vltrice ira inimicis obſiſtunt; at quum ad pueros vltio peruenit, iram cohibent, & mutua miſeratione teneram ætatem proſequuntur. Hi autem, vt ait Iulianus, pro ſua quisque ratione, ingenio, ac natura, res mortalium adminiſtrantes, illos, quamuis nihil plane nocuerint, ſed potius honore Deos proſequi in animo habeant, liberum interfectores faciunt: & humano cruore gaudent, & quum ſuum adoratorem

A πλὴν ἀναβιβάζουσι κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ ἀρτίως ἔχον, σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν τιθεῖσαί τε καὶ προσεπάγουσαι, καὶ οἱόν τισιν ἀναβαθμοῖς, ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσι τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ κίνημα εἰς τὸ ἁδρότερον ἀναφέρουσαι. Καὶ γοῦν, ὡς ἔφην, ἐπὶ καιροῦ τοῦ δέοντος ἐπιλαμψαντος ἡμῖν τοῦ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ, κατήργηται μὲν τὰ ἐν τύποις, πέπαυται δὲ τῆς σκιᾶς, τὸ ὡς ἐν γράμμασιν ἀδρανές. καὶ γὰρ αὐτός ἐστι ὁ δι' ἐκεί-
B νης τοῖς πάλαι γραφόμενος. τοίνυν ἀνέκοψε τὰς δι' αἱμάτων θυσίας, ὡς μελέτης ἔργα συγκεχωρημένας τοῖς ἀρχαίοις, οἰκονομικῶς, καὶ παιδείας νεοπρεποῦς ἀποπληροῦσας τρόπον. Ἔφη γὰρ ὁ Χριστός. πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Ὅτι δὲ καὶ ἐν ἀρχαῖς, τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἡ δύναμις αὐτῷ μώμου καὶ αἰτίας οὐκ ἐλευθέρα, σαφηνιεῖ λέγων δι' αὐτοῦ τοῦ πανσόφου Μωσέως, ὃς ἦν τοῦ νόμου μεσίτης· ἐὰν δὲ ἐξολοθρεύσῃ κύ-
C ριος ὁ Θεὸς τὰ ἔθνη, εἰς οὓς σὺ εἰσπορεύῃ, ἐκεῖ κληρονομῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν, καὶ κατακληρονομήσεις αὐτοὺς, καὶ κατοικήσεις ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἐκζητήσῃς ἐπακολουθῆσαι αὐτοῖς. μετὰ τὸ ἐξολοθρευθῆναι αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου σου, μὴ ἐκζητήσῃς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, λέγων, πῶς ποιοῦσι τὰ ἔθνη ταῦτα τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ποιήσω κἀγώ. οὐ ποιήσεις οὕτω κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· τὰ γὰρ βδελύγματα, ἃ κύριος ἐμίσησεν, ἐποίησαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ὅτι καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν,
D καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν, κατακαίουσιν ἐν πυρὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν. Ἀποφάσκει δὲ οὖν τὰς δι' αἱμάτων θυσίας. πεποιήκασι γὰρ ταῦτα τοῖς παρὰ σφίσι θεοῖς, οἱ μὴ εἰδότες αὐτόν. προσεπάγει δὲ τὸ ἀληθῶς παγχάλεπον καὶ ἀνόσιον ἔγκλημα, καὶ αὐτοῖς ἀπᾷδον τοῖς νόμοις τῆς φύσεως, τὸ κατασφάττειν αὐτοὺς υἱούς τε καὶ θυγατέρας. Ὢ πολλῆς ἀπανθρωπίας τῶν πολιούχων θεῶν! ὢ δεινῆς ὠμότητος καὶ διανοίας θηριοπρεποῦς! ἄνθρωποι μὲν πλειστάκις ἀντιφέρονται τοῖς λελυπηκόσι, καὶ ἰσορρό-
E ποις ὀργαῖς ἀνθίστανται τοῖς ἐχθροῖς· ἀλλ' ὅταν ἐπὶ παῖδας ἴοι τὸ βλάβος, ἀνακόπτουσι τοὺς θυμοὺς, καὶ τὰς ἀλλήλων οἰκτείρουσι γονάς. Οἱ δὲ, καθά φησιν Ἰουλιανὸς, οἰκείως ἑαυτοῖς, καὶ ὡς ἂν ἕκαστος ἔχοι φύσεως τε καὶ γνώμης, διοικοῦντες τὰ ἀνθρώπινα, τοὺς οὐδὲν τὸ σύμπαν ἠδικηκότας, μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς τιμᾶν ᾑρημένους ἀποφαίνουσι παιδοκτόνους· καὶ ἀνθρώπων αἵμασιν ἐπιγάννυνται, καὶ τὸν οἰκεῖον προσκυνητὴν τοῖς ἀνοσίοις βωμοῖς

ἐντεθνεῶτα βλέποντες, τρυφὴν ἡγοῦνται τὸ A χρῆμα. Πεφλυαρηκέναι δὲ ἴσως ἐρεῖ τις ἡμᾶς, καὶ γραφὴν εἰκαίαν ἐνστήσασθαι κατ᾽ αὐτῶν. οὐ γάρ τοι γενέσθαι τοῦτο ποτέ. Ἴδωμεν τοίνυν ἐκ τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν ἱστοριῶν, εἰ μὴ τοῖς ἀνθρώπων αἵμασί τε καὶ λύθροις κατεμιαίνοντο βωμοὶ, καὶ τεμένη τῶν παρὰ σφίσι θεῶν. Ἀριστομένης μὲν γὰρ ὁ Μεσσήνιος τῷ ἐπίκλην Ἰθωμήτῃ Διῒ τριακοσίους ὁμοῦ νεκροὺς ἐχαρίζετο· προσετίθει δὲ τούτοις καὶ τὸν Λακεδαιμονίων βασιλεύσαντα· Θεόπομπος οὗτος B ἦν. ἀξιάγαστος ἐντεῦθεν ὁ τῶν θεῶν ὕπατός τε καὶ ὑπέρτατος. ἐπεμειδία γὰρ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀνδράσιν ἀθλίως διολωλόσι, καὶ πλήρη βλέπων τὸν ἐκείνων βωμὸν, δαιτὸς ἐΐσης. ἐντρυφᾶν γὰρ ἔθος αὐτοῖς τῶν ἀνθρώπων συμφοραῖς. Σκύθαι δὲ οἱ περὶ Ταυρικὴν Χερσόνησον τοὺς τῶν ξένων ἐνειλημμένους τῇ παρ᾽ αὐτοῖς Ἀρτέμιδι κατασφάττοντες, ταῖς τοῦ ναοῦ πύλαις ἐνῆπτον τὰς κεφαλὰς, καλὸν τῇ Θεῷ θήραμα, ξένιόν τε θυμῆρες αὐτῇ τὴν ἀνδροκτασίαν προσάγοντες, ἵνα καὶ θαλάττης ἀπη- C νεστέρα καὶ κυμάτων αὐτῶν διαφαίνηται, τοὺς διαφυγόντας ἁρπάζουσα, καὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ σώζεσθαι, θανάτου πρόφασιν ἀποφαίνουσα τοῖς τῇ γῇ προσορμιζομένοις. Ἐρεχθέα τὸν Ἀθήνησι τοῖς ὑποχθονίοις δαίμοσι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ὠμῶς ἀποσφάξαι φησὶ Δωρόθεος ὁ ἱστορικὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰταλικῶν. Ἱστορεῖ δὲ καὶ Μώνιμος ἐν τῇ τῶν θαυμασίων συναγωγῇ, Πηλεῖ καὶ Χείρωνι καταθύεσθαι τινὰς ἐν Πελλήνῃ τῆς Θρᾴκης. καὶ μὴν καὶ Λεσβίους, Διονύσου βωμὸν αἵμασιν ἀν- D δρῶν καταδεῦσαι φασίν. Ἐν ἀκμαῖς δὲ οὔσης ἔτι τῆς Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας, ἅμιλλαι μονομαχίας ἐπετελοῦντο παρὰ Ῥωμαίοις κατὰ καιρούς· κέκρυπτο δέ τις ὑπὸ γῆν Κρόνος, λίθοις τετρημένοις ὑποκεχηνὼς, ἵνα τῷ τοῦ πεσόντος καταμιαίνοιτο λύθρῳ. Γράφει δὲ καὶ Πορφύριος ἐν βιβλίῳ δευτέρῳ περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, ὡδί πη πάλιν· ἡ γοῦν ἱστορία, οὐ μόνον ὧν Θεόφραστος ἐμνήσθη, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων πλειόνων τὴν μνήμην παρέδωκεν· ὡς καὶ ἀνθρώπους θύοντας πάλαι, καὶ E ὅτι ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πλήρους οὔσης τῆς ἱστορίας λέγομεν, αὐτάρκη καὶ ταῦτα παραστῆσαι. ἐθύετο γὰρ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἄνθρωπος τῷ Κρόνῳ. ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος, καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῶν Διομήδους και-

impiis aris immortuum adspiciunt, rem in deliciis habent. Sed nos forte nugari dicet aliquis, & temerariam in illos intendere criminationem: nec enim id vnquam accidisse. Videamus igitur ex Græcorum historiis, an non humano cruore & sanguine polluerentur altaria, ac delubra Deorum, quos colebant. Aristomenes quidem ille Messenius Ioui, cui cognomen Ithometæ, trecenta simul mortuorum corpora gratificatus est, quibus & Lacedæmoniorum Regem addidit. Is erat Theopompus. Inde admirabilis ille Deorum princeps ac supremus. Viris enim misere dispereuntibus de more illudebat maxime, quum illorum aras videret conuiuio æquali refertas. Illi enim hominum casus delicias suas facere solent. Scythæ vero, qui circa Tauricam Chersonesum habitabant, hospites quoscunque intercipere poterant, Dianæ suæ immolabant, eorumque capita pro templi foribus appendebant, opimam Deæ prædam & hospitale munus ipsi pergratum hominum cædem offerentes; vt & mari & fluctibus ipsis crudelior illa videretur, quæ raperet elapsos, & salutis spem, caussam mortis faceret ad terram appellentibus. Erechtheum Atheniensem subterraneis Dæmonibus filiam suam crudeliter mactasse refert Dorotheus historiarum scriptor in quarto rerum Italicarum. Refert item Monymus in Mirabilium collectione, Peleo & Chironi quosdam immolari, in vrbe Thraciæ Pellene. Quinetiam Lesbios Bacchi aram cruore virorum imbuisse perhibent. Quum autem vigeret adhuc Gentilium superstitio, gladiatoria apud Romanos statis temporibus fiebant certamina: subtus terram autem occultabatur Saturnus quidam, perforatis lapidibus subhians, vt cadentis sanguine pollueretur. Porphyrius libro secundo de abstinentia ab animatis, ita rursus scribit: *Historia igitur, non solum ea quorum Theophrastus meminit, sed & alia pleraque memoriæ prodidit, vt homines olim immolatos esse. Neque hæc temere a nobis, sed tanquam plena horum sint historiæ dici, vel hæc satis declarent. Apud Rhodios enim sacrificabatur homo Saturno, sexta die Maii mensis ineuntis. In vrbe vero, quæ nunc Salamis, prius autem Coronis dicebatur, mense, iuxta Cyprios, Aphrodisio, sacrificabatur homo Agraulo Cecropis, & nymphæ Agraulidis filiæ*

Quæ ad Diomedis tempora consuetudo inualuit, postea mutata est, adeo vt Diomedi homo sacrificaretur: vno vero ambitu Mineruæ templum & Agrauli ac Diomedis claudebatur. Porro, is qui immolandus erat, ab ephebis adductus, ter aram circuibat; tum sacerdos ipsum mucrone in stomachum percutiebat, atque ita succensa pyra totum comburebat. Et post alia: *Sacrificabant etiam in Chio insula Baccho discerptum hominem: & apud Tenedum, vt ait Euelpis Carystius. Quinetiam Apollodorus Lacedæmonios ait Marti sacrificare hominem. Phœnices autem in maximis bellorum, aut pestilentia, aut siccitatis calamitatibus, quendam sibi carissimum, facta sortitione, Saturno sacrificabant.* Et post alia: *Ister vero in collectione Creticorum sacrificiorum, ait Curetas pridem Saturno pueros sacrificare.* Cruore igitur miserorum hominum polluebantur altaria Deorum, quos colebant. Sed forsan dicent nonnulli, quibus res Græcorum curæ sint: Omnino, certis temporibus hominum cædes fuerunt; non tamen Diis illas offerebant quibus facere erat consuetudo, sed improbis potius & abominandis Dæmonibus. Vbi Saturnum igitur & Iouem collocabimus, Martemque, & Apollinis sororem, superbam illam & sagittis gaudentem, & Semeles filium stupidum Bacchum, qui hactenus adorantur, aut vspiam forte principem inter Deos locum obtinent: quibus cruenta sacrificia oblata fuisse, vel inter Græcos eximii quique aiunt; Aut igitur Dæmones abominandos, impios, & sceIestos illos esse fateantur; aut, si Deos asseuerant, nobiscum illos accusent, vt qui ad extremum vsque peruenerint crudelitatis, ac nihil Dæmoniorum nequitiæ concedant; immo vero ex ipsis iam rebus certissimum sit, illos, non alios, inuisos & execrabiles esse Dæmones. Sciscitantibus autem id dicant, quis demum sacrificantibus scopus esset. An enim, vt nequid ipsis dirum contingeret, homicidæ erant? At qui eiusmodi sit, impurum ac profanum & extremi sceleris omnes esse dicimus. Quod si quis esset sceIestus suorum liberorum interfector, an non illi ad summum infelicitatis, & ad malorum fundum res deuenerint? Quid enim peius illi possit accidere filio perdito, & patris dextra misere iugulato? Scythica illa & fera mulier, Æetæ dico excantatricem & magam, initio quidem viri sui amans erat:

A ρῶν· εἶτα μετέβαλεν, ὥστε τῷ Διομήδει τὸν
ἄνδρα θύεσθαι· ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον, ὅτε τῆς
Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Ἀγραύλου καὶ Διομήδους.
ὁ δὲ σφαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐφήβων ἀγόμενος τρὶς
περιέθει τὸν βωμόν. εἶτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔ-
παιε κατὰ τοῦ στομάχου, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν
ἀφθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζε. καὶ μεθ' ἕτερα. ἔ-
θυον καὶ ἐν Χίῳ τῷ Διονύσῳ ἄνθρωπον διασπῶν-
τες· καὶ ἐν Τενέδῳ, ὥς φησιν Εὔελπις ὁ Καρύ-
στιος. ἐπεὶ καὶ Λακεδαιμονίους φησὶν Ἀπολλόδωρος
B τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς με-
γάλαις συμφοραῖς, ἢ πολέμων, ἢ λοιμῶν, ἢ
αὐχμῶν, ἔθυον τῶν φιλτάτων τινὰ ψηφίζοντες
Κρόνῳ. καὶ μεθ' ἕτερα. Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ
τῶν Κρητικῶν θυσιῶν, φησὶ τοὺς Κουρῆτας τὸ πα-
λαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας. Αἵμασι μὲν οὖν
ἀνθρώπων ἀθλίων οἱ τῶν παρὰ σφίσι Θεῶν κατ-
εμιαίνοντο βωμοί. Φαῖεν δ' ἂν ἴσως, οἷς ἂν τὰ
Ἑλλήνων μέλοι· ναὶ, γεγόνασιν ἀνδροκτασίαι κατὰ
καιρούς. οὐ μὴν καὶ θεοῖς αὐτοὺς προσεκόμιζον οἱ
C δρᾷν εἰωθότες, πονηροῖς δὲ μᾶλλον, καὶ ἀποτροπαί-
οις δαίμοσι. Ποῦ τοιγαροῦν Κρόνον τε καὶ Δία
θήσομεν, Ἄρεά τε καὶ τὴν Ἀπόλλωνος ἀδελφὴν
τὴν σοβάδα τε καὶ ἰοχέαιραν. καὶ τὸν Σεμέλης υἱὸν
τὸν παραπλῆγα Διόνυσον, τοὺς εἰς δεῦρο προσκυ-
νουμένους, ἢ τάχα που καὶ πρεύχοντας ἐν θεοῖς·
οἷς τὰς δι' αἱμάτων προσκεκομίσθαι θυσίας, καὶ αὐ-
τοί φασιν οἱ Ἑλλήνων λογάδες. Ἢ τοίνυν δαίμονας
ἀποτροπαίους, ἀνοσίους τε καὶ πονηροὺς ὁμολογοῦν-
των ὑπάρχειν αὐτοὺς, ἢ θεοὺς εἶναι διαβεβαιού-
D μενοι, γράψονται μεθ' ἡμῶν, ὡς τῆς εἰς λῆξιν ὠ-
μότητος ἐπίπαν ἡγμένους καὶ τοῖς τῶν δαιμονίων
βδελυρίαις παραχωροῦντες οὐδέν· μᾶλλον δὲ καὶ
ἐξ αὐτῶν ἤδη τῶν πραγμάτων ἐληλεγμένους, ὡς
εἶεν αὐτοὶ, καὶ οὐκ ἕτεροι παρ' αὐτοὺς, οἱ στυγητοί τε
καὶ ἀποτρόπαιοι δαίμονες. Ἐρομένοις δὲ φραζόντων
ἐκεῖνο, ποδαπὸς ἦν ἄρα τοῖς θύουσιν ὁ σκοπός.
ἆρα γὰρ ἵνα μή τι συμβαίνοι τῶν ἀπευκτῶν αὐ-
τοῖς γεγόνασιν ἀνδροκτόνοι; καίτοι τὸν τοιοῦτον,
μιαρὸν, καὶ βέβηλον, καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις αἰτίαις
E ἅπαντας ποιεῖσθαι πεφήκαμεν. Εἰ δὲ δή τις γένοι-
το καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ἀνόσιος φονευτὴς, πῶς
οὐκ εἰς ἄκρον αὐτῷ ταλαιπωρίας, καὶ εἰς πυθ-
μένα τῶν κακῶν τὰ πράγματα καταῤῥῇ; τί γὰρ
ἂν πάθοι τὸ χεῖρον διολωκότος ἀπὸ τοῦ παιδὸς,
καὶ τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἀθλίως πεσόντος; ἡ Σκυ-
θὶς ἐκείνη καὶ ἀγρία γυνὴ, τῶν Αἰήτου λέγω τὴν
ψίθυρόν τε καὶ μάγον, ἀνδρεράστρια μὲν ἦν ἐν

ἀρχαῖς. ἐπειδὴ δὲ δὴ ἡμάρτηκεν, εἰς τὸ παρ' ἐλπίδα A τὰ τῆς ἀσελγείας αὐτῇ γέγονε παιδοκτόνος, καὶ τοῦ βίου μῦθος, καὶ σκηνῆς ὑπόθεσις τραγικῆς. Ταῦτα τοῖς ἰδίοις προσκυνηταῖς οἱ μιαροὶ καὶ βέβηλοι, καὶ ἁπάσης φαυλότητος εὑρεταὶ χαρίζονται δαίμονες. τούτους ὁμοῦ θεοῖς καὶ ἀγγέλοις φασὶν ἐφεστάναι τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἐφέντος Θεοῦ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ. ἀλλ' ὦ βέλτιστοι, φαίη ἄν, εἰ μὴ θεοῖς μᾶλλον, καθάπερ αὐτοὶ διατείνεσθε, δαίμοσι δὲ πονηροῖς καὶ ἀποτροπαίοις τὰς δι' αἱμάτων θυσίας B προσεκόμιζον οἱ παλαιοὶ, οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἀλλὰ καὶ ζώων ἀλόγων· τίσιν ἄρα τοὺς ἀνὰ πᾶσαν χώραν τε καὶ πόλιν ἀνεδείμασθε ναοὺς, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ἱδρύσασθε βωμούς; καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς ἐν ἱερῷ παντὶ, καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν τὰς θυσίας ἐτέλουν, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς οὐ μικρὸς, οὐ μέγας, οὐκ ἰδιώτης, οὐ σοφὸς, οὐ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ἀξιωμάτων, οὐ τῶν ἐν ὑφέσει καὶ οὐδὲν ἐχόντων ἀξιάκουστον, ὃς οὐ πάντη τε καὶ πάντως ταῖς οὕτως αἰσχραῖς καὶ φιλαιμάτοις C θυσίαις ἐχρήσατο. δαίμοσιν οὖν ἄρα πονηροῖς λελατρεύκασιν, οὓς εἴπερ ἀναγκαῖον ἦν ἀποτροπιάζεσθαι, καθά φασιν αὐτοί· πῶς οὐκ ἔδει τοῦτο πειρᾶσθαι κατορθοῦν, διὰ τοῦ φιλεῖν προσερηρεῖσθαι τῷ τῶν ὅλων πατρὶ καὶ δημιουργῷ; τοῦτο δὲ ἂν γένοιτο καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰ ἐν λόγῳ ποιοῖτό τις τὸ διαβιῶναι θέλειν εὐσεβῶς καὶ ἀνεπιπλήκτως, καὶ διὰ τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἐφέσεώς τε καὶ προθυμίας ἀφομοιοῦσθαι ζητεῖν τῷ παναγνῷ θεῷ. ἀμείνους γὰρ οὕτω τῆς D ἐκείνων ἐσόμεθα δυστροπίας, καὶ ταῖς παρ' αὐτῶν ἐφόδοις ἀνάλωτοι. Καὶ πλήρης μὲν ἡ γραφὴ τῶν εἰς τοῦτο μαρτυριῶν· γέγραπται γὰρ, ὅτι παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Παροίσω δὲ καὶ τὰς αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων φωνάς· ἤδη μὲν οὖν διεμνημονεύσαμεν γεγραφότος ὧδὶ Πορφυρίου· διὸ συνετὸς ἀνὴρ καὶ σώφρων εὐλαβηθήσεται τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσεται τοὺς E τοιούτους· σπουδάσει δὲ τὴν ψυχὴν καθαίρειν παντοίως. καθαρᾷ γὰρ οὐκ ἐπιτίθενται ψυχῇ, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. Ἐδόκει δὲ οὕτω φρονεῖν καὶ τῷ κατ' αὐτοὺς τρισμεγίστῳ Ἑρμῇ· γράφει δὲ ὧδὶ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Ἀσκληπιὸν, περὶ τῶν ἀνοσίων δαιμόνων, οὓς δεῖ φυλάττεσθαί τε καὶ φεύγειν προτροπάδην· μία δὲ φυλακή ἐστι, καὶ αὕτη ἀναγκαία, ἡ εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, καὶ ἁγνοῦ, καὶ σεμνοῦ οὔτ' ἂν δαίμων τις κακὸς, οὔτε

postquam autem libido sua spe decidit, tum liberis necem intulit, & facta est seculi fabula, & scenæ tragicæ argumentum. Ista cultoribus suis spurci & execrandi & totius nequitiæ auctores Dæmones largiuntur. Hos vna cum Diis & Angelis aiunt præesse rebus nostris, Dei rerum omnium creatoris & opificis permissu. Sed o viri boni, inquiet aliquis, si non Diis, vt ipsi contenditis, sed improbis Dæmonibus & detestandis cruentas victimas veteres offerebant, non hominum tantum, sed etiam belluarum; quibusnam demum per omnes regiones & ciuitates templa construxistis, & in iis aras erexistis? Cui enim exploratum non est, in omni templo etiam ad nostram vsque ætatem sacra perpetrasse, & neminem inter eos summum, imum, rudem, aut doctum, neminem honoribus conspicuum, aut e plebe & nullius numeri, qui non vsquequaque tam fœdis cruentisque sacrificiis vsus sit. Improbos igitur Dæmones coluerunt, quos si, quemadmodum illi perhibent, placare oportebat, quomodo, vt id rite fieret, vniuersorum patri & opifici adiungere se non studebant? Id enim quam rectissime fiet, si pie & inculpate viuendi voluntatem magni fecerimus, & boni capessendi studio & alacritate purissimo Deo assimilari quæramus. Sic enim istorum peruersitatem vincemus, nec eorum incursionibus patebimus. Et plena quidem est Scriptura testimoniis, quibus id ostendi possit. Scriptum est enim: *Castra metabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos.* Psal. 33. Sed & ipsorum Græcorum verba proferam; maxime Porphyrii, cuius antea mentionem fecimus, qui scripsit hunc in modum: *Quapropter vir prudens ac sapiens cauebit talibus uti sacrificiis, per quæ ad se illos eliciat: curabit autem animum purgare omnifariam. Purum enim animum non aggrediuntur, propterea quod ipsis sit dissimilis.* Idem etiam sentiendum putabat Hermes illorum ter maximus, qui ad Asclepium sic scribit, de impiis Dæmonibus, quos oportet cauere, & fugere ocyus *Vna vero cauendi ratio, eaque necessaria, pietas est. Pium enim & castum & innocentem hominem, non malus aliquis Genius, non*

fatum ipsum vincet aut ei dominabitur. Deus enim ipsum, si re vera pius sit, ab omni malo eripit. Quid igitur, relicto eo quod est haud dubie omni laude dignum, ad peiora conuersi detestandis & scelestis Dæmonibus sacrificia peragi oportere dixerunt? Quando autem, vti dixi, Saturno, & Ioui, Baccho item ac Mineruæ, Marti, & aliis, ea offerebant, ipsi nimirum, non autem alii præter ipsos, erunt nefarii & scelesti & inuidi dæmones, qui diuinitatis nomen suffurantur. Instat porro, & ad prauas opiniones, quas instituit, addit alia his verbis:

A εἱμαρμένη κρατῆσαι ποτὲ, ἢ ἄρξειεν. ὁ Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν τοιοῦτον ὄντα ὄντως εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. Τί τοίνυν παρέντες ὅπερ ἐστὶν ὁμολογουμένως ἄξιον ἐπαίνου παντὸς, ἀπονενεύκασι πρὸς τὰ χείρω βδελυροῖς καὶ ἀποτροπαίοις δαίμοσι δεῖν ἐπιτελεῖσθαι λέγοντες παρ᾽ αὐτῶν τὰς θυσίας; ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, Κρόνῳ, καὶ Διῒ, Διονύσῳ τε καὶ Ἀθηνᾷ, καὶ μέν τοι καὶ Ἄρει, καὶ τοῖς ἑτέροις, αὐτὰς προσεκόμιζον, αὐτοὶ δηλονότι, καὶ B οὐχ ἕτεροι, παρ᾽ αὐτοὺς εἶεν ἂν οἱ πονηροί τε καὶ ἀποτρόπαιοι καὶ φθονεροὶ δαίμονες, τὸ τῆς θεότητος ὄνομα παρακλέπτοντες. Ἐνιστάμενος δὲ καὶ ἑτέρως οἷς οὐκ ὀρθῶς δοξάζειν ἐπιχειρεῖ προσεπάγει, καὶ φησί·

IVLIANVS.

Constat enim naturam hominum leges statuisse sibi naturæ suæ consentaneas: quibus plurimum humanitatis insitum erat, ciuiles & humanas; quibus natura moresque contrarii inerant, duras & inhumanas. Legislatores enim in vitæ institutione pauca naturis & studiis addiderunt. Quare suum Anarcharsin Scythæ vt insanientem exceperunt. Neque gentium, quæ ad occidentem pertinent, vllam facile inuenies, nisi paucas admodum, ad Philosophiam, aut Geometriam, aut aliquod aliud eiusmodi studium aptam, tametsi Romanorum iam imperium tam late dominetur; sed sermonem modo & dicendi nonnullum artificium, qui horum sunt ingeniosissimi, perceperunt, omnium plane disciplinarum expertes. Ea naturæ vis est. Quodnam igitur morum discrimen inter gentes & leges?

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τοὺς μὲν γὰρ νόμους εὔδηλον, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἔθετο φύσις οἰκείως ἑαυτῇ· πολιτικοὺς μὲν καὶ φιλανθρώπους, οἷς ἐπὶ πλεῖστον ἐντέθραπτο τὸ φιλάνθρωπον· ἀγρίους δὲ καὶ ἀπανθρώπους, C οἷς ἐναντία φύσις ὑπῆν καὶ ἐνυπῆρχε τῶν ἠθῶν. Οἱ γὰρ νομοθέται μικρὰ ταῖς φύσεσι καὶ ταῖς ἐπιτηδειότησι, διὰ τῆς ἀγωγῆς προσέθεσαν. οὐκοῦν Ἀνάχαρσιν οἱ Σκύθαι βακχεύοντα παρεδέξαντο. Οὐδὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν εὕροις ἄν τινας εὐκόλως, πλὴν ὀλίγων σφόδρα, ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν ἢ γεωμετρεῖν, ἢ ἐπί τι τῶν τοιούτων ηὐτρεπισμένους, καίτοι κρατούσης ἐπὶ τοσοῦτον ἤδη τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας. ἀλλ᾽ ἀπο- D λαύουσι μόνον τῆς διαλέξεως, καὶ τῆς ῥητορείας οἱ λίαν εὐφυεῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ οὐδενὸς μεταλαμβάνουσι μαθήματος. οὕτως ἰσχυρὸν ἔοικεν ἡ φύσις εἶναι. Τίς οὖν ἡ διαφορὰ τῶν ἐθῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς νομίμοις;

CYRILLVS.

Tu igitur naturæ hominum differentiam argues, neque de omnibus vnam esse prædicandam substantiæ rationem dices? Non enim, vt videtur, omnes simili modo facti sumus: quin potius ad aliam atque aliam rem natura discrepamus: adeo vt quidam ingenium forte nactus sit liberale virtutisque studiosum; alius, spurcius & nequissimum. At quonam demum pacto quis agnoscet animi cuiusque libertatem? Nec enim integrum nobis amplius erit bene facere, vel male; sed ferri temere & inconsiderate necesse erit, vel inuitos, quocunque nos naturalis propensionis lex rapuerit.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Καταγορεύσεις οὖν τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὸ διάφορον, καὶ τόγε μὴ δεῖν ἕνα κατὰ πάντων τὸν τῆς οὐσίας λόγον κατηγορεῖσθαι; πεποιήμεθα E γὰρ, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐν ἴσῳ τρόπῳ· διενηνέγμεθα δὲ μᾶλλον οὐσιωδῶς, πρὸς ἕτερόν τι καὶ ἕτερον· ὡς τὸν δεῖνα μὲν τυχὸν, εὐφυᾶ καὶ φιλάρετον ἀποκληρώσασθαι φύσιν, τὸν δεῖνα δὲ αὖ, τὴν αἰσχίω καὶ βδελυρωτάτην. Εἶτα ὅπη ποτὲ κατίδοι τις ἂν τῆς ἑκάστου διανοίας τὸ ἐλεύθερον; κείσεται γὰρ οὐκέτι τὸ δρᾷν ἐφ᾽ ἡμῖν, ἢ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ φαῦλον· ἰέναι δὲ χρὴ, καὶ οὐχ ἑκόντας ἀκατασκέπτως, οἶπερ ἂν ὁ τῆς φυσικῆς ἐπιτηδειότητος ἡμᾶς ἀποκομίζοι νόμος.

ἔργον δὲ τὸ μάχεσθαι φύσει, μᾶλλον δὲ καὶ ἀμήχανον. Οὐκοῦν εἰ καί τις εἴη τυχὸν, ὠμός τε καὶ ἀπηνὴς, φυσικοῖς εἰς τοῦτο νόμοις κατεβιάσθη, καὶ ἀπηλλάχθω μὲν ὁ Σκύθης τῆς ἐπὶ τούτῳ διαβολῆς, ἀπηλλάχθω δὲ καὶ πᾶς ὅτῳ οὖν πρὸς τὸ ἀνήμερόν τε καὶ πικρὸν ἀπονένευκεν ὁ νοῦς. Καὶ εἰ ταῖς τῶν φύσεων ἐπιτηδειότησιν ἐοικότας τίθενται τοὺς νόμους οἱ ταῦτα σοφοὶ, Ἕλλησι μὲν καὶ Ῥωμαίοις βαρβαριζέτω μηδεὶς, τό γε ἧκον εἰς τρόπους καὶ ἐγχειρήματα λέγω. ἔσω δὲ παρ' ἐκείνοις πρᾴων B καὶ σοφῶν, ἢ καὶ τῶν δικαιοσύνης ἐπιμελητῶν, ἀπορία πολλή. ἀμήχανον γὰρ καταβιασθῆναι τὴν φύσιν, εἰς τὸ μὴ εἶναι τυχὸν τοῦθ' ὅπερ ἐστίν· εἰ δὲ δὴ καθάπερ οὖν οἴεται, φυσικὴν φαυλότητα νοσοῦσί τινες, εἴη ἂν, ὡς οἶμαι, τὸ χρῆμα καταῤῥησις ἐναργὴς τοῦ παρενεγκόντος εἰς ὕπαρξιν. δεδημιούργηκε γὰρ τὰ πονηρὰ, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀγαθός. Εἶτα πῶς ὁ τὰ δίκαια βραβεύειν εἰδὼς πεποίηται μὲν ἐν λόγῳ τὰ καθ' ἡμᾶς, προενόησε δὲ τῶν C ἰδίων κτισμάτων, μᾶλλον δὲ πῶς ἐναργῶς οὐκ ἠδίκησεν, εἴπερ τισὶν ὅλως ἐγκατέβαλε τὸ φυσικῶς τὸ πλημμελὲς καὶ ἀνήμερον, ἀφιλομαθές τε καὶ ἄσοφον; καίτοι φησὶν ὁ Ἀριστοτελικὸς Ἀλέξανδρος, ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ περὶ Θεοῦ· αὐτὸν μὲν γὰρ συνεχῶς τε καὶ ἀδιαλείπτως τὰς ἀρίστας τε καὶ μακαρίους ἐνεργείας ἐνεργεῖν ἐρεῖ λόγος, καθ' ἃς καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ ἐστί· γίνεσθαι δὲ τὴν τῶν ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ πρόνοιαν, D καθ' ὅσον ἀγαθόν τε ἐστὶ καὶ ἀγαθοποιόν. ἴδιον γὰρ παντὸς ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν. Πῶς οὖν ὠφέλησεν ὁ ἀγαθουργὸς τοὺς φύσει παρ' αὐτοῦ λαχόντας τὸ μὴ ἀρέσκον αὐτῷ· ἀγαθοῦ γὰρ δὴ, τὸ θέλειν τὰ ἀγαθά. ἀλλ' ἴσως, οὐκ ἐνεῖναι μὲν τῇ φύσει τὸ φαῦλον ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐρεῖ, ἐοικότας δὲ μᾶλλον τῇ τῶν ἠθῶν φύσει γενέσθαι τοὺς νόμους. Εἶτα τί τοῦτο συντελέσειεν ἂν αὐτῷ πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ πολιούχοις τισὶ καὶ ἐθνάρχαις θεοῖς, ἢ δαίμοσι καὶ ἀγγέλοις ἐκνενεμῆσθαι τὰ ἔθνη; E ἀλλὰ γὰρ οἶμαι τοῖς τῶν λαχόντων κρατεῖν ἔθεσί τε καὶ τρόποις συμβῆναι φησὶ τῆς τῶν ὑπ' αὐτοῖς διανοίας τὴν ῥοπήν· καθ' ἑκάστην γὰρ φησὶν οὐσίαν θεῶν ἕπεται καὶ τὰ ἐπιτροπευόμενα παρὰ σφῶν ἔθνη. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Σκύθαι μὲν καὶ ἕτεροί τινες ὠμοὶ καὶ ἀγέρωχοι καὶ θηριώδεις εἰσὶ τοὺς τρόπους, ἕτερον δέ τι τῶν ἄγαν αἰσχρῶν, καὶ κατεσκωμμένων παρὰ πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἐκτετίμηται

A Difficile autem est naturæ repugnare, immo vero impossibile. Quamobrem licet quis crudelis & atrox forsitan sit, naturæ legibus ad hoc coactus est, & ab hac criminatione Scytha liber sit, & quiuis item alius propenso ad immanitatem & atrocitatem ingenio. At si periti legumlatores ingeniorum propensionibus congruas leges accommodant, nullus apud Græcos aut Romanos barbarus habebitur, quantum ad mores nempe ac instituta pertinet; sed B pauci admodum apud ipsos sapientes, humani, & iustitiæ cultores reperientur. Neque enim eo adigi natura potest, vt non sit id quod est: sin autem, vt existimat, improbitate naturali quidam laborant, erit hoc, opinor, eius, a quo sunt in lucem educti, condemnatio manifesta. Mala enim fecit, tametsi natura ipse bonus est. At quomodo qui iustitiæ remunerator est, nos ratione creauit, creaturisque suis prouidit, ac non potius manifesta iniuria C affecit, si nonnullis naturaliter inseuit peccatum & immanitatem ab omni cultu & sapientia abhorrentem? Quanquam Aristotelicus ille Alexander in libro de Prouidentia de Deo ita scribit: *Ipsum continenter ac perpetuo optimos ac beatos actus patrare dicemus, in quibus & ipsi eius essentia est: rerum autem quæ hic sunt singularum curam habere, in quantum bonus est ac beneficus. Iuuare enim proprium est omnis boni.* D Quomodo igitur eos iuuit ille beneficus, qui natura ab ipso habuerunt quod ei non placet? velle enim bona vtique boni est. Sed fortassis dicet, malum naturæ velut ex necessitate non inesse: immo vero leges potius factas esse morum naturæ consentaneas. Et quid hoc ei profuerit, vt demonstret vrbium præsidibus Diis quibusdam, aut Dæmonibus & E Angelis, gentes esse distributas? Sed enim moribus & institutis eorum, quibus demandatum est imperium, congruere ait, opinor, subditorum propensiones: vnamquamque enim Deorum naturam, inquit, sequuntur gentes illorum tutelæ commissæ. Quare quum Scythæ, & alii quidam crudeles & superbi ac petulantes & feris sint moribus; & alia quædam spurcissima & ridicula apud plerasq; gentes in pretio

omnino neceſſe eſt tales eſſe præfectos earum ac præſides. Et his ille virtutis amans Deus ſubieciſſet ad virtutem natum hominem? Sed Scythæ, inquit, non exceperunt bacchantem Anacharſim. Quam ob cauſam, o bone? Nonne quod natura ſua ab humanitate erant alieni? At quomodo Scytha bacchabatur? Scytha enim genere ipſe quoque Anacharſis erat: tanta autem apud Græcos in admiratione ſapientiæ fuit, vt nonnulli ſeptem ſapientum numero adſcribendum illum putaverint. Quoniam autem ad ea defendenda, quæ perperam cenſuit, gentium occidentalium ignorantiam condemnat, nec fere vllum apud eas liberales artes calluiſſe contendit, præter admodum paucos: agedum reſpondeamus, quo pacto demum paucos diſcendi deſiderium inceſſit, quamuis id a natura non habeant. Si enim conſtat, ea, quæ ſunt præter naturam, nec comparari, nec capi poſſe, quomodo eo admiſſi ſunt? Nos igitur non carpemus vniuerſi Opificem, quaſi nonnullis naturalem nequitiam immiſerit?
Geneſ. 1. *Vidit*, enim inquit, *Deus cuncta quæ fecerat, & ecce valde bona.* Sed illud quod reperitur inter gentes morum diſcrimen, conſuetudinibus & educationibus potius tribuemus, legeſque apud ſingulos populos ſimiles eſſe gentium principibus, atque ingeniis ſuis conſentaneas. Proinde facile eſt cuiuis videre, ſi modo velit, improbos & peſſime moratos eſſe Græcorum quoſdam & Romanos, tametſi ad honeſtiſſima quæque ſuæ ipſos leges ferant. Barbaros vero non omnes vſquequaque feros; eo vero probitatis & æquitatis interdum quoſdam progreſſos, vt nomen inde ſibi compararint laude dignum. Narrat ſiquidem Alexander cognomento Polyhiſtor, libro de ſymbolis Pythagoricis, Pythagoram ad Zaram itităſſe genere Aſſyrium: philoſophati autem ſunt apud Ægyptios, qui Prophetæ dicebantur. Quinetiam Aſſyriorum ſunt Chaldæi, Gallorum Druidæ, & Bactrorum Perſicorum Samanæi, & Celtarum non pauci, & apud Perſas Magi, & apud Indos Gymnoſophiſtæ, & apud Scythas ipſe Anacharſis,

A πᾶσά πως ἀνάγκη τοιϋτϋς εἶναι τϋς ἐφεστηκότας αὐτοῖς καὶ ἐπιτροπεύοντας. εἶτα τϋτοις ὁ Φιλάρετος Θεὸς ὑπέζευξεν ἂν τὸν ἐπ᾽ ἀρετῇ γενόμενον ἄνθρωπον; Ἀλλὰ Σκύθαι, φησὶν, ϋκ ἐδέξαντο βακχεύοντα τὸν Ἀνάχαρσιν. διὰ ποίαν αἰτίαν, ὦ κράτιστε· ἆρα γὰρ ὅτι φύσεως ἦσαν λαχούσης ἐφ᾽ ἑαυτῇ τὸ ἀπάνθρωπον; εἶτα πῶς ὁ Σκύθης ἐβάκχευε; Σκύθης γὰρ τὸ γένος καὶ αὐτὸς Ἀνάχαρσις ἦν. τεθαύμασαι δὲ
B οὕτω παρ᾽ Ἕλλησιν ὡς σοφὸς, ὥστε καί τινας οἴεσθαι τοῖς ἑπτὰ καὶ αὐτὸν ἐναριθμεῖσθαι δεῖν. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἐπικουρίαν ὧν πεφρόνηκεν ϋκ ὀρθῶς τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν ἀμαθίαν καταψηφίζεται, καὶ ϋδένα φησὶ τῶν ἐγκυκλίων τϋτωνὶ μαθημάτων παρ᾽ αὐτοῖς γενέσθαι πϋ ἐπιστήμονα, πλὴν εὐαριθμήτων κομιδῇ· φέρε λέγωμεν πρὸς τϋτο αὐτῷ, καὶ πῶς οἱ βραχεῖς ἐν ἐφέσει γεγόνασιν ὅλως τϋ μαθεῖν, καίτοι τϋτο μὴ λαχόντες ὀυσιωδῶς. εἰ
C γάρ ἐστιν ἀραρότως ἀπρόσβλητα καὶ ἀνάλωτα τὰ παρὰ τὴν φύσιν, πῶς εἴσω τϋτων ἐκεῖνοι γεγόνασιν; Οὐκϋν αἰτιασόμεθα μὲν ἡμεῖς ἥκιστά γε τὸν τῶν ὅλων δημιϋργὸν, ὡς φυσικὴν ἐνιέντα τισὶ τὴν φαυλότητα· εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Προσνεμϋμεν δὲ μᾶλλον τὴν τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι τρόπων διαφορὰν, ἔθεσί τε καὶ ἀνατροφαῖς καὶ τῆς τῶν γενῶν ἀρχηγέταις ἐοικότας τάχα πϋ, ταῖς ἑαυτῶν γνώμαις καὶ αὐ-
D τϋς τεθεικότων, τϋς παρ᾽ ἑκάστῳ νόμϋς. Ἀταλαίπωρον ὄυν τοῖς ἐθέλϋσιν ἰδεῖν φαύλϋς μὲν ὄντας καὶ δυστροπωτάτϋς Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καί τοι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἀποκομιζόντων αὐτϋς τῶν νόμων. βαρβάρϋς γε μὴν, οὐχὶ δὲ πάντας ἁπλῶς ἀγρίϋς, ἥκοντας δὲ πρὸς τϋτο χρηστότητος, καὶ ἐπιεικείας ἔσθ᾽ ὅτε τινὰς, ὥστε καὶ ἀξιοζήλωτον ὄνομα λαχεῖν. Ἱστορεῖ γοῦν Ἀλέξανδρος ὁ ἐπίκλην Πολυΐστωρ, ἐν τῷ
E περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων, Ἀσσυρίῳ τὸ γένος ὄντι τῷ Ζάρᾳ φοιτῆσαι τὸν Πυθαγόραν. ἐφιλοσόφησαν δὲ καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις οἱ κεκλημένοι προφῆται. καὶ μὴν καὶ Ἀσσυρίων Χαλδαῖοι, καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι, καὶ Κελτῶν ϋκ ὀλίγοι, καὶ παρὰ Πέρσαις οἱ Μάγοι, καὶ παρ᾽ Ἰνδοῖς οἱ Γυμνοσοφισταὶ, καὶ αὐτὸς Ἀνάχαρσις παρὰ Σκύθαις,

Ζάμολξις ἐν Θράκῃ, Φασὶ δέ τινας ϗ τῶν Ὑπερβοραίων ἐθνῶν, τοὺς ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια κατῳκηκότας ὄρη δικαιοσύνης γενέσθαι μελεδωνοὺς, ϗ ὀψοφαγίας ἀποφοιτᾶν, ϗ διαίτης μὲν οὐκ ἀνέχεσθαι Συβαριτικῆς, ἀγαπᾶν δὲ μόνην τῶν ἀκροδρύων τὴν χρῆσιν. Ἀριστόβουλος δὲ οὕτω που φησὶν ὁ περιπατητικός· ἅπαντα μέν τοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται ϗ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμαίων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων. Ἱστόρηται δὲ κἀκεῖνο. Ἵππην γὰρ δή φασι τὴν Χείρωνος τοῦ Κενταύρου θυγατέρα συνοικισθεῖσαν Αἰόλῳ, φιλοσοφίαν αὐτὸν διδάξαι τὴν φυσικὴν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον λαχοῦσαν τὴν ἐπιστήμην. Εὐριπίδης δὲ περὶ αὐτῆς φησίν·

Ἡ πρώτη μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο·
Χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Καὶ τούτων μὲν ἅλις· ἵνα μὴ ταῖς τῶν ἔτι πλειόνων ἐπιφοραῖς, φορτικὸς εἶναί πως τοῖς ἀκροωμένοις ὁ λόγος δοκῇ· ὅτι δέ ἐστιν ἀμαθίας ἔμπλεω τῆς ἐκείνων διανοίας τὰ εὑρήματα, δῆλον ἂν εἴη δήπουθεν· οὐ γάρ τοι φύσεως νόμοις ὡς ἐξ ἀνάγκης ϗ βίας, εἰς τὸ εἶναι φαῦλοί τε ϗ ἀγαθοὶ κατεσφίγμεθα· φρονήμασι δὲ μᾶλλον ἀνειμένοις τε καὶ ἐλευθέροις ἢ τὰν ἐπὶ τὰν ἰέναι πεφύκαμεν. Ὁ δὲ φιλαίτιός τε καὶ φιλοσκώμμων ϗ δεινὸς ἡμῶν ἐνστάτης διαῤῥιπτούμενος πανταχῆ, ϗ ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα τοὺς λόγους μεθιστὰς, κατὰ τὸ ἀεὶ προστυχὸν, τῆς θεοπνεύστου μὲν γραφῆς κατειρωνεύεται· συνιεὶς δὲ παντελῶς οὐδὲν τῶν ἐν αὐτῇ, ἐπιφέρει πάλιν.

A Zamolxis in Thracia, nonnullos etiam ex Hyperboreis gentibus, quæ vltra Rhipæos montes habitant, iustitiam colere, ingluuiem & edacitatem auersari, ac Sybariticum victum non pati, solo fructuum vsu contentos. Aristobulus autem Peripateticus alicubi sic ait: *Quæcunque apud antiquos de natura dicta sunt, eadem etiam dicuntur apud illos, qui extra Græciam philosophantur,* B *partim quidem apud Indos a Brachmanis, partim in Syria ab iis qui Iudæi nominantur.* Quinetiam illud narratur: Hippen Chironis Centauri filiam nuptam Æolo, naturalem philosophiam ei tradidisse, quam a patre scientiam vt paternam quandam hæreditatem acceperat. Euripides vero de ipsa scribit:

Prior quidem diuina pronunciauit
Claris oraculis ex astrorum ortu.

Et horum quidem abunde; ne plurium C interiectu grauis oratio auditoribus videatur. At eorum commenta ignoratione plena esse, vtuque patebit. Non enim naturæ legibus velut ex vi & necessitate cogimur, vt boni maliue simus, sed mentibus potius solutis ac liberis, aut huc aut illuc ire solemus. Porro ille vitilitigator, & grauis aduersarius, in omnem partem se versat, & ex alio in aliud oratione mutata quoties se dat occasio, Scripturam diuinitus inspiratam D subsannat, & quum nihil prorsus intelligat eorum quæ illa continentur, rursus subiicit :

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς αἰτίαν ἀποδέδωκε κομιδῇ μυθώδη τῆς περὶ τὰς διαλέκτους ἀνομοιότητος. ἔφη γὰρ, τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων συνελθόντας πόλιν ἐθέλειν οἰκοδομεῖν, καὶ πύργον ἐν αὐτῇ μέγαν· φάναι δὲ τὸν Θεὸν, ὅτι χρὴ κατελθεῖν, ϗ τὰς διαλέκτους αὐτῶν συγχέαι. καὶ ὅπως μή τις με νομίσῃ ταῦτα συκοφαντεῖν, ἐκ τῶν Μωσέως τὰ ἐφεξῆς ἀναγνωσόμεθα. καὶ εἶπον· δεῦτε οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. ϗ ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· ϗ κατέβη κύριος ἰδεῖν τὴν πόλιν ϗ τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. ϗ εἶπε κύριος· ἰδοὺ γένος ἓν, ϗ χεῖλος ἓν πάντων, καὶ τοῦτο ἤρ-

IVLIANVS.

Moses siquidem caussam valde fabulosam intulit linguarum varietatis. Dixit enim filios hominum, quum coiissent, vrbem ædificare voluisse, & turrim in ea magnam. Deum autem di- E xisse, sibi descendendum esse, & linguas ipsorum confundendas. Atque vti nemo me putet hæc comminisci, ex Mosis scriptis legemus quæ sequuntur: *Et dixerunt: Venite, ædificemus nobis ciuitatem ac turrim, cuius caput in cælum pertinget: & faciamus nobis nomen, antequam dispergamur super faciem vniuersæ terræ. Et descendit Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificauerant filii hominum. Et dixit Dominus: Ecce genus vnum, & labium vnum omnium, & hoc fa-* Gen. 11.

cere cœperunt: & nunc non deficient ab iis omnibus, quacunque facere aggressi fuerint. Venite descendentes illuc confundamus eorum linguam, vt non audiant vnusquisque vocem proximi. Et dispersit eos dominus Deus super faciem vniuersæ terræ, & cessarunt ædificare ciuitatem & turrim. Et his scilicet fidem adhibere dignamini; vos vero quæ de Aloadis ab Homero dicuntur non creditis, qui nempe tres montes superimponere cogitabant, *vt in cælum aditus esset.* Aio enim ego, hoc perinde ac illud esse commentitium. Vos vero admisso priori, eccur per Deos Homeri fabulam reiicitis? Illud enim, opinor, tacere oportet apud imperitos homines, quod licet vna voce ac lingua homines quotquot orbem incolunt vtantur, vrbem tamen ad cælum vsque pertinentem neutiquam ædificare poterunt, quamuis vniuersam terram in lateres coquant. Infinitis enim lateribus opus erit vniuersæ terræ æqualibus, qui ad lunæ orbes pertingere queant. Ponamus enim, cunctos homines coiisse vna voce ac lingua vtentes: cunctam vero terram lateribus & lapidibus exhausisse; quandonam demum ad cælum vsque peruenerint, licet filo subtilius ducta protendantur? Hanc igitur fabulam, adeo manifestam, quum veram esse putetis, Deumque timuisse arbitremini, ne homines eiusdem linguæ commercio vterentur, & eam ob rem illorum linguas confudisse; adhuc audetis Dei cognitionem vobis arrogare.

A ξαντο ποιῆσαι, καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῶν πάντων, ὅσα ἂν ἐπίθωνται ποιεῖν. δεῦτε καταβάντες ἐκεῖ, συγχέωμεν αὐτῶν τὴν γλῶσσαν, ἵνα μὴ ἕκαστος ἀκούωσι τῆς φωνῆς τοῦ πλησίον. καὶ διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς, καὶ ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦντες τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον. Εἶτα τούτοις ἀξιοῦτε πιστεύειν, ἀπιστεῖτε δὲ ὑμεῖς τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις ὑπὲρ τῶν Ἀλωαδῶν, ὡς ἄρα τρία ἐπ' ἀλλήλοις B ὄρη θεῖναι διενοοῦντο, — ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη. Φημὶ μὲν γὰρ ἐγὼ, καὶ τοῦτο εἶναι παραπλησίως ἐκείνῳ μυθῶδες, ὑμεῖς δὲ τὸ πρότερον ἀποδεχόμενοι, ἀνθ' ὅτου πρὸς θεῶν ἀποδοκιμάζετε τὸν Ὁμήρου μῦθον; ἐκεῖνο γὰρ οἶμαι δεῖν σιωπᾶν πρὸς ἄνδρας ἀμαθεῖς, ὅτι κἂν μιᾷ φωνῇ καὶ γλώσσῃ πάντες οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἄνθρωποι χρήσωνται, πόλιν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀφικνουμένην οἰκοδομεῖν οὐ δυνήσονται, κἂν ἐκπλινθεύσωσι τὴν γῆν ἅπασαν. ἀπείρων γὰρ δεήσει C πλίνθων ἰσομεγέθων τῇ γῇ ξυμπάσῃ τῶν δυνησομένων ἄχρι τῶν τῆς Σελήνης ἐφικέσθαι κύκλων. Ὑποκείσθω γὰρ, συνεληλυθέναι μὲν ἀνθρώπους πάντας γλώσσῃ καὶ φωνῇ μιᾷ χρωμένους· πᾶσαν δὲ τὴν γῆν ἐκπλινθεῦσαι καὶ ἐκλατομῆσαι· πότε οὖν μέχρις οὐρανοῦ φθάσειεν, εἰ καὶ λεπτότερον ἀρπεδόνος ἐκμηρυομένων αὐτῶν ἐκταθείη; Τοῦτον οὖν τὸν μῦθον φανερὸν οὕτως ὄντα, νενομικότες ἀληθῆ; καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ δοξάζοντες, ὅτι πεφόβηται τῶν ἀνθρώπων ὁμοφωνίαν, τούτου τε D χάριν τὰς διαλέκτους αὐτῶν συγχέῃ ἔτι τολμᾶτε Θεοῦ γνῶσιν ἔχων.

Odyss. λ. v. 315.

CYRILLVS.

Quid his cogitationibus vanius? Putauit enim Deum illum rerum omnium supremum, veritum hominum impetus, descendisse vt eorum linguas confunderet, ne ad cælum vsque exædificata turri de regni solio forsan ipsum deturbarent. At quomodo qui eo vsque timiditatis delatus esset, sicutidicaculus ille autumat, descendit vt eorum linguas confunderet, videretq; vrbem ac turrim illam assurgentem? An forte verisimile est, in cælo si mansisset, & in sua sede hæsisset, damnum passurum a maleuolis: si vero cum illis in terra pugnaret, facile victorem euasurum? Quanquam timidi erat, non congredi potius cum paratis ad oppugnandum; sed refugere, ac quam longissime recedere.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Τί τῶν τοιούτων χυδαιότερον ἐννοιῶν; ᾠήθη γὰρ ὅτι τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἔφοδον πεφόβηται μὲν ὁ ὑπὲρ πάντα Θεὸς, καταπεφοίτηκε δὲ συγχέαι τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἵνα μὴ πύργον οὐρανομήκη παραδόξως ἀναδειμάμενοι τάχα που καὶ τῶν τῆς βασιλείας αὐτὸν ἀναστήσειαν θάκων. Εἶτα πῶς, ὁ πρός γε τοῦτο δειλίας ἐλάσας, καθὰ νενόμικεν ὁ δεινὸς εἰς λόγους, E κατέβη συγχέαι τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἐποπτεύσων τε τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον τὸν ἀνιστάμενον· ἢ τάχα που μένοντα μὲν ὑψοῦ, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐμφιλοχωροῦντα θρόνοις, ὑπομεῖναι μὲν τὰ ἐκ τῶν ἐθελοκακούντων βλάβη, τὸ ἀπεικὸς οὐδέν· εἰ δὲ ἐν γῇ μάχοιτο πρὸς αὐτοὺς, κατευμεγεθήσειν εὐκόλως; Καίτοι τοῦ δεδιότος ἦν, οὐκ αὐτομολῆσαι μᾶλλον, πρὸς τοὺς ἀντιφέρεσθαι προτεθυμημένους, ἀπανίστασθαι δὲ καὶ χωρεῖν ἀπωτάτω

Καὶ οὐκ ἠγνόηκα μὲν ἀσυνέτως ἐμαυτὸν ἐνιεὶς A τοῖς περὶ τούτων λόγοις. παναλκὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐδὲν ἀνήνυτον αὐτῷ, κἂν ᾖ κατανεύσιμον. ἦν δὲ ἀναγκαῖον ἀποφῆναι τὸν δι' ἐναντίας ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀφιλομαθίας καὶ φιλοψογεῖν εἰωθότα, καὶ νοῦ παραπλῆγος, καὶ φρενὸς ἐκκεκρουμένης τοῦ εἰκότος ἀποβράττοντα λόγους. Σκήπτεται δέ πως καὶ τόγε δὴ δεῖν πιθανὸς εἶναι δοκεῖν, μὴ ἂν ἰσχύσαι λέγων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, κἂν εἰ πᾶσαν αὐτὴν ἐκπλινθεύσειαν, μέχρι τῶν τῆς Σελήνης ἐφι- B κέσθαι κύκλων. ἀνέφικτον δὲ καὶ ἡμεῖς εἶναι φαμὲν τὸ ἐγχείρημα τοῖς τὸ τηνικάδε. Τὴν δέ γε τοῦ πράγματος αἰτίαν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. οὐ γάρ τοι πεφοβημένον, καθάπερ οὖν οἴεται, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καταμερεῖν εἰς πολυγλωσσίαν τοὺς τὴν πόλιν οἰκοδομοῦντας, ἤτοι τὸν ἐν αὐτῇ πύργον ἀνιστάντας φαμὲν, εὐεργετοῦντα δὲ μᾶλλον καὶ εἰκαίων αὐτοὺς ἀνακόπτοντα πόνων. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ βραχὺ πρὸ αὐτῶν γεγονότες ἄνθρωποι, διὰ πλείστην ὅσην τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς δυσσέβειαν ἄρδην ἅπαντες διολώλασι, τὸν C κατακλυσμὸν αὐτοῖς ἐπαφέντος Θεοῦ, ταύτῃ τοι δεδιότες μὴ ἄρα πως τοῦτο παθόντες τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ὄλεθρον ὑπομείνωσιν εἰσαῦθις, αἰσχρῶν τε καὶ ἀνοήτων ἥπτοντο σπουδασμάτων. μονονουχὶ γὰρ τοῖς θείοις σκέμμασι τὸ οἰκεῖον ἀντανιστάντες φρόνημα, πύργον ἑαυτοῖς ὑπερνέφελον ἐγείρειν ἐσπούδαζον, ἀσυνετοῦντες οἱ δείλαιοι· ᾤοντο γὰρ ἴσως ἀμείνους γενέσθαι τοῦ παθεῖν τὸν κατακλυσμὸν, εἰ δὴ γένοιτό πως καὶ εἰσαῦθις αὐτοῖς, ὡς ἔφην, ἀναδραμόντες ὑψοῦ. Ὁρᾷς τὸ πλημμέλη- D μα τῶν τηνικάδε, τὰς ἀνηνύτους βουλὰς, τὸ εἰκαῖον ἐγχείρημα, τὸ ἐπὶ θεοῦ δόξης τὸ κατημελημένον. ἀμήχανον μὲν γὰρ ἦν ψευδοεπῆσαί ποτε, κατακλυσμὸν μὴ ἐπαφεῖναι δεύτερον τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν ἐπηγγελμένον. Ἔφη γὰρ οὕτω πρὸς τὸν θεσπέσιον Νῶε· οὐ προσθήσω ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. Ἀμήχανον δὲ καὶ ἑτέρως τὴν παναλκῆ Θεοῦ χεῖρα διαδρᾶναι τι- E νὰς, εἰ κολάζειν τοὺς ἀλιτηρίους ἕλοιτο. ἵνα τοίνυν μὴ τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν σπουδασμάτων ἐφέμενοι ἱδροῦν ἕλοιντο κενὰ, διασκίδνησι Θεὸς, καὶ πολυχοῦν αὐτοῖς ἐνῆκεν ἠχὴν, ἀντὶ ποινῆς καὶ δίκης τὸ τῆς ἑτερογλωσσίας φάρμακον ἐπινοήσας. Εἰ δὲ δὴ λέγοι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, βεβουλῆσθαι τοὺς τὸ τηνικάδε μέχρις οὐρανοῦ τὸν πύργον ὑψοῦν,

A Et quidem haud nescius sum, imprudenter meipsum his sermonibus intulisse. Deus enim omnia potest, nec quicquam est quod ab illo vel solo nutu perfici nequeat. Necesse autem erat ostendere, aduersarium præ nimia ignorantia & cauillari solitum, & mentis a vero demotæ væcordisque animi sermones velut æstu quodam effundere. Fingit autem, vt verisimilia quædam proferre videatur, non posse mortales, quamuis B terram vniuersam lateribus exhauserint, ad Lunæ orbes pertingere. At nos quoque idipsum assequi non potuisse illius temporis homines dicimus. Rei vero caussam operæ pretium est exponere. Non enim dicimus, sicut ille nimirum existimat, vniuersi Deum multiplicitate linguarum eos, qui ciuitatem ædificabant, aut turrim excitabant, quod illos reformidaret conscidisse, sed potius vt eis bene faceret, & a vanis laboribus reuocaret. Quum enim omnes homines, C qui paulo ante illos vixerant, ob plurimam impietatem immissa a Deo eluuione funditus periissent, idcirco veriti ne simili casu idem exitium rursus paterentur, indignis ac stultis conatibus animum adiecerunt. Diuinis enim consiliis sua velut opponentes turrim nubibus excelsiorem sibi struere tentabant, imprudenter id quidem miseri. Putabant enim forte se eluuionem superaturos, si rursus illa, vt dixi, ingruente D in altum se recepissent. Vides hominum temporis illius peccatum, infecta consilia, conatus irritos, gloriæ diuinæ contemptum. Nec enim falsum esse potest omnino quod a Deo promissum est, eluuionem alteram in orbem non immissurum. Sic enim diuinum Noe alloquutus est: *Non adiiciam vltra maledicere terræ propter opera hominum, quia intenta est cogitatio hominis studiose* E *ad mala a iuuentute.* Alioqui fieri non potest, vt præpotentem Dei manum quidam effugiant, si punire scelestos voluerit. Ne igitur relictis studiis ad vsum necessariis, frustra sudarent, dissipauit illos Deus, & multiplicem vocem immisit, pœnæ loco ac supplicii diuersæ linguæ excogitato remedio. Quod si Scriptura sacra dicat temporis illius homines voluisse ad cælum vsque turrim excitare,

Genes. 8.

non tamen omnino in animum illos induxiſſe dicimus, vt ad cælum vſque ſubſtructionem hanc attollerent, id enim fieri nequaquam poteſt. Sed diuinitus inſpirata Scriptura ſolet communi noſtro loquendi more, *in cælum* dicere, pro, *in altum*. Ergo diuinus Dauid etiam hyperbolico orationis genere vſus canit de

Psal. 106. nauis in mari nauigantibus: *Qui deſcendunt in mare nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Adſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.* Porro quandoquidem Aloidarum mentionem fecit, & fabulæ auctorem nominat, quem ſane miratur, qui & ipſi, quorum cultor eſt, Deorum originem tradidit, age & nos aliquid de hoc dicamus. Quid adeo mirum, o bone, ſi olim iuuenes fuerunt corporis robore præſtantes, ardentes & ſuperbi, faſtu pleni, & ſupercilium in cælum tollentes, quorum mores cuiuſmodi fuerint, ſignificare volens, velut exempli vice, vt opinor, magnum quiddam & amplum ſupra modum eis tribuit, quaſi id ſibi nempe propoſuiſſent, cælum ſibi peruium reddere, ſi demum fieri poſſet, vt qui montes altitudine ceteros maxime ſuperant, alii aliis imponerentur. Sed ſiue Homerus hoc commentus ſit, ac velut fabuloſum repudiatum ſit, ſiue aliter ſe habeat, nihil ad nos. Ceterum quum ſcribat, nos Moſis hiſtoriis animum adiicere, ac nihilominus de Dei cognitione gloriari audere, dic quæſo quid factum ſit quod fieri nequeat? Detur enim, eos qui turrim nubibus altiorem excitare præ nimia væcordia in animum induxerant a vero aberraſſe, & damnatis conſiliis adhæſiſſe, quemadmodum & Aloei duo filii; quid ad Deum? Nam ſi conatum hunc pertimuit, idque Moſes ſcriptum reliquit, argumentis oſtendat, & mox ceſſabo. Sin autem vanis ſudoribus dementes quoſdam liberauit, quid fruſtra conuitiatur, & effrænata lingua nugatur, addens:

IVLIANVS.

Rurſus ad illud redeo. Linguas quo pacto Deus confudit, a Moſe dictum eſt. Allata cauſſa eſt, quod timuit, ne quid contra ſe molirentur, parato ſibi ad cælum adſcenſu, quum lingua inter ſe & animo conue-

A οὐχὶ δὴ πάντως εἰς αὐτὸν ἆραι τὸν οὐρανὸν τὸ κατασκεύασμα διεσκέφθαι φαμὲν αὐτούς. ἀμήχανον γὰρ ἔθος δὲ μᾶλλον τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ κατὰ τὸν κοινὸν δὴ τοῦτον καὶ καθ' ἡμᾶς λόγον, ἀντὶ τοῦ ὕψους, δέχεσθαι τὸ, εἰς οὐρανόν. ψάλλει γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, καὶ ὑπερβολητικῷ χρῆται λόγῳ περὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ ναυτιλλομένων· οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς· αὐτοὶ εἶδον τὰ

B ἔργα κυρίου, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ. ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων. Ἐπεὶ δὲ διαμέμνηται τῶν Ἀλωαδῶν, καὶ μυθοποιὸν εἶναί φησιν, ὃν δὴ ἔχει θαυμάσας τὸν καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν, ὧν γέγονε λάτρις, παραδόντα αὐτῷ τὴν γένεσιν· φέρε βραχύ τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτου λέγωμεν. Τί τὸ παράδοξον, ὦ τᾶν, εἰ κατὰ καιροὺς γεγόνασί τινες νεανίαι. τῇ τοῦ σώματος εὐρωστίᾳ διαπρεπεῖς, θερμοὶ καὶ ἀγέρωχοι, καὶ ὑπεροψίας ἔμπλεῳ, δὲ τὴν ὀφρὺν αἴ-

C ροντες εἰς οὐρανὸν, ὧν τοὺς τρόπους ὁποῖοί τινες ἦσαν κατασημῆναι βεβουλημένος, ὡς ἐν εἴδει παραδείγματος, καθάπερ ἐγῷμαι, μέγα τι καὶ ἐξαίσιον ὑπερβολικῶς αὐτοῖς ἀνάπτει λέγων, ὡς ἦν δὴ πουσκοπὸς αὐτοῖς τάχα που καὶ βάσιμον ἑαυτοῖς ἀποφῆναι τὸν οὐρανὸν, εἴπερ ἦν πως ἐφικτὸν, τὰ ὅτι μάλιστα τῶν ὀρῶν ἠρμένα τὴν ἐπ' ἄλληλα θέσιν δύνασθαι λαβεῖν. Ἀλλ' εἴτ' οὖν Ὁμήρῳ ταῦτα διέψευσται, καὶ προσερρίπται κατὰ τὸ μυθῶδες, εἴτ' οὖν καὶ ἑτέρως ἔχει, πρὸς ἡμᾶς

D οὐδέν. Ἐπειδὴ δέ φησιν, ὅτι τοῖς Μωσέως διηγήμασιν ἐνιέντες τὸν νοῦν, εἶτα τολμᾶτε Θεοῦ γνῶσιν αὐχεῖν, πῶς, εἰπέ μοι, τί τῶν ἀμηχάνων γενέσθαι φησίν; ὡμολογήσθω γὰρ ὅτι οἱ τὸν ὑπερνέφελον ἀναστῆσαι πύργον ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας προτεθυμημένοι, τοῦ εἰκότος διημαρτήκασι, καὶ ἐννοιῶν εἴσω γεγόνασι τῶν κατεγνωσμένων, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ δύο παῖδες Ἀλωέως, τί οὖν πρὸς Θεοῦ; Εἰ μὲν οὖν πεφόβηταί το ἐγχείρημα, καὶ τοῦτο γέγραφεν ὁ Μωσῆς, ἐλεγχέ-

E τω, καὶ πεπαύσομαι. εἰ δὲ ἱδρώτων κενῶν ἔπαυσεν ἀσυνετοῦντας τινὰς, τί διαλοιδορεῖται μάτην, καὶ ἀμέτρως ἀθυροστομεῖ, προσεπάγων·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἐπάνειμι δὲ αὖθις πρὸς ἐκεῖνο. τὰς μὲν γὰρ διαλέκτους ὅπως συνέχεεν ὁ Θεὸς, εἴρηκεν ὁ Μωσῆς· τὴν μὲν αἰτίαν, ὅτι φοβηθεὶς μή τι κατ' αὐτοῦ πράξωσιν, ἑαυτοῖς προσβατὸν τὸν οὐρανὸν ἀπεργασάμενοι, ὁμόγλωττοι ὄντες καὶ ὁμόφρο-

νες ἀλλήλοις. τὸ πρᾶγμα δὲ ὅπως ἐποίησεν; A ὅτι κατελθὼν ἐξ οὐρανοῦ, μὴ δυνάμενος ἄνωθεν τὸ ποιεῖν, ὡς ἔοικεν, εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. ὑπὲρ δὲ τῆς κατὰ τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα διαφορᾶς, οὔτε Μωσῆς, οὔτε ἄλλος ἀπεσάφησέ τις· καίτοι τῷ παντὶ μείζων ἐστὶν ἡ περὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ πολιτικὰ τῶν ἐθῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῆς περὶ τὰς διαλέκτους διαφορᾶς. Τίς γὰρ Ἑλλήνων ἀδελφῇ, τίς δὲ θυγατρὶ, τίς δὲ μητρί φησι δεῖν μίγνυσθαι; τοῦτο δὲ ἀγαθὸν B Πέρσαις κρίνεται. τί με χρὴ καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ φιλελεύθερόν τε καὶ ἀνυπότακτον Γερμανῶν ἐπεξιόντα, τὸ χειρόηθες καὶ τιθασσὸν Σύρων, καὶ Περσῶν, καὶ Πάρθων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν πρὸς ἕω καὶ πρὸς μεσημβρίαν βαρβάρων, καὶ ὅσα καὶ τὰς βασιλείας ἀγαπᾷ κεκτημένα δεσποτικωτέρας. Εἰ μὲν οὖν προνοίας ἄνευ μείζονος καὶ θειοτέρας ταῦτα συνηνέχθη, τὰ μείζω καὶ τιμιώτερα τί περιεργαζόμεθα, καὶ μάτην θεραπεύομεν τὸν μηδὲν προνοοῦντα; ᾧ γὰρ οὔτε C βίων, οὔτε ἠθῶν, οὔτε τρόπων, οὔτε εὐνομίας, οὔτε πολιτικῆς ἐμέλησε καταστάσεως, ἆρ' ἔτι προσήκει μεταποιεῖσθαι τῆς παρ' ἡμῶν τιμῆς; οὐδαμῶς. Ὁρᾶτε εἰς ὅσην ἡμῶν ἀτοπίαν ὁ λόγος ἔρχεται. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ὅσα περὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον θεωρεῖται, ἡγεῖται μὲν τὰ τῆς ψυχῆς, ἕπεται δὲ τὰ τοῦ σώματος. εἰ τοίνυν τῶν ψυχικῶν ἡμῶν ἀγαθῶν κατωλιγώρησεν, οὔτε τῆς φυσικῆς ἡμῶν κατασκευῆς προνοησάμενος, οὔτε ἡμῖν πέμψας διδασκάλους ἢ νομοθέτας, ὥσπερ τοῖς Ἑ- D βραίοις κατὰ τὸν Μωσέα, καὶ τοὺς ἐπ' ἐκείνῳ προφήτας· ὑπὲρ τίνος ἕξομεν αὐτῷ καλῶς εὐχαριστεῖν;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ὅτι μὲν οὖν καὶ ψευδηγορεῖ καὶ ἀλαζονεύεται, καὶ τῶν ἀληθῶν πεφρόνηκεν οὐδὲν περὶ Θεοῦ, φθάσαντες ἤδη προείπομεν. Οἴεται γὰρ δὴ καὶ δέους ἡττῆσθαι ποτὲ τὸν ἀκήρατον νοῦν, καὶ οὐδὲν ἰσχῦσαι διελεῖν εἰς πολυγλωσσίαν τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ καταβέβηκεν ἐν αὐτῇ, τὰ ἄνω που E τάχα μεθεὶς, καὶ τῶν ὑπερτάτων θρόνων ἀποπηδήσας. Φαίη δὲ ἂν πρὸς τοῦτο οἶμαί τις αὐτῷ· περὶ Θεοῦ σοι λόγος, ὦ τᾶν, τοῦτο δὴ τὸ σύμπαν, ἀπορρήτοις τισὶν ἐνεργείαις τεκτηναμένου, καὶ παντὸς ὄντος ἐπέκεινα νοῦ, πρὸς ὃν καὶ ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβίδ· ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, ποῦ φύγω; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. μεστὰ γὰρ

A nirent. Rem autem quomodo fecit? Descendens e cælo, quum facere non posset desuper, vt videtur, nisi in terram descendisset. De morum autem ac legum differentia, neque Moses, nec quiuis alius declarauit; licet omnino maius sit discrimen in legibus ac moribus hominum, quam lingua. Quis enim Græcorum cum sorore, quis cum filia, quis cum matre, misceri oportere, dicit? Atqui Persæ bonum id statuunt. B Quid me necesse est sigillatim enarrare, quam retinentes libertatis & impatientes iugi sint Germani, quam tractabiles & mansueti Syri, Persæ, & Parthi, & omnes omnino qui ad orientem aut meridiem incolunt barbari, & quotquot regios dominatus colunt. Si ergo sine prouidentia maiore aut diuiniore hæc contigerunt, quid maiora & digniora quærimus, & frustra colimus eum qui nihil prouidet? C Cui enim cura nulla est de vita, moribus, consuetudinibus, institutis, legibus, & statu ciuium, num vltra decet a nobis cultum sibi deposcere? Nequaquam. Videte quantam in absurditatem labatur oratio. Nam bonorum, quæcunque in humana vita spectantur, principem locum tenent animi bona: posteriorem, corporis. Si ergo nostrarum animarum bona contemsit, neque naturalis nostræ D compositionis curam habuit, neque doctores misit aut legislatores, sicut Hebræis tempore Mosis, & post illum prophetas; quanam de re ipsi rite gratias agemus?

CYRILLVS.

Igitur & mentiri eum, & arroganter facere, & vere de Deo loqui nihil curare, iam antea diximus. Existimat nempe etiam timore victam fuisse mentem insuperabilem, neque mortales in E varias linguas diuidere potuisse, nisi in terram forsan descendisset, supernis sedibus relictis. Sed aliquis, opinor, sic illum compellabit: De Deo sermo tibi est, amice, qui hoc vniuersum arcana quadam vi condidit, qui omnem mentem superat, ad quem diuinus quoque Dauid canit: *Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades.* Plena enim Psal. 138

illo sunt omnia. Ad hæc nos confirmat Seruator ipse, dicens: *Nunquid cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* At quomodo non pudet dicere, nisi descendisset in terram, non potuisse temporis illius homines in varias linguas diuidere? Nisi forte reuera descensum corporeum fuisse putat, & corporum legibus incorpoream naturam subiicit, & de loco in locum progressione motum existimat, quod & loci, & magnitudinis, & circumscriptionis omnino expers est. Sin autem Mosem irridet, quod scripserit, in terram ex alto venisse vniuersi Deum; humano more loqui nescit, quippe qui sciebat verba ad captum humanæ naturæ attemperari oportere, quum sermones non haberet diuinæ pares maiestati. Quando vero curiosius sciscitatur, quomodo demum & vnde gentes moribus ac legibus differre cernantur: & Mosem quidem, aut qui exceperunt illum prophetæ, nullam de his prorsus facere mentionem ait; tum differentiæ rationes expendens Græcos quidem & Romanos mirum in modum incestas cum matribus sororibusque nuptias detestari; apud alios tamen ipsum in pretio habitum: probat vero Germanorum effrænatos mores, & aliorum item mansuetos: postea vniuersi Deum negligentiæ in nos accusat, nisi fuerit ipse auctor ac legislator rerum adeo turpium & ab æquitate abhorrentium: age sic illum compellemus: Erras, o bone. Illius in cælum excelsæ turris insanissimis molitoribus nocebat eiusdem linguæ consensio: proinde linguas eorum confudit, mentis ac sermonis opifex. Quippe gentes, quæ moribus ac ritibus nequaquam inter se consentirent, diuidere, quo pacto Deo conuenisset boni amanti? Quod enim contigit caussam habet, & vt ita dicam ortum, ex eo quod non omnes honestam & inculpatam vitam amplecti velint. Naturam enim nullius egentem boni, & rerum vtilium cognitione sponte sua præditam, ab Opifice rerum omnium nos accepisse dicimus. Quam sententiam nostram diuinitus inspirata Scriptura adiuuat. Plurimæ siquidem voluptates & variarum perturbationum impetus corrumpunt cor, & a recta ratione mentem vniuscuiusque deturbant, & quibus quisque malis

A τὰ πάντα αὐτοῦ. καὶ πρός γε τούτοις ἡμᾶς ἐμπεδοῖ λέγων αὐτὸς ὁ σωτήρ· μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος. εἶτα πῶς οὐκ αἰσχύνεται λέγων, ὡς εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ἂν ἴσχυσε κατατεμεῖν εἰς πολυγλωσσίαν τοὺς τότε τηνικάδε; ἢ τάχα που, κατὰ τὸ ἀληθές, καὶ σωματικὴν οἴεται γενέσθαι τὴν καταφοίτησιν, καὶ σωμάτων νόμοις τὴν ἀσώματον ὑποφέρει φύσιν, καὶ ταῖς κατὰ τόπον μεταβατικαῖς κινήσεσι κεχρῆ- B σθαι νομίζειν τὸ ἄτοπον, καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἠμοιρηκὸς ὁλοτρόπως τοῦ περιορίζεσθαι δεῖν. Εἰ δὲ δὴ τὴν φωνὴν κατειρωνεύεται τοῦ Μωσέως, καθικέσθαι γεγραφότος ἄνωθεν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἠγνόηκεν ὅτι ταῖς ἀνθρωπίναις προσχρῆται φωναῖς τὸ μέτριον εἰς λόγους τῆς ἀνθρώπου φύσεως οὐκ ἠγνοηκώς· οὐ γὰρ ἔχει φωνὰς τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ φιλονεικεῖν δυναμένας. Ἐπειδὴ δὲ πολυπραγμονεῖ, πῶς ἄρα καὶ πόθεν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἠθῶν τε καὶ νόμων ὁρᾶται διαφορά. καὶ Μωσέα μέν, ἤτοι C τοὺς μετ᾽ αὐτὸν γεγονότας προφήτας, οὐδὲν τὸ παράπαν περὶ τούτων εἰπεῖν· εἶτα τῆς διαφορᾶς τοὺς τρόπους ἀναμετρούμενος, Ἕλλησι μέν, καὶ Ῥωμαίοις δι᾽ ἀπεχθείας γενέσθαι πολλῆς, τὸ μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφῶν εὐναῖς ἐπιθήτεσθαι, τετιμῆσθαί γε μὴν αὐτὸ παρ᾽ ἑτέροις· ἀποδέχεται δὲ τὸ ἐξήνιον Γερμανῶν· καὶ μὴν τὸ χειρόηθες ἑτέρων· εἶτα γράφεται τῆς ἐφ᾽ ἡμῖν ῥαθυμίας τὸν τῶν ὅλων Θεόν, εἰ μὴ γέγονεν αὐτὸς ὁριστής τε καὶ νομοθέτης τῶν οὕτως αἰσχρῶν, καὶ τῶν ἐπιει- D κείᾳ κατεσυγημένων. Φέρε δὴ λέγωμεν αὐτῷ, πλημμελεῖς ἄνθρωπε· τοῖς μὲν γὰρ τὸν οὐρανομήκη πύργον κατεσκευασμένοις παραλογώτατα, πρὸς ζημίας ἦν τότε τὸ ὁμοφωνίας τὸ χρῆμα· τοιγάρτοι τὰς γλώττας αὐτῶν συνέχεεν ὁ καὶ νοῦ καὶ λόγου δημιουργός. τό γε μὴν εἰς ἤθη καὶ τρόπους κατ᾽ οὐδὲν ἀλλήλοις συμβαίνοντα τὰ ἔθνη διενεγκεῖν, πῶς ἂν ἥρμοσε τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ; αἰτίαν γὰρ ἔχει, καὶ ἵν᾽ οὕτως εἴπω, γένεσιν τὸ συμβὰν τὸ μὴ πάντας ἑλέσθαι ἡμῶν τὴν εὐκλεᾶ καὶ E ἀμώμητον ζωήν. τὴν μὲν γὰρ ἀνθρώπου φύσιν, ἀνενδεᾶ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τῆς ἐπιστήμης τοῦ συμφέροντος λαχοῦσαν, αὐτομαθῆ τὴν κτῆσιν γενέσθαι φαμὲν παρὰ τοῦ πάντων δημιουργοῦ. Συλλαμβάνεται δὲ τοῖς παρ᾽ ἡμῶν λόγοις ἡ θεόπνευστος γραφή. πλεῖσται γε μὴν ἡδοναί, καὶ παθῶν ποικίλων ἐπιφοραὶ καταφθείρουσι τὴν καρδίαν, καὶ λογισμοῦ τὸν ἑκάστου νοῦν ἀποφέρουσι, καὶ οἷς ἂν γένοιτό τις ἁλώσιμος τῶν κακῶν,

τούτοις αὐτὸν καὶ ὑποκεῖσθαι δεῖν ἀναγκαῖον. αὐτόνομος γὰρ καὶ ἀφειμένη πρὸς δοκοῦν ἡ παντὸς ἀνθρώπου διάνοια. Ὥστε καὶ εἰ νόμοις φαύλοις πεπαιδαγώγηνταί τινες πρὸς τὸ μὴ ἔχον ὀρθῶς, εὐκόλως ἂν μεταφοιτήσειαν πρὸς τὰ ἀμείνω καὶ ὀνησιφόρα ἐθελονταὶ, οὐ νόμοις φύσεως κατειργμένοι πρὸς τὰ αἴσχιω, οὔτε μὴν ὁλκοῖς τισιν ἀναγκαίοις πρὸς τὸ παρὰ βούλησιν καταβιαζόμενοι· ἀλλ' ὡς ἔφην, ἐνὸν ἐλευθέρως μεθορμίζεσθαι πρὸς τὸ ἄμεινον. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν οὐκ ἀθεεὶ δεῖν ἔφη νομίζειν ἡμᾶς τὰ ἔθνη διατετμῆσθαι πρός τε τὰς ἠθῶν καὶ νόμων διαφοράς; καίτοι πῶς οὐχ ἅπας τις οὖν συμφήσειεν ἂν, ὡς εἴπερ ἦν ἅπασι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σκοπὸς καὶ βούλησις κατὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν διαβιῶναι φιλεῖν, τρόπος ἦν ἁπάντων εἷς, ἀπονενευκότων ὁλοτρόπως εἰς ἀγαθουργίαν, ἔτι γε μὴν καὶ πολιτεία καὶ νόμος; Ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, τοῖς ἀνθρώποις πρεπούσης ζωῆς ἀλογήσαντες, καὶ τὴν ἀμείνω μεθέντες καὶ ἐννομωτάτην καὶ θυμήρη τῷ Θεῷ πολιτείαν, τὴν αἴσχιω καὶ σωματικὴν κτηνοπρεπῶς ἀντηλλάγμεθα, χρύσεα χαλκείων, κατὰ τὸν Ὁμήρου μῦθον, καὶ πολὺ ἡδοναῖς ἡττώμενοι κατόπιν ἐρχόμεθα τῶν ὅτι μάλιστα λυσιτελεστάτων, τὸ παραυτίκα τερπνὸν τοῦ χρησίμου προτάττοντες, ταύτῃ τοι, πρὸς ἤθη καὶ τρόπους διενηνέγμεθα· οἱ μὲν, οὐκ εἰς ἅπαν κατεψεγμένους· οἱ δὲ, τὴν χείρω λαχόντας ψῆφον. Μὴ τοίνυν ταυτησὶ τῆς αἰτίας ἕνεκα γραφέσθω Θεὸν, ὡς τῆς ἐφ' ἡμῖν ἠμεληκότα προνοίας, καὶ τῆς φυσικῆς ἡμῶν κατασκευῆς ὀλιγωρήσαντα. εἰ μὲν γὰρ ἔγνω τινὰς τῶν τελούντων ἐν οὐρανοῖς λαχόντας γένεσιν ἑτεροφυᾶ, καὶ φύσεως ὄντας οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς· οὐκέτι μὴν ὥσγε οἶμαι περὶ ἀνθρώπων ἐστὶν ὁ λόγος αὐτῷ. εἰ γὰρ ἔξω τεθεινται τοῦ τῆς ἀνθρωπότητος ὅρου τε καὶ λόγου, εἶεν ἂν καθ' ἡμᾶς οὐκέτι ποθὲν, ἑτεροφυᾶ δέ τινα ζῶα καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀνθρώποις προσεοικότα. Πλὴν εἰς μέσον ἡκέτω, καί τινα δεικνύτω τοιοῦτον, ἵνα μὴ δοκῶμεν εἰκαίαν κατ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἐπίπληξιν, ῥαθυμῆσαι λέγοντος τὸν δημιουργὸν τῆς φυσικῆς ἡμῶν κατασκευῆς. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι ποθέν· σφάλλεται δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, καὶ τάχα που τοῖς ἔθεσί τε καὶ νόμοις εἰς ταυτὸν τίθεται καὶ τὰς φύσεις. Ὅτι δὲ καὶ Μωσέα, καὶ νόμον, καὶ μὴν καὶ προφήτας ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀγέλαις δεδώρηται Θεὸς, διεσάφησεν ἡμῖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὁ λόγος διαρκῶς. ἀπεφάνθη γὰρ, ὅτι καὶ οἱ

A patet, his ille necessario subiicitur. Sui iuris enim est & ad arbitrium suum mens cuiusuis hominis soluta. Quare licet malis legibus quidam ad id, quod rectum non est, instituti sint; ad meliora facile se transferent & vtilia, si velint: quum naturæ legibus ad turpia non sint adstricti, neque vinculis quibusdam inextricabilibus ad aliquid contra voluntatem coacti, sed liceat vnicuique, vti dixi, ferri ad id quod melius est.
B Quam ob caussam igitur dixit, non sine numine nobis esse putandum gentes esse distributas iuxta legum ac morum discrimina? At numquid omnes confitebuntur, si omnibus mortalibus propositum ac voluntas fuisset Dei nutu viuere, vnum morem omnium futurum fuisse, omnibus ad probe agendum propensis, vnam præterea legem ac viuendi rationem? Postequam autem, vt dixi, relicta, quæ vere digna est homine, vita, repudiataque meliore legitima
C & Deo accepta viuendi ratione, turpem & corpoream ac belluinam eius loco suscepimus, & aurea æneis, vt Homerus ait, mutauimus, & voluptatibus victi, res longe vtilissimas a tergo reliquimus, præsentem voluptatem vtili præferentes: eam ob rem sane moribus distincti sumus; alii quidem non omnino vituperandis, alii deterioribus. Ne ergo hanc ob caussam Deum accuset, quasi nostri curam neglexerit, & naturalem nostram conditionem contemserit.
D Si enim norat aliquos eorum qui, in cælis degunt, ortum diuersum sortitos naturamque a nostra diuersam; non amplius, vt opinor, de hominibus loquitur. Nam si extra humanitatis rationem ac nomen positi sunt, non perinde ac nos æstimandi erunt, sed quasi diuersa quædam animalia habendi, nec vllo modo hominibus similia. Ceterum prodeat in medium, ac talem aliquem
E ostendat, ne vanam in illum reprehensionem suscepisse videamur, qui Opificem ait negligenter nos condidisse. Sed nunquam id sane poterit; immo vero fallitur, vt dixi, & forte naturas cum moribus ac legibus eodem numero habet. Porrò Mosem ac legem, adeòque prophetas, gentium multitudini a Deo traditos, proximus libris abunde demonstrauimus. Ostendimus

Abrahami progeniem, immo ipsum divinum Abraham, quum esset alienigena, & a Chaldæis oriundus, vocatum esse a Deo ad cognitionem veritatis. Quin & Ægypti incolas idolorum cultui addictos intercedente Mose Deus servavit, & ad rectum sincerumque vitæ genus data lege instituit. Vnde si recte rem æstimare volumus, primitiæ vocationis gentium iure merito fuisse intelligitur Abraham, & eius posteri. Missus item est Ionas propheta Niniuitis prædicaturus; nec vltro sane profectus est, verum Deo iubente, vt illud iter capesseret, missus est. Omnia enim potestate sua continet, quum sit omnium conditor ac dominus. Iste vero contractam eius potentiam existimat, & vix ad fines vsque Iudaicæ regionis pertinere, ac ei sorte veluti quadam obtigisse, vt solis Israelitis præesset: ceterum ab aliis gentium præfectis haud multum distare, quos vltro citroque Deos appellat ac Dæmonas. Rursus enim inquit:

IVLIANVS.

Sed videte numquid Deus nobis etiam dederit eos quos ignoratis, & Deos, & præsides bonos, nihilo inferiores illo, quem ab initio Hebræi coluerunt, præside Iudææ, quam ille vnam regendam nactus est, quemadmodum Moses dixit, & quotquot illum exceperunt, ad vos vsque. Quod mundi proximus sit Opifex ille, quem Hebræi colunt, quia & nos de illo melius sensimus, bona vtique nobis dedit quam illis ampliora cum animi tum corporis, de quibus paulo post dicemus; & nobis legumlatores misit nihilo Mose deteriores, nedum plures multo præstantiores.

CYRILLVS.

Quum igitur ex iis, quæ scripsit Moses, & qui secuti sunt illum sancti Prophetæ, ostendere conetur soli Iudææ Deum præfuisse; agedum retro velut oratione conuersa mendacium eius vtilissime ac necessario detegamus. Quippe Moses vnum quidem natura ac vere Deum prædicauit, summum, & supra vniuersos, & vltra id omne quod ortum habet. Et hoc quidem vniuersum condidisse ipsum ait per Filium in Spiritu, idque multis antea sermonibus a nobis declaratum est. At bonus

A ἐξ αἵματος Ἀβραὰμ, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θε-
σπέσιος Ἀβραὰμ, ἀλλογενὴς ὑπάρχων, καὶ ἐκ
γῆς Χαλδαίων, κέκληται πρὸς ἐπίγνωσιν ἀ-
ληθείας παρὰ Θεοῦ. καὶ μὴν καὶ τοὺς ἐν Αἰγύ-
πτῳ ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις ὑπενηνεγμέ-
νους σέσωκε Θεὸς, διὰ μεσίτου Μωσέως, καὶ
πεπαιδαγώγηκε νόμῳ πρὸς τὸ εὐθὺ καὶ ἀδια-
βλήτως ἔχον. Ὥστε κατά γε τὸν ἀκριβῆ τοῦ πρά-
γματος λογισμὸν, ἀπαρχὴ τῆς τῶν ἐθνῶν κλή-
B σεως νοοῖτ' ἂν εἰκότως γεγονὼς ὁ Ἀβραὰμ, καὶ
μετ' ἐκεῖνον οἱ ἐξ αὐτοῦ. ἀπέσταλται δὲ καὶ ὁ προ-
φήτης Ἰωνᾶς διακηρύξων τοῖς ἐν Νινευῆ, καὶ οὐκ
αὐτόμολος ἦν, ἀλλὰ Θεοῦ προστάττοντος τὴν ἀπο-
δημίαν ἐστέλλετο. Κατεξουσιάζει γὰρ τῶν ὅλων,
ὅτι καὶ ἁπάντων ἐστὶ γενεσιουργὸς καὶ κύριος. ὁ δὲ
συνεστάλθαι μὲν οἴεται τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ διήκειν
μὲν μόλις ἄχρι τερμάτων δύνασθαι τῆς Ἰουδαίων
χώρας, καὶ κλῆρον ὥσπερ τινα λαχεῖν αὐτὸν τὸ
χρῆναι κρατεῖν τάχα που μόνων τῶν ἐξ αἵματος
C Ἰσραήλ· καὶ μὴν καὶ ὀλίγα διενεγκεῖν τῶν ἑτέρων
ἐθναρχῶν, οὓς ἄνωτε καὶ κάτω θεοὺς ὀνομάζει
καὶ δαίμονας. ἔφη γὰρ πάλιν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλ' ὁρᾶτε μή ποτε καὶ ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς,
οὓς ὑμεῖς ἠγνοήκατε θεοὺς τε καὶ προστάτας ἀ-
γαθοὺς, οὐδὲν ἐλάττονας τοῦ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις
ἐξ ἀρχῆς τιμωμένου τῆς Ἰουδαίας, ἥσπερ ἐκεῖ-
νος ἔλαχε μόνης προνοεῖν, ὥσπερ ὁ Μωσῆς ἔφη,
καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἄχρις ὑμῶν. Εἰ δὲ ὁ προσε-
D χὴς εἴη τοῦ κόσμου δημιουργὸς ὁ παρὰ τῶν Ἑ-
βραίων τιμώμενος, ὅτι καὶ βέλτιον ὑπὲρ αὐτοῦ
διενοήθημεν ἡμεῖς, ἀγαθά τε ἡμῖν ἔδωκεν ἐκεί-
νων μείζονα, τά τε περὶ ψυχὴν καὶ τὰ ἐκτὸς,
ὑπὲρ ὧν ἐροῦμεν ὀλίγον ὕστερον· ἔστειλέ τε καὶ
ἐφ' ἡμᾶς νομοθέτας, οὐδὲν Μωσέως χείρονας,
εἰ μὴ τοὺς πολλοὺς μακρῷ κρείττονας.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐξ ὧν γέγραφεν ὁ Μωσῆς,
καὶ οἱ μετ' αὐτὸν γεγονότες ἅγιοι προφῆται, πει-
E ρᾶται δεικνύειν, ὅτι καὶ μόνης τῆς Ἰουδαίας ἐκράτει
Θεὸς, φέρε δὴ φέρε χρειωδέστατα καὶ ἀναγκαίως
ὥσπερ ἀνόπιν τὸν λόγον ἀνασειράζοντες ψευδοε-
ποῦντα δεικνύωμεν. ὁ γάρ τοι Μωσῆς, ἕνα μὲν
τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς διεκήρυξε Θεὸν, τὸν ἀνωτά-
τω, καὶ ὑπὲρ πάντας, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενη-
τοῦ. καὶ τόδε τὸ σύμπαν διατεκτήνασθαι φη-
σὶν αὐτὸν, δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι, καὶ τοῦτο ἡμῖν
διὰ μακρῶν ἤδη σεσαφήνισται λόγων. Ὁ δὲ χρηστὸς

οὗτοσὶ τὸν ἀνωτάτω τε καὶ ὑπὲρ πάντας καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, καὶ τῆς κατὰ πάντων κυριότητος οὐσιωδῶς λαχόντα τὴν δόξαν, τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι τιθεὶς ἐναρίθμιον· ὁρᾶτε, φησί, μήποτε καὶ ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεός, οὓς ὑμεῖς ἠγνοήκατε Θεούς τε καὶ προστάτας ἀγαθούς, οὐδὲν ἐλάττονας τοῦ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τιμωμένου. Ἀγαθοὺς εἰπέ μοι προστάτας καὶ Θεοὺς σαυτῷ τε καὶ τοῖς ὁμογνώμοσι δεδόσθαι φής; ποίους ἄρα τίσιν ἐφεστηκότας τῶν ἐθνῶν; τοῖς τὴν Ταυρικὴν οἰκοῦσι Χερσόνησον, Σκύθαις ἄρα, καὶ τοῖς τῶν βαρβάρων ἀπανθρωποτάτοις, οἷς καὶ παρ' οὐδὲν λελόγισται τὸ τιθασσόν τε καὶ πρᾶον· ἐκτετίμηται δὲ τὸ δύσοργον καὶ ἀκρατές, εἰς τρόπων ἀνοσιότητα, οἷς ἐν δόξῃ τὸ μιαιφονεῖν; Ἀλλὰ τοῖς Πέρσαις ἐπιτροπεύοντας, οἷς ἐν λόγῳ καὶ περισπούδαστον τὸ μητρογαμεῖν; Ἀλλὰ ναί φησιν Ἕλληνές τε καὶ Ῥωμαῖοι, χρηστοῖς τε καὶ ἀνθρωποπρεπέσι νόμοις διοικοῦνται, καὶ ἀρίστους ἔχουσι τοὺς ἐπὶ πάντας θεοὺς ἢ δαίμονας. εἶτα, ὦ κράτιστε, πῶς οὐχ ἅπασιν ἀγαθοὺς παιδαγωγοὺς ἐφεστάναι ἄμεινον ἦν δήπου καὶ σοφόν, χρηστούς τε, καὶ πρᾴους, καὶ ἀγαθουργούς; πρὸς εὐκλείας γὰρ ἦν τὸ χρῆμα θεῷ. καὶ ἐπείπερ ἐστὶν ἀγαθός, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι φής, παντὸς ἀγαθοῦ τοῖς ὑπὸ σκῆπτρα φαίνεσθαι βραβευτήν; Ἀλλ' εἰ μὲν εἴη, φησίν, ὁ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τιμώμενος, καθ' ἕνα τῶν ἄλλων μεμετρημένην ἔχων τὴν ἀρχήν, ἡμεῖς ἐλάχομεν τοὺς ἀμείνους· εἰ δὲ ὁ προσεχὴς εἴη τοῦ κόσμου δημιουργός, βέλτιον ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διενοήθημεν. Καταβιβάζει μὲν οὖν ὡς ἐν δευτέρᾳ τάξει τε καὶ φύσει τοῦ πρώτου τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου δημιουργόν. προαναθέντες γὰρ αὐτοῦ τ' Ἀγαθόν, ἀτρεμεῖν τε αὐτό φασι, καὶ τῆς ἐν ἡμῖν φροντίδος ὁλοτρόπως ἀποσοβήσαντες δεύτερον ἐπινοοῦσι Θεόν, ὃν καὶ προσεχῆ καλοῦσι τοῖς κτίσμασιν. ἀλλ' εἴπερ οὗτος εἴη, φησί, βέλτιον ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διενοήθημεν. Τὸ μὲν οὖν ἰσχνομυθεῖν περὶ τούτων αὐτῷ παρήσω τέως. Φραζέτω δέ, ὅπως βέλτιον ὑπὲρ αὐτοῦ διανενόηνται θεοῖς ἑτέροις καὶ ἀριθμοῦ κρείττοσιν ἐκνενεμηκότες τὴν κατὰ τῶν ἐθνῶν βασιλείαν. καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον αὐτῷ τὸ πάντων κρατεῖν, καὶ ταῖς παρὰ πάντων εὐφημίαις καταρελαίρεσθαι; Πῶς δὲ καὶ φίλον αὐτῷ, τὸ παρά τινων τὰ ἔθνη παιδαγωγεῖσθαι, καὶ οὐ κατάγε τὸ ἀρεσκον αὐτῷ διαβιῶναι δὲ οὕτως, ὡς εἴπερ ἐστὶν ἐν λόγῳ τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ, καὶ καταθήγεσθαι πρὸς ὀργάς

A iste, supremum illum omnium rerum creatarum principem, qui natura sua dominatur omnibus, impuris Dæmonibus adnumerans: Videte, inquit, nunquid etiam nobis Deus præfecerit Deos ac præsides bonos, qui vobis ignoti sunt, nihilo minores eo quem Hebræi colunt. Bonos obsecro præsides ac Deos datos esse tibi, tuique similibus, ais? Quales vero quibusnam gentibus præpositos? An iis quæ Tauricam Chersonesum in- B colunt, Scythis nempe, & quotquot reliquas gentes immanitate superant, quibus pro nihilo quoque est humanitas atque benignitas, in pretio autem furor & intemperies ad morum improbitatem, & laudi sunt homicidia? An Persis præfectos, apud quos laudabile & expetendum est matribus iungi? Enimvero Græci, inquit, ac Romani bonis & humanæ societati aptis legibus reguntur, ac optimos præ omnibus Deos habent aut Dæmones. At, o bone, C nonne melius erat ac sapientius bonos, æquos, faciles & benignos omnibus magistros præficere? Id enim ad Dei gloriam pertinebat: qui quum bonus sit, quomodo non ais necessarium esse, vt suis bonum quodcunque largiatur? Veruntamen, inquit, si Deus, qui ab Hebræis colitur, vt aliorum vnus, definitum habeat imperium, nos præstantiores nacti sumus: sin autem proximus sit D mundi opifex, nos de illo melius sensimus. Deducit igitur velut in secundam a primo & classem & naturam proximum mundi Opificem. Bonum etenim ei præponentes, immotum illud esse aiunt, & prouidentia omnino repudiata alterum Deum comminiscuntur, quem proximum creaturis appellant. Sed si hic sit, inquit, nos melius de illo sensimus. At de his subtilius disputare nunc prætermittam. Dicat E vero, quo pacto de illo melius senserint, Diis aliis ac propemodum innumeris imperium in gentes tribuendo. Annon enim satius esset ipsum omnes imperio continere, omniumque vocibus celebrari? Qui fit autem vt gentes ab nonnullis, ac non suo nutu potius institui velit; sic autem viuere, vt, si quam habet ipse boni rationem, etiam excandescat, nemine ei obtempe-

[illegible]mperare [illegible]te? Iam quod nostri doctores præstiterint Græcorum legislatoribus, aut sapientibus doctoribusque, opportune docebimus. Insistit porro suis commentis, & quasi mendacio patronum se locauerit, rursus ait:

IVLIANVS.

Quod dicebamus igitur, nisi vnicuique genti Deus aliquis præpositus esset, & huic subditum Angelum, & Dæmonem, ac animarum peculiare genus subseruiens ac subministrans potioribus, in moribus ac legibus differentiam positurum fuisse, ostendatur ab alio quo pacto hæc fuerint. Etenim haud sufficit dicere *Dixit Deus; & facta sunt:* verum etiam oportet Dei mandatis eorum quæ fiunt naturas consentire. Quod autem dico clarius explicabo. Iussit Deus, verbi gratia, ferri sursum ignem, terram autem deorsum; annon vt Dei mandatum fieret, oportebat illum quidem leuem esse, hanc vero pondere grauem? Ita etiam de reliquis similiter. Et post alia. Eodem modo & de diuinis. Caussa vero est, quia hominum corruptibile est & caducum genus. Iure igitur eorum opera quoque corruptibilia, & mutationi ac conuersioni prorsus obnoxia. At quum Deus sit æternus, talia decet etiam esse mandata. Talia vero quum sint, aut ipsæ naturæ sunt rerum, aut rerum naturæ consentiunt. Quomodo enim natura Dei mandato pugnaret? Quomodo vero ab illa consensione excideret? Igitur & si vt linguas, ita etiam respublicas gentium iussisset confundi & inuicem non consentire: non mandato solum id præstitisset, sed nos ad hanc discrepantiam natura etiam comparasset. Oportuisse enim primum differentes subesse naturas eorum, quæ inter gentes discrepare debebant. Spectatur id certe quoque in corporibus. Si quis perspiciat, Germani & Scythæ quantum a Pœnis & Æthiopibus differant; an hoc etiam nudum est mandatum, & nihil aer, nihil regionis ad cælum respectus ac positu confert?

CYRILLVS.

Abunde mihi videor ostendisse caussam morum legumque differentiæ, ob quam [illegible]es aliæ ab aliis diuersæ [illegible] dissonant. Voluntatum enim inclinationi & disciplinæ

A πεφροντικότος οὐδενὸς τῶν ἐν αὐτῷ θελημάτων; ὅτι δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι νομοθετῶν ἢ τοι σοφῶν τε καὶ διδασκάλων ἀσυγκρίτως ἀμείνους οἱ παρ' ἡμῖν ἐπὶ καιροῦ διδάξομεν. Ἐνιστάμενος δὲ τοῖς ἰδίοις εὑρήμασι, καὶ οἷον ἀπομισθώσας ἑαυτὸν τῷ ψεύδει συνήγορον, ἔφη πάλιν

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅπερ οὖν ἐλέγομεν, εἰ μὴ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἐθνάρχης τις ὁ Θεὸς ἐπιτροπεύων ἦν, ἄγ- B γελός τε ὑπ' αὐτῷ καὶ δαίμων, καὶ ψυχῶν ἰδιάζον γένος ὑπηρετικὸν καὶ ὑπουργικὸν τοῖς κρείττοσιν, ἔθετο τὴν ἐν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορότητα, δεικνύσθω παρ' ἄλλου πῶς γέγονε ταῦτα. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόχρη λέγειν, εἶπεν ὁ Θεὸς, καὶ ἐγένετο. ὁμολογεῖν δὲ χρὴ τοῖς ἐπιτάγμασι τοῦ Θεοῦ τῶν γινομένων τὰς φύσεις ὃ δὲ λέγω σαφέστερον ἐρῶ. Ἐκέλευσε Θεὸς ἄνω φέρεσθαι τὸ πῦρ εἰ τύχοι, κάτω δὲ τὴν γῆν· οὐχ ἵνα τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ γένηται, τὸ μὲν ἐχρῆν κοῦφον C εἶναι, τὸ δὲ βρίθειν; οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων ὁμοίως. καὶ μεθ' ἕτερα· Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν θείων. Αἴτιον δὲ, ὅτι τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρόν ἐστι καὶ φθαρτὸν γένος. εἰκότως οὖν αὐτοῦ φθαρτὰ καὶ τὰ ἔργα, καὶ μετάβλητα, καὶ παντοδαπῶς τρεπόμενα. τοῦ Θεοῦ δὲ ὑπάρχοντος ἀϊδίου, καὶ τὰ προστάγματα τοιαῦτα εἶναι προσήκει. Τοιαῦτα δὲ ὄντα, ἤτοι φύσεις εἰσὶ τῶν ὄντων, ἢ τῇ φύσει τῶν ὄντων ὁμολογούμενα. πῶς γὰρ ἂν ἡ φύσις τῷ προστάγματι μάχοιτο τοῦ D Θεοῦ; πῶς δ' ἂν ἔξω πίπτοι τῆς ὁμολογίας; οὐκοῦν εἰ καὶ προσέταξεν ὥσπερ τὰς γλώσσας συγχυθῆναι καὶ μὴ συμφωνεῖν ἀλλήλαις, οὕτω δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ τῶν ἐθνῶν, οὐκ ἐπιτάγματι μόνον ἐποίησεν αὐτὸ, καὶ πεφυκέναι δὲ ἡμᾶς πρὸς ταύτην κατεσκεύασε τὴν διαφωνίαν. ἐχρῆν γὰρ πρῶτον διαφόρους ὑπεῖναι φύσεις τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι διαφόρως ἐσομένων. Ὁρᾶται γοῦν τοῦτο καὶ τοῖς σώμασιν, εἴ τις ἀπίδοι Γερμανοὶ καὶ Σκύθαι Λιβύων καὶ Αἰθιόπων ὁπόσον διαφέρου- E σιν· ἆρα καὶ τοῦτό ἐστι ψιλὸν ἐπίταγμα, καὶ οὐδὲν ὁ ἀὴρ, οὐδὲ ἡ χώρας τῷ πῶς ἔχειν πρὸς τὰ οὐράνια θέσις συμπράττει;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν τῆς τῶν ἐθῶν τε καὶ νόμων διαφορᾶς, καθ' ἣν ἀλλήλων τὰ ἔθνη πρὸς ἑτεροίως ἔχειν ἀπονοσφίζεται, διαρκέστατά μοι φᾶναι δοκῶ. ταῖς γὰρ ῥοπαῖς τῶν προαιρέσεων,

καὶ ταῖς ἐκ προγόνων παιδαγωγίαις ἀνατεθει-A καμεν τὸ οὕτω τε κἀκείνως διαβιοῦν εἰθίσθαι τινάς. Συλλήψεται δὲ πρὸς τοῦτο ἡμῖν ὁ διαβόητος ἐν σκηναῖς, καὶ τὰ πολλῶν τραγῳδήσας πάθη, τὸν Σοφοκλέα λέγω, γέγραφε γὰρ ὡδί·

Πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
Στρατός τε ξύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες
βροτῶν,
Διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.

Ἀκούεις ὅτι τὸ ἀκοσμεῖν, αὐθαίρετον καὶ ἐκ διδα-B σκάλων, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης φυσικῆς τισὶν ἐπισυμβαίνει. Εἰ δὲ δή, καθά φησιν αὐτός, τὸ τὰ ἔθνη ἐκνενεμῆσθαι ἐθνάρχαις θεοῖς καὶ δαίμοσιν ἐπιτρόποις, τὴν ἐν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἔθετο διαφορότητα, φραζέτω δὴ πάλιν· ἐρήσομαι γάρ, πότερα τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἔθεσί τε καὶ νόμοις οὐκ ἐθελονταὶ προσνενεύκασιν οἱ πολιοῦχοι δαίμονες ἑτερογνωμονοῦντες αὐτοί· ἤγουν τοῖς κρείττοσιν οἱ ὑπ' αὐτῶν ἡττώμενοι, καὶ ὑπείκειν ἠναγκασμένοι, κατά γε τὸ ἐκείνοις δο-C κοῦν διαζῆν ἀνεπείθοντο, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ταῖς ῥοπαῖς τῶν ἰδίων θελημάτων ἐπὶ τὸ δρᾶν ᾔεσαν τὰ παρ' ἑκάστοις τετιμημένα. Εἰ μὲν οὖν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἤθεσί τε καὶ νόμοις συνηνέχθησαν οἱ θεοί, καὶ ἀβούλητον ἦν αὐτοῖς τὸ χρῆμα· πεπαιδαγώγηνται μᾶλλον, ἢ νενικήκασιν αὐτοί, καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα καταζεύξαντες τὸν αὐχένα, δι' αὐτῶν ἐλέγχονται τῶν πραγμάτων. Εἶτα πῶς ὑπετίθει τὰ ἔθνη Θεὸς τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἢ δυναμένοις ἀποκομίζειν αὐτὰ D πρὸς τὸ κατὰ γνώμην αὐτοῖς; τί ἐντεῦθεν ὄφελος διδασκέτω. εἰ δὲ τοῖς τῶν ἐθναρχῶν νόμοις ἕπεται τὸ ὑπήκοον, ἀνατεθέον εἰκότως αὐτοῖς, τὰς αἰτίας τῆς τῶν ἐθνῶν ὡς ἐν ποιότητι τρόπων τε καὶ νόμων, πλείστης τε ὅσης καὶ ἀνομοίου διαφορᾶς. Οὐκοῦν ἐν τοῖς πολιούχοις ἤγουν ἐθνάρχαις θεοῖς καὶ δαίμοσιν, εἶεν ἂν οἱ τραχεῖς καὶ ἀνήμεροι, δύσοργοί τε καὶ μιαιφόνοι, καὶ τὰ πάντων χείριστα τῶν κακῶν ἀγαπᾶν ᾑρημένοι. ὁποῖα γὰρ ἂν ὁρῷτο τὰ ὑπεζευγμένα τῶν ἐθ-E νῶν, τοιούτους ἀναγκη νοεῖσθαι τοὺς ἐφεστηκότας. Εἶτα οὐκ ἐναργὴς κατὰ Θεοῦ δυσφημία τὸ τοῖς ὧδε βδελυρωτάτ[illegible] καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀποκ[illegible]ζειν εἰδόσι, καθυφεῖναι λέγειν ἅπαντας [illegible] ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐπὶ τούτων δυσ[illegible]τερον. Ἔδει γάρ, φησί, διαφόρους ὑπεῖ[illegible] φύσεις τοῖς μὴ ὁμοίως ἐσομένοις,

A a maioribus acceptæ illam vitæ [illegible] que [illegible] nsuetudinem tribuimus. [illegible] in rem nos iuuabit ille celebra[illegible] scena, & qui multorum casus per Tra[illegible] dias decantauit; Sopho[illegible]lem dico [illegible] plit enim in hunc modum:

Ciuitas enim omnis est ducum
Exercitusque omnis. & qui mortales
inter perperam agunt
Magistrorum sermonibus mali fiunt.

B Audis, a voluntate cuiusque & magistris proficisci, non autem naturali necessitate vlli contingere, vt perperam agat. Sin autem, vt ait ipse, ex eo quod gentes distributæ sunt Diis ac Dæmonibus singularum gentium tutelaribus ac præsidibus, in moribus ac legibus discrimen inductum est, dicat rursus amabo: Percontabor enim, vtrum moribus hominum ac legibus inuiti annuerint vrbium tutelares Dæmones, quum ipsi aliter sentirent; an vero qui eis subsunt C potioribus cedere coacti illorum arbitrio viuere persuasi sint, non autem suopte nutu ad ea facienda se contulerint, quæ vnicuique cordi erant. Si ergo hominum mores ac leges Dii secuti sunt, idque fecerunt inuiti; alieno ductu peruenerunt ipsi potius quam vicerunt, & subditis ceruicem subiecisse rebus ipsis arguuntur. At quomodo D subiecit Deus gentes iis, qui nesciant aut non possi[illegible]t in sententiam suam ipsas adducere? Quidnam inde sit commodi, nos edoceat. Quod si præfectorum [illegible]rum leges subditi sequuntur, his iure merito referenda caussa est [illegible] illius ac diue[illegible] in ratione morum & legum discriminis. Proinde inter tutelares aut gentium præfectos Deos ac Dæmonas erunt asperi, truces, iracundi, crudeles, & ad pessima quæ-E que suscipienda comparati. Quales enim spectantur subditæ gentes, tales necessario præfecti cogitandi. Porro nonne manifestum est in Deum conuitium, adeo impuris, & ad omne probrum præeuntibus, vniuersos homines subiicere, aliudque his intolerabilius addere. Oportebat enim, inquit, differentes subesse naturas iis in quibus e[illegible] rat dissim[illegible]o futura, vt Dei

[illegible] congruerent. Numquid A ergo, sicut necessarium erat leuem esse natura ignem, vt sursum ferri posset, terram autem grauem, vt depressa iaceret, sideretque: eodem modo nonnullos homines improba natura esse oportebat, itaque ab Opifice fieri, propterea quod necesse erat illos subiici præfectorum arbitrio? Quanam vero his illi oratio patrocinari poterit, si ab aliquo sanæ mentis in disceptationem vocetur? Quomodo enim omnium crea- B torem defendet, quominus iure merito rideatur, siquidem malarum est naturarum auctor? Nam si præter voluntatem eo adductum ipsum dicit, subditur forsan alicui potiori, & cui sit cogendi potestas, & est aliquid ipso præstabilius; sin autem minime præter voluntatem, sed sua sponte eo adductum contendit, quomodo bonus est, & ex bono? Sic enim de illo Plotinus; neque suam magis quam Platonis explicat sen- C tentiam: Caussæ vero, quæ mens est, patrem ait ipsum Bonum, & id quod est vltra mentem, & supra substantiam: plerumque vero Ens, & Mentem, Ideam appellat, Quocirca Platonem nouisse, ex Bono quidem Mentem, & ex Mente Animam existere. Et hos sermones non nouos, neque nunc natos esse, sed olim quidem obscurius esse dictos, at voces has eorum interpretes esse testatur. Si ergo patrem Opifici ait esse Bonum, naturas autem fecit non bonas; ad Bonum ipsum D conuitium redit, idque tanquam proximi mundi Opificis interuentu. Sic enim ille dicere videtur. Ceterum miror ipsum corporum colores accipere, vt demonstret hinc intelligendum esse diuersam gentibus naturam inesse. Quod si quid in hoc vere sentire & dicere putat, non animaduertit se peccare. Oporteret enim sane, vt arbitror, omnes quotquot sunt vnius coloris, vnius & E eiusdem esse sententiæ: et siquis albo colore bonus esset, neminem bonum qui non esset huiusmodi; sin autem fuscus ac niger iidem bonus esset, neminem proinde bonum qui albo corpore præditus esset. An non igitur ridicula sunt [illegible]? Nonne temere has nugas effutit, & extremæ confusionis plenissimos sermones eructat? quo-

A ἵν' ὁμολογῇ τὰ πράγματα τοῖς τȣ̃ Θεȣ̃ θεσπίσμασιν. ἆρ' ȣ̃ν ὥσπερ ἀναγκαῖον ἦν κȣ̃φόν τε εἶναι κτ̀ φύσιν τὸ πῦρ, ἵνα τὸ ἄνω φέρεσθαι λάχῃ· διαβριθῆ δὲ τὴν γῆν, ἵν' ἔχῃ τὸ κάτω κεῖσθαι, κ̀ μένειν ἂν κτ̀ τὸν ἴσον τρόπον, κ̀ φύσεως κακῆς εἶναι τῶν τελȣ́ντων ἐν ἀνθρώποις τινὰς, ȣ̃τω τε γενέσθαι παρὰ τȣ̃ δημιȣργȣ̃, διά τοι τὸ χρῆναι τοῖς θελήμασι τῶν ἐθναρχῶν ὑποφέρεσθαι; Καὶ ποῖος αὐτῷ λόγος ἀρκέσει πρὸς ἐπικȣρίαν B εὐθυνομένῳ πρός τινος τ̃ ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων; πῶς γ̀ τὸν τῶν ὅλων δημιȣργὸν ἀπαλλάξει τȣ̃ κατεσκῶφθαι δεῖν, κ̀ μάλα εἰκότως, εἰ δὴ φαύλων ἐςὶ φύσεων ποιητής; Εἰ μὲν γ̀ ἀνεθελήτως εἰς τȣ̃το παρῆχθαι φησὶν αὐτὸν, ἡττᾶται τάχα πȣ τινὸς ἀνεςηκότος τε κ̀ πρȣ́χοντος, καὶ καταβιάζεσθ̀ δυναμένȣ, καὶ ἔςι τι τὸ ἄμεινον αὐτȣ̃. εἰ δὲ ἥκιςα μὲν ἀβȣλήτως, ἐθελȣργὸν δὲ πρὸς τȣ̃το ἐλθεῖν διατείνεται· πῶς ἀγαθός ἐςι, κ̀ ἐκ τἀγαθȣ̃; Φησὶ γ̀ ȣ̃τω Πλωτῖνος περὶ αὐτȣ̃, κ̀ C ȣ̓κ ἰδίαν μᾶλλον, ἀλλὰ τὴν Πλάτωνος διερμηνεύει δόξαν· τȣ̃ δὲ αἰτίȣ νȣ̃ ὄντος, πατέρα φησὶ τ' Ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νȣ̃, καὶ ἐπέκεινα ȣ̓σίας· πολλαχȣ̃ δέ τὸ Ὂν, καὶ τὸν Νȣ̃ν, τὴν Ἰδέαν λέγει. ὥςτε Πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τἀγαθȣ̃ τὸν νȣ̃ν· ἐκ δὲ τȣ̃ νȣ̃, τὴν Ψυχήν. καὶ εἶναι τȣ̀ς λόγȣς τȣ́τȣς μὴ καινȣ̀ς, μηδὲ νῦν, ἀλλὰ πάλαι μὲν εἰρῆσθαι μὴ ἀναπεπταμένȣς. τȣ̀ς δὲ νῦν λόγȣς, ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι μαρτυρεῖ. Εἰ τοίνυν πατέ- D ρα φησὶ γενέσθαι τἀγαθὸν τῷ δημιȣργῷ, δεδημιȣ́ργηκε δὲ φύσεις ȣ̓κ ἀγαθὰς, ἄνεισιν ὁ μῶμος ἐπ' αὐτὸ τἀγαθὸν, ὡς διὰ μεσίτȣ λέγω, τȣ̃ προσεχȣ̃ς τῷ κόσμῳ δημιȣργȣ̃. δοκεῖ γὰρ ȣ̃τω λέγειν αὐτὸς. Θαυμάζω δὲ ὅτι καὶ τῶν σωμάτων τὰ χρώματα πρὸς ἀπόδειξιν δέχεται τȣ̃ χρῆναι κατανοεῖν, ὡς διάφορος τοῖς ἔθνεσι φύσις ὕπεςιν· εἰ δὲ οἴεται τι τῶν ἀληθῶν ἔν γε δὴ τȣ́τῳ φρονεῖν καὶ λέγειν, ȣ̓κ αἰσθάνεται πλημμελῶν. ἐχρῆν γὰρ δή E πȣ, καθάπερ ἐγῷμαι, τȣ̀ς ἑνὸς ὄντας χρώματος, ὁμογνωμονεῖν ἀλλήλοις ἅπαντας, καὶ συμφέρεσθαι τοῖς φρονήμασι· καὶ εἰ μέν τις εἴη λευκόχρȣς καὶ ȣ̃τος ἀγαθὸς, μηδεὶς ἀγαθὸς τῶν μὴ τοιȣ́των. εἰ δὲ δὴ φαιός τε καὶ μέλας ἀγαθὸς ὁμοίως, μηδεὶς ἀγαθὸς τῶν ἐν λευκότητι σώματος. Ἆρ' ȣ̃ν ȣ̓ γέλως ἤδη ταυτί; ȣ̓ πεφλυάρηκεν εἰκῆ, καὶ χυδαιότητος τ̃ ἐσχάτης, κ̀ ἐκμεμεςωμένȣς λόγȣς ἐρεύγεται;

A εἶτα πῶς τοῦτο ἀμφίλογον; καταθρασύνεται δὲ τῶν δογμάτων τῆς εὐσεβείας, καὶ τὸν ἱερὸν συκοφαντεῖ Μωσέα. οἴεται δὲ ὅτι πεφρόνηκε τὰ αὐτοῦ, καὶ πεπλάνηται, καὶ ψευδοεπεῖ, καὶ παρασημαίνει τὴν ἀλήθειαν. Ἔφη γὰρ οὕτω πάλιν·

quomodo hoc demum ambiguum? At contra pietatis placita arrogantius insultat, & sanctum Mosem calumniis app[e]tit, eodemque secum opinionis errore ac mendacio implicitum fuisse, & adulterare veritatem existimat. Sic enim ait rursus:

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅτι δὲ ὁ Μωσῆς εἰδὼς ἐπεκάλυπτε καὶ τοιοῦτον, οὐδὲ τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν ἀνατέθεικε τῷ Θεῷ μόνον· φησὶ γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον κατελθεῖν, οὐδὲ ἕνα συγκατελθεῖν αὐτῷ, πλείονας δὲ, καὶ τούτους οἵ τινες εἰσὶν οὐκ εἶπεν· εὔδηλον δὲ ὅτι παραπλησίους αὐτῷ τοὺς συγκατιόντας ὑπελάμβανε. εἰ τοίνυν πρὸς τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν οὐχ ὁ Κύριος μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τὰς διαλέκτους συγχέοντες, εἰκότως ἂν ὑπολαμβάνοιντο ταύτης εἶναι τῆς διαστάσεως αἴτιοι.

IVLIANVS.

Quod autem Moses istiusmodi qu[am]que rem sciens obscurarit, neque linguarum confusionem Deo tantum tribuerit, (ait enim, ipsum non solum descendisse, neque vnum tantum cum eo, sed plures descendisse, & qui sint illi, retic[u]it) manifestum est, similes Deo putasse eos, qui vna cum ipso descenderunt. Si ergo ad linguarum confusionem non solus Dominus, sed & alii cum ipso erant linguas confundentes, iure auctores huius discriminis esse censebuntur.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

C Οὐκοῦν ἐναργῶς ὡμολόγηκεν, οὐδὲ ὅσον εἰπεῖν ἐλέσθαι Μωσέα συγκαταφοιτῆσαί τινας τῷ Θεῷ πρὸς τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν, πλὴν ὅτι τουτὶ δὴ καὶ μόνον τὸ, δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν ἐκεῖ τὰς γλώσσας. Εἶτα πῶς αὐτὸς τὸ δοκοῦν μαντεύεται, καὶ Θεοὺς εἶναι παραπλησίους, καὶ ἰσοστατοῦντας ἐν δόξῃ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, τοὺς καθικομένους φησί; καίτοι καὶ μάλα σαφῶς καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, κατηγόρευσε μὲν τῶν D ψευδωνύμων Θεῶν· ἕνα δὲ καὶ μόνον δεῖν ἔφη προσκυνεῖν. Κύριον γὰρ, φησὶ, τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. καὶ πάλιν. ὁ θυσιάζων θεοῖς ἑτέροις ἐξολοθρευθήσεται, πλὴν κυρίῳ μόνῳ. ἔφη δὲ καὶ ἐκ προσώπου Θεοῦ. οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Εἶτα πῶς οἶδε Θεοὺς ἑτέρους συγκατιόντας τε καὶ συμπεπραχότας τι τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ ἀληθινῷ; ἀλλὰ γὰρ πῶς, τὸ, δεῦτε φησὶ καὶ τὸ, καταβάντες, τέθεικεν ἐφ' ἑνός; οὐκ ἠγνόηκεν E ὁ Μωσῆς ὅτι Θεὸς εἷς, ἤτοι μία φύσις θεότητος ἐν ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι προσκυνεῖται, ἔν τε τῷ πατρὶ, φημὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. εἰ γὰρ καὶ τῶν ὠνομασμένων ἕκαστον προσώποις τε καὶ ἰδικαῖς ὑποστάσεσι, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, εἶναι πιστεύεται· Πατὴρ γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα τὸ Πνεῦμα· ἀλλ' οὖν ἡ τῆς οὐσίας ταυτότ[ης] συλλέγει πρὸς ἕνωσιν. Ὅτι δὲ καὶ οἱ αὐτοῦ διδάσκαλοι, οἱ δὴ μάλιστα δο-

CYRILLVS.

Igitur aperte confessus est, ne Mosem quidem dicere voluisse, quos[d]a[m] Deos vna cum Deo ad linguas confu[n]dendas descendisse, sed hoc solum: *Venite, & descendentes confundamus ibi linguas eorum.* At quomodo demum quod lubet addiuinat, & Deos illos, qui descenderunt, similes ei, qui natura Deus est, & eius maiestati pares ai[t]? Nam disertis omnino verb[i]s Moses diuinus, non semel, sed multoties, falsinominis Deos reprehendit, vnum vero ac solum adorandum esse dixit. *Dominum*, enim inquit, *Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Deut. 6 Et rursus: *Qui sacrificat Diis alienis, exterminabitur, preterquam Domino soli.* Exod. Quin & ex persona Dei dixit: *Non erunt tibi Dei alieni preter me.* Exod. 2 Iam qu[o] pacto nouit Deos alios vna cum [i]llo vero ac natura Deo d[e]scendisse, [eique] adiutores aliqua in re extitisse? At enim quomodo, inquit, *Venite*, &, *descendentes*, de vno posuit? Non latuit Mos[en], Deum vnum esse, aut vnam diuinitatis naturam in sancta & consubstantiali Trinitate adorari, in Patre, inquam, & Filio, & Spiritu sancto. Si enim quodlibet eorum, quæ laudauimus, personis propriisque subsistentiis, id q[u]od est, esse creditur: Pater enim est Pater; & Filius, Filius; & Spiritus, Spiritus: tamen esse[n]tiæ identitas in vnitatem colligit. Et sane magistros eius, quos præ opinione

singularis sapientiæ vehementer mirantur, etiam ad tres vsque hypostases diuinam & perfectissimam naturam extendere, priore libro ostendimus. Sed non grauabimur hic rursus paucis repetere. Plato igitur Deum supremum ait esse Bonum. Ex illo emicuisse Mentem, & hanc esse attentum mundi Opificem, primo quiescente & vacante. Et tertiam inducit Animam, a qua cuncta cieri animarique ait. Hæc ille. Nos autem vere & accurate de suprema diuinitate loquentes, Filium ex Deo & Patre genitum asserimus, æqualis naturæ, nec vlla in re ab eo differentem: procedere vero Spiritum sanctum, a quo cuncta vitam accipiunt. Et procedit quidem ineffabili ratione, vti dixi, ex Patre Spiritus sanctus viuificus, præbetur vero creaturæ per Filium. Norat igitur Moses adorandam & vnam in sancta Trinitate diuinitatis naturam: ideoque interdum numero vtitur singulari, interdum etiam plurali. Cuiusmodi est illud: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sane enim vt hominem formaret, alios sibi non fecit Deus adiutores. Sed hoc verbo *faciamus*, & ad similitudinem *nostram*, sanctam & consubstantialem Trinitatem demonstrauit. Quapropter etiam hoc loco, *Venite, & Descendentes confundamus linguas eorum*, non significat Deos alios assumtos fuisse. Quomodo enim aut vnde? Nec enim plane ita est; sed sanctæ Trinitatis adorandum, ingens, & admirabile mysterium subindicat. Sed & mirum illud. Quippe enim, vt putavit ille ac sensit qui sibi sapiens videtur, non est veritus Deo, virtutis omnis amanti, affectuum humanorum peruersitatem affingere, eumque vna cum aliis auctorem fuisse rerum adeo turpium & improbarum. At linguarum confusio caussam habet rationi valde consentaneam. Frustra enim laborantes illius temporis homines coercere voluit vniuersi Opifex, adeoque coercuit, quum diuersitate linguarum eos separauit. Sed nihil ex ea re damni ceperunt, quum nihil eis acciderit, vnde mali ex bonis fierent, & ex optimis moribus ad deteriores conuerterentur. Nemo enim est, qui non præclare & laudabiliter viuere possit, quamuis peregrina lingua vta-

Τὸ γὰρ ἐκ θεῶν εἰς ἀνθρώπους ἀφικνούμενον πνεῦμα, σπανιάκις μὲν καὶ ἐν ὀλίγοις γίνεται, καὶ οὔτε πάντα ἄνδρα τούτου μετασχεῖν ῥᾴδιον, οὔτε ἐν παντὶ καιρῷ. ταύτῃ τοι καὶ τὸ παρ' Ἑβραίοις ἐπέλιπεν, οὐκοῦν οὐδὲ παρ' Αἰγυπτίοις εἰς τοῦτο σώζεται. Φαίνεται δὲ καὶ τὰ αὐτοφυῆ χρηστήρια ταῖς τῶν χρόνων εἴκοντα περιόδοις. ὃ δὴ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης καὶ πατὴρ Ζεὺς ἐννοήσας, ὡς ἂν μὴ παντάπασι τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποστερηθῶμεν κοινωνίας, δέδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν, ὑφ' ἧς πρὸς τὰς χρείας ἕξομεν τὴν ἀποχρῶσαν βοήθειαν.

IVLIANVS.

Diuinus enim ille afflatus qui homines C inuadit, raro sane & in paucis fit; nec quilibet eius particeps facile esse potest, nec quouis tempore. Proinde cessauit apud Hebræos, nec apud Ægyptios item perdurat adhuc. Sed videntur quidem genuina oracula cedere temporum conuersionibus. Quod quum hominum amans Iupiter dominus ac parens noster animaduertisset, ne omni prorsus societate cum Diis priuaremur, dedit nobis sanctarum artium obseruationem, per quam ad necessarios vsus sufficiens nobis auxilium D suppeteret.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Πνεῦμα μὲν οὖν ἐκ θεῶν ἐνθάδε τὸ τῶν ψευδομαντέων φησίν· ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς, ὑποπλάττεσθε τὸ ἐνθουσιᾶν; καὶ οἷον ἐν κατοχῇ μανικοῦ γεγονότας ὁρᾶσθε πνεύματος, ἵν' ἔχοι τὸ ψεῦδος τὸ εὐπαράδεκτον. Πλεῖστοι δὲ οὗτοι, καὶ πολυειδὴς ἦν αὐτοῖς τῆς γοητείας ὁ τρόπος. οἱ μὲν γὰρ ἦσαν οἰωνοσκόποι καὶ ἐμπυρομάντεις· οἱ δὲ καὶ ἀλφιτομαντεῖς· καὶ πρός γε τούτοις, ἡπατοσκόποι, καὶ τοὺς ἐκ τῶν θυσιῶν εἰς ἀέρα διάττοντας πολυπραγμονοῦντες καπνούς· οἱ δὲ, καὶ νεκυομάντεις, ἐγγαστρίμυθοι, καὶ τερατοσκόποι. τὸ ἐν τούτοις οὖν ἄρα πνεῦμα διαβολικὸν ἐκλελοιπέναι φησί. καὶ ἐπαινῶ γε τοὺς λόγους· πλὴν ἠγνόηκε τὴν αἰτίαν τοῦ καὶ ἀπρακτῆσαι τὸ ψεῦδος, ἀποσιγῆσαι δὲ, καθά φησιν αὐτὸς, αὐτοφυῆ χρηστήρια. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπέλαμψε τῷ κόσμῳ Χριστὸς, κατεδο-

CYRILLVS.

Afflatum diuinum hic appellat falsorum vatum instinctum, qui diuinum furorem ac fatidicam vim præ se ferre solebant, vt mendacium suum facile venditarent. Plurimi vero hi erant, & multiplex imposturæ modus. Alii enim auium inspectione, alii ex igne, alii e farinis, vaticinabantur. Adde his haruspices, & qui victimarum nidorem in E aëra erumpentem curiose scrutabantur. Erant & qui mortuorum vmbras euocarent, ventriloqui, & prodigiorum interpretes. In his igitur afflatum Diabolicum cessasse ait. Quæ verba laudo quidem & approbo: veruntamen caussam ignorauit, cur cessarit mendacium, & genuina, vt ipse ait, oracula siluerint. Postquam enim mundo Christus illuxit,

concuſſa eſt omnis illa Dæmoniorum tyrannis, &, velut ſcena quadam puerilibus crepundiis ſcatens, ſoluta fraus eſt, ac impuriſſimi execrandique Dæmones inferorum portis coerciti fuerunt, licet olim terram, quæ ſub ſole eſt, peruagati. Verum quo pacto natiua oracula temporum conuerſionibus obnoxia ſiluiſſe dicit? Nam ſi quis omnino vere Deus maioribus noſtris futura præmonſtrare ſuſceperit, quomodo ſic temporibus cedit, vt anguſtior eius cognitio ſit quam antea? At quomodo æternos illos Iulianus aſſerit, quum & tempore inferiores ſint, & tantum non veteraſcant, ita vt a noſtra conditione parum diſcrepent? Quoniam igitur ait, oracula ſiluerunt, ac forte conſeneſcens Pythius delirat, nec amplius verſutiarum modos nouit quibus fraudes nectat; dedit nobis Iupiter ſanctarum artium ope cognitionem, & auxilium. Quid agis, Iuliane? ſanctas & ſacras artes appellas execranda vaticinia & magorum præſtigias? & decere mortales vt eas perficere norint? Has in ſubſidium datas hominibus ais, & tanquam ab Ioue profectum vtiliſſimum auxilium? Recte quidem, amice: oportebat enim tuum regem ac parentem tam turpiter eſſe liberalem, vt ea dare videretur quæ a conſtitutis legibus diſcrepant, quæ ſi quis exercuerit, aut ſi forte patrantibus aliis duntaxat ignouerit, extremo ſupplicio dignus ſit. Quod autem ait, apud Hebræos ipſos propheticum ſpiritum defeciſſe; reſpondemus, Chriſtum finem legis ac prophetarum fuiſſe. Omnes enim quotquot olim fuerunt ſancti, & rerum futuram præſcii, immiſſa a Deo per ſanctum Spiritum cognitione, Chriſti myſterium proclamarunt. Poſteaquam autem aduenit ipſe, ac mortalibus apparuit, ceſſauit quidem prophetæ veteris gratia, Deus autem nunc quoque ſanctis pro ſua voluntate inſpirat futura, & in ſanctis animabus habitat. Quamobrem ne dicat ſpiritum defeciſſe, ſed nos in nouitatem gratiæ tranſlatos. Porro quaſi ipſi ſuperior oratio probetur, aliam adiungit & ait:

A νήθη πᾶσα ἡ τυραννὶς τῶν δαιμονίων, καὶ οἷα
τις σκηνὴ μειρακειωδῶν ἀθυρμάτων ἔμπλεως ἡ
ἀπάτη λέλυται, καὶ ταῖς τοῦ ᾅδου πύλαις γε-
γόνασι κάτοχοι, καίτοι πάλαι τὴν ὑφ' ἡλίῳ πλα-
νήσαντες οἱ παμβέβηλοί τε καὶ ἀλιτήριοι δαίμο-
νες, πλὴν ἐκεῖνο φραζέτω. Τίνα δὴ τρόπον τὰ
αὐτοφυῆ χρηστήρια ταῖς τῶν χρόνων εἴκοντα πε-
ριόδοις σιγῆται φησί; καίτοι πῶς εἴπερ τις ἦν ὅ-
λως ἀληθῶς Θεὸς ὁ τὰ ἐσόμενα τοῖς πάλαι κα-
B ταση μαίνειν ἐπιχειρῶν ἡττᾶται καιρῶν, ἐπὶ τὸ
μεῖον, ἢ πρὶν, κατανηνεγμένης τάχα που τῆς
ἐν αὐτῷ γνώσεως; εἶτα πῶς αἰωνίους αὐτοὺς εἶναι
φησὶ, καίτοι κατόπιν ἰόντας χρόνου, καὶ μονονουχὶ
παλαιωσιν ὑπομένοντας, ὡς τῶν καθ' ἡμᾶς ὀ-
λίγῳ διενεγκεῖν; Ἐπειδὴ τοίνυν φησὶ, σεσιγήκασι
τὰ χρηστήρια καὶ τάχα που γεγηρακὼς ὁ Πύθιος,
ἔξω βέβηκε φρενός, καὶ τῶν εἰς ἀπάτην ψευ-
σμάτων οὐκ οἶδεν ἔτι τρόπους, δέδωκεν ἡμῖν ὁ
Ζεὺς τὴν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν καὶ
C ἐπικουρίαν. Τί δρᾷς, ὦ γεννάδα; τέχνας ἄρα σε-
πτάς τε καὶ ἱερὰς τὰς ἐπαράτους ψευδομαν-
τείας, καὶ μέντοι καὶ γοητείας εἶναι φῄς, καὶ πρὸς
καλοῦ γενέσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς τὸ εἰδέναι περαίνειν
αὐτάς; ταύτας πρὸς ἐπικουρίαν ἀνθρώποις δε-
δόσθαι φῄς, ἥκειν τε αὐτοῖς τὸ δῶρον ὡς ἐκ Διὸς
ἐπικούρημα χρειωδέστατον; ὀρθῶς γε, ὦ τᾶν. ἔδει
γὰρ ἔδει τὸν σὸν πατέρα καὶ βασιλέα, ταῖς οὕ-
τως αἰσχραῖς κεχρῆσθαι φιλοτιμίαις, ἵνα φαίνη-
ται διδοὺς ἃ καὶ τοῖς καθεστηκόσιν ἀπᾴδει νόμοις,
D καὶ ταῖς ἐσχάταις ἐνόχους δίκαις ἀποφήνειαν ἂν
τοὺς ἐξησκηκότας, ἢ τάχα που καὶ μόνον ἑτέροις
ταυτὶ πεπραχόσι συνεγνωκότας. Ἐπειδὴ δέ φησι
καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἑβραίοις τὸ προφητικὸν ἐκ-
λελοιπέναι πνεῦμα, φαμὲν, ὅτι τέλος νόμου καὶ
προφητῶν γέγονεν ὁ Χριστός. ἅπαντες μὲν γὰρ
οἱ κατὰ καιροὺς γεγονότες ἅγιοι, καὶ τῶν ἐσομένων
λαβόντες τὴν γνῶσιν, ἐνέντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ
διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ Χριστοῦ μυστή-
ριον προανακεκράγεσαν. ἐπειδὴ δὲ παρῆλθεν εἰς
E μέσον αὐτὸς, ἐπιφανέντε τοῖς ἐπὶ γῆς, ἠρέμησε
μὲν τῆς ἀρχαίας προφητείας ἡ χάρις ἐνηχεῖ
δὲ καὶ νῦν τοῖς ἁγίοις Θεὸς κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν τὰ
ἐσόμενα, καὶ ψυχαῖς ὁσίαις ἐναυλίζεται. Οὐκ-
οῦν μὴ ἐκλελοιπέναι λεγέτω τὸ πνεῦμα, ἀλλ'
εἰς καινότητα χάριτος μετοικισθῆναι τὰ καθ' ἡ-
μᾶς. ὡς δὲ ἐν τοῖς ἤδη φθάσασιν εὐδοκιμοῦν-
τος αὐτῷ τοῦ λόγου, προσεπιφέρει καὶ ἕτερον καὶ
φησίν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

A

Ἔλαθέ με μικροῦ τὸ μέγιστον τῶν Ἡλίου καὶ Διὸς δώρων. εἰκότως δὲ αὐτὸ ἐφύλαξα ἐν τῷ τέλει. καὶ γὰρ οὐκ ἴδιον ἐστὶν ἡμῶν μόνον, ἀλλ' οἶμαι κοινὸν πρὸς Ἕλληνας, τοὺς ἡμετέρους συγγενεῖς. Ὁ γὰρ Ζεὺς, ἐν μὲν τοῖς νοητοῖς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Ἀσκληπιὸν ἐγέννησεν. εἰς δὲ τὴν γῆν διὰ τῆς Ἡλίου γονίμου ζωῆς ἐξέφηνεν. οὗτος ἐπὶ γῆς ἐξ οὐρανοῦ ποιησάμενος πρόοδον, ἑνοειδῶς μὲν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ περὶ τὴν Ἐπίδαυρον ἐφάνη. B πληθυνόμενος δὲ ἐντεῦθεν ταῖς προόδοις, ἐπὶ πᾶσαν ὤρεξε τὴν γῆν τὴν σωτήριον ἑαυτοῦ δεξιάν. ἦλθεν εἰς Πέργαμον, εἰς Ἰωνίαν, εἰς Τάραντα μετὰ ταῦθ', ὕστερον ἦλθεν εἰς τὴν Ῥώμην. ᾤχετο εἰς Κῶ. ἐνθένδε εἰς Αἰγάς. εἶτα πανταχοῦ γῆς ἐστὶ καὶ θαλάσσης, οὐ καθ' ἕκαστον ἡμῶν ἐπιφοιτᾷ, καὶ ὅμως ἐπανορθοῦται ψυχὰς πλημμελῶς διακειμένας καὶ τὰ σώματα ἀσθενῶς ἔχοντα.

IVLIANVS.

Pene me fugit Solis & Iouis donorum maximum. Nec abs re seruatum est ad finem. Non enim nostri duntaxat proprium est, sed Græcis, vt arbitror, commune nostris gentilibus. Iupiter enim inter ea, quæ mente cernuntur, ex se genuit Æsculapium. In terram autem per fœcundi solis vitam editus est. Hic e cælo in terram progressus hominis forma vnice quidem circa Epidaurum apparuit. Inde longius prouectus in omnem terrarum orbem salutarem dexteram extendit. Pergama profectus peragrauit Ioniam, inde Tarentum, ac postremo Romam. Tum Co insulam & Ægas petiit. Tandem vbique terrarum & maris est, nec ad vnumquemque nostrum priuatim commeat, sed ad omnes: veruntamen animos erigit vitiis deditos, & corpora infirmitate laborantia.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

C

Σοβαρεύεται μὲν οὖν Διὸς ἐκφῦναι λέγων τὸν Ἀσκληπιὸν ἐν τοῖς νοητοῖς, ὦφθαι γε μὴν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ. ὁ γάρ τοι παρὰ πᾶσι λόγος, ἐκ Κορωνίδος αὐτὸν καὶ Ἀπόλλωνος γενέσθαι βούλεται, μεμοιχευμένης κατὰ τὸ εἰκὸς παρά του τῶν ἱερῶν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ. οὑτοσὶ δὲ σεμνόν τι καὶ μέγα περὶ αὐτοῦ καὶ φρονεῖ καὶ λέγει, ψευδοεπὴς ὢν ἀεί· καίτοι τοῖς Ἑλλήνων λογάσι πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀπηχῆ γέγραπται περὶ αὐτοῦ· D Ἆπις μὲν γάρ ὁ Αἰγύπτιος, οὐκ ἄσημος τῶν αὐτόθι τεμενιτῶν γεγενῆσθαι λέγεται, καὶ τῆς καλουμένης φυσικῆς φιλοσοφίας συνειλοχέναι τὴν ἐπιστήμην· τουτονὶ καὶ πρῶτόν φασι τὴν ἰατρικὴν εὐτεχνίαν μεταχειρίσασθαί τε καὶ ἀνευρεῖν ἄμεινον, ἢ οἱ πρὸ αὐτοῦ γεγονότες· παραδοῦναι δὲ καὶ Ἀσκληπιῷ, ὃς ἐπείπερ τῆς τέχνης γέγονεν ἐν καλῷ, οὐκέτι ταῖς Αἰγυπτίων πόλεσιν ἐμφιλοχωρεῖν ἠνέσχετο. ἀλλὰ γὰρ ἐρασιχρήματός τε ὑπάρχων, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἐκτόπως ἡττώμενος, E πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν περιεφοίτησε χώραν, ἐρανιζόμενος τὰ παρὰ πολλῶν, ὤνιόν τε προθεὶς τοῖς ἀλγοῦσι τὸ ἐπιτήδευμα. ἀρθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς τέχνης καὶ μέγα φρονήσας ἐπ' αὐτῇ, καὶ Θεὸν ἑαυτὸν ὠνόμαζε, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι τινὰς δύνασθαι παραληρῶν ἐφαντάζετο. Προσβαλὼν δὲ τοῖς Ἐπιδαυρίοις, καὶ δόξαν ἁρπάσας οὐκ ἀγεννῆ παρ' αὐτοῖς, τοῦ καὶ Θεός εἶναί τις, βάλλεται κεραυνῷ, ποινὴν αὐτῷ τὴν πρεπωδεστάτην ἐπαφέντος Θεοῦ,

CYRILLVS.

Triumphat igitur, quum ait Æsculapium ab Ioue prognatum inter ea, quæ mente cernuntur, tamen visum esse in hominis figura. Est [illegible] vulgata hæc apud omnes oratio ex Apolline & Coronide prognatum ab aliquo sacerdote in Apollinis templo. vt verisimile est, stuprata. Hic autem augustum nescio quid & magnum de ipso sentit ac loquitur, vsque mendax, quamuis Græcorum principes plurima de illo absurda scripserint. Apis enim Ægyptius, non obscurus inter eos, qui illic erant, templi minist[ros], [f]uisse dicitur, & naturalis philosophiæ sc[ienti]am comprehendisse. Hunc [illegible] artem medicam aggre[illegible] felicius tractasse & reperisse, quam anteriores, eamque Æsculapio tradidisse [illegible] artem apprime calleret, n[on] amplius in Ægyptiorum oppidis morari [illegible], sed mira pecuniæ turpisve quæstus cupiditate victus, omnem, vt verbo dicam, regionem peragrau[it], pecuni[a]m corrogans, artemque venalem ægris proponens. Quare elat[us] ac fastu turgidus, & Deum seipsum ap[pella]uit, & a mortuis quosdam ex[illegible]citandi sibi vim [illegible] est [illegible]ginatus. Appulsus [illegible] Epi[daur]um [illegible] quum diuinitatis gloriam [illegible] puisset, fulmine ictus [illegible], iustam illi pœnam immitt[illegible],

atque hoc facto declarante nihil, prorsus illum esse, quam terram ac puluerem. Ceterum operæ pretium est videre quæ de illo canit vates Lyricus ille Pindarus:

Peruertit illum quoque ingenti pretio
Aurum, in manibus apparens:
Quare manibus Saturnius
Iaculatus per amborum pectora, respirationem
Statim ademit, ardensque fulmen
Irruens immisit mortem.

Quinetiam Euripides Tragicus his vocibus vsum Apollinem ait:

Iupiter enim in causa est, qui filium meum
Æsculapium occidit, pectoribus iniecta flamma.

Qui ergo maximum & eximium Iouis ac Solis donum, vt vocat Iulianus, igne comburebat Deus, is cuius æquitate res humanæ ponderantur, & pro dignitate cuique præmia forsan, aut pœnæ decernuntur? Sed medicina vitæ profuit, inquit. Num ergo Deos idcirco etiam renuntiabimus, qui hanc artem apprime calluerunt? Atqui videre licet alias scientias, & artes quoque illiberales, non frustra repertas, immo rebus humanis longe vtilissimas. Numquid igitur iis, qui aut illas principio coluerunt, aut certe in qualibet præ ceteris excelluerunt, diuinitatis honorem tribuemus? Si ergo diuinum quippiam egit filius Coronidis: si effossis oculis, lumen cæcis indidit: si mortuos ad vitam redire iussit: si claudis officium gradiendi restituit, & rectis pedibus domum lætos reuerti mandauit: hoc obtineat a nobis, vt illum suspiciamus. Sin autem in curandis ægris nonnullis clarus euasit, laudetur quidem ipse quod medicam peritiam optime tractauerit, non tamen proinde contemnat illud Nosce teipsum. Auarum igitur ac superbum medicum Deum fecit hic vir optimus, & in eo rursus elato certe arrogantique supercilio ita loquitur:

IVLIANVS.

Quid vero tale datum a Deo gloriantur Hebræi, ad quos a nobis vos transfugisse persuasum est? Illorum igitur sermonibus si aures præbuissetis, non infelici loco prorsus essetis, sed deterius quidem quam antea, cum in eis nos versamini, leuia tamen sustinueretis ac tolerabilia. Vnum enim pro multis Deum non hominem, imo multos potius infelices homines cole-

A καὶ διὰ τῶν παθῶν ἐξελέγχοντος οὐδὲν ὄντα παντελῶς, πλὴν ὅτι γῆν ἐπαφέντος (–εῦ καὶ σποδόν. Οἷα δὲ περὶ αὐτοῦ φησὶν ὁ μελοποιὸς Πίνδαρος, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν.

Ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς, ἐν χερσὶ φανεὶς, Pyth. Od. 3.
–Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων
Ῥίψας δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν στέρνων καθεῖλεν
Ὠκέως, αἴθων δὲ κεραυ-
B νὸς ἐπέσκηψε μόρον.

Καὶ μὴν καὶ ὁ Τραγῳδὸς Εὐριπίδης εἰπεῖν τὸν Ἀπόλλω διατείνεται·

Ζεὺς γὰρ κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν αἴτιος
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

Εἶτα πῶς τὸ μέγιστον καὶ ἐξαίρετον τῶν Διὸς καὶ Ἡλίου δώρων, καθά φησιν αὐτὸς, πυρὶ κατεπίμπρη Θεὸς, καίτοι ψήφῳ δικαίᾳ ταλαντεύων τὰ ἀνθρώπινα, ἀναλόγως δὲ καὶ εἰκότως τοῖς ἑκάστου τρόποις διανέμειν εἰδὼς, ἢ γέρα τυχὸν, ἢ δίκας.

C Ἀλλὰ γὰρ ὤνησε τὸν βίον, φησὶν, ἰατρική. ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο καὶ Θεοὺς ἄξιον ἀνειπεῖν τοὺς γεγονότας αὐτῆς ἐν καλῷ; καίτοι καὶ τὰς ἑτέρας τῶν ἐπιστημῶν, καὶ τέχνας δὲ βαναυσικὰς οὐ μάτην ἐξευρημένας, χρειωδεστάτας δὲ μᾶλλον τοῖς ἀνὰ τόνδε τὸν βίον, καταθρῆσαί τις ἄν. ἆρ' οὖν τοὺς ἐπιτηδεύσαντας ἐν ἀρχαῖς, ἤγουν ἐν ἑκάστῃ διαπρεπεστέραν παρὰ τοὺς ἄλλους λαχόντας τὴν δόξαν, τῇ τῆς θεότητος τιμῇ στεφανώσομεν; Εἰ μὲν οὖν εἴργασταί τι τῶν θεοπρεπῶν ὁ Κορωνίδος υἱός· εἰ τυφλοῖς ὀμμάτων

D ἐρρυηκότων ἐνῆκε τὸ φῶς· εἰ παλινδρομεῖν ἐκέλευσε τοῖς τεθνεῶσιν εἰς ζωήν· εἰ τοὺς ἐν πηρώσει σκελῶν ἀρτίποδας ἀποφῆναι οἴκαδε χαίροντας ἰέναι προστέταχε, καταπλουτείτω καὶ πρὸς ἡμῶν τὸ χρῆναι θαυμάζεσθαι. εἰ δὲ γέγονεν εὐδόκιμος περί τινας τῶν ἠρρωστηκότων, ἐπαινείσθω μὲν καὶ αὐτὸς ὡς ἄριστα μετελθὼν τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας τὸ χρῆμα. μὴ μὴν ἔτι καὶ ἀτιμαζέτω τὸ Γνῶθι σαυτόν· φιλόπλουτον τοίνυν καὶ ἀλαζόνα τεθεοποίηκεν ἰατρὸν ὁ πανάριστος οὑτοσὶ, καὶ δὴ καὶ ἀγέρωχον ἀ-

E ναστάσας ὀφρῦν ἐπ' αὐτῷ δὴ πάλιν οὕτω φησί·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τί δὲ τοιοῦτον Ἑβραῖοι καυχῶνται παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδόσθαι, πρὸς οὓς ὑμεῖς ἀφ' ἡμῶν αὐτομολήσαντες πείθεσθε; εἰ τοῖς ἐκείνων γοῦν προσείχετε λόγοις, οὐ παντάπασιν ἐπεπράχειτε δυστυχῶς, ἀλλὰ χεῖρον μὲν ἢ πρότερον, ὁπότε συν ἡμῖν τε εἶστε [illegible] πεπόνθειτε ἂν καὶ φορητά. Ἕνα γὰρ ἀντὶ πο[illegible] σέβεσθε ἂν οὐκ ἄνθρωπον, μᾶλλον καὶ πολλοὺς [illegible]

δυστυχεῖς. καὶ νόμῳ σκληρῷ μὲν καὶ τραχεῖ, καὶ **A** πολὺ τὸ ἄγριον ἔχοντι καὶ βάρβαρον, ἀντὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐπιεικῶν καὶ φιλανθρώπων χρώμενοι, τὰ μὲν ἄλλα χείρονες ἂν ἦτε, ἁγνότεροι δὲ, καὶ καθαρώτεροι τὰς ἁγιστείας· νῦν δὲ ὑμῖν συμβέβηκεν ὥσπερ ταῖς βδέλλαις, τὸ χείριστον ἕλκειν αἷμα ἐκεῖθεν, ἀφεῖναι δὲ τὸ καθαρώτερον.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Πλεῖστα μὲν οὖν ὅσα καὶ ἀξιόληπτα τὰ τοῖς Ἑβραίοις δεδωρημένα, καὶ ἅπερ ἀγάσαιτό τις καὶ **B** μάλα ἐν δίκῃ, παρὰ τοῦ τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντος Θεοῦ, καταδείξαι τις ἄν. τοιοῦτο γε μὴν οὐδὲν, ὁποῖον σφᾶς αὐτοὺς αὐχοῦσι λαβεῖν παρά τε Ἡλίου καὶ Διὸς οἱ τῆς ἀληθείας ἀποφοιτήσαντες. Ἔδει γὰρ ἔδει, οὓς μὲν αὐτοί φασι πολιούχους τε καὶ ἐθνάρχας Θεοὺς ἤτοι δαίμονας, τὰ ταῖς ἑαυτῶν βδελυρίαις ἐοικότα χαρίζεσθαι. τὸν δέ γε τῶν ὅλων κρατοῦντα καὶ βασιλεύοντα, φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, τοὺς τὰ **C** αὐτοῦ σέβοντας κράτη, καὶ οἷον γνησίους ὑπασπιστὰς, ἀκεστὰς ψυχῶν καὶ σωμάτων χειροτονῆσαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, Ἡλίαν ἐκεῖνον τὸν Θεσβίτην, Ἐλισσαῖον, τοὺς ἄλλους, οἳ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαπρεπεστάτην ἐν ἀρεταῖς τὴν δόξαν ἀπεκληρώσαντο· τοὺς κατὰ Χριστὸν γεγονότας, Πέτρον δὴ λέγω, καὶ Ἰωάννην, καὶ τοὺς ἑτέρους, ὧν καὶ μόναι τῶν σωμάτων αἱ σκιαὶ τοῖς ἀρρωστοῦσι ἐπήρκεσαν εἰς ἀπότριψιν τοῦ κακοῦ· τὸν ἔκκριτον Παῦλον, τοὺς μετ' αὐτὸν γεγονότας, καὶ παρήσω **D** μὲν τοὺς καθ' ἕκαστον λέγειν. Ἔξεστι δὲ καὶ εἰς δεῦρο τοῖς βουλομένοις ὁρᾶν ἄνδρας σεπτοὺς καὶ ἁγίους ἐν δυνάμει Χριστοῦ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πονηροῖς ἐπιτιμῶντας δαίμοσιν, καὶ οὓς ἐκεῖνοι Θεοὺς καὶ σωτῆρας εἶναι πιστεύουσι, τῇ τῆς προσευχῆς δυνάμει συντρίβοντας, καὶ τῇ τῆς χειρὸς ἀφῇ καταικίζοντας, καὶ μὴν καὶ ποικίλων ἀρρωστημάτων ἐλευθεροῦν ἰσχύοντας τοὺς ἐνισχημένους. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τοῦ ψεύδους καταγνωκόσι καὶ τῆς Ἑλλήνων ἀπάτης μονονουχὶ κατακεκραγόσι καὶ ἀνθηρημένοις ἐμφρόνως τὸ ἀληθὲς, **E** ἐπεγνωκόσι δὲ τὸν φύσει Θεὸν καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν, ἐπιφύεται λέγων· ὅτι τοῖς Χριστιανῶν προσεσχηκότες λόγοις ἠπάτησθε· καὶ οὐχ ἕνα μὲν ἔτι σέβεσθε Θεὸν, ἄνθρωπον δὲ μᾶλλον καὶ πολλοὺς ἑτέρους δυστυχεῖς, καὶ νόμῳ σκληρῷ καὶ ἀγρίῳ καὶ βαρβάρῳ κατεζευγμένους· ἀναγκαῖον οἶμαι καὶ πρός γε ταυτὶ τοὺς ἐπικουρεῖν ἰσχύοντας ἀντανατῆσαι λόγους. Ἄνθρωπον μὲν οὖν

retis. Et dura quidem ac aspera lege & agresti barbarie plena, pro facilibus ac benignis vestris vtentes, in ceteris quidem deteriores essetis, sed quod ad cultus attinet, sanctiores atque puriores. Nunc autem vobis idem quod hirundinibus contigit: corruptissimum sanguinem inde trahitis, puriorem relinquitis.

CYRILLVS.

Plurima sane Hebræis præstabilia nec pœnitenda ab vniuersi rectore Deo data esse, quilibet facile demonstrauerit: veruntamen nihil tale esse, quale se ab Sole & Ioue suscepisse gloriantur, qui a veritate recesserunt. Oportebat eos certe, quos vrbium gentiumque principes ac rectores ipsi vocant, Dæmones nempe, suis execrationibus consentanea dona largiri. Vniuersi autem rectorem ac moderatorem, qui natura ac veritate Deus est, suæ potentiæ cultores ac veluti natiuos satellites curandis corporibus animisque mortalium præficere; Eliam illum Thesbiten, Elisæum, alios, qui tum temporis illustri virtutum gloria floruerunt. Qui Christi tempore fuerunt, Petrum dico & Ioannem, aliosque, qui vmbra sola corporum ægritudines sanabant: Paulum eximium, & qui post illum fuerunt, quos singillatim non recensebo. Licet autem hodieque videre sanctos ac venerabiles viros in virtute Christi per Spiritum sanctum impuros Dæmonas increpare, & quos illi Deos ac seruatores esse credunt, orationis virtute conterere, & manus contactu cruciare: quinetiam ea vi præditos, vt variis ægritudinibus oppressos liberare valeant. Quoniam autem eos adoritur qui mendacium damnarunt, & aduersus Græcorum fraudem tantum non vociferati sunt, ac veritatem prudenter amplexati, Deumque natura & vniuersi creatorem agnouerunt, his verbis illos inuadens: *Vos Christianorum verbis aures adhibentes decepti estis, nec vnum tantum etiamnum Deum colitis, sed hominem potius, & plures alios miseros, eosque legi duræ, agresti ac barbaræ subditos;* parem iis refellendis orationem opponendam existimo. Hominem igitur

Chriſtum nominat: plebeios autem ac miſeros quum dicit, ſanctos martyres intelligit, quos etiam duræ legi ſubditos ait, propterea quod Dominus
Matt. 10. noſter Ieſus Chriſtus dixit: *Ne timeatis ab his, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt: timete autem potius eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.* Nos autem, Iuliane, hoc tibi reſpondemus: Non, vt exiſtimas, hominem Deum fecimus, nec eum, qui natura Deus non ſit, adorandum ſuſcipimus; ſed ipſum potius, quod ex Patre prodiit, Verbum, per quod in ortum omnia producta ſunt, quod quum genus humanum ſeruare decreuiſſet, incarnatum & hominem factum fuiſſe dicimus, & in forma hominis ex ſancta Virgine prodiiſſe, vt quoniam inacceſſa eſt, nec vllo modo comprehendi aut aſpici poteſt diuina & ineffabilis eius gloria, temporibus quibuſdam definitis, velut vnus ex nobis, in quantum homo apparuit, ex diuina diſpoſitione conuerſans cum hominibus, quis ille natura & ſolus ſit vniuerſi Deus, in animos induceret, omniſque virtutis peritos, falſiſque Diis ſolutos per ſanctificationem ſibi coniungeret, deſtructo omni principatu, & omni poteſtate, nefarioque dominatu. Non igitur, quemadmodum tute ais & putas, hominem merum colimus: nullo modo; ſed hominem, qui apparuit, Dei Verbum agnoſcentes, vt Deum adimus, in quantum & Deus eſt, & ex Deo Patre prodiit, immutabilis & conuerſionis expers exiſtens. Quod myſterium de illo ſubtiliter & accurate ſapientiſſimus Moſes prædixit, ſanctique prophetæ, Moſi conſentanea locuti. Sanctos porro martyres, neque Deos eſſe dicimus, neque diuino cultu ſcilicet illos adorare ſolemus, ſed affectus & honoris: quin potius ſummis honoribus illos ornamus, puta quod pro veritate ſtrenue certauerint, ſinceritatemque fidei eo vſque ſeruarint, vt animam ipſam contemſerint, repudiatisque mortis terroribus periculum omne [illegible] erint, & virtutis adeo mirabilis [illegible]os veluti quaſdam imagines vitæ hominum propoſuerint. Quare nihil eſt abſurdi immo vero neceſſe erat, eos, qui tam claris facinoribus excelluerunt,

A ὀνομάζει Χριςόν· πολλὰς δὲ καὶ δυςυχεῖς τὰς ἁγίας μάρτυρας, ἃς καὶ ὑπὸ νόμῳ φησὶ γενέσθαι σκληρῷ, διάτοι τὸ φάναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριςόν· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. ἡμεῖς δὲ, ὦ κράτιςε, φαίημεν ἂν, οὐχ, ὡς σὺ νενόμικας, τεθεοποιήκαμεν
B ἄνθρωπον, καὶ τὸν οὐκ ὄντα φύσει Θεὸν ἀξιοῦμεν προσκυνεῖν, αὐτὸν δὲ δὴ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ προαπεφηνότα λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, διασῶσαι κρίναντα τὸ ἀνθρώπινον γένος, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι φαμὲν, καὶ προελθεῖν ὡς ἄνθρωπον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἵν' ἐπειδήπερ ἀπρόσβλητός τε ἐςὶ καὶ κατ' οὐδένα τρόπον οἰςὴ, μᾶλλον δὲ καὶ ἄποπτος παντελῶς· ἡ θεία τε καὶ ἀπόῤῥητος αὐτοῦ δόξα, χρόνους τινὰς ὡρισμένους, ὡς εἷς
C ἐξ ἡμῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, οἰκονομικῶς συνδιαιτώμενος τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τίς μὲν ὁ φύσει καὶ μόνος τῶν ὅλων ἐςὶ Θεὸς, ἀναπείσῃ φρονεῖν, ἀρετῆς δὲ ἁπάσης ἀποφήνας ἐπιςήμονας, ἑαυτῷ συνάψῃ δι' ἁγιασμοῦ, καταργήσας πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν πονηρὰν, καὶ τῶν ψευδωνύμων ἀπαλλάξας Θεῶν. Οὔκουν οὐ, καθάπερ οἴει καὶ λέγεις καὶ φρονεῖν ἀξιοῖς, ἀνθρωπολατρία τὸ χρῆμα. πόθεν· ἄνθρωπον δὲ πεφηνότα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐπιγινώ-
D σκοντες πρόσιμεν ὡς Θεῷ, καθὸ καὶ Θεός ἐςι, καὶ ἐκ Θεοῦ πέφηνε πατρὸς, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὤν. ἰσχνῶς τε καὶ ἀκριβῶς τὸ περὶ αὐτοῦ μυςήριον προαναφωνήσαντος μὲν τοῦ πανσόφου Μωσέως, συμβαινουσαν δὲ τοῖς ἐκείνου λόγοις καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ποιουμένων τὴν προαγόρευσιν. Τοὺς γε μὴν ἁγίους μάρτυρας, οὔτε θεοὺς εἶναί φαμεν, οὔτε προσκυνεῖν εἰθίσμεθα λατρευτικῶς δηλονότι, ἀλλὰ σχετικῶς καὶ τιμητικῶς. ςεφανοῦμεν δὲ μᾶλλον ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς, ὡς
E τῆς ἀληθείας γενναίως ὑπεραθλήσαντας, τετηρηκότας δὲ οὕτω τὸ ἐν πίςει γνήσιον, ὡς καὶ αὐτῆς ἀφειδῆσαι τῆς ψυχῆς, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου δείμασιν εἰπόντας τὸ χαίρειν, καταμεγεθῆσαι μὲν κινδύνου παντὸς, καὶ εὐανδρίας δὲ τῆς οὕτω τεθαυμασμένης οἱονεί τινας εἰκόνας, τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀναςῆσαι τῷ βίῳ. Τὸ ἀπεικὸς οὖν οὐδὲν, μᾶλλον δὲ ἦν δήπου καὶ ἀναγκαῖον, τοὺς οὕτω λαμπροῖς ἐπαυχήσαντας κατορθώμασι, τὰς ἀτε-

λευτήτοις ϛεφανοῦσθαι τιμαῖς. Ἀκατηγόρητον δὲ A τὸ χρῆμα ὑπάρχον, καὶ παρ' αὐτοῖς εὑρήσομεν τοῖς Ἑλλήνων ἀρχαιοτέροις. τοὺς γὰρ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τοὺς ὕϛερον τῇ Ξέρξου ϛρατιᾷ γενναίως μεμαχημένους, ὡς εὐκλεᾶ θάνατον ὑπομείναντας ἔθος τοῖς Ἀθήνησιν ἦν τοῖς καθ' ἕκαϛον ἔτος ἐγκωμίοις ϛεφανοῦν, ἐπ' αὐτοῖς τοῖς μνήμασι συναγηγερμένοις. Εἶτα πῶς ὁ πανάριϛος οὗτος τὸ χρῆναι τιμᾶν ἁγίους οὐκ ἀνεύθυνον ἐᾷ; καί τοι B φησὶ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων περί τε τῶν ἄριϛα βιοῦν ἑλομένων καὶ τεθνεώτων οὐκ ἀγεννῶς· τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς δαίμονας γεγονότας τεθνεῶτας οὕτω θεραπεύσομέν τε καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα νομιοῦμεν, ὅταν τις γήρᾳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσι. Καὶ ταυτὶ μὲν ὁ σὸς, ὦ κράτιϛε, Πλάτων. ἡμεῖς δὲ, ὡς ἔφην, οὐ Θεοὺς γενέσθαι φαμὲν τοὺς ἁγίους μάρτυρας, αἰδοῦς δὲ ἁπάσης C ἀξιοῦν εἰθίσμεθα, καὶ τιμῶμεν αὐτῶν τὰς θήκας τῆς οὕτω λαμπρᾶς εὐανδρίας, καθάπερ ἐν τάξει γερῶν καὶ ἀντιμισθίας τὴν ἀμάραντον αὐτοῖς κατατιθήμενοι μνήμην. Ἐπειδὴ δὲ διαλοιδορεῖται μάτην τοῖς πιϛεύσασιν εἰς Χριϛὸν, ὡς ἀσυνέτως ἀνθῃρημένοις τοῦ χρῆναι λατρεύειν Θεῷ ἑνὶ πολλοὺς ἀθέους ἀνθρώπους, καταδεῖξαι πειράσομαι τῆς Ἑλλήνων ἀμαθίας τὰ ἐγκλήματα, τοῖς ἀληθείας προσκυνηταῖς ἀνοσίως ἐπηντληκότα. Τεθύκασι γὰρ ἀνθρώποις αὐτοὶ, καὶ τοῦτο αἰσχροῖς τε καὶ ἀ- D σελγέσι, καὶ πάντα τρόπον νοσοῦσι διαβολῆς· ὁποῖός τις ἦν, ὃν Ἀλκμήνης καὶ Διὸς γενέσθαι φασὶν, ὁ διαβόητος Ἡρακλῆς· ᾧ τόν μέγαν καὶ ἐξαίρετον ἀνάπτουσιν ἆθλον, τὸ ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα διακορῆσαι παρθένους. τετίμηνται δὲ καὶ ἕτεροι δόξῃ Θεοῦ παρ' αὐτοῖς, ὁ ἐκ Θηβῶν Ἑρμῆς, ὁ Μεμφίτης Ἀσκληπιὸς, Διόσκουροί τε πρὸς τούτοις, Ἆπις τε καὶ Ὄσιρις. καὶ σιωπῶ τὸν Σεμέλης τὸν ἀσελγῆ καὶ βέβηλον· προσεποίσω δὲ E καὶ τὸν Κλεομήδην, ὃν ἐν τῷ πυκτεύειν φασὶν ὡς ὠμός τε ἦν καὶ ἀπηνὴς, καὶ θηρσὶν ἀγρίοις ὀλίγα παραχωρῶν· καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ Πύθιος, ἐκ τῶν ἱερῶν ἐφώνει τριπόδων, καθάπερ αὐτοὶ φασίν·

Ὕϛατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀϛυπαλαιεὺς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶσθ' ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα.

Λαμπρὰ τῆς ἀπανθρωπίας χαρίζῃ τὰ γέρα τοῖς ἀθλοῦσι, ὦ Πύθιε. ὦ τῆς ἡμερότητος τῶν

A ornari perpetuis honoribus. Quod quidem reprehensionē carere, vel apud ipsos Græcorum vetustissimos comperiemus. Athenis quippe, facto ad eorum monumenta concursu, qui pro vniuersa Græcia Marathone primum in discrimen adducti, & qui postea contra Xerxis exercitum fortiter pugnarant, vtpote qui gloriosam mortem obierant, laudes illorum quotannis celebrari solitum erat. Præterea, cur bonus iste B vir sanctorum venerationem reprehensione liberam esse non sinit? Nam & ipse Plato de hominibus, qui optime vixerint, ac fortiter occubuerint, sic inhit: *Reliquo vero tempore mortuos, tanquam Genios quosdam, colemus, eorumque loculos adorabimus. Eadem statuemus qu[...]a senectute, aut alio quouis pacto, decesserit aliquis eorum, qui eximia bonitate in vita praecelluisse iudicati fuerint.* Atque hæc quidem tuus, o bone, Plato. Nos autem, vti dixi, C non dicimus sanctos Martyres fuisse Deos: sed illos omni veneratione prosequi solemus, eorumque loculos honoramus, tam claræ virtutis remunerationem veluti quandam ac præmium ipsis immarcessibilem memoriam reponentes. Quoniam autem credentes in Christum frustra conuiciis appetit, quasi vnius Dei cultui multitudinem hominum, in quibus nihil est diuini, stulte prætulerint; ostendere conabor inscitiæ Græcanicæ criminationes in veritatis cultores impie effusas. Sacra D enim ipsi fecerunt hominibus, iisque flagitiosis & impudicis, omnique vitio laborantibus: qualis sane fuit celeberrimus ille Hercules, quem Ioue & Alcmena prognatum dicunt, cui magnum eximiumque certamen attribuunt, quod nocte vna quinquaginta virgines stuprarit. Alii quoque diuinitatis honorem apud illos nacti sunt, Thebanus ille Mercurius, Æsculapius Memphiticus, Castor & Pollux, E Apis & Osiris. Taceo Semeles filium impurū illum ac profanum: Cleomedem vero his addam, quem in pugilatu crudelem & inhumanum fuisse perhibent, ferisq; agrestibus haud multum cedentem. Quam ob caussam laudans illū Pythius e sacris tripodibus hoc, vt aiunt, protulit:

Vltimus herorum Cleomedes Astypalæus
Quem sacrificiis colitis quasi non amplius sit mortalis.

Egregia crudelitatis præmia largiris luctatoribus, Pythie; o Deorum clemen

clementiam! o lenitatem! in Deorum numerum adscribitur scelestus & homicida: quæ res illos vtique decebat. Alexandrum vero Philippi filium tertium ac decimum Deum nuncupare eius ætatis hominibus placuit. Quin & Alexander ipse vnum e suis familiaribus, qui sibi infamium muliercularum administer fuerat, (Hephæstion hic erat) Deum renunciauit, altarique & sacrificiis coli iussit. At si quis velit omnia sigillatim percensere, longam orationem insumet. Infiniti enim reperientur diuinitatis nomen suffurati. Quod autem solerent pro sua potestate Deos nuncupare quos vellent, quiuis hinc didicerit. Clemens enim, qui sanctos Apostolos vbique sequitur, quique infinitas Græcorum historias audiendo acceperat, in Stromatis refert: Sanchoniathonis historiam, Phœnicum lingua conscriptam, non sine admiratione a Iosepho Iudæo eruditione clarissimo in Græcorum linguam fuisse translatam. Hic Sanchoniathon igitur quamuis superstitione Græcorum abundans: *Vetustissimi Græcorum*, inquit, *sed maxime Phœnices & Ægyptii, a quibus ceteri homines quasi per manus id acceperunt, Deorum maximorum loco eos habebant, qui res vitæ vtiles inuenissent, aut bene de gentibus quouis modo meriti essent: illos nimirum, quod multorum auctores bonorum esse sibi persuaderent, diuinis honoribus coluerunt, ac templorum vsu ad hoc munus translato, columnas & cippos ipsorum nomine consecrarunt, easque maxima veneratione prosequuti Phœnices festos illis quoque dies longe celeberrimos dedicarunt.* Præcipue vero mundi elementis, & quibusdam eorum, quibus diuinitatem tribuebant, suorum Regum nomina naturaliter imposuerunt. Porro solem, lunam, ac reliquas errantes stellas & elementa, quæque coniuncta sunt iis, solos Deos agnoscebant: & alios quidem mortales, alios immortales esse putabant. Quapropter non nos quidem, sed Græci potius, hominibus diuinos honores tribuisse deprehenduntur, Deique gloriam quibus vellent temere olim affinxisse. Porro his addit sapiens Iulianus alia quædam, Christianam religionem vbique carpens. Ita vero scribit:

IVLIANVS.

Sanctimoniæ quippe, ne quidem vtrũ mentio ab iis facta sit tenetis: sed illorum furorem & acerbitatem æmulamini

A Θεῶν. ὢ τῆς ἀφθονίας! ἐγγράφεται δὲ τοῖς θεοῖς ὁ μιαρός τε καὶ μιαιφόνος. ἔδει γὰρ ἔδει τὸ χρῆμα αὐτοὺς. Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου τρισκαιδέκατον ἐδόκει Θεὸν ὀνομάζειν τοῖς κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἕνα τινὰ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ γυναίων αἰσχρῶν προκομιστὴν αὐτῷ γεγονότα, Ἡφαιστίων οὗτος ἦν, ἀνεῖπε Θεὸν, βωμῷ καὶ θυσίαις τιμᾶσθαι προστέταχεν. Ἀλλ᾽ εἰ δή τις ἕλοιτο τὰ καθ᾽ ἕκαστον λέγειν, μακροὺς
B δαπανήσει λόγους· ἀριθμοῦ γὰρ κρείττονες εἶεν ἂν οἱ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα παρακλέψαντες. ὅτι δὲ ἐντριβὲς ἦν αὐτοῖς, οὓς ἂν βούλοιντο κατ᾽ ἐξουσίαν ὀνομάζειν Θεοὺς, εἰδείη τις ἂν κἀντεῦθεν. Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἑπόμενος πανταχῆ, πλείστης τε ὅσης ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν, ἐν τοῖς Στρωματεῦσι φησὶ, τὴν Σαγχωνιάθου ἱστορίαν τῇ τῶν Φοινίκων φωνῇ γεγραμμένην, μεθαρμόσαι πρὸς τὴν Ἑλλήνων οὐκ ἀθαύμαστον ἐπὶ παιδείᾳ λαχόντα τὴν δόξαν τὸν
C Ἰουδαῖον Ἰώσηπον. Φησὶ τοιγαροῦν ὁ Σαγχωνιάθων οὑτοσὶ, καίτοι τῆς Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας ἔμμεστος ὤν· οἱ γὰρ παλαιότατοι τῶν Ἑλλήνων, ἐξαιρέτως δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, παρ᾽ ὧν οἱ λοιποὶ παρέλαβον ἄνθρωποι, Θεοὺς ἐνόμιζον μεγίστους, τοὺς τὰ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρείαν εὑρόντας, ἢ κατά τι εὖ ποιήσαντας τὰ ἔθνη· εὐεργέτας τε τούτους καὶ πολλῶν αἰτίους ἀγαθῶν ἡγούμενοι, ὡς Θεοὺς προσεκύνουν καὶ εἰς τὸ χρεὼν καταστάντες ναοὺς κατεσκευασμένους, στήλας τε
D καὶ ῥάβδους ἀφιεροῦν ἐξ ὀνόματος αὐτῶν. καὶ ταύτας μεγάλως σεβόμενοι, καὶ ἑορτὰς ἔνεμον αὐτοῖς τὰς μεγίστας οἱ Φοίνικες. ἐξαιρέτως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν σφετέρων βασιλέων, τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις καὶ τισὶ τῶν νομιζομένων Θεῶν, τὰς ὀνομασίας ἐπέθεσαν φυσικῶς, Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ τοὺς πλάνητας ἀστέρας καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ τούτοις συναφῆ, Θεοὺς μόνους ἐγίνωσκον· καὶ τοὺς μὲν θνητοὺς, τοὺς δὲ ἀθανάτους εἶναι. οὐκοῦν ἡμαρτήκαμεν ἡμεῖς. Ἕλληνες δὲ μᾶλλον καταφωραθεῖεν
E ἂν γεγονότες ἀνθρωπολάτραι καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀκαταστέπτως ἀνάπτοντες οἷς ἂν βούλοιντο τοῦ καιροῦ. Προσεπάγει δὲ τούτοις ὁ σοφὸς Ἰουλιανὸς ἕτερα ἄττα, τῆς Χριστιανῶν θρησκείας καταγορεύων πανταχοῦ. γράφει δὲ οὕτως·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἁγνείας μὲν γὰρ, οὐδὲ εἰ πεποίηται μνήμην, ἐπίστασθε· ζηλοῦτε δὲ αὐτῶν τοὺς θυμοὺς, καὶ τὴν πικρίαν, ἀνατρέποντες ἱερὰ καὶ βωμοὺς,

dd

καὶ ἀπεσφάξατε οὐχ ἡμῶν μόνον τοὺς τοῖς πατρῴοις ἐμμένοντας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐξ ἴσης ὑμῖν πεπλανημένων αἱρετικῶν, τοὺς μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν τὸν νεκρὸν θρηνοῦντας. Ἀλλὰ ταῦτα ὑμέτερα μᾶλλον ἐστίν. οὐδαμοῦ γὰρ οὔτε Ἰησοῦς αὐτὰ παρέδωκε κελεύων ὑμῖν, οὔτε Παῦλος. αἴτιον δὲ, ὅτι μηδὲ ἤλπισαν εἰς τοῦτο ἀφίξεσθαί ποτε δυνάμεως ἡμᾶς. ἠγάπων γὰρ εἰ θεραπαίνας ἐξαπατήσουσι καὶ δούλους, καὶ διὰ τούτων τὰς γυναῖκας, ἄνδρας τε, οἵους Κορνήλιος καὶ Σέργιος. ὧν εἷς ἐὰν φανῇ τῶν τηνικαῦτα γνωριζομένων ἐπιμνησθεὶς, ἐπὶ Τιβερίου γὰρ ἤτοι Κλαυδίου ταῦτα ἐγίνετο, περὶ πάντων ὅτι ψεύδομαι νομίζετε.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Θρασυστομεῖ δὴ πάλιν ὁ γεννάδας οὑτοσὶ, καὶ ἀνάγνους εἶναί φησι τοὺς ἀπαίροντας μὲν ἀπάτης ἑλληνικῆς, μεθορμιζομένους δὲ πρὸς ἀλήθειαν. Ἆρ᾽ οὖν οὐ γέλως δὴ ταυτὶ καὶ γραοπρεπῆ τερετίσματα; φέρε γὰρ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λογάδων λέγωμεν αὐτῷ·

Iliad. M, v. 109.

Ἀφραίνεις Μενέλαε διοτρεφὲς, οὐδέ τί σε χρεὼ
Ταύτης ἀφροσύνης· ἀνὰ δ᾽ ἴσχεο κηδόμενός περ.

Ἡμεῖς μὲν γὰρ τοὺς τῆς ἀληθοῦς ἁγνείας βασανίζοντες τρόπους, ἀρετῆς ἁπάσης ἐσμὲν ἐπιμεληταὶ, καὶ τὸ ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμεῖν, οὐκ ἀθαυμάστου σπουδῆς ἀξιοῦν εἰθίσμεθα. ὑμεῖς δὲ τοσοῦτον τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀφεστήκατε, ὥστε καὶ ἀσελγαίνοντας ὑμῶν τοὺς θεοὺς θαυμάζετε, καὶ ταῖς ἀναιδῶς ἑταιριζομέναις προσκυνεῖτε θεαῖς. Ἀλλ᾽ ὀργῆς ἡττῆσθαι φησὶν ἡμᾶς, καὶ φονᾶν ἀδίκως. καὶ ποῦ τοῦτο γεγονὸς εὑρήσομεν; ἀληθὲς γὰρ οἶμαι τὸ ἔμπαλιν, καὶ ἐξ αὐτῶν τοῦτο διαφαίνεται τῶν πραγμάτων. ἀνῄρηνται γὰρ παρ᾽ αὐτῶν οἱ μακάριοι μάρτυρες, ἐπ᾽ οὐδενὶ μὲν τὸ σύμπαν τῶν ἀτοπωτάτων ἐληλεγμένοι, ὅτι δὲ ἐπὶ πάντας Θεῷ τὸ γνήσιον τετηρήκασιν, εὔνοοί τε γεγόνασιν, ὑπομείναντες τὴν γραφήν. αἰτιᾶται δὲ ἀνθ᾽ ὅτου τοὺς τεμένεσι καὶ βωμοῖς ἐπαφιέντας τὴν χεῖρα, καὶ τὰ τῆς δυσσεβείας ἀναβοθρεύοντας ἐργαστήρια; Καίτοι λέγοντος ἀρτίως ἠκούσαμεν, ὡς ἑνὶ χρὴ μόνῳ λατρεύειν Θεῷ· τίσιν οὖν ἄρα τοὺς ναοὺς ἀνεδείμασθε, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς βωμοὺς ἀνεστήσατε; εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρωποειδὲς τὸ θεῖον, οὐδ᾽ ἂν αὐτοὶ φαῖεν ἄν. ἀντιφέρονται δὲ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ταῖς σφῶν αὐτῶν περὶ τούτου δόξαις. ἱδρυσάμενοι γὰρ τὰ ἐν σηκοῖς ἔδη πολυειδῆ καὶ πολύμορφα, προσκυνεῖν αὐτοῖς ἀβασανίστως ἐκέλευον, οὐκ ἠγνοηκότες ὅτι νεκροὺς τιμῶσι κατεφθαρμένους.

A templa & aras euertentes. Et trucidastis non solum eos, qui in patriis institutis manerent, sed etiam hæreticos, e[illegible]m vobiscum erroris sectarios, qui non perinde ac vos mortuum lugebant. At enim hæc potius vestra sunt. Nusquam enim Iesus ista vobis præcipiendo tradidit, neque Paulus. Caussa vero est, quod neque sperarent vos eo potestatis venturos vnquam: satis enim habebant ipsi, si ancillas aut seruos deciperent, & B per hos vxores & viros, quales Cornelius & Sergius. Quorum vnus si illustres inter viros eius [illegible] audatus apparet, (atqui Tiberii vel Claudii temporibus hæc fuerunt) de omnibus mentitum me putatote.

CYRILLVS.

Insolenti oratione rursus vtitur h[illegible]o singulari confidentia, & [illegible] expertes eos esse dicit, qui fraude [illegible] canica soluti, ad ve[illegible]. An non ergo ridicula hæc [illegible] C gæ aniles? Age enim eorum verbis illum compellemus, quibus inter eruditos principem locum tribuit:

Insanis Menelae, Iouis alumne, nec te decet
Hæc amentia: verum cohibe te, quamuis ægre feras.

Nos siquidem veræ sanctitatis rationes exquirentes, omnis virtutis cultum amplectimur, & [illegible] quibusque factis inclarescere non ignobili studio prosequi solemus. Vos autem a nostris institutis tam estis alieni, vt & libidi- D nosos Deos vestros admiremini, & Deabus impudenter scortantibus diuinos honores tribuatis. At [illegible] impotenti animo nos esse dicit, & iniusta homicidia perpetrare. At vbinam hoc factum reperiemus? Contrarium enim, opinor, verum esse, vel ex rebus [illegible]. Cæsi enim sunt ab ipsis beati martyres, nullius omnino criminis conuicti, sed quod fidem integram Deo seruarunt, eumque amarunt, rei facti sint. [illegible]ur autem criminatur eos, qui delubra & E aras inuadunt, & impietatis officinas subruunt? Nam dicentem illum paullo ante audiuimus, vnum Deum colendum solum esse. Quibusnam ergo templa extruxistis, & in iis erexistis altaria? Deum enim humana figura præditum esse, ne illi quidem dixerint: sed nescio quo pacto suis de ea re opinionibus [illegible] aduersantur. Signa enim in templis forma ac figura multiplici statuentes, ea diuinis honoribus coli temere iusserunt, quum non ignorarent honores istos cadaueribus corruptis tri[illegible]

Iam qua fronte mortuum nominat Christum Saluatorem omnium, licet carne paſſus ſit, ac propter nos mortem guſtauerit, vt hominis naturam ad incorruptionem reformaret? Non enim inter mortuos manſit, ſed reuixit potius, deſtructo mortis imperio, & ſublata corruptione, quæ nos ex Adæ præuaricatione tyrannico dominatu premebat. Quod vero mulierculæ crediderint, ac famuli & obſcuri nonnulli homines vocati fuerint, inde Seruatoris clementiam vituperat. Sed num ſatius eſt ſentire, hominem, in quantum natus homo eſt, nullo pacto homini antecellere, ſed vnam per omnes rationem ſubſtantiæ procedere, *vnus* quippe *omnium ingreſſus in mundum, & æquales egreſſus*, vt ſcriptum eſt. Veruntamen externis bonis interdum aliqui aliis plus abundant, vt diuitiarum copia, dignitatum præſtantia, & hic quidem ſeruit, illi ſeruitur. Ceterum, vt vt hæc ſe habeant, vna quidem omnibus hominibus eſt natura: illa autem ſic comparata eſt, vt ad quiduis laude dignum ſit idonea. Sapiens enim eſt, & ſecernere poteſt a deterioribus meliora. Nihil ergo prohibet quominus infimæ ſortis homo ſit ſapiens, & qui deſtitutus eſt pecuniis iuſtitiam colat, & qui ſeruili eſt conditione æquus & honeſtus videatur. Quid ergo temere carpit eos, qui diuinæ prædicationis ſagena ad veram & inculpatam Dei contemplationem & omnis boni ſcientiam conuerſi ſunt, ſi minus opum deliciis frui liceat, ſi minus exteris honoribus alios antecellant? Equidem dixerim ego, virum inopem, ſi rectum honeſtumque viuendi genus ſuſceperit, citra comparationem præſtare diuiti auaro, & ſeruum ſapientem hero inſano. Scriptum enim eſt, *miniſtrum ſapientem ſtultus dominus imperaturum*. Videre autem licet eos, qui laude virtutis apud Græcos maxime præſtiterunt ceteris, artifices initio fuiſſe, popularemque & ſordidam artem exercuiſſe, quam a parentibus accepiſſent, non tamen ſine admiratione ſapientiæ fuiſſe. Multos prætermitto: ad ipſum venio Socratem, Sophroniſci filium, qui matre obſtetrice genitus, patre autem ſtatuario, eamque artem apprime calluit, neque id ſibi dedecori eſſe putauit.

Sap. 7.

Proverb. 17.

A ἶτα πῶς οὐκ ἐρυθριᾷ νεκρὸν ὀνομάζων τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, καίτοι παθόντα σαρκὶ, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς θανάτου γευσάμενον, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀναστοιχειώσῃ πρὸς ἀφθαρσίαν, οὐ γὰρ μεμένηκεν ἐν νεκροῖς, ἀνεβίω δὲ μᾶλλον, καθελὼν τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ ἀποστήσας ἡμῶν τὴν ἐκ παραβάσεως τῆς ἐν Ἀδὰμ τυραννήσασαι φθοράν. Ἀλλ' ὅτι γύναια πεπιστεύκασι, κεκλήνται δὲ καὶ οἰκέται καὶ μὴν τῶν κατὰ τὸν βίον ἀσημοτέρων τινὲς, B οὐκ ἀκαταψεκτον ἐᾷ τὴν τοῦ σώζοντος ἡμερότητα. καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐννοεῖν, ὡς ἄνθρωπος μὲν ἀνθρώπου, καθὸ πέφυκεν εἶναι ὅ ἐστι, κατ' οὐδένα διοίσει τρόπον, ἀλλ' εἷς κατὰ πάντων ὁ τῆς οὐσίας διήκει λόγος, μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν κόσμον, ἔξοδοί τε ἴσαι κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τοῖς γε μὴν θύραθεν πλεονεκτοῦσιν ἑτέρους ἔσθ' ὅτε τινὲς, οἷον χρημάτων περιουσίαις, ἀξιωμάτων ὑπεροχαῖς, καὶ ὁ μέν τις ἐστὶν οἰκέτης, ὁ δὲ θεραπεύεται. πλὴν ὅπως περ ἂν ἔχοι ταυτὶ, μία C μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ φύσις. ἔνεστι δὲ αὐτῇ τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων ἐπιτηδείως ἔχειν. καὶ γάρ ἐστι σοφὴ, καὶ ἀποκρίνειν οἶά τε τῶν ἀμεινόνων τὰ χείρω. Οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ ἀπεῖργόν ἐστι, τὸν ἐν ὑφέσει τῇ κατὰ τὸν βίον γενέσθαι σοφὸν, καὶ τὸν ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ τὸν ἐν μέτροις ὄντα τοῖς οἰκετικοῖς καὶ ἐπιεικῆ καὶ κόσμιον ἀποφαίνεσθαι. ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν αἰτιᾶται μάτην τοὺς τῷ θείῳ κηρύγματι σεσαγηνευμένους εἰς ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον θεοD πτίαν, καὶ εἰς παντὸς εἴδησιν ἀγαθοῦ, εἰ μὴ μέτεστιν αὐτοῖς τοῦ πλούτου τρυφᾶν, εἰ μὴ ταῖς ἔξωθεν ὑπεροχαῖς πλεονεκτοῦσιν ἑτέρους. ὡς ἔγωγε φαίην ἂν τὸν ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων, εἴπερ ἕλοιτο διαβιοῦν ὀρθῶς καὶ ἐννόμως, ἀσυγκρίτως ἐν ἀμείνοσι τοῦ πλεονεκτοῦντος πλουσίου, καὶ οἰκέτην σοφὸν παραληροῦντος δεσπότου. γέγραπται γὰρ, ὅτι οἰκέτης σοφὸς κρατήσει δεσποτῶν ἀφρόνων. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν τοῖς Ἑλλήνων ἀγῶσι, τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων ἐκπρεπεστέE ρους, χειρώνακτας μὲν γεγονότας ἐν ἀρχαῖς, δημώδη δὲ βαναυσικὴν ἐπιτηδεύσαντας τέχνην, καὶ ἐκ πατρῴας τοῦτο λαχόντας διαδοχῆς. οὐκ ἀθαυμάστους δὲ γεγονότας ἐπὶ σοφίᾳ τῇ παρ' αὐτοῖς. καὶ παρίημι μὲν πολλοὺς ἐπ' αὐτὸν [illegible] εἶμι τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην, ὃς μητρὸς μὲν ἐξέφυ μαίας τὸ ἐπιτήδευμα, λιθουργοῦ δὲ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ εἰς ἄκρον φασὶν ἐλάσαι τῆς τέχνης αὐτὸν, καὶ οὐδὲν ὄνειδος ἡγ[illegible]σθαι το [illegible]ρῆμα.

γράφει δὲ οὕτω περὶ αὐτοῦ Πορφύριος, ἐν τῷ τρίτῳ φιλοσόφων ἱστορίας· τούτων δὲ οὕτω σαφηνισθέντων, λέγωμεν περὶ Σωκράτους, τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις μνήμης κατηξιωμένα ἐπ' ὀλίγον φιλοκρινοῦντες, καταλιπόντες δὲ ἀνεξέταστον τὸ εἴτε αὐτὸς εἰργάσατο σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθοτομικὴν, εἴτε αὐτὸς ὁ πατὴρ αὐτοῦ μόνος. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο πρὸς σοφίαν, πρὸς ὀλίγον γε χρόνον ἐργασθέν. εἰ δὲ δὴ ἑρμογλύφος ἦν καὶ μᾶλλον . . . . . καθάρσιος γὰρ ἡ τέχνη, καὶ οὐ πρὸς ὀνείδους. καὶ μεθ' ἕτερα· δημιουργὸν γὰρ γενέσθαι τὸν Σωκράτην, πατρῴᾳ τέχνῃ χρώμενον τῇ λατυπικῇ. Καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἐννάτῃ λιθουργεῖν φησὶ μεμαθηκέναι Σωκράτην. εἰ δὲ ὁ μὲν διὰ δυσμένειαν ἀξιόπιστος, Τίμαιος δὲ διὰ ἡλικίαν· νεώτερος γὰρ ὁ Ἀριστόξενος· Μενεδήμῳ τῷ Πυρραίῳ χρηστέον, Πλάτωνος μὲν γεγονότι μαθητῇ, πρεσβυτέρῳ δὲ γεγονότι Ἀριστοξένου, λέγοντι ἐν τῷ Φιλοκράτους, ὅτι οὐκ ἐπαύετο Σωκράτης οὔτε ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὡς λιθουργοῦ λαλῶν, οὔτε ὑπὲρ τῆς μητρὸς ὡς μαίας. ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, διεφθόνησε τῷ Σωκράτῃ τὸ λιθουργεῖν, ἤτοι τὸ ἐκ λιθουργοῦ γενέσθαι πατρὸς, πρός γε τὸ δύνασθαι κατορθοῦν ἃ νενόμικεν εἶναι χρηστὰ, ἀστιβὲς ἀπέφηνεν αὐτῷ τὸ φιλοσοφεῖν τὸ ἐκ μισθοφόρου γενέσθαι μητρός; μαῖα γὰρ ἦν, ὡς ἔφην. Ἀλλ' ὁ δεινὸς παρ' αὐτοῖς καὶ διαβόητος Πλάτων οὐ παιδοτρίβαις ὡμιληκὼς, καὶ παλαίστραις ἐν ἀρχαῖς ἐμφιλοχωρῶν, ἐξ ἱδρώτων ἀθλητικῶν μεταπεφοίτηκεν εἰς φιλοσοφίαν; καίτοι φησὶ καὶ περὶ αὐτοῦ Πορφύριος· ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματα, παρὰ δὲ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ, τὰ κατὰ τὴν γυμναστικήν. Φασὶ δὲ καὶ Ἴσθμιά τινες καὶ Πύθια παλαῖσαι αὐτόν. Εἶτα, τί τοῦ τοιοῦδε τὸ βαναυσικώτερον; ἀνάσχοιτο γὰρ, ὥς γε οἶμαι, τῶν εὖ φρονούντων οὐδεὶς, ἀπημφιεσμένῳ σώματι γυμνῶς καὶ ἀκρυπτῶς ἀσχημονεῖν ἐπὶ πλήθους οὕτω πολλῆς καὶ ἐπὶ σμικρῷ που τάχα μισθῷ. ἀλλ' οἰκέταις φησὶν οὐ βάσιμον εἶναι τὴν φιλοσοφίαν· διαγελᾷ δὲ εἰ λέγοιντο κεκλῆσθαι πρὸς ἀλήθειαν. καίτοι Ζάμολξις ὁ Θρᾷξ, Πυθαγόρου μὲν ἦν οἰκέτης· τεθαύμασται δὲ παρ' αὐτοῖς ὡς ἁπάσης ἐπιστήμης εἰς λῆξιν ἐληλακώς. διαμέμνηται δὲ καὶ τούτου Πορφύριος, καὶ δὴ καὶ οὕτω φησίν· ἦν δὲ αὐτῷ ἕτερον μειράκιον, ὃν ἐκ Θρᾴκης ἐκτήσατο, ᾧ Ζάμολξις ἦν ὄνομα· ἀγαπῶν δὲ αὐτὸν ὁ Πυθαγόρας, τὴν μετέωρον θεωρίαν ἐπαίδευσεν.

A Sic autem de illo ſcribit Porphyrius, in philoſophorum hiſtoriæ libro tertio: *His ita declaratis, dicamus de Socrate, quæ apud alios memoratu digna ſunt leuiter attingentes, illudque prætericrimus, num ipſe cum patre ſtatuariam exercuerit, an pater eius ipſe ſolus. Nihil enim hoc ei ad ſapientiam, quod aliquanto tempore in ea laborauit. Quod ſi ſtatuarius fuit, eo laudabilior: ars enim illa nitida eſt, neque certe probro ei fuerit.* B Et poſt alia: *Opificem fuiſſe Socratem, patriſque arte vſum marmoraria.* Et Timæus libro nono Socratem artem *cædendorum lapidum artem didiciſſe.* Quod ſi propter inuidiam ille minus fide dignus eſt, Timæus vero propter ætatem, Iunior enim Ariſtoxenus; Menedemo Pyrrhæo vtendum, qui Platonis diſcipulus fuit, & antiquior Ariſtoxeno. Hic in Philocrate refert, Socratem de patre ut *lapidario*, & de matre vt *obſtetrice*, ſemper locutum. Num igitur C Socrati quod ſtatuarius, aut patre ſtatuario genitus eſſet, obfuit, quominus ea perageret quæ recta putauit; aut ei ad philoſophiam aditus interclufus, quod mercenaria matre genitus, quippe obſtetrice, vti dixi? Atqui facundus ille Plato ac celebris apud eos, nonne cum palæſtræ magiſtris verſatus, & in palæſtris dudum initio moratus, ex ſudoribus athleticis ad philoſophiam tranſiit? Nam de illo ſcribit quoque Porphyrius: *Plato apud Dionyſium lite-* D *ras didicit, apud Ariſtonem autem luctatorem Argiuum, exercitatoriam. Nonnulli autem in Iſthmiis & Pythiis certaſſe ipſum aiunt.* At quid ea re illiberalius? Nemo enim ſanus, opinor, tulerit nudato corpore palam in tanta multitudine rem indecoram agere, idque minima forte mercede propoſita. Sed enim ſeruis ad philoſophiam aditum minime patere ait, ridet vero ſi dicantur E ad veritatem vocati. Atqui Zamolxis Thrax, Pythagoræ quidem ſeruus fuit: apud ipſos autem in admiratione fuit, velut omnis ſcientiæ cacumen adeptus. Cuius item meminit Porphyrius, atque ita ſcribit: *Erat autem alius ei adoleſcentulus, quem ex Thracia ſibi emit, cui nomen Zamolxis. Hunc quum Pythagoras amaret, rerum altiſſimarum ſcientiam illum docuit.*

N[illegible] ergo [illegible] quominus serui sapientes & [illegible] sint, si pro virtute sudorem [illegible], & veræ Dei cognitionis radiis perlustrari. Quod autem diuinæ prædicationis fructum mulieres percipiant, inde carpend occasionem arripit; quamuis ipse Plato in Siciliam appulsus, Dionysii vxorem ad sapientiæ studium vocarit. Porphyrius vero Marcellam philosophiæ studium supra modum admiratam, eamque libenter domum duxisse, & cum ea tanquam cum vxore consuesse. Hic in vita Pythagoræ, Crotoniatarum vrbem ita scribit animatam ab eo, vt quum multa & recta differendo iam inutiles annis senes demulsisset, iussus a primoribus vrbis, ætati iuuenili congruentes admonitiones fecerit, post hæc etiam pueris a ludo literario confertim venientibus, deinde mulieribus, quarum ei conuentus instructus est. His ita constitutis, magna eas ob res auctus est celebritate; multosque ex hac vrbe discipulos, non viros solum sed & mulieres, accepit. Quid ergo Seruatoris discipulos arguit, si cunctis promiscue diuina prædicatione proposita, mulierculas virosque, claros & obscuros, diuites & egenos, & seruili conditione nonnullos, ad cognoscendum vocarunt vniuersi Deum secundum naturam, opificem ac dominum. Vrgens autem rursus in nos conuitia pro sua libidine, sic ait:

IVLIANVS.

Sed nescio vndenam velut afflatus hoc dixerim, aut vnde digressus: Quid est, quod Diis nostris non obsequuti ad Iudæos transfugistis? An quod imperium Dii Romæ dederunt, Iudæis exigui temporis libertatem, sed perpetuam apud exteros seruitutem? Abraham considera; nonne peregrinus fuit in terra aliena? Iacob, nonne prius quidem Syris, inde Palæstinis, demum senex Ægyptus seruiit? An non illos Moses eduxit ex Ægypto in brachio excelso, e domo seruitutis? Quum autem Palæstinam incolerent, annon crebrius fortunas mutarunt, quam colorem aiunt, qui chamæleontem viderunt, modo Iudicibus obnoxii, modo alienigenis seruientes? Posteaquam vero sub Regibus esse cœperunt, (quo id pacto, nunc prætermittamus; neque enim Deus vltro concessit ipsis vt regio dominatu regerentur, sicut ait Scriptura,

A Εἴργει δὴ οὖν οἰκέτας οὐδὲν σοφοὺς εἶναι καὶ ἀγαθοὺς, τὸν ὑπέρ γε τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα μενεγκεῖν ἡρημένους, καὶ ταῖς τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας αὐγαῖς εὖ μάλα καταφαιδρύνεσθαι. Ἀλλ' ὅτι γυναῖκας τὸ θεῖον ἡμῶν ὀνίνησι κήρυγμα, φιλοψογίας καὶ τοῦτο ποιεῖται πρόφασιν· καίτοι καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων Σικελοῖς ἐμβαλὼν τὴν Διονύσου γαμετὴν πρὸς φιλοσοφίαν ἐκάλει. Πορφύριος δὲ τὴν Μαρκέλλαν ὑπεραγάσθαι μὲν τῆς φιλοσοφίας
B φησὶν, εἰσοικίσασθαι δὲ ἀσμένως, καὶ συμβιωτεύειν ἑλέσθαι γαμικῶς. γράφει δὲ ὧδε καὶ τὸν Πυθαγόρου βίον ἐξηγούμεν[illegible], οὕτω διαθεῖναι τὴν Κροτωνιατῶν πόλιν, ὡς ἐπεὶ τὸ τῶν γερόντων ἀχρεῖον ἐψυχαγώγησε πολλὰ καὶ καλὰ διαλεχθεὶς τοῖς νέοις, πάλιν ἡλικὰς ἐποίησε παραινέσεις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθεὶς, μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς παισὶν ἐκ τῶν διδασκαλείων ἀθρόως συνελθοῦσιν· εἶτα ταῖς γυναιξὶ, καὶ γυναικῶν σύλλογος αὐτῷ κατεσκευάσθη. γενομένων δὲ τούτων,
C μεγάλη περὶ αὐτῶν ηὐξήθη δόξα, καὶ πολλοὺς ἔλαβεν ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁμιλητὰς, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. Αἰτιᾶσαι δὴ ἀνθ' ὅτου τοῦ Σωτῆρος τοὺς μαθητὰς, εἰ πᾶσιν ἀδιακρίτως τὸ θεῖον προθέντες κήρυγμα, γύναιά τε καὶ ἄνδρας λαμπροὺς καὶ ἀσήμους, τοὺς ἐν πλούτῳ, τοὺς ἐν ἐνδείᾳ, καὶ μὴν καὶ ἐξ οἰκετῶν ἐκάλουν τινὰς ἐπὶ τὸ χρῆναι μαθεῖν τίς ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ κατὰ φύσιν Θεὸς καὶ δημιουργὸς καὶ κύριος. Περιστὰς δὲ πάλιν τὰς καθ' ἡμῶν λοιδορίας ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, οὕτω φησίν·

D ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ οἶδ' ὅθεν ὥσπερ ἐπιπνεόμενος ἐφθεγξάμην, ὅθεν δὲ ἐξέβην, ὅτι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ηὐτομολήσατε, τί τοῖς ἡμετέροις ἀχαριστήσαντες θεοῖς; ἆρ' ὅτι βασιλεύειν ἔδοσαν οἱ θεοὶ τῇ Ῥώμῃ, τοῖς Ἰουδαίοις ὀλίγον μὲν χρόνον ἐλευθέροις εἶναι, δουλεῦσαι δὲ ἀεὶ καὶ παροικῆσαι; Σκόπει τὸν Ἀβραάμ, οὐχὶ πάροικος ἦν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ; τὸν Ἰακὼβ, οὐ πρότερον μὲν
E Σύροις, ἑξῆς δὲ ἐπὶ τούτοις Παλαιστινοῖς, ἐν γήρᾳ Αἰγυπτίοις ἐδούλευσεν; Οὐκ ἐξ οἴκου δουλείας ἐξήγαγεν αὐτοὺς ὁ Μωσῆς ἐξ Αἰγύπτου ἐν βραχίονι ὑψηλῷ; κατοικήσαντες δὲ τὴν Παλαιστίνην οὐ πυκνότερον ἤμειψαν τὰς τύχας, ἢ τὸ χρῶμα φασὶν οἱ τεθεαμένοι τὸν χαμαιλέοντα, νῦν μὲν ὑπακούοντες τῶν κριταῖς, νῦν δὲ τοῖς ἀλλοφύλοις δουλεύοντες; Ἐπειδὴ δὲ ἐβασιλεύθησαν, ἀφείσθω δὲ νῦν ὅπως· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς ἑκὼν αὐτοῖς τὸ βασιλεύεσθαι συνεχώρησεν, ὡς ἡ γραφή φησιν,

ἀλλὰ βιασθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν, καὶ προδιαςειλάμενος ὅτι ἄρα φαύλοις βασιλευθήσονται· πλὴν ἀλλ᾽ ᾤκησαν γῆν τὴν ἑαυτῶν καὶ ἐγεώργησαν ὀλίγα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἔτεσιν. ἐξ ἐκείνου πρῶτον Ἀσσυρίοις, εἶτα Μήδοις, ὕστερον Πέρσαις ἐδούλευσαν, εἶτα νῦν ἡμῖν αὐτοῖς.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

arguat etiam Romani sermonis diuersum ac discrepantem sonum. Neque enim cum Græcorum lingua vllo modo consentit. Veruntamen vt vt se habeat, hoc quod multæ stultitiæ plenum est omittatur, aliudque videamus. Numquid enim, si nonnulli summam facundiam adepti videantur, possintque disertis & magnificis verbis eloqui, continuo hi de Deo recte sentient, probique moribus erunt, æqui, modesti, sancti, iusti, ac bene viuendi studiosi? An non multis disertis esse licet, recte autem de Deo sentire, virtutibusque præstare non item? Hoc vtique verum esse, rebus, opinor, ipsis probabitur. Quid ergo tantopere miratur, summisque honoribus afficit eos, qui linguam Atticam & admodum explicatam habent, cor autem caligine perfusum, & vera Dei cognitione destitutum? Enimuero carpere & accusare solet eos, qui, quum Græcæ linguæ sint imperiti, diuinis tamen legibus illustrati sunt, ac laudabilem plane vitam degunt. Num enim nudum solumque verborum splendorem a nobis requirit Deus, & exilibus accuratisque vocibus oblectatur? an hominem potius honestis moribus præditum ac recte viuentem respicit, sibique conciliat? Pergratum porro mihi est, quod Hippocratis mentionem facit, aliorumque medicorum celebritatem ad victoriæ subsidium assumit dictis suis, vt putat, comparandæ, & ad Christianæ religionis infamiam. Demus enim, aliquos fuisse medicos eius artis peritissimos, & in ægris corporibus curandis peritos & exercitatos; quid hoc, Iuliane, ad religionis disputationem conferet? An non medici fuerunt apud Hebræos, quoniam apud Græcos fuit Hippocrates? Apage cum tua imprudentia. Sed enim quoniam plane ea re gloriatur, & in rebus non necessariis contra nos supercilium tollit, conabor etiam ad hoc argumentis respondere. Siquidem Opifex, infirmitati corporum nostrorum prouidens, pharmaca eduxit e terra: cuius rei Scriptura sacra etiam meminit. Nostri porro medici his terrenis pharmacis non indiguerunt, sed diuina & ineffabili virtute &

A κακυνέτω καὶ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς τὸ ἑτερόθρουν καὶ διάφορον εἰς ἠχώ. συμβαίνει γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον ταῖς Ἑλλήνων φωναῖς. πλὴν ὅπωσπερ ἂν ἔχοι, τουτὶ μὲν ἐάσθω πολλῆς ὑπάρχον ἐπίμεστον εὐηθείας, ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ ἕτερον. Ἆρα γὰρ εἰ προσὸν ὁρῷτό τισι τὸ εὐστομεῖν δύνασθαι, καὶ κόμπῳ κεχρῆσθαι δεινῷ τῷ κατὰ λέξιν, οὗτοι δὲ πάντως εἶεν ἂν ὀρθοὶ μὲν εἰς δόξαν τὴν ἐπὶ Θεῷ, χρηστοὶ δὲ τοὺς τρόπους, ἐπιεικεῖς, καὶ B σώφρονες, σεπτοί τε καὶ δίκαιοι, καὶ ζωῆς ἀρίστης ἐπιμεληταί, ἢ μέτεστι μὲν πολλοῖς τὸ εὐτριβὲς εἰς λόγους, τό γε μὴν ἐν ἀρίστῃ δόξῃ τῇ περὶ Θεοῦ, καὶ τὸ διαπρέπειν δύνασθαι κατὰ ἀρετὴν, οὐκέτι; Ἀλλ' οἶμαι τοῦτο καὶ ἐξ αὐτῶν ἡμῖν μαρτυρηθήσεται τῶν πραγμάτων, ὡς ἔστιν ἀληθές. Τί τοίνυν οὕτω τεθαύμακε, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στέφανοῖ τοὺς ἀττικουργῆ μὲν καὶ εὖ μάλα περιεπτισμένην ἔχοντας γλῶτταν, κατεσκοτισμένην δὲ τὴν καρδίαν καὶ τῆς ἀκραιφ- C νοῦς θεοπτίας ἐξῳκισμένην; Ψόγου γε μὴν καὶ διαβολῆς εἴσω ποιεῖσθαι φιλεῖ τοὺς ἠγνοηκότας μὲν τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, νόμοις δὲ τοῖς θείοις σεσοφωμένους, καὶ τὴν ἀξιέραστον ἀληθῶς κατορθωκότας ζωήν. ἆρα γὰρ ψιλὴν καὶ μόνην λαμπρότητα λόγων πρὸς ἡμῶν τὸ θεῖον ἐπιζητεῖ, ἰσχναῖς καὶ τετορευμέναις ἐπιγάννυται γλώσσαις; ἢ τὸν εὐκοσμεῖν εἰωθότα καὶ βιοῦν ἄριστα κατασκέπτεται καὶ ποιεῖται φίλον; Ἥσθην δ' ὅτι καὶ Ἱπποκράτους ποιεῖται μνήμην, καὶ τὰς τῶν D ἑτέρων ἰατρῶν εὐδοκιμήσεις δέχεται πρὸς ἐπικουρίαν τοῦ χρῆναι νικᾶν, ὡς γοῦν οἴεται τοῖς αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας καταχεῖσθαι τὸ ἀκαλλές. ἔστω γὰρ ὅτι καὶ γεγόνασί τινες τῶν ἰατρῶν ἄριστοι μὲν τὴν τέχνην, τίνα δὲ τρόπον ἀκεῖσθαι δεῖ τὰ τῶν σωμάτων ἠρρωστηκότα σοφοί τε καὶ ἐπιστήμονες· τί τοῦτο, ὦ κράτιστε, συντελέσειεν ἂν εἰς θρησκείας λόγον; ἆρ' οὐκ ἦσαν ἰατροὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις, ἐπεί τοι παρ' Ἕλλησιν Ἱπποκράτης ἦν; ἄπαγε τῆς δυσβου- E λίας. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐπὶ τούτῳ πεφρόνηκε μέγα, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων ὑψοῦ καθ' ἡμῶν ἄρει τὴν ὀφρὺν, καὶ πρός γε τοῦτο εἰπεῖν τὰ εἰκότα πειράσομαι· μάλιστα μὲν γὰρ τῆς τῶν ἡμετέρων σωμάτων προνοῶν ἀσθενείας ὁ δημιουργὸς, ἐποίησεν ἐκ γῆς φάρμακα· διαμέμνηται γὰρ καὶ τούτου τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. οἱ δέ γε παρ' ἡμῖν ἰατροὶ δεδέηνται μὲν τῶν ἐκ γῆς φαρμάκων οὐδενὸς, θείᾳ δὲ καὶ ἀρρήτῳ δυνάμει

καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενοι, τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις ἐνειλημμένους τινὰς, παλινάγρετον ποιεῖσθαι τὸ ζῆν παρεσκεύαζον, λεπροὺς ἀπήλλαττον τῆς οὕτω πικρᾶς ἀῤῥωστίας, καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς τούτοις ἀξιάκουστα πεπραχότες, τοῦ παντὸς ἂν εἶεν ἄξιοι θαύματος. Εἶτα τί τοιοῦτον ὁ σὸς Ἱπποκράτης, ἤγουν ὕστερός τις τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁρᾶται κατωρθωκώς; καὶ παρήσω λέγειν εἰς τὸ παρὸν τὰ διὰ χειρὸς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων παραδόξως ἐνηργημένα· τὸν ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ χωλὸν· τὸν ἐν Λύστροις Αἰνείαν, ἕτερά τε πρὸς τούτοις ἃ καὶ παντός ἐστι πέρα λόγου καὶ θαύματος. ἐπ᾽ ἐκεῖνο δὲ εἶμι πάλιν. τὰ μὲν γὰρ τῶν γυναίων αἰσχρὰ καὶ μισθαρνεῖν εἰωθότα, κἂν ὑπάρχῃ δυσειδῆ, τοῖς καταπλάστοις ὡραϊσμοῖς, καὶ κομμωτριῶν εὐτεχνίαις, ἀποσκευάζεται τὸ λυποῦν. ὁ δέ γε τῆς εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας ἐνστάσης, ἐπερυθριᾷ μὲν ἴσως ταῖς ἑλληνικαῖς ἀπάταις. ἐρανιζόμενος δὲ πανταχόθεν τὰ εἰς ἐπικουρίαν αὐταῖς, διὰ πάσης ἔρχεται τρίβου, καὶ ποτὲ μὲν ἰατροῖς ἐπισεμνύνεται, ποτὲ δὲ μέτεισιν ἐφ᾽ ἑτέρους, οὓς δὴ καὶ οἴεται γενέσθαι σοφοὺς, καὶ ἀξιόκτητον ἐπὶ τούτῳ τὴν δόξαν ἑλεῖν· καὶ δὴ καὶ φησίν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὁ σοφώτατος Σαλομὼν παρόμοιός ἐστι τῷ παρ᾽ Ἕλλησι Φωκυλίδῃ, ἢ Θεόγνιδι, ἢ Ἰσοκράτει; πόθεν; εἰ γοῦν παραβάλοις τὰς Ἰσοκράτους παραινέσεις ταῖς ἐκείνου παροιμίαις, εὕροις ἂν, εὖ οἶδα, τὸν τοῦ Θεοδώρου κρείττονα τοῦ σοφωτάτου βασιλέως. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος, φασὶ, περὶ θεουργίαν ἤσκητο. τί οὖν; οὐχὶ καὶ ὁ Σαλομὼν οὗτος τοῖς ἡμετέροις ἐλάτρευσε θεοῖς, ὑπὸ τῆς γυναικὸς ὡς λέγουσιν ἐξαπατηθείς; ὢ μέγεθος ἀρετῆς! ὢ σοφίας πλοῦτος! οὐ περιγέγονεν ἡδονῆς, καὶ γυναικὸς λόγοι τοῦτον παρήγαγον. εἴπερ οὖν ὑπὸ γυναικὸς ἠπατήθη, τοῦτον σοφὸν μὴ λέγετε. εἰ δὲ πεπιστεύκατε εἶναι σοφὸν, μή τοι παρὰ γυναικὸς αὐτὸν ἐξηπατῆσθαι νομίζετε· κρίσει δὲ οἰκείᾳ καὶ συνέσει, καὶ τῇ παρὰ τοῦ φανέντος αὐτῷ Θεοῦ διδασκαλίᾳ πειθόμενος, λελατρευκέναι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Φθόνος γὰρ καὶ ζῆλος, οὐδὲ ἄχρις τῶν ἀρίστων ἀνθρώπων ἀφικνεῖται· τοσοῦτον ἄπεστιν ἀγγέλων καὶ Θεῶν. ὑμεῖς δὲ ἄρα περὶ τὰ μέρη τῶν δυνάμεων στρέφεσθε, ἃ δὴ δαιμόνιά τις εἰπὼν, οὐκ ἐξαμαρτάνει. τὸ γὰρ φιλότιμον ἐνταῦθα καὶ κενόδοξον· ἐν δὲ τοῖς θεοῖς οὐδὲν ὑπάρχει καὶ τοιοῦτον.

A efficacia vtentes, quosdam mortis laqueis implicitos ad vitam reuocarunt; leprosos tam acerba ægritudine liberarunt; aliaque præter hæc momorabilia patrantes, omni sane admiratione digni sunt. At quid tale tuus Hippocrates, aut Asclepiadarum alius illo posterior perfecisse videntur? Mitto in præsentiarum dicere quæ per manus sanctorum Apostolorum mirabiliter facta sunt; claudum ad Speciosam portam;
B Lystris, Æneam; & præter hæc, alia quæ orationem omnem & admirationem superant. Ad illud redeo; mulierculæ siquidem quæ corpore quæstum facere solent, licet deformes sint, fucato tamen ornatu, & comptricum artificio, incommodum amouent: hic autem, instante sancta nostra religione, Græcorum forsan erroribus erubescit; sed vndique corrogans quæ ad illos defendendos conferant, per omnem
C viam graditur, & modo quidem medicis gloriatur, modo se confert ad alios, quos & sapientes fuisse putat, & eo nomine celebritatem consequutos; & quidem ait:

IVLIANVS.

Sapientissimus Salomon cum Græco Phocylide, aut Theognide, aut Socrate comparandus est? Qui dum? Si ergo conferas Isocratis Paræneses
D cum illius Prouerbiis, inuenies, sat scio, Theodori filium sapientissimo Rege præstantiorem. At enim ille, inquiunt, in Dei cultu exercitatus erat. Quid ergo? Nonne & hic Salomon nostros Deos coluit, a fœmina, vt aiunt, deceptus? O virtutis magnitudinem! o sapientiæ diuitias! Non vicit voluptatem, eumque fœminæ sermones transuersum egerunt. Si ergo a muliere deceptus est, hunc sapientem ne dicite. Sin autem sapientem esse creditis, eum a muliere deceptum
E ne putatote, sed iudicio suo ac prudentia, Deique admonitu, qui se ei conspiciendum dederat, persuasum, cæteros etiam Deos coluisse. Inuidia enim & æmulatio, ne ad bonos quidem homines pertinet; tantum abest vt in Angelos aut Deos cadat. Vos autem circa potestates particulares hæretis, quas si Dæmonia quispiam dixerit, non errabit. Hic enim ambitio, & inanis gloria: in Diis autem nihil tale.

CYRILLVS.

A Versutissime quidem prætermissis omnibus, qui sanctitate claruerunt, ad Solomonis vitam se conuertit. Vt enim qui munitissimam vrbem delere cogitant, turribus depressioribus machinas admouent; sic etiam ipse inclytum Sanctorum chorum præteruectus, ad hunc solum venit. *Sed non assequetur dolosus prædam.* (Prov. 12.) Si quis enim prolapsus sit, & insoliti alicuius vitii conuincatur, nihil tamen criminis inde B Christianæ religioni adscribetur. Sed quoniam suis Doctoribus illum sapientia inferiorem, & rudiorem fuisse contendit, discat rursus, primum quidem Homero æqualem fuisse. Centesimo enim & sexagesimo anno post Troiæ excidium Homerus opus suum componebat, & calamitates Troianas tragice decantabat. In admiratione autem erat Solomon, quum hoc tempore Proverbiorum librum texeret, & Hierosolymis templum exstrueret. Postea longo C interiecto tempore, quinquagesima & octaua Olympiade, Phocylides & Theognis orti sunt, qui & ipsi vtilia quædam, simplicia, & polita scripsere, qualia nempe nutrices pueris, & pædagogi dixerint quum iuuenes adhortantur. Sane fatemur, Isocratem fuisse præstanti ingenio Sophistam: qui si quid vtile inuenibus protulit, laudetur hoc nomine; prærogatiuam tamen Solomoni concedat, a quo antea scripta sunt, quæ meo iudicio iuuenibus D senibusque sufficiant, vt honestatis rationes intelligant, aut vitæ clare sciteque degendæ modum percipiant, ac diuinis humanisque legibus accommodate. Quod si per voluptatem in ea quæ fas non erat Solomon prolapsus sit, ne nos proinde magnis cachinnis accusator excipiat; sed in animum potius inducat, nos illum nec in sanctorum Prophetarum, Apostolorum, aut E Euangelistarum numero ponere solitos. Enimuero solers erat ac sapiens, summaque apud omnes Iudæos gloria; præterea opibus & luxu innutritus, cuiusmodi solent esse in ea fortuna homines, mensis item Sybariticis, aliisque fortunæ generibus conspicuus. Qui tam prosperis rebus vtuntur, hi voluptatis studio pungWuntur acrius, & mota cupiditate

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

A Πανουργότατα μὲν οὖν τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀφεὶς, οἳ δὴ καὶ γεγόνασι σεπτοὶ καὶ περιφανεῖς, ἐπὶ τὸν τοῦ Σολομῶντος ἔρχεται βίον. ὥσπερ γὰρ οἱ πόλιν εὐτεχνεστάτην καταδηοῦν ᾑρημένοι, τῶν πύργων τοῖς χθαμαλωτέροις ἐφιστῶσι τὰς ἑλεπόλεις· οὕτω καὶ αὐτὸς τὸν εὐκλεᾶ τῶν ἁγίων παρελάσας χορὸν, ἐπ' ἐκεῖνον εἶσι δὲ μόνον. ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας. διαβεβλήσεται B γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον τὰ Χριστιανῶν, εἰ παρωλισθέ τις, καί τι τῶν ἀδοκήτων καταφωρᾶται παθῶν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἑαυτοῦ διδασκάλων κατά γε τὸ εἶναι σοφὸν, μείω τε καὶ ἀτεχνέστερον γενέσθαι φησὶν αὐτὸν, μανθανέτω πάλιν. ὅτι πρῶτον μὲν Ὁμήρῳ σύγχρονος ἦν. ἑκατοστοῦ γὰρ καὶ ἑξηκοστοῦ διελάσαντος ἔτους, μετά γε τὴν Τροίας ἅλωσιν, Ὅμηρος μὲν συνετίθει τὴν ποίησιν, καὶ τὰς Τρωϊκὰς ἐτραγῴδει συμφοράς. ἐθαυμάζετο δὲ Σολομὼν, τὸ τῶν παροιμιῶν ἐξυφαίνων βιβλίον, καὶ C τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ναὸν ἀνιστάς. εἶτα μακροῦ μεταξὺ γεγονότος καιροῦ, πεντηκοστῇ καὶ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι, Φωκυλίδης τε καὶ Θεόγνις ἐγενέσθην· συγγεγράφασι δὲ καὶ αὐτοὶ χρηστομαθῆ, ψιλὰ, καὶ κεκουφευμένα, ὁποῖαπερ ἂν καὶ τίτθαι κορίοις, καὶ μὴν καὶ παιδαγωγοὶ φαῖεν ἂν νουθετοῦντες τὰ μειράκια. Ἰσοκράτην γε μὴν εὐφυᾶ μὲν φαμὲν γενέσθαι σοφιστήν· εἰ δὲ δή τι τῶν ὀνησιφόρων εἰσηνέγκατο τοῖς νέοις, ἐπαινείσθω μὲν διὰ τοῦτο· παραχωρείτω δὲ τὴν ἀμείνω ψῆφον D γεγραφότι πρὸ αὐτοῦ Σολομῶντι, ἃ καὶ ἀρκέσειεν ἂν, ὥς γε οἶμαι, νέοις τε καὶ πρεσβύταις, πρός γε τὸ δεῖν εἰδέναι τῆς εὐκοσμίας τοὺς τρόπους, ἢ καὶ ὅπως ἄν τις διαβιῴη λαμπρῶς καὶ ἐπισημόνως, καὶ τοῖς θείοις τε καὶ ἀνθρωπίνοις οὐκ ἀπᾳδόντως νόμοις. Εἰ δὲ παρωλισθέ τις ἐξ ἡδονῆς ἐφ' ἃ μὴ προσῆκε, μὴ πλατὺ γελάτω καθ' ἡμῶν ὁ κατήγορος· διενθυμείσθω δὲ μᾶλλον, ὡς οὔτε Προφήταις ἁγίοις, οὔτε μὴν Ἀποστόλοις, ἢ Εὐαγγελισταῖς, ἐναρίθμιον αὐτὸν ποιεῖσθαι κατει- E θίσμεθα. ἦν μὲν γὰρ ἀγχίνους, καὶ σοφὸς, καὶ ἐν ὑπερτάτοις αὐχήμασι παρά γε τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐν πλούτῳ τραφεὶς καὶ περιουσίαις, οἷαί περ ἂν εἶεν τῶν ἐν ταῖς τοιαύταις ὑπεροχαῖς, καὶ τραπέζαις ἐντρυφῶν Συβαριτικαῖς, καὶ ταῖς ἑτέραις περιχεόμενος εὐπραγίαις καὶ εὐκλείαις ταῖς ἀνωτάτω λαμπρός. ἐν δέ γε τοῖς οὕτως εὖ πεπραχόσιν, ἁδρότερόν πως ἐστὶ τὸ τῆς φιληδονίας τὸ κέντρον, καὶ κεκινημένης

ἐπιθυμίας ὅλαις ὥσπερ ἐπ' αὐτὴν ἡνίαις εἶσιν ὁ νοῦς, ἀνακόπτοντος οὐδενός. σύνδρομον γὰρ ἀεί πως ἐστὶ ταῖς τρυφαῖς τὸ φιλήδονον, καθὰ καὶ αὐτός φησιν ὁ σοφιστὴς Ἰσοκράτης. πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. ἦν ἄρα εἰκὸς καὶ πλουτεῖν καὶ τρυφᾶν τὸν οὕτω λαμπρὸν, καὶ τῶν ἄλλων ὑπερηρμένον τὸν ἐφ' ᾧ ποιεῖται τὴν διαβολήν. οὐκοῦν εἰ σεσάλευταί πως καὶ παρακεχώρηκεν ἡδοναῖς καὶ τρυφῆς, καὶ πλούτου, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀγερωχίας ἐπίμεστος ὤν, τί τὸ παράδοξον, ὦ τᾶν; ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, ὁ φιλοσοφίᾳ σύντροφος, καίτοι καὶ ὀλιγοκτήμων ὑπάρχων, καὶ χειρουργικὴν ἐπιστήμην ἐπιτηδεύσας ἐν ἀρχαῖς, καὶ ὀλιγοσιτεῖν εἰωθὼς, καὶ ὡς ἐξ ἀνάγκης τάχα που καὶ ταῖς εἰς λῆξιν ἐνδείαις πεπιεσμένος, χαμαί τε ἐρχόμενος κατὰ τὸν Ὁμήρου μῦθον, συνεφύρετο γυναιξὶ, Μυρτοῖ τε φημὶ καὶ Ξανθίππῃ· συνεπλέκετο δὲ καὶ ταῖς ἑταιριζομέναις, καὶ ἀκάθεκτος ἦν εἰς ὀρέξεις αἰσχρὰς καὶ μυσαρωτάτας. Φέρε δὴ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ Σωκράτους λέγωμεν. ὢ μέγεθος ἀρετῆς, ὢ σοφίας πλοῦτος, οὐ περιγέγονεν ἡδονῆς. ἐρομένῳ δὲ μοι κἀκεῖνο φραζέτω. οὓς νενόμικεν εἶναι θεοὺς, πότερα σοφοὺς εἶναί φησιν, ἤγουν ἀνουστάτους καὶ ὀλιγογνώμονας. εἰ μὲν οὖν ἀσόφους ὑπάρχειν αὐτοὺς διατείνεται, κατηγόρευσε τὸ ἀμαθὲς τῶν ἰδίων θεῶν· εἰ δὲ σοφοὺς καὶ συνετωτάτους, μαχλῶσιν ἀνθ' ὅτου, καὶ οὐχὶ ταῖς γυναίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἀρρένων ὥραις ἐπιμεμήνασιν; οὐκοῦν φαίη ἂν οἶμαί τις καὶ ἐπ' αὐτοῖς εἰκότως. ὢ μέγεθος ἀρετῆς τῶν Ἰουλιανοῦ θεῶν· ὢ σοφίας πλοῦτος. οὐ περιγεγόνασιν ἡδονῆς καὶ φιλοσαρκίας. ὢ τοῦ παντὸς ἄξιον καταλογισαίμην. Εἰ δὲ δή τις τρυφῶν, ἡμάρτηκεν ἀρετῆς, καίτοι σοφὸς ὢν ἄγαν, μὴ γελάσθω διὰ τοῦτο τὰ Χριστιανῶν. οὐ γὰρ Προφήτης ἡμῖν ὡς ἔφην ὁ ἐγκαλούμενος, οὔτε μὴν Ἀπόστολος, ἢ Εὐαγγελιστὴς, ἀνὴρ δὲ μᾶλλον ἀγερωχίαις ἐντεθραμμένος, καὶ τὸν νοῦν ἔχων εὐπαρακόμιστον ἐκ τρυφῆς, ἐπί γε τὸ δεῖν ἐσθ' ὅτε καὶ τοῖς φυσικοῖς σκιρτήμασιν ἀπεριμερίμνως παραχωρεῖν. Ἐπιγάννυται δὲ τοῖς Σολομῶντος πταίσμασι, καὶ δὴ καί φησιν αὐτὸν τοῖς Ἑλλήνων λατρεῦσαι θεοῖς, γυναίων ὀθνείων ψιθυρισμοῖς παρενηνεγμένον. εἶτά τι δριμὺ καὶ κακόηθες, καθάπερ εἰώθει, συντιθείς· εἰ μὲν ἠπατήθη, φησὶ, μὴ δὴ κεκλήσθω σοφός. εἰ δὲ σοφὸν εἶναι φατὲ, πρόδηλον ἂν εἴη δήπουθεν, ὡς τόγε δὴ δεῖν καὶ τοῖς ἑτέροις προσκυνεῖν ἐλέσθαι θεοῖς, σοφίας ἦν ἔργον

A omnibus velut habenis in illam fertur animus, inhibente nemine. Semper enim fere *delicias voluptatis amor comitatur*, vt Sophista ipse quoque ait Isocrates. Diuitiæ autem vitiorum potius administræ quam virtutis. Sequebatur ergo, vt is, quem accusare statuit, in eo splendore vitæ supremoque dignitatis fastigio, diues quum esset, luxuriose viueret. Quare si iactatus est quodammodo, seque a voluptati-
B bus vinci passus est, deliciis & opibus, quæque ex his proficiscitur abundans insolentia, quid adeo mirum, Iuliane? Socrates, Sophronisci filius, in philosophia educatus, quamuis pauperculus, & manuariam artem primum exercuisset, parce viuere solitus, & *necessitate forsan extremaque pressus inopia atque humi repens*, vt Homericis verbis vtamur, cum vxoribus miscebatur, Myrto nimirum & Xanthippe, ad hæc & cum scortis, obscœnisque & abominandis
C libidinibus impotenter ardebat. Age ergo, de Socrate nos id ipsum quoque dicamus. O magnitudinem virtutis! o sapientiæ diuitias! Non vicit voluptatem. Sed percontanti mihi respondeat: Quos Deos existimat, an sapientes esse dicit, aut sane stultissimos, & angusto animo. Si ergo contendit minus esse sapientes, Deos suos ignorantiæ accusat; sin autem sapientes & cordatos, quid scortantur, neque feminarum tantum sed & masculorum libidine insa-
D niunt? Quamobrem de illis hoc etiam merito quis dixerit. O magnitudinem virtutis Deorum Iuliani! o sapientiæ diuitias! Non vicerunt voluptatem & carnis libidinem. O quam illud omni admiratione dignum reputem! Si quis ergo deliciis diffluens, virtute excidit, licet oppido sapiens esset, ne propterea Christianam religionem rideat. Nec enim propheta nobis est, vti dixi, is qui in crimen vocatur, neque certe Apostolus, aut Euangelista, sed potius vir luxu
E innutritus, animoque præ deliciis naturæ motibus interdum facile ac temere cedenti. Porro Salomonis casu Iulianus oblectatur, eumque Deos Græcorum coluisse ait, exterarum mulierum blanditiis abductum. Tum quiddam acre ac malignum more suo subiiciens: Si deceptus est, inquit, ne certe sapiens vocitetur: sin autem sapientem esse dicitis, vtique manifestum erit, quod Deos alios adorandos statuerit, opus fuisse sapien-

tus, quæ admirationem ei peperit. At certe ex iis quæ scripsit, Salomonem sapientem intelligimus ac dicimus. Quod autem manifeste peccauerit, quum falso nominatos Deos coluit, nemo negabit. Sed ab exteris mulieribus abductum dicimus. Blanda res enim est mulier, & quos semel suis laqueis implicuit, hos incantare potest, adiutrice voluptate, qua mens vincitur. Abductus autem est, in ipso fere senectutis limine quum esset, mente iam velut vna cum corpore consenescente, nec pristinum illum vigorem retinente. Vt autem iuuenilis animus non amat molestiam, ita nec senilis; & vt adolescentes strenue quiduis aggrediuntur, & in omnia inconsiderate feruntur,

Stulte enim semper agunt iuuenes,

vt canit Homerus; ita & hominis mens senilis. Et quidem iuuenis quum esset Salomon, ac velut in pubertate mentis, celeberrimum illud templum Hierosolymis extruxit, aliaque ad Dei gloriam magno studio perfecit. Sed postquam ætas in ipso fine & occasu vitæ fuit, ac robur simul & mens defecit, tandem laqueum illi per mulieres parans Satanas, a recto illum abduxit. Verum vt ille pertendit, eum Dei monitu non defecisse, & in omne vitium ruisse, vel hinc facile patebit, quod eam ob rem Deus vehementer concitatus est, ac sceleri pœnam statim indixit. Scriptum enim est in tertio Regnorum: *Et factum est in tempore senectutis Salomonis, non erat perfectum cor eius cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris sui. Et declinare fecerunt mulieres alienæ cor eius post Deos suos. Et dixit Dominus ad Salomonem: Pro eo, quod facta sunt hæc tecum, & non custodisti mandata mea, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, discindens discindam regnum tuum de manu tua: & dabo illud seruo tuo.* Quid porro mandatum est illi, & omnibus qui sub lege viuebant? Ne cum alienigena matrimonium contraherent. Dixit enim: *Filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo. Deficere enim faciet filium tuum a me, & pergens adorabit Deos alienos.* Cuius mandati oblitus cum alienigenarum filia-

Deuter. 7.

A αὐτῷ, δι᾽ ἣν καὶ τεθαύμασται. Ἀπὸ μὲν οὖν ὧν γέγραφε, σοφὸς ἂν λέγοιτο πρὸς ἡμῶν, καὶ δὴ καὶ νοοῖτο κατὰ ἀλήθειαν ὁ Σαλομών. ὅτι δὲ πεπλημμέληκεν ὁμολογουμένως τοῖς ψευδωνύμοις λατρεύσας θεοῖς, καταρνήσαιτ᾽ ἂν οὐδείς. παρακεκομίσθαι δὲ φαμὲν αὐτὸν ὑπὸ γυναικῶν ἀλλοφύλων. ψίθυρον γὰρ χρῆμα γυνή, καὶ τοὺς ἅπαξ τοῖς αὐτῆς ἁλόντας βρόχοις καταγοητεύειν ἱκανή, σύνοπλον ἔχουσα τὴν τῆς διανοίας κρατήσασαν ἡδονήν. B Συνηρπάζετο δὲ γεγονὼς καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ γήραος οὐδῷ μονονουχὶ καὶ ἀφηβηκότος ἤδη τοῦ νοῦ, καὶ οὐκ ἐν ἀκμαῖς ὄντος ἔτι ταῖς πρώταις, ἀλλ᾽ οἷον τῷ σώματι συγκαταγηράσκοντος. ὥσπερ δὲ νέα φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ, οὕτως οὐδὲ πρεσβυτική. καὶ ὥσπερ ἀμελητὶ τὰ μειράκια πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἵεται τῶν πρακτέων, καὶ ἀβασάνιστον ἔχει τὴν ἐφ᾽ ἅπασι ῥοπήν,

--αἰεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσι, Odyss. H. v. 194.

κατὰ τὸν Ὁμήρου στίχον· οὕτω καὶ ἀνδρὸς ἀφήλικος C νοῦς. Νέος μὲν οὖν ὢν ἔτι Σαλομών, καὶ ὥσπερ ἐν ἥβῃ φρενός, τὸν διαβόητον ἐκεῖνον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις νεὼν εἰργάζετο, καὶ τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ πληροῦν ἐπείγετο. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτῷ τέρμασι καὶ δυσμαῖς βίου ἡ ἡλικία, ῥώμης τε ἦν ὁμοῦ καὶ φρενῶν ἐν ἐνδείᾳ, λοιπὸν πάγην αὐτῷ τὴν ἐκ γυναικῶν ἀρτίσας ὁ σατανᾶς, παρεκόμισε τοῦ εἰκότος. ὅτι δὲ οὐχ, ὡς αὐτὸς διατείνεται, Θεοῦ χρήσαντος αὐτῷ κατεκομίσθη πρὸς ἀπόστασιν, καὶ εἰς πᾶν ἠνέχθη κακοῦ, διαδείξειεν ἂν εὐκόλως τὸ κε- D κινῆσθαι λίαν ἐπ᾽ αὐτῷ τὸν τῶν ὅλων Θεόν, καὶ δίκην εὐθὺς ἐπαρτῆσαι τῷ πλημμελήματι. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν· καὶ ἐγενήθη ἐν καιρῷ γήρως Σαλομών, οὐκ ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ τελεία μετὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καθὼς ἡ καρδία Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ ἐξέκλιναν αἱ γυναῖκες αἱ ἀλλότριαι τὴν καρδίαν αὐτοῦ ὀπίσω θεῶν αὐτῶν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Σολομῶντα· ἀνθ᾽ ὧν ἐγένετο ταῦτα μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολήν μου, καὶ τὰ προστάγματά μου ἃ E ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσσων διαρρήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου. Τί δὲ ἦν τὸ ἐνταλθὲν αὐτῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον; ἀνδρὶ μὴ κηδεύειν ἀλλογενεῖ. ἔφη γάρ, ὅτι τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. Ἀμνημονήσας τοίνυν τῆς τοιαύτης ἐντολῆς, ταῖς τῶν ἀλλοφύλων συνεπλέ-

κετο θυγατράσιν. ἐπειδὴ τοίνυν, φησι, δι᾽ οὐδενὸς A ἐποιήσω λόγου τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν, κατολισθήσας δὲ πρὸς ἀπόστασιν, τοῖς τῶν ἀλλοφύλων λελάτρευκας θεοῖς, καὶ δούλην ἐμὴν τὴν κτίσιν εἰδὼς οὖσαν, τὴν ἐμοὶ καὶ μόνῳ πρεπωδεστάτην ἐκνενέμηκας αὐτῇ τιμήν τε καὶ δόξαν, κἀγὼ τὴν σὴν διαῤῥήξω βασιλείαν, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου, ἵν᾽ ὃ πεποίηκας μάθοις ἐξ αὐτοῦ τοῦ συμβεβηκότος. Ποῦ τοιγαροῦν ἔχρησεν αὐτῷ τὸ καὶ ἑτέροις χρῆναι θεοῖς προσκυνεῖν, ὁ οὕτω λελυ- B πημένος; μὴ γὰρ δὴ λεγέτω τὸ πιθανὸν εἶναι δοκεῖν πανταχόθεν ἑαυτῷ θηρώμενος· φθόνος γὰρ καὶ ζῆλος, οὐδὲ ἄχρι τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀφικνεῖται, τοσοῦτον ἄπεστι θεῶν καὶ τῶν ἀγγέλων. οὐ φθόνος ἦν, ὦ κράτιστε. πόθεν; οὔτε μὴν βασκανίας ἔργον εἶναι φαμὲν, τὸ μὴ ἀνασχέσθαι τὸ θεῖον καὶ ἀκήρατον νοῦν τῶν πεπλανημένων, καὶ προσκυνεῖν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἑτέροις ἐσπουδακότων, τηροῦντος δὲ μᾶλλον τὸ

Homerus Iliad. B. v. 204.

> Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, C
> Εἷς βασιλεύς.

Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, καθά φησιν αὐτὸς, οὐδὲ ἄχρι τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀφικνεῖται φθόνος, ἔστω τοῖς ἐπὶ γῆς κρατοῦσιν ἀδιάφορον, κἂν εἰ ἔξω φέροιτό τις τῆς ὑπ᾽ αὐτοῖς βασιλείας, μᾶλλον δὲ τὰς αὐτῶν ἁρπάζειν ἕλοιτο τιμάς. Ἀλλ᾽ οὐ τοιοῦτος ἦν αὐτὸς, ὅτε καὶ ἐν σκήπτροις ἦν, ἐκόλασε δ᾽ ἂν καὶ μάλα πικρῶς τὸν ἁλόντα τῇ γραφῇ. οὐκοῦν ἃ μὲν ἔχειν ἡμᾶς ἀδιαβλήτως ἔνεστι, D καταχτήσαιτ᾽ ἄν τις καὶ ἕτερος διεφθονηκότος οὐδενός. διαβεβλήσεται γὰρ ἐπὶ καιροῦ τό γε βάσκανον ἐν τούτοις, καὶ μάλα εἰκότως. ἐπιπηδῶντας δὲ καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους, ἢ καὶ ἀνταίρειν θέλοντας, ἐν δίκῃ τε καὶ ἀναμφιλόγως κολάζεσθαι πρέποι ἂν, καὶ οὐκ ἄν τις οἴοιτο νοῦν ἔχων φθόνῳ καὶ ζήλῳ πρὸς τοῦτο ἰέναι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, χρειωδέστατα δὲ μᾶλλον καὶ ἀναγκαίως, ἵνα μὴ ἀγνοῆται τὸ ἀληθές. Ὅτι γὰρ ἐστὶ ζωοποιὸν τὸ ἀμωμήτως καὶ ἀ- E πλανῶς εἰδέναι τίς ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ δημιουργὸς καὶ δεσπότης, αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ σωτὴρ, οὕτω λέγων πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ὁμολογουμένου τοίνυν ὡς ἐστὶ ζωοποιὸν τὸ εἰδέναι σαφῶς τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, οὐκ ἐνδοιάσειέ τις ὡς ἔσται που πάντως τοῦ παντὸς ἀναμεστον κακοῦ τὸ τῆς ἀληθείας ἀφαμαρτεῖν, καὶ

A liabus rem habuit. Quoniam igitur, inquit, mandatum tibi traditum nihili fecisti, & ad defectionem prolapsus alienigenarum Deos coluisti, & creaturæ, quam seruam meam esse noueras, honorem & gloriam, quæ mihi soli conuenit, detulisti; ego tuum regnum disrumpam, & dabo illud seruo tuo, vt facinus tuum discas ex euentu. Vbinam ergo significauit illi, Deos alios esse adorandos, qui tam in- B fensus eo nomine illi fuit? Ne enim dicat, suis vndique sermonibus fidem quærens, inuidiam & æmulationem ad bonos viros minime pertinere, nedum ad Deos & Angelos. Non erat ea inuidia, o bone. Qui autem? Quippe inuidiæ opus non esse contendimus, quod diuina & immortalis mens non ferat errantes, & qui nescio quo pacto diuinos honores aliis tribuunt, sed eius potius qui illud obseruet:

> C *Bona res non est multorum dominatus;*
> *vnus dominus esto,*
> *Rex vnus.*

Quum ergo, vt ait ipse, in bonos viros non cadat inuidia, nihil sua referre putent terreni principes, quamuis aliquis regiæ potestatis iugum excutiat, aut sane regios honores velit arripere. Atqui eo animo non erat Iulianus, quum imperaret, sed si quis eius criminis condemnatus esset, acerbissi- D mas de illo pœnas sumebat. Quare, quæ nos citra culpam habere fas est, ea & alius citra cuiusquam inuidiam possederit. Opportune enim in his libris ac iure merito reprehendetur inuidia. Sed absque dubio puniri decet eos, qui, quum Dei imperio subiaceant, in eius maiestatem insultant; nec quisquam sanæ mentis est, qui vniuersitatis Deum ad id inuidia aut æmulatione ferri putet, sed necessario potius, ac summa cum vtilitate, ne veritas ignoretur. E Nam vtique viuificam esse cognitionem Domini & Creatoris omnium, Seruator ipse docuit, patrem, qui in cælis est, ita compellans: *Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Ioan. 17. Quum igitur in confesso sit apud omnes, naturalis ac veri Dei claram cognitionem rem esse viuificam; nemo dubitabit, pessimum esse a veritate aberrare, & a viui-

viuifico cultu excidere. Miror autem quod, quum impuras potestates siue dæmonia Iulianus adoret, nos nescio quomodo circa ea hærere dicat. At mihi videtur posse de quauis re vsurpari illud rectissime, quod est a Græcorum vno sapiente proditum:

—Molesta res est, o Pamphila!
Ingenua fœmina cum scorto pugna.

Quum enim nullo modo possint vitam ingenuam ac liberalem omnisque reprehensionis expertem criminari, probrorum suorum sordes bene moratis fœminis illinunt, dicacique & fœda lingua illas inuadunt. Id facere & æmulari velle reor optimum Iulianum. Sua enim commendat, rursusque diuinæ Scripturæ conuiciatur, ac dicere audet:

IVLIANVS.

Quam ob caussam disciplinas Græcorum prælambitis, si abunde vobis est vestrarum lectio literarum? Nam ab illis præstat homines arcere, quam ab immolatorum esu. Ab hoc enim, vt etiam Paullus ait, qui edit, nihil læditur. At conscientia fratris, qui videt, secundum vos offendetur. O sapientissimi homines! Per has autem disciplinas ab impietate defecit, quicquid apud vos natura ingenuum protulit. Quare si quis vel paullum cordatus fuit, hic ab impietate vestra continuo defecit. Proindeque melius est ab illis disciplinis homines arcere, quam a victimis. Atqui nostis, vt arbitror, quantum disciplinæ nostræ ad prudentiam comparandam vestris antecellant. Ex vestris, nemo fortis ac ne frugi quidem extiterit. E nostris vero, quiuis seipso melior fiet, licet omnino natura tardus. Quod si naturæ bonitate præditus sit, nostrasque literas hauserit, vtique tanquam Deorum munere datus hominibus videbitur, siue scientiæ lumen accendens, aut vitæ rationem instituens, aut maximam vim hostium in fugam vertens, ac multam terram multumque mare peragrans, eoque nomine heroum par visus. *Et post alia:* Signum autem hoc manifestum est. Ex omnibus vobis delectos pueros ad Scripturarum studium applicate.

A ζωοποιοῦ λατρείας ἀπολισθεῖν. Θαυμάζω δὲ
ὅτι τῶν ἀκαθάρτων δυνάμεων, ἤγουν δαιμο-
νίων, προσκυνητὴς ὢν αὐτὸς, ἡμᾶς οὐκ οἶδ' ὅ-
πως περὶ αὐτὰ στρέφεσθαι φησίν. εἰρῆσθαι δέ μοι
δοκεῖ καὶ μάλα ὀρθῶς περὶ παντὸς ὁτουοῦν,
τὸ δί ἑνὸς παρ' Ἕλλησι λογάδων ἐκφωνη-
θέν·

—χαλεπὸν, Παμφίλη!
Ἐλευθέρα γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη.

B Ἔχουσαι γὰρ οὐδαμόθεν τὸ εὐφυᾶ καὶ ἐλεύθερον,
καὶ πέρα μώμου παντὸς αἰτιάσασθαι βίον, τῶν
οἰκείων ἐγκλημάτων τὸν ῥύπον ταῖς ἐπιεικέσιν
ἀπομάττονται, φιλοσκωμμονά τε καὶ βδελυρὰν
αὐταῖς ἐπαφιεῖσαι τὴν γλῶσσαν. Τοῦτί γάρ οἶ-
μαι ζηλοῦν καὶ μὴν καὶ ἐλέσθαι δρᾶν, τὸν κράτι-
στον Ἰουλιανόν. κατασεμνύνει μὲν γὰρ τά οἰκεῖα,
διαλοιδορεῖται δὲ πάλιν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ,
καὶ δὴ καὶ φάναι τετόλμηκε.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

C Τοῦ χάριν ὑμεῖς τῶν παρ' Ἕλλησι παρεσθίε-
τε μαθημάτων, εἴπερ αὐτάρκης ὑμῖν ἐστὶν
ἡ τῶν ὑμετέρων γραφῶν ἀνάγνωσις; καίτοι
κρεῖττον ἐκείνων εἴργειν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ
τῆς τῶν ἱεροθύτων ἐδωδῆς. ἐκ μεν γὰρ
ἐκείνης, καθὰ καὶ ὁ Παῦλος λέγει, βλάπτε-
ται μὲν οὐδὲν ὁ προσφερόμενος· ἡ δὲ συνεί-
δησις τοῦ βλέποντος ἀδελφοῦ σκανδαλισθείη ἂν
καθ' ὑμᾶς. ὦ σοφώτατοι . . . φάναι! διὰ δὲ
τῶν μαθημάτων τούτων, ἀπέστη τῆς ἀθεότητος
D πᾶν ὅτιπερ παρ' ὑμῖν ἡ φύσις ἤνεγκε γενναῖον.
ὅτῳ οὖν ὑπῆρξεν εὐφυΐας κἂν μικρὸν μό-
ριον, τούτῳ τάχιστα συνέβη τῆς παρ' ὑμῖν
ἀθεότητος ἀποστῆναι. βέλτιον οὖν εἴργειν μαθημάτων
ἢ τῶν ἱερείων τοὺς ἀνθρώπους. Ἀλλ' ἴστε καὶ ὑμεῖς,
ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τό διάφορον εἰς σύνεσιν
τῶν παρ' ὑμῖν . . . . . οὐδ' ἂν γένοιτο
γενναῖος ἀνὴρ μᾶλλον οὐδὲ ἐπιεικής. ἐκ δὲ τῶν
παρ' ἡμῖν, αὐτὸς αὑτοῦ πᾶς ἂν γένοιτο καλ-
λίων, εἰ καὶ παντάπασιν ἀφυής τις εἴη. Φύ-
E σεως δὲ ἔχων εὖ, καὶ τὰς ἐκ τούτων προσ-
λαβὼν παιδείας, ἀτεχνῶς γίνεται τῶν Θεῶν
τοῖς ἀνθρώποις δῶρον, ἤτοι φῶς ἀνάψας ἐπι-
στήμης, ἢ πολιτείας γένος, ἢ πολεμίους πολ-
λοὺς τρεψάμενος, καὶ πολλὴν μὲν γῆν, πολ-
λὴν δὲ ἐπελθὼν θάλασσαν, καὶ τούτῳ φα-
νεὶς ἡρωϊκός. καὶ μεθ' ἕτερα. Τεκμήριον δὲ τοῦτο
σαφές. ἐκ πάντων ὑμῶν ἐπιλεξάμενοι παιδία
ταῖς γραφαῖς ἐμμελετῆσαι παρασκευάσατε.

κἂν φανῇ τῶν ἀνδραπόδων εἰς ἄνδρα τελεσαντα σπουδαιότερα, ληρεῖν ἐμὲ καὶ μελαγχολᾷν νομίζετε. εἶτα οὕτως ἐστὲ δυστυχεῖς καὶ ἀνόητοι, ὥστε νομίζειν θείους μὲν ἐκείνους λόγους, ὑφ᾽ ὧν οὐδεὶς ἂν γένοιτο φρονιμώτερος, οὐδὲ ἀνδρειότερος, οὐδ᾽ ἑαυτοῦ κρείττων. ὑφ᾽ ὧν δὲ ἔνεστιν ἀνδρείαν, φρόνησιν, δικαιοσύνην προσλαβεῖν, τούτους ἀποδίδοτε τῷ σατανᾷ, καὶ τοῖς τῷ σατανᾷ λατρεύουσιν.

A li si, vbi maturam ætatem attige[illegible] mancipiis meliores fuerint, delira[illegible] me & inſanire putatote. Et tamen adeo miſeri & inſani eſtis, vt ſermones illos diuinos arbitremini, a quibus nemo prudentior euadit, aut ſortior, ac ne quidem ſeipſo melior. A quibus autem virtutem, prudentiam, iuſtitiam adipiſci licet, hos attribuitis Satanæ, & eius cultoribus.

B

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ· ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ τὸ Ῥαψάκου πάλιν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης κατευρύνεται στόμα, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλεῖ, καθὰ γέγραπται· καὶ τῆς καθ᾽ ἡμῶν γλωσσαλγίας οὐδὲν, ὡς ἔοικεν, ἡγεῖται τὸ ἄμεινον. Ἀπόχρη μὲν οὖν ἡ θεόπνευστος γραφὴ, καὶ πρός γε τὸ δεῖν ἀποφῆναι σοφοὺς καὶ δοκιμωτάτους, καὶ διαρκεστάτην ἔχοντας σύνεσιν τοὺς ἐντεθραμμένους αὐτῇ· δεδεήμεθα δὲ πρὸς τοῦτο τὸ σύμπαν οὐδενὸς τῶν ἔξωθεν διδασκάλων. Ἐπειδὴ δέ ἐστι γλυκὺ τὸ πάντα εἰδέναι, ταύτῃ τοι καὶ μάλα ἐμφρόνως καὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων πολυπραγμονοῦμεν δόξας, ἃς δὴ καὶ ἐφ᾽ ἑκάστῳ συνειλόχασι τῶν πραγμάτων, πρό γε τῶν ἄλλων ἐπὶ Θεῷ. εἶτα γέλωτος αὐτοὺς ἀφορμὴν πεποιήμεθα, μυρίους μὲν ὅσους καὶ ἀριθμοῦ κρείττονας Θεοὺς τιμᾷν ἠρημένους, καὶ ἀκαθάρτων δαιμονίων σέβοντας πληθὺν, καὶ αὐτοῖς τάχα που τοῖς αὐτὰ προσκυνοῦσιν ἀγνοουμένην, ἔχοντάς τε τὰ ἐν σηκοῖς εἴδη πολύμορφα καὶ πολυειδῆ, καὶ οὐ κατά γε μόνους τοὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν εἰδοποιηθέντα τύπους, ἀλλὰ γὰρ καὶ θηρῶν ἀγρίων, κτηνῶν τε καὶ ἑρπετῶν, πτηνῶν καὶ ἐναλίων. καὶ σιωπῶ τὴν κτίσιν, Οὐρανόν τε φημι, καὶ Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ τὰ ἕτερα τῶν ἄστρων, οἷς τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ἐκνενεμήκασι δόξαν, ἄνω τε καὶ κάτω τὰ πάντα συγχέοντες. Εὑρίσκομεν δὲ τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς θεηγόρους περί γε τῶν παρὰ σφίσι γεγραφότας Θεῶν, οἷά περ ἄν τις καὶ μόνον ἀκούσας, αἰσχρότη[illegible] καὶ ἀκαθαρσίας τὸν οἰκεῖον εὐθὺς ἀναμεστώσειε νοῦν. παρεσθίοντες τοίνυν, καθά φη[illegible] αὐτὸς, τῶν παρ᾽ Ἕλλησι μαθημάτων, εἶτα πολὺ τὸ βλάβος εὑρίσκοντες ἐν αὐτ[illegible], τότε δὴ τότε καὶ ἔτι μειζόνως τοὺς ἱεροὺς τε καὶ θείους κατατεθήπαμεν λόγους.

CYRILLVS.

Audi cælum, & auribus terra percipe. En Rapſacis linguam iterum contra Dei maieſtatem laxat, & in[illegible]am in Excelſum loquitur, ſicut ſcriptum eſt; neque melius quicquam putat, vt videtur, quam hac linguæ prurigine nos appetere. Cæterum diuina Scriptura ſufficit, vt ſapientes ac probi ac pleniſſi[illegible]a prudentia præditi euaC
dant, qui in ea educati ſunt; nec ad illud prorſus egemus doctoribus peregrinis. Sed quoniam ſuaue eſt omnia noſſe, idcirco nos ſingulari conſ[illegible]io Græcorum opiniones indagamus, quas de vnaquaque re, & ante alia de Deo collegerunt. Ex his occaſionem capimus eos ridendi, qui multa millia Deorum venerantur, innumerabilemque impurorum Dæmonum turbam colunt, ipſis forſan adoratoribus ignotam, haD
bent[illegible]ue in templis multiplicis generis ac formæ ſimulacra, non ſolum in ſpeciem virorum ac mulierum efficta, ſed ferarum etiam quadrupedum, ſerpentium, volatilium, & aquatilium. Taceo res creatas, cælum videlicet, Solem & Lunam, reliquaque ſidera, quibus diuinos ac ſupremos honores detulerunt, ſuſque deque omnia permiE
ſcentes. Quinetiam reperimus apud illos quoſdam rerum diuinarum interpretes ea de Diis ſuis ſcripſiſſe qu[illegible] vel auditu ſolo ſtatim obſcœni[illegible]te & impuritate mentem oppleuerint. Literas igitur Græcas prælambentes, vt illius verbis vtamur, multaque fraude in iis reperta, cu[illegible] ſane vehementius ſacros di[illegible]noſque ſermones, hoc eſt, di

vinitus inspiratam Scripturam admiramur. Quid enim vtilitatis non illa complectitur? Primum enim, & quod omnium est nobilissimum, videre licet in ea veræ Dei cognitionis sermones coruscantes. Sunt autem hi subtiles, accurati, sublimes, & supra id omne quod creatum est initiatorum animum euehunt, eoque loci vnam illam & supremam naturam quodammodo statunt, vt vltra id omne quod cum sensu est opinabile, aut scientia vel mente comprehenditur, hoc est, vltra creaturam omnem visibilem aut inuisibilem concipiatur esse: ei autem ac soli velut eximium quiddam ac præcipuum munus, immo vero, propriam ac naturalem illius dignitatem, nullique alii innatam cum primis illa tribuit, nempe rebus cæteris dominari, creare, & in ortum educere quæ nusquam sunt. Ad hæc bene viuendi rationes nobis explicat, legibusque sacris ac diuinis ad iustitiam dirigit, nobisque omnis æquitatis clarum iter statuit. Commemorare libet sanctos Prophetas, qui quum Græcarum literarum ignari prorsus essent, sancti nihilominus fuerunt, Deoque gratissimi, operaque patrarunt omni prædicatione maiora. Et sane ad ipsum Mosem venio sacrorum interpretem. Age enim, ecquis illo sapientior, aut ad eum vel minimum accesserit, doceat obiter. Erat is quidem lingua Hebræus, veruntamen contemplatione rerum dicendique peritia non ignobilis. Vnde historiarum scriptor Eupolemus, in libro de Iudæorum Regibus de Mose verba faciens, ait illum fuisse primum sapientem, Grammaticamque Iudæis tradidisse, quæ apud illos hodieque forsan est in vsu. Phœnices vero ab iis artem accepisse, maxime quum essent finitimi Iudæis. Hos illam Græcorum filiis tradidisse, quum Cadmus nimirum, apud illos versatus, ipsa prima elementa docuisset. Huius historiæ nominatim meminit Clemens in Stromatis, vir in primis doctus & eruditus, qui Græcarum literarum altitudinem, quantum forsan ante illum pauci, perscrutatus est. Quum ergo ipsam primorum elementorum scientiam Græci ab Hebræis per Cadmum

A Φημὶ δὴ τὴν θεόπνευστον γραφήν. Τί γὰρ τῶν ὀνησιφόρων οὐκ εἴρηται παρ' αὐτῆς; πρῶτον μὲν γάρ, ὃ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐστὶ τιμαλφέστερον, κατίδοι τις ἐν αὐτῇ τοὺς τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας ἐναστράπτοντας λόγους. ἰσχνοὶ δὲ οὗτοι, καὶ ἀκριβεῖς, καὶ ἀνῳκισμένοι, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ τὸν τῶν μυσταγωγουμένων ἀναβιβάζοντες νοῦν, καὶ χῶρον ὥσπέρ τινα νέμοντες τῇ μιᾷ τε καὶ ὑπερτάτῳ φύσει, τὸ πέ-
B ρα νοεῖσθαι παντὸς καὶ δοξαστοῦ μετ' αἰσθήσεως, καὶ μὴν καὶ ἐπιστητοῦ τε καὶ νοητοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ὁρατῆς τε ἁπάσης καὶ ἀοράτου κτίσεως, αὐτῇ δὲ καὶ μόνῃ χρῆναι κατάρχειν τῶν ἄλλων, καὶ μὴν καὶ τὸ δύνασθαι δημιουργεῖν καὶ παρακομίζειν εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ, γέρας ὥσπέρ τι λαμπρὸν καὶ ἐξαίρετον, μᾶλλον δὲ ἴδιόν τε καὶ φυσικὸν ἀξίωμα, καὶ οὐδενὶ τῶν ἄλλων προσπεφυκὸς εὖ μάλα τετήρηκεν. εἶτα πρὸς τούτοις καὶ τοὺς τῆς εὐζωΐας ἡμῖν εἰσηγῆ-
C ται τρόπους, νόμοις δὲ θείοις καὶ ἱεροῖς ἀπευθύνει πρὸς δικαιοσύνην, καὶ μὴν καὶ ἁπάσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἐναργῆ καθίστησι τρίβον. Διαμεμνήσομαι δὲ τῶν ἁγίων Προφητῶν, οἳ μαθημάτων ἑλληνικῶν ἀμέτοχοι μὲν γεγόνασιν εἰς ἅπαν, ἅγιοι δὲ ἦσαν, καὶ τῷ Θεῷ θυμηρέστατοι, καὶ τῶν ὑπὲρ λόγον σημείων ἀποτελεσταί. Εἶμι δὲ δὴ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὸν ἱεροφάντην Μωσέα. εἶτα, τίς ἐκείνου σοφώτερος, ἤγουν ἐγγὺς καὶ παρὰ βραχὺ παρελθὼν διδασκέτω. ἦν μὲν
D οὖν τὴν γλῶσσαν Ἑβραῖος, τό γε μὴν εἰς θεωρίας καὶ τὸ εἰς λόγους ἔντεχνες οὐκ ἀθαυμάστως ἔχων. Εὐπόλεμος γοῦν ὁ ἱστορικὸς τοὺς ἐπ' αὐτῷ λόγους συντιθείς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων φησὶν ἐναργῶς, Μωσέα δὴ πρῶτον γενέσθαι σοφόν, καὶ γραμματικὴν τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, τὴν τὸ τηνικάδε τάχα που νενομισμένην. Φοίνικας δὲ παρ' αὐτῶν κατακτήσασθαί τε τὴν ἐπιστήμην, ἅτε δὴ καὶ ὁμόρους ὄντας Ἰουδαίοις. παραδοῦναι δὲ τοῖς
E Ἑλλήνων παισί, Κάδμου δηλονότι παρ' αὐτοῖς γεγονότος, καὶ αὐτὰ δὲ διδάξαντος τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Ταύτης ἰδίᾳ μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς Στρωματεῦσιν ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. Ὁ τοίνυν καὶ αὐτὴ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ ἐπιστήμη παρ' Ἑβραίων ἥκει τοῖς Ἕλλησι μεσολαβοῦντος τοῦ Κάδμου,

κάτω συρέτω τὴν ὀφρὺν ὁ φάναι τολμήσας Ἰουλιανός, οὗ χάριν ὑμεῖς τῆς παρ' Ἕλλησι παρέθεσθε μαθημάτων, εἴπερ αὐτάρκης ὑμῖν ἐστιν ἡ τῶν ὑμετέρων γραφῶν ἀνάγνωσις; Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ἡ μὲν θεία γραφὴ, κοινήν τε καὶ ἀγελαίαν, καὶ ἅπασι καταημαξευμένην ἔχει τὴν λέξιν· εὐστομεῖ δὲ τὰ Ἑλλήνων, καὶ καταπλουτεῖ τὸ ἐπίχαρι, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ εὐεπές. Φαμὲν οὖν, ὅτι γλώττῃ μὲν Ἑβραίων ἐλαλήθη τὰ Προφητῶν, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Μωσέως, ἵνα καὶ ὑπάρχῃ γνώριμα μικροῖς καὶ μεγάλοις, μετεποιήθη χρησίμως εἰς τὸ τῆς γλώττης εὐτριβὲς καὶ δυσέφικτον ἐχούσης παντελῶς οὐδέν. εἰ δὲ πολὺ τὸ εὔκοσμον τὰ Ἑλλήνων ἔχει, καὶ τὸ ἀπόλεκτον εἰς ἠχὼ, ἀλλ' ἐν ἐκβολῇ τοῦ πρέποντος γεγονότα φαίνεται, καὶ τῆς ἀληθείας ἡμαρτηκότα. μυρίους γὰρ ὅσους μυθολογοῦσι Θεοὺς, τὸν ἕνα δὲ φύσει καὶ ἀληθῶς εἰσάπαν ἠγνοηκότες. ἐπαινέσαι δ' ἄν τις εἴ γε σωφρονοίη, οὐ τὸν εὐστομεῖν μὲν εἰδότα καὶ κεκομψευμένων ῥημάτων ἐπιστήμονα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ ψιλὴν αὐχοῦντα λαμπρότητα· ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, ὃς ἂν ὁρῷτο τὴν μὲν τῆς λέξεως προφορὰν οὐχ ἑτοιμοτέραν ἔχων, ὀρθῶς δὲ τὴν δόξαν, τὴν ἐπί γε φημὶ τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, καὶ παντα τρόπον ἐπιεικείας οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἔχοντα, βάσιμον δὲ καὶ οἷον ἱππήλατον πᾶν εἶδος ἀρετῆς. Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἑαυτοῦ βελτίων ἂν γένοιτο πᾶς τις οὖν, καὶ μὴν καὶ ἑτέροις οὐκ ἀσυντελὴς εἰς ὄνησιν. ἀπὸ δέ γε τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων καλλιεπήσας μόνον, κερδανεῖ πρὸς τούτῳ τὸ σύμπαν οὐδὲν εἴς γε τὸ εἶναι σεπτὸς καὶ ἐπιεικὴς, ἐγκρατείας τε καὶ σεμνότητος ἐραστής. ὡς γὰρ ἔφην ἤδη πλειστάκις, τοὺς παρ' αὐτοῖς εὑρίσκω Θεοὺς, ἀποσπουδάζοντας μὲν τῶν ἐκτόπων οὐδὲν, ἡδοναῖς δὲ ταῖς εἰς αἰσχρότητα καὶ ἀσέλγειαν ἅπαν παριόντας καλόν. ὁ δὲ τοῖς αἰσχίστοις ἅπασιν ἁλῶναι μεμαθηκὼς τοὺς προσκυνουμένους, ὁποῖος ἔσται λοιπὸν παρήσω λέγειν. Εἰ δὲ δὴ τὸ χρῆναι νικᾶν τοῖς Ἑλλήνων ἀπονενέμηκε λόγοις, ὅτι πολὺς παρ' αὐτοῖς μὲν ὁ ἀστεϊσμὸς, παρ' ἡμῖν δὲ οὐκέτι, φιλοπευστοῦντι φραζέτω· ἆρα γὰρ εἴ τις κοτύλῃ χρυσῇ τὸν ἐλλέβορον ἐγχέας, ἑτέρᾳ γε μὴν οὐ τοιαύτῃ, μᾶλλον δὲ καὶ εὐτελεστάτῃ τὴν ὕλην τὸν τῶν μελισσῶν ἐνετίθει πόνον· εἶτα ῥοφεῖν ἐκέλευεν ἐπ' ἐξουσίας τὸ δοκοῦν· ἆρα ταῖς ὕλαις ἐνορῶν τὴν ἀμείνω ψῆφον ἐδίδου τοῖς χείροσιν, ἢ δικάσας ὀρθῶς τοῦ πεφυκότος ἀδικεῖν προετίθει τὸ ὠφελοῦν, κἂν εἰ ἐν σκεύει κέοιτο τῷ λίαν εὐτελεστάτῳ;

A susceperint, demittat supercilium Iulianus, qui percontari ausus est: Quam ob caussam Græcas disciplinas arroditis, si vobis vestrarum scripturarum lectio sufficit? At enim, inquiet forsan aliquis, Scriptura sacra vulgare, plebeium, ac protritum dicendi genus continet; Græcorum autem scripta suauitatem habent, ac præterea dicendi venustate abundant & gratia. Respondemus igitur: Hebræorum lingua Pro- B phetas esse locutos, & ipsa Mosis scripta, vt omnibus imis ac summis nota essent, in familiare loquendi genus, nec difficile captu, fuisse translata. Quod si admodum venusta & sonora est Græcorum oratio, cum singulari verborum delectu; a decoro tamen videntur aliena, & veritate destituta. Multa enim Deorum millia comminiscuntur, vnum autem natura ac vere Deum prorsus ignorant. At quisquis sapit, laudabit eum, non qui diserte loqui & eleganti- C bus verbis vti nouerit, eorumque solum splendorem iactet; sed eum potius, qui verba minus promte & expedite quidem pronunciet, rectam vero de præpotente Deo sententiam, & omne genus sinceræ probitatis ac virtutis colat. Quapropter a diuina Scriptura quiuis seipso melior fiet, & certe aliis quoque non inutilis futurus est. At qui e Græcis disciplinis ornatam tantum & elegantem orationem fuerit consecutus, nihil præterea commodi capiet D ad sanctitatem & integritatem morum, modestiæque & grauitatis studium. Vt enim multoties iam repetii, apud illos reperio Deos nullum vitii genus auersari, sed per fœdas & flagitiosas voluptates omnem honestatem abiicere. Qualis autem demum iste futurus sit, qui fœdissimorum criminum reos esse nouit illos, quibus honores diuini tribuuntur, omittam dicere. Quod si palmam tribuit Græcorum scriptis, propterea quod multa vrbanitate abundant, E nostra vero minime, percontanti respondeat: Si quis poculo aureo infundat helleborum, alteri vero non aureo quidem, sed vel ex vilissima materia confecto, mel, apum laborem, iniiciat, tum pro potestate sorbere iubeat vtrum ex his libuerit: an qui hausturus est, in materiam intuens deteriora præferet; an potius recte iudicans, ei, quod natura noxium est, vtile anteponet, licet vilissimo vasculo contentum?

Quoniam autem contendit, præstare vt a Græcis literis fideles arceamus, quam ab iis quæ idolis immolantur; audiat rursus nos iustissimis de caussis ab idolothytorum esu fideles prohibere solitos, non autem a Græcis literis. Nimirum hanc caussam proferimus, quod quum vnus sit ac solus re vera Deus, nos vel ab aliorum nomine abhorremus, & omni execratione detestandum credimus. Atque hoc docet sapientissimus Paulus quum scribit: *Scimus enim nullum esse Deum nisi vnum, ac idolum nihil esse in mundo.* Non enim si nugantur aliqui, aut mente potius emota insaniunt Deosque nuncupant quos forte voluerint, ac in templis erectis simulacris in fraudem abducti sunt, nos vna cum illis necesse est etiam insanire, perindeque affici, ac putare Deos esse re vera alios præter vnum naturalem, vniuersitatisque Opificem. Sublatis ergo plane de medio idolis, dicimus immolatum nihil esse: comedimus porro conscientia pura, Deo gloriam tribuentes, qui nobis omnium esculentorum liberum & innoxium vsum largitus est. Quod si quis in his infirmus est, ac nondum sanam ac firmam mentem habet, sed quæ Diis immolantur ea putat aliquid esse reuera, quum nondum ad sinceritatem fidei peruenerit; nos eum vt pædotribæ pueros paulatim ad perfectissimam rei notitiam euehimus.

1. Cor. 8.

1. Cor. 10. Sapientissime igitur Paulus ait: *Si ego cum gratia participo, cur ob id impius iudicor, pro quo ego gratias ago?* Quamobrem ea contingere si se occasio dederit, quæ idolis immolata fuerint, nihil prorsus offendet eos qui confirmati sunt in fide. Nam si idolum plane nihil sit, ne immolatum quidem aliquid erit. Inspicientes igitur scripta Græcorum, verborum compositionem laudamus, & concinnitatem orationis; sed eorum placitis repudiatis ad sanctas potius Scripturas conuertimur, in quibus elucet veritatis decus, & accurata dogmatum cognitio cumulate continetur, & omne genus bonorum documentorum, per quæ omni virtute plenus quis statim euadat, & recte factorum gloria conspicuus. Iuliano porro instanti, & sanctam diuinamque Scripturã subsannanti,

A Ἐπειδὴ δέ φησιν, ἦν ἄμεινον ἡμᾶς μαθημάτων εἴργειν ἑλληνικῶν τοὺς πιστεύσαντας, ἤγουν τῶν ἱεροθύτων, ἀκουέτω δὴ πάλιν, ὅτι τῆς μὲν τῶν ἱεροθύτων ἐδωδῆς ἀποσοβεῖν εἰθίσμεθα τοὺς πιστεύσαντας, καὶ μάλα εἰκότως, εἴργομεν δὲ ἥκιστα τοῖς Ἑλλήνων γράμμασιν ὁμιλεῖν. κἂν εἰ βούλοιτό τις τὴν αἰτίαν ἀναμαθεῖν, φαμὲν ὅτι ἑνὸς ὄντος καὶ μόνου τοῦ κατὰ ἀλήθειαν Θεοῦ, καὶ τὸ εἰδέναι μόνον τὸ ἑτέρων ὄνομα πεποιήμεθα στυγητὸν,
B καὶ βδελυρίας ἁπάσης ἐμποιητικὸν εἶναι πεπιστεύκαμεν. καὶ τοῦτο διδάξει γεγραφὼς ὁ πάνσοφος Παῦλος· οἴδαμεν γὰρ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς, εἰ μὴ εἷς, καὶ ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. Οὐ γὰρ εἰ ἀθύρουσί τινες, μᾶλλον δε καὶ μεμήνασι τὸν νοῦν παρακεκομισμένοι, καὶ κατά γε τὸ αὐτοῖς δοκοῦν οὓς ἂν ἕλοιντο τυχὸν ὀνομάζουσι Θεοὺς, καὶ ἐν τοῖς τεμένεσιν ἱστάντες ἕδη πεπλάνηνται, συναφραίνειν αὐτοῖς καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον, διακεῖσθαί τε καὶ φρονεῖν ὡς εἶεν ἕτεροι κατὰ ἀλήθειαν θεοὶ
C παρὰ τὸν ἕνα, καὶ φύσει, καὶ τῶν ὅλων δημιουργόν. ἀναιροῦντες τοίνυν καὶ τοῦτο εἰσάπαν τὴν εἰδώλων ὕπαρξιν, οὐδὲ ἱερόθυτον εἶναί τι φαμέν. ἐσθίομεν δὲ συνειδότι καθαρῷ, Θεῷ τὴν δόξαν ἀνάπτοντες, ὡς ἁπάντων ἡμῖν τῶν ἐδωδίμων ἐλευθέραν τε καὶ ἀζήμιον χαρισαμένῳ τὴν χρῆσιν. Εἰ δὲ ἀσθενεῖ τις ἐν τούτοις, ὑγιᾶ τε οὔπω καὶ εὔρωστον ἔχει τὸν νοῦν, οἴεται δὲ εἶναί τι καὶ ἱερόθυτα ἀληθῶς, οὔπω βεβηκότι περὶ τὸ γνήσιον εἰς πίστιν συγκαθιστάμεθα, ὥσπερ τινὲς παιδοτρίβαι
D διαγυμνάζοντες τὰ μειράκια, ἀναβιβάζοντές τε κατὰ βραχὺ πρὸς τελεωτάτην τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν. οἰκονομικώτατα γοῦν ὁ Παῦλος φησίν· εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; Οὐκοῦν ἀδικήσει μὲν παντελῶς οὐδὲν τοὺς ἱδρυμένους ἐν πίστει τὸ καὶ αὐτῶν ἅπτεσθαι τῶν ἱεροθύτων εἰ τύχῃ. εἰδώλου γὰρ ὅλως οὐκ ὄντος, οὐδὲ ἱερόθυτον ἔσται τι. Περιεργαζόμενοι δὲ τὰς Ἑλλήνων συγγραφὰς, τὴν μὲν τῶν λέξεων ἐπαινοῦμεν συνθήκην, καὶ τὸ εὔ-
E ρυθμον εἰς λόγους, ἀπανιστάμενοι δὲ τῶν ἐν αὐταῖς δογμάτων, ταῖς ἁγίαις μᾶλλον προσκεκλίμεθα γραφαῖς. ἐναστράπτει γὰρ αὐταῖς τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, καὶ δογματικῆς ἀκριβείας ἐνσεσώρευται γνῶσις, καὶ πᾶν εἶδος ὑποθηκῶν ἀγαθῶν, δι᾽ ὧν ἂν γένοιτό τις ἁπάσης εὐθὺς ἐπίμεστος ἀρετῆς, καὶ τοῖς ἐξ ἀγαθουργίας αὐχήμασιν εὖ μάλα διαπρεπής. Ἐνισταμένῳ δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ τὴν ἁγίαν τε καὶ θεόπνευστον κατασκώπτοντι γραφὴν,

ἐπεί τοι τῇ Ἑβραίων συντέθειται γλώττῃ, φαίη ἂν (A) οἶμαί τις. ἆρ' οὖν, ὦ κράτιστε, συγκαταψέξεις αὐτῇ καὶ τὰς ἑτέρας τῶν γλωσσῶν, αἵπερ ἂν εἶεν τῆς Ἑλλήνων ἐξῳκισμέναι, καὶ ταύταις ἐναριθμήσεις πάντως που τὴν σήν, ἣν δὴ καὶ πεποίησαι περὶ πολλοῦ· τὴν τῶν Αὐσονίων φημί; καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς εὕρημα μὲν θρησκείας τὴν Ἑλλάδα φωνὴν καταλογισαίμεθα ἂν ἥκιστά γε, ὀρθὰ καὶ εἰκότα φρονεῖν ᾑρημένοι; μίαν δὲ καὶ αὐτὴν γενέσθαι γλωσσῶν, ἀρρήτῳ (B) δυνάμει Θεοῦ καταλελημμένων κατὰ καιροὺς εἰς πολύθρουν ἠχήν, τῶν τὸν οὐρανομήκη πύργον ἐγηγερκότων. Ὠήθησαν μὲν γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς οἱ Ἑλλήνων λογάδες, εὑρεταὶ γενέσθαι τῆς καλλιεπείας αὐτοί, καὶ τὰ τῆς ἀφράστου δυνάμεως ἔργα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐκνενεμήκασι κεφαλαῖς. ἐπαρᾶται δὲ αὐτοῖς λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ· ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, τοὺς εἰπόντας· τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστὶ τουτέστιν, ἡμεῖς εὑρεταὶ γε- (C) γόναμεν τῆς καλλιεπείας. Οὐκοῦν θεόσδοτοι μὲν αἱ γλῶσσαι καὶ τάχα που τὸ ἑκάστης κάλλος ἐξαίρετον τό γε ἧκον ἐπ' αὐτῇ· ἀξιοθαύμαστον δὲ παρ' ἐκείνας εἰς ἠχὼ γενέσθαι τὴν Ἀτθίδα φαμέν. ὀνήσειε δ' ἂν οὐδὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ μέτρον τοὺς κεχρημένους εἴς γε τὸ εἶναι σεπτούς, καὶ τὴν τῆς εὐζωίας εἰδέναι τρίβον. Ἦ οὐχ ὁρᾷς τουτουσί, τοὺς ἐν ταῖς σκηναῖς αὐλοῦντάς τε καὶ κιθαρίζοντας τοὺς ταῖς εὐφημίαις καταλεῖν εἰωθότας τοὺς τῶν ᾀδομένων φιλακροάμονας, ἀλλ' εἰσὶν ἔσθ' ὅτε (D) τῶν κατεψεγμένων καὶ ταῖς ἐκ νόμων αἰτίαις ἔνοχον διαβιοῦντες ζωήν; οὐκοῦν ὅτι μὲν καλλιεπείας εἰς ἄπαν ἥκουσι μέτρον ἐπαινέσαι τις ἂν αὐτούς· ὅτι δὲ μὴ τῶν ἀρίστων ἀπήρτηνται σπουδασμάτων, καταμωμήσαιτο ἂν εἰκότως. παιδία γε μὴν τοῖς ἱεροῖς ἐντεθραμμένα γράμμασι γένοιτο ἂν εὐθὺς τῶν ὅτι μάλιστα θεοφιλεστάτων, κἂν εἰ μὴ ὁρῷτο προσὸν αὐτοῖς τὸ ἐν λόγοις ἐντριβές. Ἀνδραπόδων δὲ αὐτά φησι κατ' οὐδένα τρόπον διενεγκεῖν, ὅτι μὴ ἔχει τὸ εὔγλωτ- (E) τον, ἐν τούτῳ τάχα που καὶ μόνῳ τιθεὶς τὸ χρῆναι θαυμάζεσθαι, τῆς γε μὴν ἑτέρας ἁπάσης ἀλογήσας ἀρετῆς, δι' ἧς ἂν γένοιτό τις καὶ Θεῷ γνώριμος, καὶ τῆς εἰς ἄκρον εὐκλείας ἐν καλῷ. Οὐκοῦν διδασκέτω, πότερα δὴ θαυμάσῃς, τὸν εὐφυᾶ τε καὶ εὐεπέστατον, κἂν εἴπερ τις εἴη βδελυρὸς τοὺς τρόπους, ἤγουν τὸν ἐπιεικῆ καὶ κόσμιον, κἂν εἰ μή τις εἴη λαμπρὸς τοὺς λόγους. Ἀπὸ μὲν τοίνυν τῶν ἱερῶν

(A) quod Hebræorum lingua composita sit, dixerit opinor aliquis. Num ergo, vir egregie, vna cum Hebraica lingua cæteras, quæ a Græca diuersæ sunt, contemnes, tuamque adeo illam Ausoniam, quam & tanti facis, in earum numero collocabis? Atqui num verum dictu est nos, si recta & æqua sentire velimus, Græcam linguam pro pietatis invento non habituros, sed vnam quoque ipsam ex iis linguis esse, quæ inef- (B) fabili Dei virtute quondam in multiplicem sonum diuisæ fuerunt, quo tempore ad cælum vsque homines turrim extruere cœperant. Enimuero Græcorum sapientes, vt credibile est, putarunt se elocutionis inuentores esse, & ineffabilis virtutis opera sibi adscripserunt; sed iis imprecatur beatus Dauid, dicens: *Disperdet Dominus omnia labia* Psal. 11. *dolosa, & linguam magniloquam, qui dicunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt:* hoc est, in- (C) ventores sumus eloquentiæ. Quapropter diuinitus quidem datæ sunt linguæ; estque suum forte cuique, quoad eius est, præcipuum decus ac venustas; sed præ illis Atticam, soni suauitate, mirabilem dicimus. Sed nihil hoc illius cultoribus ad morum sanctimoniam, & ad recte viuendi percipiendum iter contulerit. An non vides in scenis tibicines ac citharœdos, qui suauitate vocum permulcere solent homines cantus auidos, interdum labora- (D) re vitiis, vitamque sceleribus obstrictam ducere? Igitur nemo non laudabit eos, quod ad summum facundiæ peruenerint: quod autem a rectis studiis alieni sint, quiuis eos merito reprehendet. Atqui pueri in sacris literis educati, Deo carissimi statim euadunt, licet minus eloquentes videantur. At illos mancipiis nihilo inferiores esse ait, propterea quod carent facundia; ratus hoc so- (E) lum præclarum esse, omnemque aliam virtutem pro nihilo ducens, per quam in Dei notitiam aliquis & ad summum gloriæ gradum perueniat. Doceat igitur, vtrum miretur hominem præclaro ingenio, singularique facundia, licet impuris moribus; an vero frugi & honestum, licet minus excellat eloquentia. Nos itaque a sacris

literis & Scriptura diuinitus inſpirata virtutis omne genus edocti ſumus; vtimur autem Græcorum libris, veluti quodam veræ doctrinæ præexercitamento, quumque Hebræorum lingua minus inſtructi ſimus, Atticam impiorum dogmatum prædicationi ſubduximus. Nam donata a Deo lingua eſt cum aliis, nec Gentilis ſuperſtitionis inuentum
Ec 1. eſſe dici queat. *Omnis* enim *ſapientia a Domino*, vt ſcriptum eſt, *& ab eo omnis ſermo:* quia mentis & ſermonum dator eſt. Porro Iulianus Græcorum væſaniam aliter defendere conatur ſic dicens:

IVLIANVS.

Sanat corpora noſtra Æſculapius: erudiunt Muſæ noſtros animos cum Æſculapio, & Apolline, & facundo Mercurio. Mars autem & Bellona ſocii & adiutores ſunt in bello. Vulcanus quæ ad artes ſpectant adſignat & diuidit. Hæc autem omnia Pallas cum Ioue, virgo matre carens, moderatur. Videte ergo numquid in his rebus ſingulis vos vincamus; artibus, inquam, conſilio, & ſapientia; ſiue eas artes ſpectaveris quæ referuntur ad vſum, aut ad imitationem boni alicuius gratia: cuiuſmodi ſunt ſtatuaria, pictura, œconomica, medica, quæ ab Æſculapio profecta eſt, cuius vbique terrarum ſunt commoda, quæ nobis perpetuo fruenda largitur ille Deus. Quippe me ſæpius ægrum ſanauit Æſculapius, indicatis remediis. Atque teſtis horum eſt Iupiter. Si ergo nos deſertionis ſpiritui mancipantes, animi, corporis, externiſque bonis melius inſtructi ſumus, quam ob cauſſam his relictis ad illa vos conuertitis?

CYRILLVS.

Conſtat igitur inter Deos, quos ille nimirum colit, alios medicinam profiteri; alios, perinde ac præſtantiſſimos Sophiſtas, eloquentia præcellere; alios cædes edocere, & homicidiorum peritos eſſe, & crudelitatis cultores; alios ſordidarum artium inuentores: denique vt ſemel dicam, vnuſquiſque eorum quos nominaui, ei maxime idoneus eſt ad quod natura comparatus dicitur. Quumque vnius officii fungendi vices ſingulis attributæ ſint, in cæteris, opinor, erunt otioſi. At quomodo tales eſſent Dii? Nam quis dicere audeat Deum illum eſſe, qui

A γραμμάτων τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, πάντα τρόπον ἀρετῆς πεπαιδεύμεθα. χρώμεθα δὲ τοῖς Ἑλλήνων λόγοις, οἷόν τι προγύμνασμα τῆς ἀληθοῦς παιδείας τὸ χρῆμα ποιούμενοι, καὶ ἐπείπερ τὴν Ἑβραίων φωνὴν οὐκ ἠσκήμεθα, ταῖς τῶν ἀσεβῶν δογμάτων ἐπαγγελίαις ὑπηγάγομεν τὴν Ἀτθίδα. θεόσδοτος γάρ, ὡς ἔφην, μετὰ τῶν ἄλλων ἡ γλῶσσα, καὶ οὐ τῆς Ἑλλήνων δεισιδαιμονίας εὕρημα φαίη τις ἂν αὐτήν· πᾶσα γὰρ σοφία παρὰ
B κυρίου, καθὰ γέγραπται, καὶ παρ' αὐτοῦ πᾶς λόγος, ὅτι καὶ νοῦ καὶ λόγων ἐστὶ δοτήρ. Πειρᾶται δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς Ἑλλήνων ἀβελτηρίαις ἐπικουρεῖν οὕτω λέγων·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἰᾶται ἡμῶν Ἀσκληπιὸς τὰ σώματα. παιδεύουσιν ἡμῶν αἱ Μοῦσαι σὺν Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Ἑρμῇ λογίῳ τὰς ψυχάς. Ἄρης δὲ καὶ Ἐνυὼ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον συναγωνίζεται· τὰ δὲ εἰς τέχνας, Ἥφαιστος ἀποκληροῖ καὶ διανέμει.
C ταῦτα δὲ πάντα Ἀθηνᾶ μετὰ τοῦ Διὸς παρθένος ἀμήτωρ πρυτανεύει. Σκοπεῖτε οὖν, εἰ μὴ καθ' ἕκαστον τούτων ὑμῶν ἐσμὲν κρείττους· λέγω δὲ τὰ περὶ τὰς τέχνας, καὶ σοφίαν, καὶ σύνεσιν. εἴτε γὰρ τὰ πρὸς τὴν χρείαν σκοπήσειας, εἴτε τὰς τοῦ καλοῦ χάριν μιμητικάς, οἷον ἀγαλματοποιητικήν, γραφικήν, οἰκονομικήν, ἰατρικὴν τὴν ἐξ Ἀσκληπιοῦ, οὗ πανταχοῦ γῆς ἐστὶ χρηστήρια, ἃ δίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς μεταλαγχάνειν διηνεκῶς. ἐμὲ γοῦν ἰάσατο πολλάκις Ἀσκληπιὸς κάμνοντα, ὑπα-
D γορεύσας φάρμακα. καὶ τούτων μάρτυς ἐστὶν ὁ Ζεύς. Εἰ τοίνυν οἱ προσνείμαντες ἑαυτοὺς τῷ τῆς ἀποστασίας πνεύματι, τὰ περὶ ψυχὴν ἄμεινον ἔχομεν, καὶ περὶ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτός, τίνος ἕνεκεν ἀφέντες ταῦτα, ἐπ' ἐκεῖνα βαδίζετε;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Πρόδηλον οὖν ὅτι τῶν αὐτοῦ Θεῶν, οὓς δὴ καὶ τεθαύμακεν, οἱ μέν εἰσιν ἰατροὶ τὴν τέχνην, ἕτεροις δὲ τὰ εἰς λόγους εὖ ἔχει, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν σοφιστῶν· οἱ δὲ τὸ χρῆναι
E μιαιφονεῖν ἐκδιδάσκουσι, καὶ ἀνδροκτασιῶν εἰσὶν ἐπιστήμονες, καὶ ὠμότητος ἐπιμεληταί· τεχνουργοὶ δὲ ἕτεροι καὶ βαναυσικῶν ἐπιτηδευμάτων εὑρεταί· καὶ ἁπαξαπλῶς ἕκαστος τῶν ὠνομασμένων ἐπιτηδείως ἔχει πρὸς ὃ πεφυκέναι λέγεται· καὶ τὴν ἐφ' ἑνὶ καὶ μόνῳ πράγματι διαλαχὼν ἀποκλήρωσιν, ἀπρακτήσειεν ἂν οἶμαι πως πρὸς τὰ λοιπά. Εἶτα πῶς ἂν εἶεν οἱ τοιοίδε θεοί; καὶ τοι τίς ὁ φάναι τολμῶν ὡς ἔσται τὸ θεῖον ὅτουοῦν τῶν

ἀρίςων ἐπιδεές; ἢ γὰρ ἐςι παναρκὲς, πανοθε- A
νές τε καὶ αὐτοτελὲς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀρ-
τίως ἔχον τῶν ὅσαπερ ἂν πρέποι τῇ ἀνωτάτῳ
προσπεφυκέναι φύσει. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν, ὦ γεν-
ναῖε, φαίη ἂν οἶμαί τις, εἴπερ ἐςὶ κατ' ἀλήθειαν
Θεὸς ὁ ἐκ Κορωνίδος, μὴ καὶ ἀῤῥωςοῦντας ἰᾶ-
ται, καὶ τὰ ἕτερα προστιθεὶς, παναρκῆ τὴν οἰ-
κείαν ἐκδέδειχε φύσιν; ἐνεργοῦσι δὲ ἀνὰ μέρος
ἕκαςοι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἐμπειρίας ἰδικὴν
ποιοῦνται τὴν ἔνδειξιν. οἱ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, εἰσὶν ἰα- B
τροὶ τὴν τέχνην, οἱ δὲ καὶ βαναυσικοί· ἐν καλῷ δὲ
παιδείας καὶ λόγων ἕτεροι, καὶ τῶν τακτικῶν ἐπι-
ςήμονες. Εἶτα, κατὰ τίνα τρόπον ἡττῷτο ἂν αὐτῶν ἡ
ἀνθρώπου φύσις· ἢ πῶς ἂν εἶεν κατόπιν τὰ καθ'
ἡμᾶς αὐτῶν; διδάσκαλοι γὰρ τεχνῶν τε καὶ ἐπιςη-
μῶν πλεῖςοί τε ὅσοι καὶ ἄριςοι παρ' ἡμῖν· μᾶλ-
λον δὲ, εἰ χρή τι τῶν ἀληθῶν εἰπεῖν, ἀμείνους καὶ
αὐτῶν ἂν εἶεν τῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν, οὐκ ὀλίγοι
τῶν καθ' ἡμᾶς· εἴπερ ἐςὶ τῶν ἐνδεχομένων, τὸν
δεῖνα τυχὸν ἰατρικῆς μὲν οὐκ ἀμοιρῆσαι τέχνης, C
εὐδόκιμον δὲ γενέσθαι τὰ τακτικὰ, καὶ πρός γε
τούτοις, ἐλλόγιμον καὶ οὐκ ἀθαυμάςως ἔχοντα πε-
ρὶ τὰ ἕτερα τῶν ἐπιτηδευμάτων. Εἶτα πῶς οὐκ ἐῤ-
ῥίφθαι κατόπιν ἀναγκαῖον τοὺς Θεοὺς τῶν ἐν ἡμῖν
εὐφυΐας εἴπερ εἰσὶ πρὸς ἕν τι καὶ μόνον ἐπιτηδείως
ἔχοντες αὐτοὶ, ἐν ἀνθρώπῳ γε μὴν, ὡς ἔφην,
ἑνὶ, συλλήβδην ἅπαντα τὰ αὐτῶν συμπεφορημέ-
να καταθρῆσαι τις ἄν. Προσεπινοεῖ δέ τι καὶ ἕτε-
ρον, οἷον ἄμαχον ἐπιτείχισμα τοῖς ἁπλουςέροις
ἀντανιςὰς, καὶ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριςιανῶν θρη- D
σκείας ἐν ἀμείνοσιν εἶναί φησι τὸ Ἑλλήνων ἄθυρ-
μα, παρατιθεὶς εἰς ἀπόδειξιν τὸ εἶναί τινας παρ'
αὐτοῖς ἄριςα ζωγραφεῖν εἰδότας, λατυπούς τε καὶ
ἰατρούς. εἶτα, εἰπέ μοι, ταυτὶ γεγραφὼς οὐκ ἐρυ-
θριᾷς; εὐχειρες ἄρα ζωγράφοι, καὶ εὐτεχνέςατοι
λιθουργοὶ, Θεοὺς ὄντας ἀποφήνειεν ἂν τοὺς οὐκ
ὄντας Θεοὺς, μᾶλλον δὲ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμο-
νας, ἤγουν ἀνθρώπους κατεφθαρμένους. ἐπιλε-
λῆσθαι γάρ μοι δοκεῖ πυριβλήτου γεγονότος Ἀ- E
σκληπιοῦ, καὶ κεραυνωθέντος ἐν Ἐπιδαύρῳ, κα-
θὰ προλαβόντες εἴπομεν. Οἴεται δὲ ἴσως οὐδένα
γενέσθαι Χριςιανῶν, ἢ τῶν παναρίςων ἰατρῶν, ἢ
τῶν ἐλλογίμων ἀςῶν, ἤγουν τῶν εὐδοκιμεῖν εἰδότων
ἐν τακτικοῖς. εἰ δὲ ἅπασιν, ὦ κράτιςε, τοῖς ἐπι-
τηδεύμασιν τοῖς κατὰ τὸν βίον, τέχναις τε καὶ ἐπι-
ςήμαις Θεοὺς ἐπιςῆσαι χρὴ, τοὺς ἐξευρηκότας,
ἢ καὶ διδάσκειν ὀφείλοντας πόση τὶς ἀρκέσειεν ἡ
πληθύς; μυρία γὰρ ὅσα τὰ ἐν τῷ βίῳ πράγ-

A bono sit aliquo destitutus? Quem enim
ei abunde suppetant omnia, cum po-
tentissimus ille est ac perfectissimus,
perfecteque complectens ea, quæ su-
premæ naturæ conueniunt. Ecquam
igitur ob caussam, vir egregie, dicet
opinor aliquis, si vere Deus est Coro-
nidis filius, non & ægros sanat, & ad-
iectis reliquis naturam suam potentissi-
mam esse non probauit? Atqui peculia-
ris vnicuique virtus est, suæque artis sin-
B guli proprium specimen exhibent. Alii
enim, vti dixi, artem medicam pro-
fitentur; sordidam aliquam & illibera-
lem alii; alii eruditione & eloquentia
præstant & rerum bellicarum vsu. Age
ergo, quo pacto natura hominis ab il-
lis superatur, aut quomodo illorum stu-
dia nostris antecellunt? Artium enim ac
scientiarum magistri quamplurimi apud
nos ac præstantissimi; immo, si vere lo-
qui fas est, ipsis Græcorum Diis præstan-
tiores non pauci. Siquidem fieri po-
C test vt quidam artem medicam non
ignoret, ac rerum bellicarum scientia
& eloquentiæ cæterarumque artium
laude commendetur. Nonne igitur
nostris ingeniis Dii postponendi sunt,
si ad vnam duntaxat aliquam rem apti
sunt & habiles; in homine vero vno,
sicuti dixi, omnes illorum dotes simul
congestas videre est? Porro aliud quip-
piam Iulianus comminiscitur, velut in-
expugnabilem quandam munitionem
simplicioribus opponens, & Græcorum
D nugas sanctæ Christianorum religioni
præstare contendit. Quod vt demon-
stret, addit: apud ipsos esse pictores
eximios, scalptores, & medicos. Tu-
ne, quæso, non erubescis quod hæc
scripseris? Ergo pictores egregii, & pe-
ritissimi scalptores, demonstrabunt Deos
esse, qui Dii non sunt: quin potius im-
puros Dæmones, aut certe corruptos
homines probauerint. Etenim oblitus
E mihi videtur igne vstum Æsculapium,
& Epidauri fulmine percussum, vt prius
diximus. Sed forsan existimat, nullum
Christianum aut medicinæ arte, aut
eloquentia, aut rei bellicæ studio cla-
ruisse. Veruntamen, egregie vir, si
omnibus vitæ institutis, artibus ac
scientiis præficere Deos oportet ea-
rum inuentores aut doctores; quan-
ta deorum multitudo sufficiet? Infi-
nitæ enim res sunt in vita, stu-
di-

diorumque rationes, etiam ad vilissima quæque pertinentes. Sed cui mens sapit, videt vtique quam putida sint Græcorum placita. Miratur porro Æsculapium Iulianus, quod sibi, vt ait, ægrotanti remedia suggesserit, idque Ioui cognitum dicit. At quam ob caussam testis medicorum adhibitus est nobis Iupiter, ac non ipse potius ægros sanat? An forte quod quum artis illius sit ignarus, eius peritos tecum admiratur, dum interim Æsculapius medicus veluti quidam in sella considens remedium suggerit? Nunquid enim ipsum potius oportebat, quum sit Deus, vt tu ais, pro sua maiestate morbis liberare, non significando quo quisque vteretur remedio, sed cum potestate potius iubendo vt æger convalesceret? Itaque ridebitur iure merito quicunque dicit Deos illos esse, qui nonnihil dexteritatis in artibus, aut studiis humanis, ac mediocrem peritiam consequuti sunt. Nos, vnum revera Deum colimus, & ab illo datam esse dicimus naturæ humanæ sapientiam, prudentiam, & omnis rationis vsum, nec non rerum honestarum studium, & mentis inuenta, scientias nimirum & artes. Proindeque factorem omnium, auctorem, datoremque bonorum iure confitemur. Iulianus autem a vero aberrat, quum Marti, Vulcano, & Musis, facundoque Mercurio, & Æsculapio, singula seorsim tribuit, ab iisque rerum scientiam veluti sortito distributam ait. Porro quasi abunde demonstrauerit res Græcorum nostris anteferri debere, propterea quod pingendi & sculpendi artem apprime norunt, subiungit: Si ergo nos, inquit, licet defectionis spiritui mancipati, animi, corporis, & externis bonis melius instructi sumus; quam ob caussam hæc relinquentes ad illa vos conuertitis? Pone supercilium, vir egregie: frustra insolescis, & dignam risu fecisti obiectionem. Veruntamen vt tuis dictis cedamus, & Græcorum pictores, medicosque, & sculptores nostris præstare fateamur; an tibi satis hoc erit vt demonstres, Christianos a veritate excidisse, neque naturalem verumque Deum, aut optimæ vitæ

A μαλα, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἱ τρόποι, καὶ μέχρις αὐτῶν καταβαίνοντες τῶν ἄγαν εὐτελεστάτων. πλὴν εἴπερ τῳ σοφὸς ἐνῴκισται νοῦς, ὁρᾷ που πάντως τῶν ἑλληνικῶν δογμάτων τὸ ἀτερπές. Τεθαύμακε δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν, ὡς ὑπαγορεύσαντα, καθά φησιν αὐτὸς, ἀῤῥωστοῦντι φάρμακα· καὶ τοῦτο εἰδέναι φησὶν τὸν Δία. εἶτα τοῦ χάριν μάρτυς ἡμῖν ἰατρῶν παρελήφθη, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον αὐτὸς ἰᾶται τοὺς κάμνοντας; ἢ τάχα που μὴ εἰ-

B δὼς τὴν τέχνην, τεθαύμακε μετὰ σοῦ τοὺς ταύτης ἐπιστήμονας, ὑπηγόρευσε δὲ τὸ φάρμακον ὁ Ἀσκληπιὸς, καθάπερ οἶμαί τις τῶν ἐπιδιφρίων ἰατρῶν; καί τοι πῶς ἔδει μᾶλλον αὐτὸν Θεὸν ὄντα κατὰ σὲ θεοπρεπῶς ἀπαλλάξαι τῶν ἀῤῥωστημάτων, οὐχ ὑπαγορεύοντα μᾶλλον ὁποίῳ περ ἄν τις χρήσαιτο φαρμάκῳ, προστάττοντα δὲ μετ' ἐξουσίας ἀναῤῥωσθῆναι τὸν κείμενον; οὐκοῦν γελῷτο ἄν τις εἰκότως Θεοὺς εἶναι λέγων τοὺς περί τι τῶν ἀνθρωπίνων τεχνῶν, ἤγουν ἐπιτηδευμάτων,

C ἔχοντας δεξιῶς, καὶ μεμελετημένως λαχόντας τὴν ἐμπειρίαν. ἀλλ' ἡμεῖς τε, ὦ τὰν, ἑνὶ τῷ κατὰ ἀλήθειαν Θεῷ λελατρεύκαμεν, καὶ παρ' αὐτοῦ δεδόσθαι φαμὲν τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει καὶ σοφίαν, καὶ σύνεσιν, καὶ παντὸς λόγου χρείαν· καὶ μὴν καὶ τὸ πεφυκέναι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων ἐπιτηδείως ἔχειν, νοῦ τε εὑρήματα, τάς τε ἐπιστήμας, καὶ τὰς τέχνας εἶναί φαμέν. οὐκοῦν ὁ ποιητὴς ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος καὶ δοτὴρ τῶν καλῶν ὁμολογοῖτ' ἂν εἰκότως. Ἀποφέρει δὲ τἀλη-

D θοῦς αὐτὸς, Ἄρει καὶ Ἡφαίστῳ, Μούσαις τε καὶ Ἑρμῇ λογίῳ, καὶ Ἀσκληπιῷ, προσνενεμηκὼς ἀνὰ μέρος ἕκαστα, καὶ οἱονεί τινα κλῆρον τὴν ἐμπειρίαν διαμοιρήσασθαι λέγων αὐτούς. Ὡς δὲ ἀποχρόντως ἐλέγξας, ὅτι τῶν παρ' ἡμῖν εἶεν ἂν τὰ Ἑλλήνων κρείττονα διά τοι τὸ εἰδέναι ζωγραφεῖν αὐτοὺς, καὶ μέντοι τὸ λιθουργεῖν ἠσκῆσθαι καλῶς· εἰ οὖν, φησὶν, οἱ προσνείμαντες ἑαυτοὺς τῷ τῆς ἀποστασίας πνεύματι, τὰ περὶ ψυχὴν ἄμεινον ἔχομεν καὶ περὶ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς, τίνος ἕνε-

E κεν ἀφέντες ταῦτα, ἐπ' ἐκεῖνα βαδίζετε; κάθες, ὦ κράτιστε, τὴν ὀφρύν· εἰκαῖον ἔχεις τὸ ἐπὶ τούτῳ φύσημα, καὶ γέλωτος ἀξίαν ἐποιήσω τὴν ἔνστασιν. Ἵνα δὲ τοῖς σοῖς εἴκοντες λόγοις ἀμείνους εἶναι τῶν παρ' ἡμῖν τοὺς παρ' Ἕλλησι ζωγράφους, ἰατρούς τε καὶ λιθουργοὺς συγχωρήσομεν· ἆρά σοι τοῦτο πρὸς ἀπόδειξιν ἀρκέσει τοῦ τῆς ἀληθείας ἡμαρτηκέναι Χριστιανοὺς, καὶ μὴ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ἐγνωκέναι Θεὸν, ἤγουν τῆς παναρίστης ζωῆς

τοὺς τρόπους; ἀλλ' ἔστωσαν μὲν αὐτῷ ζωγράφοι πολλοὶ καὶ καλοὶ, λαξύποι τε καὶ ἰατροί· ἡμῖν δὲ πρόσεστι τὸ χρῆναι νικᾶν ἐξ αὐτῆς ἀληθείας ἐστεφανωμένοις εἰς τὸ εἰδέναι σαφῶς τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ δεσπότην. Ὁ δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν εἰς νοῦν ἔχειν ἀξιῶν, διαπυνθάνεται, καί φησιν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀνθ' ὅτου μηδὲ τοῖς Ἑβραίοις λόγοις ἐμμένετε, μήτε ἀγαπᾶτε τὸν νόμον, ὃν δέδωκεν ὁ Θεὸς ἐκείνοις· ἀπολιπόντες δὲ τὰ πάτρια, καὶ δόντες ἑαυτοὺς οἷς ἐκήρυξαν οἱ Προφῆται, πλέον ἐκείνων, ἢ τῶν παρ' ἡμῖν ἀπέστητε; τὸ γὰρ ἀληθὲς εἴ τις ὑπὲρ ὑμῶν ἐθέλοι σκοπεῖν, εὑρήσει τὴν ὑμετέραν ἀσέβειαν, ἔκ τε τῆς Ἰουδαϊκῆς τόλμης, καὶ τῆς παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ἀδιαφορίας καὶ χυδαιότητος συγκειμένην. ἐξ ἀμφοῖν γὰρ οὔτι τὸ κάλλιστον, ἀλλὰ τὸ χεῖρον ἑλκύσαντες, παρυφὴν κακῶν εἰργάσασθε. τοῖς μὲν γὰρ Ἑβραίοις ἀκριβῆ τὰ περὶ θρησκείαν ἐστὶ νόμιμα καὶ τὰ σεβάσματα, καὶ τὰ φυλάγματα μυρία, καὶ δεόμενα βίου καὶ προαιρέσεως ἱερωτάτης. ἀπαγορεύσαντος δὲ τοῦ νομοθέτου τὸ πᾶσι, μὴ δουλεύειν τοῖς θεοῖς, ἑνὶ δὲ μόνον, οὗ μερίς ἐστιν Ἰακὼβ, καὶ σχοίνισμα κληρονομίας Ἰσραὴλ, οὐ τοῦτο δὲ μόνον εἰπόντος, ἀλλὰ γὰρ οἶμαι καὶ προσθέντος, οὐ κακολογήσεις Θεοὺς, ἡ τῶν γινομένων βδελυρία τε καὶ τόλμα, βουλομένη πᾶσαν εὐλάβειαν ἐξελεῖν τοῦ πλήθους, ἀκολουθεῖν ἐνόμισε τῷ μὴ θεραπεύειν τὸ βλασφημεῖν· ὃ δὴ καὶ ὑμεῖς ἐντεῦθεν εἱλκύσατε μόνον· ὡς τῶν γε ἄλλων οὐθὲν ἡμῖν τε ἐστὶ κἀκείνοις παραπλήσιον. Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς Ἑβραίων καινοτομίας τὸ βλασφημεῖν τιμωμένους Θεοὺς ἡρπάσατε· ἀπὸ δὲ τῆς παρ' ἡμῖν θρησκείας τὸ μὲν εὐλαβές τε ὁμοῦ πρὸς ἅπασαν τὴν κρείττονα φύσιν, καὶ τῶν πατρίων ἀγαπητικὸν, ἀπολελοίπατε· μόνον δ' ἐκτήσασθε τὸ πάντα ἐσθίειν, ὡς λάχανα χόρτου. καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐπιτεῖναι τὴν παρ' ὑμῖν ἐφιλοτιμήθητε χυδαιότητα. τοῦτο δὲ οἶμαι καὶ μάλα εἰκότως συμβαίνει πᾶσιν ἔθνεσιν, καὶ βίοις ἀνθρώπων ἑτέρων, καπήλων, τελωνῶν, ὀρχηστῶν, ἑτεροτρόπων, καὶ ἁρμόττειν ᾠήθητε χρῆναι τὰ παρ' ὑμῖν.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἄθρει δή μοι πάλιν εἰκῆ πεφλυαρηκότα, καὶ ἀλλοκότους ἡμῶν κατασωρεύοντα γραφὰς, ὡς ἀνεπιπλήκτως ἐνὸν αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν βούλοιτο λέγειν. Ἔφη μὲν γὰρ, τῶν Ἑβραϊκῶν ἡμᾶς ἀποφοι-

rationes agnoscere? Sed huic sunto pictores multi, egregiique sculptores ac medici. Nos, ipsius veritatis corona redimiti, victoriam reportabimus, claram notitiam vniuersitatis Opificis ac Domini consequuti. At hic nihil istorum in animum inducere volens, percontatur, & ait:

IVLIANVS.

Quam ob caussam neque Hebræorum doctrinæ insistitis, neque legi, quam Deus illis tradidit, acquiescitis; verum instituta patria deserentes, & scriptis prophetarum addicti, plus ab illis quam a nostris dissidetis? Si quis enim, quid verum sit, de vobis dispicere velit, inueniet vestram impietatem cum ex audacia Iudaica, tum ex Gentilium indifferentia & confusione conflatam. Ex vtrisque enim non optimum, sed deterius quodque trahentes, contextum malorum confecistis. Hebræis quippe accuratæ sacrorum leges, ritus, ac præcepta sunt innumera, quæ vitam institutumque sanctissimum requirunt. Quam autem legislator vetuerit, non esse seruiendum Diis omnibus, sed vni tantum, *cuius portio est Iacob, & funiculus hereditatis Israel*, neque hoc tantum, sed, opinor, etiam addiderit, *Non maledices Diis*, posterorum detestandum scelus & audacia, volens omnem religionem multitudini adimere, statuit ex eo, quod non sit Diis seruiendum, consequens esse vt sit iis maledicendum. Quod certe vos vnum hinc quoque traxistis: cæteroquin aliud nihil est in quo cum ipsis nobis conueniat. Igitur ab illo Hebræorum nouandi studio blasphemiam in Deos venerabiles arripuistis: a nostra autem religione cultum simul erga præstantiorem quamuis naturam, & patriorum institutorum studium abiecistis; promiscuum autem rei cuiusuis esum, vt olerum pabuli, solum retinuistis: ac, si vere loqui oportet, vestram augere confusionem magno studio conati estis. Hoc autem, opinor, nec immerito, conuenit omnibus gentibus, & vitæ aliorum hominum, cauponum, publicanorum, saltatorum, aliorumque id genus, etiam res vestras conformandas esse putastis.

CYRILLVS.

Vide rursus quam temere nugetur, & absurdas in nos criminationes colligat, quasi liceat sibi quodcunque libuerit impune contra nos calumniari. Ait enim, nos ab Hebræorum

Deut.

ſcriptis receſſiſſe, & contemta lege a Deo tradita prophetarum oracula recepiſſe. Accedat igitur, & oſtendat a Moſaicis ſcriptis prophetarum voces diſſentire. Tum nobis defectionem exprobret, & a ſacris legibus receſſiſſe arguat. Quod ſi nihil eſt plane diſſentaneum, atque hi potius cum illis idem dicunt, eoſque inter ſe conſentientes vbiquequaque videre licet; ne fruſtra nos hic cauillator inceſſat, ſed quum nullius omnino culpæ rei ſimus, omni crimine & reprehenſione liberet. Sancti enim prophetæ, vt videre eſt, verbis quamplurimis vltro citroque Iſraelitas obiurgarunt, quod eo inſolentiæ deueniſſent, vt legem ſibi a Moſe traditam floccifacerent, & ad doctrinas hominum præcepta conuertiſſent. Nemo autem ſibi in animum induxerit, eoſdem crimini dare nonnullis, quod Moſaicas leges contemnant, & eiuſdem facinoris teneri. Quamobrem vt modo dixi, prophetæ & lex conſentiunt. Sed quum Chriſtus, vt ait Scriptura diuina, *finis ſit prophetarum & legis*, ex iis, quæ de illo ſcripta ſunt in lege & prophetis, ad fidem in ipſum deducti ſumus. Et quidem huiuſmodi legis ac prophetarum prædicationem in hunc vſque diem conſtanter veneramur, & per typicum Dei cultum ad ipſam veritatis pulchritudinem pergimus, rectaque ad ſcopum venimus, & omnium Seruatorem ac Redemtorem agnouimus. Iulianus autem, quum nihil antiquius habeat calumniandi ſtudio: inueniemus, inquit, veſtram impietatem ex Iudaica temeritate & Græcanica confuſione conflatam. Si ergo cauillari & temere incuſare eos, qui ſunt omni laude proſequendi, rem admiratione dignam exiſtimat, recte vtique feciſſe illum aio. Sin autem rectum eſſe cenſet, vt vniuſcuiuſque dicta diligenti examine perpendantur; vndenam in mentem ipſi venerit, religionem Chriſtianam impietatem dicere, non intelligo; aut quo pacto Iudaicæ temeritatis æmuli, aut Græcanicæ confuſionis cultores fuerimus. Immo, inquit; accuratæ enim ſunt leges apud Hebræos, &

A τῆσαι λόγων, καὶ ὀλιγωρῆσαι τοῦ νόμου καίτοι δοθέντος παρὰ Θεοῦ, προσήκασθαί γε μὴν τὰ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν κηρύγματα. ἡκέτω δὴ οὖν, καὶ ταῖς τοῦ Μωσέως συγγραφαῖς ἀπᾳδόντως ἐξενηνεγμένα δεικνύτω τὰ προφητῶν. εἶθ' οὕτως ἡμῖν ἐγκαλείτω τὴν ἀποστασιν, καὶ τὸ τῶν ἱερῶν ἀποφοιτῆσαι νόμων ποιείσθω γραφήν. εἰ δὲ ἀσύμβατον μὲν αὐτοῖς παντελῶς οὐδέν, ταυτοεποῦσι δὲ μᾶλλον οὗτοί τε κἀκεῖνοι, καὶ ἀλλή-
B λοις συνενηνεγμένους κατίδοι τις ἂν πανταχοῦ, μὴ διωκέτω μάτην, μώμου δὲ μᾶλλον ἀπαλλαττέτω καὶ γραφῆς ὁ φιλοσκώμμων οὑτοσὶ τοὺς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἁπάντων καταγνωσμένους. Καίτοι τοὺς ἁγίους προφήτας ἔνεστιν ἰδεῖν διὰ πλείστων ὅσων ἰόντας λόγων ἄνω τε καὶ κάτω καταχεκραγότας τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ὡς ἀγερωχίας εἰς ἅπαν προηκόντων μέτρον, ὡς καὶ ποιεῖσθαι μὲν παρ' οὐδὲν τὸν διὰ Μωσέως αὐτοῖς ὁρισθέντα νόμον, τραπέσθαι δὲ πρὸς διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώ-
C πων. ἀπίθανον δὴ κομιδῇ τὸ τοὺς αὐτοὺς οἴεσθαι καὶ καταιτιᾶσθαί τινας, ὅτι τῶν Μωσέως ὀλιγωροῦσι νόμων, καὶ τοῦτο δρῶντας ἁλίσκεσθαι. οὐκοῦν καθάπερ ἔφην ἀρτίως, συμφέρονται μὲν ἀλλήλοις προφῆται καὶ νόμος. Ἐπειδὴ δὲ καθά φησιν ἡ θεόπνευστος γραφή, τέλος ἐστὶ καὶ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός, ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων, ἔν τε τῷ νόμῳ καὶ τοῖς ἁγίοις προφήταις, εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν πεποδηγήμεθα. καὶ γοῦν τὴν τοιάδε τοῦ νόμου καὶ προφητῶν προσανάρρησιν εἰς
D δεῦρο τιμῶντες διατελοῦμεν ἡμεῖς, καὶ διὰ τῆς ἐν τύποις λατρείας ἐπ' αὐτὸ τὸ τῆς ἀληθείας ἄττοντες κάλλος, εὐθύ τε ἵμεν σκοποῦ, καὶ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐγνώκαμεν. Ὁ δὲ τοῦ χρῆναι φιλοψογεῖν προτιθεὶς ὡς ἔοικε τὸ σύμπαν οὐδέν, εὑρήσομεν φησὶ τὴν παρ' ὑμῖν ἀσέβειαν ἔκ τε τῆς Ἰουδαϊκῆς τόλμης καὶ τῆς Ἑλληνικῆς χυδαιότητος συγκειμένην. εἰ μὲν οὖν οἴεται τῶν τεθαυμασμένων εἶναί τι τὸ φιλοψογεῖν, καὶ τότε δὴ δεῖν καταιτιᾶσθαι μάτην, οὓς ἦν δήπου μᾶλ-
E λον εἰκὸς ἐπαίνου παντὸς ἀξιοῦν, κατωρθωκέναι τοῦτο φημὶ μάλιστα αὐτόν. εἰ δὲ οἷς ἄν τις ποιοῖτο λόγοις εὖ ἔχειν ὑπείληφε τὸ χρῆναι δὴ πάντως τοὺς ἐλέγχους ἀκολουθεῖν, πόθεν αὐτῷ παρέστη τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἀσέβειαν εἰπεῖν, οὐκ ἔχω νοεῖν. ἢ τίνα τρόπον ἡμεῖς τῆς Ἰουδαίων τόλμης γεγόναμεν ζηλωταί, καὶ τῆς παρ' Ἕλλησι χυδαιότητος ἐρασταί. Ναί φησιν, ἀκριβῆ μὲν γὰρ τὰ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐστὶ νόμιμα καὶ φυλάγματα, καὶ

μὴν καὶ ἱερωτάτης δεόμενα ζωῆς. ἀποφάσκοντος δὲ τοῦ νόμου, τὸ θεοῖς ἑτέροις προσκυνεῖν πλὴν ἑνί τε καὶ μόνῳ, παρωσάμενοί τε καὶ διαπτύσαντες τὸ χρῆναι βιοῦν ἐννόμως ὑμεῖς, μόνον ἡρπάσατε τὸ ὑβρίζειν εἰς Θεοὺς, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἐναργῶς, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις· ὅτι μὲν τοίνυν ἔννομός τε καὶ ἀκριβὴς ὁ βίος ἡμῖν, καὶ ἀπεξεσμένος εἰς τὸ εὐθὺ, καὶ μὴν καὶ ἁπάσης ἔμπλεως ἀρετῆς, κἂν εἰ μὴ τελοῖτο τυχὸν Ἰουδαϊκῶς διὰ τῆς ἐν τύποις λατρείας, προϊόντος ἔτι βραχὺ τοῦ λόγου, σαφῶς διαδείξομεν, ἐπειδὰν αὐτῷ περὶ τούτων διαλεγώμεθα. Πλὴν ἴσως τὸν νόμον, μᾶλλον δὲ τὸν τοῦ νόμου κύριον ἐπισκήπτοντα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀναβοθρεύειν βωμοὺς, καὶ ὁμοῦ τοῖς εἴδεσι τεμένη καταπιμπρᾶν. ἔφη δὲ οὕτως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· καὶ ταῦτα τὰ προστάγματα καὶ κρίματα, ἃ φυλάξασθε ποιεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν ἐν κλήρῳ, πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ὑμεῖς ζῆτε ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπωλείᾳ ἀπολεῖτε πάντας τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἐλάτρευσαν ἐκεῖ τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν οὓς ὑμεῖς κληρονομήσετε αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ὀρέων τῶν ὑψηλῶν, καὶ ἐπὶ τῶν θινῶν. καὶ ὑποκάτω δένδρου δασέος, καὶ κατασκάψατε τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, καὶ συντρίψετε τὰς στήλας αὐτῶν, καὶ τὰ ἄλση αὐτῶν ἐκκόψετε καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν Θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε πυρὶ, καὶ ἀπολεῖτε τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐκ τοῦ τόπου ἐκείνου. Ὁ βωμοῖς καὶ τεμένεσιν ἐπιθήγων τὸν Ἰσραὴλ, χρῆναί τε λέγων τοὺς ἐν αὐτοῖς καταπιμπρᾶσθαι Θεοὺς, ἔφη ἂν εἰπέ μοι περὶ αὐτῶν, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. καίτοι πῶς οὐ περινοεῖν ἄξιον, ὡς οὐκ ἂν ὁ θεῖός τε καὶ ἀκήρατος νοῦς ἀφαμαρτήσει ποτὲ τοῦ εἰκότος, καὶ τοῦ ὅτι μάλιστα πρεπόντων αὐτῷ, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ διάφορος ὢν, καὶ τἀναντία θεσμοθετῶν ἁλοίη πώποτε; αἰσχρὸν γὰρ καὶ καταγέλαστον καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸ χρῆμα ἐστί. Τί δὴ οὖν ἄρα κατασημήνειεν ἂν τῆς νομικῆς ἐντολῆς ἡ δύναμις; ἢ καὶ ὅπως ἂν νοῆσαι πρέποι τὸ, τοὺς Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, τῇ τοῦ Θεοῦ κλήσει τιμήσαντος τὴν ἀνθρώπου φύσιν τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ. πεπείηται γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. αἰδοῖ στεφανῶν ὁ νόμος καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς τοὺς τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερουργοὺς, καὶ ταῖς κατὰ τῶν ἄλλων ὑπεροχαῖς ὑψοῦ δὴ λίαν ἠρμένους, ὡς ἐν ζωῇ τῇ παγκάλῃ, σεπτῇ καὶ ἁγίᾳ κατονομάζει Θεούς. Ὅτι δέ ἐστιν ὅπερ ἔφην οὐ κατεψευσμένον, ἀληθὲς δὲ μᾶλλον καὶ ἀνεπιπλήκτως ἔχον ἐξ

A præcepta, quæ vitam ſanctiſſimam etiam requirunt. Quum autem Deos alios, præterquam vnum ac ſolum, adorare lex vetet, iuſta ac legitima viuendi ratione reiecta ac repudiata, contumelias ſolum in Deos hinc arripuiſtis, licet manifeſte lex dixerit: non eſſe maledicendum Diis. Iuſtam igitur ac ſinceram, & ad rectum conformatam, omniſque virtutis plenam nobis vitam eſſe, licet Iudæorum in morem typico B cultu non degatur, poſtquam aliquantulum progreſſa fuerit oratio, manifeſte oſtendemus, quum de his vltro citroque diſſeremus. Cæterum, ſciat legem, immo vero legis Dominum, Iſraelitis iubere, vt aras euertant,& vna cum templis ſimulacra comburant. Sic autem ait in Deuteronomio: *Et hæc præcepta & iudicia, quæ ſeruabitis, & facietis ſuper terram, quam Dominus Deus patrum veſtrorum dat vobis in hereditatem omnibus diebus, quibus vos viuitis* C *ſuper terram: perdendo perdetis omnia loca, quibus ſeruierunt illic gentes Diis ſuis, quæ vos hereditate accipietis, in montibus excelſis, & in collibus, & ſub quercu frondoſa: & ſubuertetis altaria eorum, & conteretis columnas eorum, & lucos eorum exſcindetis, & ſculptilia Deorum ipſorum exuretis igni, & perdetis nomen ipſorum ex loco illo.* Qui in aras & delubra Iſraelitas acuit, Deoſque, qui coluntur in ipſis, concremandos ait, dixitne etiam obſecro de illis, *Diis non* D *maledices?* Nunquid enim indignum ſit cogitare, diuinam & perfectiſſimam mentem ab iis aberrare, quæ ſibi ſunt maxime conſentanea, nedum ſecum ipſum diſſentire, aut contrarias leges ab eo latas deprehendi? Quod turpe apud nos & ridiculum habetur. Quid igitur legalis præcepti vis ſignificat? An non intelligendum eſt quod ait, *Deos non maledices*, de natura hominis, quam E Dei appellatione ornat Deus ille ſupremus, ad cuius imaginem & ſimilitudinem facta eſt? Lex diuinorum altarium ſacerdotes, & qui reliquos dignitate longe præcellunt, reuerentia ſupremiſque honoribus afficiens, Deos nominat velut in honeſtiſſima, ſancta, & integra vita conſtitutos. Quod quidem verum eſſe, omnique reprehenſione carere, ex

Deuter. 12.

ipſis verbis legis agnoſcemus, ſi verſiculo, id quod ſequitur adiungamus. Scriptum enim eſt, *Diis non maledices.* Vt autem oraculi vim manifeſtam reddat, ſubiungit ſtatim dicens: *Principi populi tui non maledices:* Hoc eſſe aio, *Diis non maledices.* Quomodo enim linguam continuiſſent Iſraelitæ, ſi diuinis oraculis vetiti eſſent, qui ab iiſdem iuſſi fuerant templa, & quæcunque in iis continebantur, igni tradere? Quoniam autem promiſcuum opſoniorum vſum Chriſtianis exprobrat, ad hoc ei reſpondere neceſſe eſt. Leges eximia quæque omni laude proſequuntur, & recte factorum genus omne, quique optimam vitæ rationem amplexati ſunt, ſummo in pretio habent: omne autem genus improbitatis reprobant, vitamque facinoroſam degentibus meritas pœnas proponentes, ad meliorem frugem reuocare conantur. Quoſnam igitur obſecro, corrigunt? adulteros, ac qui cibis veſcuntur? Quoſnam pœnis afficiunt? alienorum raptores, vexatoreſque, impoſtores, ſcurras, & peſſima quæque perpetrare ſolitos; an qui libere, ſi ſe dederit occaſio, piſces aut carnes attingunt? At enim, inquies, impii ſunt in Deos: inquinantur enim quum iis veſcuntur. Qui tandem obſecro? Num ergo ſatis erit, vt purgetur hominis animus præclaruſque omnino reddatur, ab eſculentis quibuſdam abſtinere, licet improbis ac nefariis perturbationibus ſolutus non ſit, vitamque degat legum calculis damnatam? Et quis hoc dicere audeat, neque ſe ridendum propinet iis, quibus nonnihil ſanitatis eſt reliquum? Ad hæc reſpondeat: Quis vniuerſitatis eſt opifex, qui animalia terreſtria, natatiliaque & aquatilia in ortum extulit? Nos ſiquidem viuens & efficax & ſubſiſtens Dei Verbum rerum omnium opifex aſſerimus. Ac ſi naturam cuiuſque rei ſpectes, nihil eorum, quæ facta ſunt ab illo, videbis quod aut inquinare poſſit, aut natura ſua labem in
Geneſ. 1. ſe vllam contineat. *Vidit enim inquit, Deus cuncta quæ fecit, & ecce omnia valde bona.* Et ſane fatebuntur ipſi forte, proximum mundi Opificem Diis a ſe factis mandaſſe, vt tria mortalium genera inſuper facerent. Qua in ſententia Græciæ ſapientes fuiſſe videntur.

A αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν τοῦ νόμου ῥημάτων, προσθέντες τῷ στίχῳ τὸ ἐφεξῆς. γέγραπται μὲν γάρ· Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. ἐναργῆ δὲ καθιστὰς τὴν τοῦ θεσπίσματος δύναμιν, συνείρει λέγων εὐθὺς, ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. τοῦτο εἶναί φημι τὸ, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Πῶς γὰρ ἂν ἐφείσαντο γλώττης ἐξ ἱερῶν εἰργόμενοι θεσπισμάτων, οἱ πυρὸς ἔργον ποιεῖσθαι κεκελευσμένοι ναοὺς, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς; Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ ἐπὶ
B ταῖς ὀψοφαγίαις ἀδιάφορον, ἔγκλημα ποιεῖται Χριστιανοῖς, καὶ πρός γε τοῦτο εἰπεῖν ἀναγκαῖον αὐτῷ. ἐπαίνου παντὸς ἀξιοῦσιν οἱ νόμοι τὰ τῶν πραγμάτων ἐξαίρετα, καὶ τοὺς ἀγαθουργίας ἐκτετιμήκασι τρόπους, καὶ τοὺς μὲν ἄριστα βιοῦν ἑλομένους, ἐν παντὶ πεποίηνται λόγῳ· καταχιβδηλεύουσι δὲ πᾶν εἶδος φαυλότητος, καὶ τοῖς ἐκτόπως ἐθέλουσι διαζῆν, τὰς αὐτοῖς πρεπούσας ἐπαρτήσαντες δίκας, σωφρονεστέρους αὐτοὺς ἀποτελεῖν σπουδάζουσι. Τίνας οὖν εὐθύνουσιν, εἰ-
C πέ μοι; τοὺς μοιχεύσαντας, ἢ τοὺς ἐσθίοντας; τίνας εἴσω ποιοῦνται δίκης; τοὺς πλεονεκτοῦντας ἄρα καὶ κακοῦντας ἑτέρους, τοὺς φένακας καὶ βωμολόχους, καὶ τὰ πάντων χείριστα δρᾶν εἰωθότας; ἢ τοὺς ἰχθύων καὶ κρεῶν ἐλευθέρως ἅπτεσθαι μεμελετηκότας, εἴπερ τις εἴη καὶ τοῦδε καιρός; Ἀλλ' ἐρεῖς ὅτι δυσσεβοῦσι Θεοὺς, καταμολύνονται γὰρ ἐσθίοντες. πῶς εἰπέ μοι; ἆρ' οὖν ἀρκέσει πρὸς ἀποκάθαρσιν ἀνθρώπου ψυχῆς, καὶ πρός γε τὸ δεῖν ὁλοτρόπως εὖ ἔχειν, τὸ παρ-
D αιτεῖσθαι τῶν ἐδωδίμων τινὰ, κἂν εἰ μὴ παθῶν ὁρῷτο τῶν εἰς φαυλότητα καὶ βεβήλωσιν ἐλευθέρα, κἂν εἰ ταῖς ἐννόμοις ψήφοις κατακεκριμένην ἔχοι τὴν ζωήν; καὶ τίς ὁ φάναι τοῦτο τολμῶν, καὶ οὐκ ἂν ὄφλοι γέλωτα παρά γε τοῖς εὖ φρονεῖν εἰωθόσιν; Εἶτα πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο φραζέτω· τίς ὁ τῶν ὅλων ἐστὶ δημιουργὸς, ζῶά τε χερσαῖα, νηκτά τε καὶ ἔνυδρα παρενεγκὼν εἰς ὕπαρξιν; ἡμεῖς μὲν γὰρ τὸν ζῶντα καὶ ἐνεργῆ καὶ ἐνυπόστατον τοῦ Θεοῦ λόγον, ποιητὴν γενέσθαι
E φαμὲν τῶν ὅλων, καὶ οὐκ ἂν ὁρῷτό τι τῶν παρ' αὐτοῦ γεγονότων, ἢ καταμολύνειν εἰδὸς ἤγουν τῇ φύσει κατεψεγμένον, καθὸ πέφυκεν εἶναι ὅ ἐστιν. εἶδε γάρ φησιν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν, καὶ ἰδοὺ πάντα καλὰ λίαν. Αὐτοί γε μὴν ἴσως τὸν προσεχῆ τοῦ κόσμου δημιουργὸν, ἐντείλασθαι φαῖεν ἂν τοῖς παρ' αὐτοῦ γεγονόσι θεοῖς τὰ τρία θνητὰ προσεργάζεσθαι γένη· δοκεῖ γὰρ ὧδε τοῦτ' ἔχειν τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς.

A Εἶτα πῶς τὰ οὕτως ἀπηχθημένα, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς τοὺς ἐσομένους αὐτοῖς γνησίως καταμολύνεσθαι, παρεκόμιζον ὅλως εἰς τὸ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι; χρῆν γὰρ δή που μᾶλλον ἀνακόψαι τὴν γένεσιν τῶν ἐπ' οὐδενὶ μὲν τῶν ὀνησιφόρων ἐσομένων τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, πρὸς κακοῦ δὲ μᾶλλον καὶ μολυσμοῦ καὶ βλάβης. καὶ τὸ ἔτι τούτων ἀσυνετώτερον. οἱ γάρ τοι τὰς τῶν ἄστρων πολυπραγμονήσαντες θέσεις, καθάπερ οὖν οἴονται καὶ τολμῶσι λέγειν, αἰγόκερόν τινα καὶ ἰχθῦς γράφουσιν ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ B ἕτερα τῶν ζώων, ἃ βδελυρά τέ ἐστι παρ' αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς ἐσχάταις ἀκαθαρσίαις καταρρῆσιν ἔχει. Ἄριστα δὴ οὖν ἐμφρονέστατά τε δρῶντες ἡμεῖς, ἐν παντὶ μὲν λόγῳ πεποιήμεθα τὸ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς καὶ ἀκαταψέκτως, καταδικάζομεν δὲ τὸν τῆς φαυλότητος τρόπον· ἡγούμεθα δὲ τὰ στυγητὰ, μοιχείαν, πορνείαν, ψευδηγορίαν, καταλαλιάν, καὶ πλεονεξίαν, καὶ πρός γε τούτοις τὰ ἕτερα τῶν κακῶν· ταυτὶ δὲ καὶ καταμιαίνειν εἰδότες τοὺς ἁλόντας αὐτοῖς. ὡς βέβηλον δὲ παραιτούμεθα τῶν ὄψων οὐδέν, C κατευνάζοντες δὲ ταῖς ἐπιεικείαις τὰς σωματικὰς ἡδονάς, καὶ τὸ τῆς φιλοσαρκίας ἀπαμβλύνοντες κέντρον ὀλιγοσιτεῖν εἰθίσμεθα, καὶ τὸ τρυφᾶν ὅλως οὐ τῶν ἀρίστων εἶναί φαμεν. Οὑτοσὶ δὲ καπήλοις, καὶ ὀρχησταῖς, καὶ μὴν καὶ τελώναις παρεικάζειν ἡμᾶς ἀξιοῖ, τῆς Χριστιανῶν θρησκείας ἠγνοηκὼς τὸ ἐλεύθερον, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν πρακτέων ἠκριβωμένον. οὐ γὰρ παραδόσεσιν ἀνθρώπων εἰκαιομυθεῖν εἰωθότων ἀνούστατα κεχρημένοι γέλωτος ἀξίαν D ἐπανηρήμεθα πολιτείαν, θείοις δὲ μᾶλλον καὶ ἱεροῖς παιδαγωγούμενοι νόμοις, τοὺς τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας ἐκτετιμήκαμεν τρόπους. μεμνήμεθα δὲ Παύλου γράφοντος· Βρῶμα ἡμᾶς οὐ παραστήσει τῷ Θεῷ, οὔτε ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν ὑστερούμεθα. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι. πᾶν βρῶμα καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. αὐτοῦ δὲ τοῦ πάντων δεσπότου καὶ νομοθέτου Χριστοῦ ἀκούετε, καὶ συνίετε· οὐ τὸ εἰσπορευόμενον E εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. ἀπὸ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, πορνεῖαι. ταῦτα ἐστὶ τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. καὶ παραγράψεται μὲν ἴσως αὐτὸς τὰς τοιάσδε φωνὰς, καί τοι τοῦ πράγματος πλείστην τε ὅσην καὶ ἐξ ἀναγκαίων ἐννοιῶν ἔχοντος τὴν ἐπικουρίαν.

A At quomodo res tam infestas, & a quibus credibile esset, quos facere debebant, inquinatum iri prorsus, in ortum eduxerunt? Plane enim inhibendus potius erat illorum ortus, quæ nullam mortalibus vtilitatem, sed perniciem, labem, ac damnum potius erant allatura. Atque his stultius præterea istud est. Nam qui stellarum positus scrutantur, Capricornum quendam & Pisces, vt nimirum existimant, ac dicere B audent, in cælo designant, aliasque animantes, quas abominantur ipsi, & inter impurissimas damnant. Nos ergo recte sapienterque facimus, qui quum recto inculpatoque viuendi genere nihil antiquius habeamus, modum nequitiæ damnamus, adulterium autem, scortationem, mendacium, detractionem, auaritiam, aliaque scelera odio prosequenda censemus, eaque sola, qui iis tenentur inquinare, nouimus. Cibum autem nullum, vt impurum, reiicimus; C sed corporis voluptates frugalitate sedantes, & aculeum lasciuientis carnis obtundentes parce victitare solemus, atque omnino deliciis vti, malum statuimus. At Iulianus non veretur nos cauponibus, saltatoribus, & publicanis similes facere, Christianæ religionis libertatem ignorans, & eam, qua in quibusuis rebus agendis vtimur, exactam disciplinam. Non enim vtentes temere traditionibus hominum, stulta & inepta blaterantium, vitæ rationem insti- D tuimus risu dignam, sed diuinis potius sacrisque legibus eruditi vitæ vere beatæ modos colimus. Meminimus autem Pauli scribentis: *Cibus nos non commendat Deo. Neque si edamus, abundantiores sumus; neque si non edamus, pauperiores sumus.* (1. Cor. 8) Et alio in loco: *Omnis cibus bonus, & nihil reiiciendum: sanctificatur enim per Dei verbum & orationem.* (1. Tim. 4) Sed ipsum vniuersorum Dominum ac legislatorem Chri- E stum audite & intelligite: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc coinquinat hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, furta, scortationes. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.* (Matth. 15) Sed has voces ipse forte reiiciet, quamuis necessariis rationibus res maxime confirmetur.

Doceat autem caussas, ob quas iure improbanda sint ea, quæ nescio quo pacto exprobrat, licet omnium calculo & natura sua esui sint, & in esculentorum numerum referantur. Verbi caussa, multæ sunt terrestrium animalium differentiæ, volucrium item & aquatilium: at singulorum vsum natura definit: alia siquidem ad esum nihil, alia maxime conferunt. Igitur quum aliquid in iis improbarint, quod natura vituperandum non sit, prodeant in medium, & rei veras caussas proferant: aut certe intelligant se, quum nobis sine ratione consuetudines opponant, rationis extrema laborare penuria. Miror autem, plurimos esse apud illos in opinione diuinitatis, (nec enim Deos esse dixerim) qui tamen sententiis inter se discrepant, nec de rebus honestis aut vitiosis consentiunt. Quin illos inter se quodammodo pugnantes videre licet, & quod auersantur nonnulli, ab aliis probari & suscipi. At quis non fateatur, quod reapse est impurum, id non esse tale quibusdam, purum autem aliis, licet humanam mentem fugiat explorata cognitio. At certe ipsos oportebat, quum Dii sint, vt hi nugantur, a vero non aberrare, aut ignoratione veri teneri. Quæ caussa est igitur, cur non sit vna omnibus, sed variæ discrepantesque sententiæ, quæ illorum væcordiam arguunt? At enim forsan, inquient, ab omni animante abstinemus, nugis addicti Pythagoræ, ab Empedocle vero stulte scriptum meminimus:

Ego quondam fui puer ac puella,
Frutexque & auis, & in mari piscis nobilis.

Atqui si talia de se opinantur, nihil absurdi est cogitare aut dicere, ipsos forte pueros ac puellas, aues item ac pisces fuisse: sed fieri potest mea sententia, vt minus honestæ puellæ fuerint, aut sane mimi, cuiusmodi saltantes in scenis inducuntur, aut etiam latrones furti damnati, eaque perpetrare soliti, quæ nec proferre fas est, nec impune bono vlli in mentem venerint. Et quidem egregiorum ille dogmatum magister ait, Euphorbum se ad Troiam fuisse. Ipsi vero se quosnam ex antiquis fuisse dicunt, aut quam, nempe volucrem, aut auem, frustra ipsi quoque, si iuuat, edisserant, vitamque miseris ac putidis fœdissimisque fabulis impleant,

A Διδασκέτω δὲ τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷσπερ ἂν εἶεν εἰκότως καταψεγμένα τὰ οἷς οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιτιμᾷ, καίτοι τῇ παρὰ πάντων ψήφῳ μαρτυρουμένοις καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οἰκείας φύσεως, ὡς ἐδώδιμά τε εἰσὶ καὶ τῶν τελούντων ἐν τούτοις· οἷον δή τι φημὶ, πλεῖσται μὲν γὰρ εἰσὶ χερσαίων αἱ διαφοραὶ, πτηνῶν τε καὶ ἐναλίων, ὁρίζει δὲ τὴν ἑκάστου χρείαν ἡ φύσις. ἃ μὲν γὰρ ἐστὶ πρὸς τὴν τῶν ἐδωδίμων χρῆσιν ἀσυντελῆ, τὰ δὲ πρός γε τοῦτο εὖ ἔχει.
B οὐκοῦν ὅταν τι τῶν ἐκ τῆς φύσεως οὐκ ἐχόντων διαβολὴν καταψέγοιντο πρὸς αὐτῶν, ἡκόντων εἰς μέσον, καὶ ἀληθεῖς τοῦ πράγματος ἀγορευόντων αἰτίας, ἤγουν ἴστωσαν ὅτι συνηθείας ἡμῖν ἀλόγους προτείναντες, ἀλογίαν αὐτοὶ νοσοῦντες ἐσχάτην ἁλοῖεν ἄν. Θαυμάζω δὲ ὅτι πλεῖστοι μὲν παρ' αὐτοῖς εἰσὶν οἱ ἐν δοκήσει Θεοῦ, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι θεοὶ, διάφοροι δὲ τὰς γνώμας, καὶ οὐ μιᾷ κατὰ πάντων ἰόντες ψήφῳ τῶν ἐπαινουμένων, ἤγουν τῶν καταψεγμένων. ἴδοι δ' ἄν τις ἀντεγειρομένους
C ὥσπερ ἀλλήλοις, καὶ τὸ τισὶ κατεσυγημένον, ἑτέροις ἐν λόγῳ καὶ παραδοχῇ. καί τοι πῶς οὐχ ἁπασιστοῦν συμφήσειεν ἂν ὡς τὸ βέβηλον ἀληθῶς, οὐ τισὶ μὲν ἂν εἴη τοιοῦτον, ἑτέροις δὲ καθαρὸν, κἂν εἰ παρατρέχοι τὸ ἀκριβὲς τὸν ἀνθρώπινον νοῦν. ἀλλ' οὖν ἔδει Θεοὺς ὄντας αὐτοὺς, καθάπερ αὐτοὶ ληροῦντές φασὶ, μὴ ἀφαμαρτεῖν τοῦ εἰκότος, ἤγουν ἐν ἀγνοίᾳ γενέσθαι τἀληθοῦς. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν οὐχ ἓν αὐτοῖς ἐπὶ πᾶσι φρόνημα, διάφορον δὲ καὶ διεσπασμένον, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀβελτηρίας κατηγοροῦν; ἀλλὰ γὰρ
D ἴσως ἐκεῖνο φαῖεν ἂν, ὅτι ζώου παντὸς ἀπεσχήμεθα, καὶ τὸν τοῦ Πυθαγόρου τετιμήκαμεν λῆρον, ἀσυνετώτατα δὲ γεγραφότος. μεμνήμεθα καὶ Ἐμπεδοκλέους

Ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε κόρος τε
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ φαίδιμος ἰχθύς.

Οὐκοῦν εἰ τοιαύτας ἔχουσιν ἐφ' ἑαυτοῖς τὰς δόξας, καὶ αὐτοὺς τάχα που κόρας τε καὶ κούρους γενέσθαι ποτὲ, ἰχθῦς τε καὶ οἰωνοὺς, τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν ἐννοεῖν τε καὶ λέγειν· ἔστι δὲ οἶμαι τῶν ἐνδεχομένων, οὐδὲ σεμνὰς αὐτοὺς γεγενῆσθαι κόρας, ἢ τάχα που καὶ τῶν ἐν σκηναῖς ὀρχου-
E μένων, ἢ καὶ τῶν ἐπὶ λῃστείαις κατεγνωσμένων, καὶ δρᾶν εἰωθότων, ἃ μήτε θέμις εἰπεῖν, μήτε μὴν ἀζήμιον κἂν γοῦν ἐννοῆσαι μόνον τοῖς ἐπιεικέσιν. Εὔφορβον μὲν οὖν τὸν ἐν Τροίᾳ γεγενῆσθαί φησιν αὐτὸν, ὁ τῶν ἀρίστων αὐτοῖς δογμάτων ἐξηγητής. τίνας γε μὴν αὐτοὶ τῶν ἀρχαιοτέρων ἑαυτοὺς γενέσθαι φασὶν, ἢ ποῖον ἄρα πτηνὸν, ἤγουν οἰωνὸν, εἰκῇ καὶ αὐτοὶ ῥαψῳδούντων εἰ δοκεῖ καὶ ἀναμεστούντων τὸν βίον ἀθλίων τε καὶ ὀδωδότων διηγημάτων, καὶ μυθαρίων ἀκαλλεστάτων,

A ἃ καὶ τίτθαι φαῖεν ἂν ἴσως τὰ δυσπνοῦντα τῶν βρεφῶν εὖ μάλα καταχηλεῖν σπουδάζουσαι. Οὐκοῦν, ὡς ἔφην, πλεῖστοι μὲν παρ' ἡμῖν οἱ παντὸς εἰς λῆξιν ἥκοντες ἀγαθοῦ, ἐγκρατείας δὲ μέτρων εἰς τοῦτο ἰγμένοι, καὶ ὡς ἀπό γε τῆς σφῶν αὐτῶν ἐπιεικείας διάττοντες, ὡς καὶ αὐτῶν ἐσθ' ὅτε τῶν χρειωδεστάτων εἰς ζωὴν ἀποφοιτᾶν ἐλέσθαι νεανικῶς, ἄρτου τε φημὶ καὶ μὴν ἐλαίου, λαχάνοις τε καὶ ὀρόβοις τὴν ἀπαραίτητον τῆς B γαστρὸς τιθασσεύειν χρείαν, ὕδατι τε κεχρῆσθαι γυμνῷ. ἐπιγάννυσθαι δὲ οὕτω τοῖς τῆς ἀσκήσεως πόνοις, ὡς οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον αὐτῶν. καὶ διαβέβληται μὲν παρ' αὐτοῖς τῶν ἐδωδίμων οὐδέν, τληπαθοῦσι δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, ἀνακόπτοντες τοῦ νοῦ τὴν ἐπὶ τὰ χείρω φορὰν, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς σκιρτήμασιν ἐπιπλήττοντες, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα καταλεπτύνοντες πρός γε τὸ δύνασθαι καταθρεῖν τὸ ἀμωμήτως ἔχον, καὶ τοῖς ἱεροῖς οὐκ ἀπᾷδον νόμοις. Οἱ δὲ ταῖς Ἑλλήνων ἀμα- C θίαις ἐνισχημένοι, μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς, ἑαυτοῖς τε καὶ ἑτέροις ἀσυνετώτατα λέγοντες, ἐπιπηδῶσι τοῖς ἄλλοις· ἃ χρῆν δή που μᾶλλον τῆς ἑαυτῶν διανοίας ποιεῖσθαι μακρὰν, εἴπερ τις ἦν ὅλως λόγος αὐτοῖς τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας. Ἀφροδίσια γὰρ ὀνομάζοντες τὴν λαγνείαν, ἀποσκευάζονται λίαν τὸ προσκρούειν τῇ Θεῷ, καὶ μὴν καὶ τὰ ἕτερα τῶν κακῶν ἀνεπιπλήκτως ἐπιτηδεύουσι, γοητείας δὲ λέγω καὶ ἀῤῥενομιξίας, καὶ τοῦτο εἴσω σηκῶν ὑπὸ μάρτυσι τοῖς θεοῖς. ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἐπικε- D χειρισμένον ἡ τῶν πραγμάτων ἔδειξε πεῖρα. Ἐν γὰρ τοῖς τοῦ Κρόνου ναοῖς γάμων ἐλευθέρων λῃσταὶ γεγονότες οἱ τεμενῖται πεφώρανται, θηρῶντος αὐτοῖς τὰς ὑβριζομένας τοῦ προσκυνουμένου. ὢ ποῖον, ἢ πόσον δάκρυον ταῖς τεθηρευμέναις! γυνὴ παιδοτροφηθεῖσα σεμνῶς ἐκ παρθενικῶν ἐκαλεῖτο παστῶν ἐπὶ τὸ τῆς ἀσελγείας ἐργαστήριον, χρῶντος ὡς ἔφασαν αὐτοὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ κοίτην αἰτοῦντος τὴν ἔξω νόμων. καὶ τὸ δύσοιστον ἐν τούτοις καὶ πάντων αἴσχιστον τῶν κακῶν, τὸ E δεινὸν οὕτω καὶ πάναισχρον ἔγκλημα, ἔθει τε μακρῷ καὶ παῤῥησίᾳ τετίμητο, ὡς μηδὲ αὐτοὺς λανθάνειν ἀξιοῦν τοὺς τῶν ἰδίων γάμων σεσυλημένους τὸ γνήσιον. χαίρων τις ἔπεμψεν ἐπὶ μοιχείαν τὴν σύνευνον, μαστρωπεύοντος αὐτὴν ἑτέροις τοῦ τὴν οἰκείαν, ὡς ἔοικε, γραφομένου φύσιν, ὅτι μὴ δρᾷ τὰ σωμάτων. βδελυρὰ γὰρ ἀεὶ καὶ βέβηλα τὰ δαιμόνια.

A quibus nutrices eiulantes infantulos permulceant. Quamobrem plurimi ſunt apud nos, vti dixi, ad verticem omnis boni tendentes, eoque continentiæ progreſſi, vt cum æquitatis laude mire præfulgeant, vel ab ipſis interdum rebus vtiliſſimis ad vitam forti animo ſibi temperent, pane nimirum & oleo, oleribuſque & eruo inexorabilem ventris neceſſitatem placent, pura vtentes aqua; meditationis autem laboribus B ſic afficiantur, vt illis præſtabilius nihil exiſtiment. Hi nullum quidem eſcæ genus improbant, ſed potius abſtinent, vti dixi, & animi propenſionem ad vitia coercent, carniſque laſciuiam caſtigant, & mentis oculum exacuunt, vt contemplari poſſint id quod eſt ſincerum, & quod a ſacris legibus non diſcrepat. At qui Græcorum inſcitia ſunt irretiti, his vocibus, *Ne attigeris, ne guſtaveris, ne attrectes*, cum erga ſe, tum erga cæteros, per ſummam C ſtultitiam vtentes, aliis inſultant; quæ tamen, ſi quam vitæ bene degendæ rationem haberent, ab animo longe debuerant repellere. Quum enim laſciuiam Aphrodiſia nominant, cavent inprimis ne offenſionem Veneris incurrant; interim alia ſcelera impune ſuſcipiunt, præſtigias nempe & maſculorum amores, idque in ipſis adytis, Diis teſtibus. Quod certe noſtris temporibus attentatum rerum experientia declarauit. Nam in templo Saturni deprehenſi ſunt æditui matronis vim D intuliſſe, venante illis Deo quas ſtuprarent. O quales, aut quantæ lacrymæ iis, quæ præda fuerant! Mulier a prima ætate honeſte educata, e virginalibus thalamis vocabatur ad libidinis officinam, ita iubente per oraculum Deo, vt ipſi aiebant, & illegitimum concubitum petente. Et quod in his magis intolerandum omniumque malorum turpiſſimum eſt, tam graue cri- E men, tamque deteſtandum, longa conſuetudine ac licentia honori erat, vt ne quidem clam vellent eſſe qui legitimis nuptiis orbati erant. Quidam lætus ad ſtuprum miſit vxorem, quam perductor Deus aliis proſtituit, ſuam, vt credibile eſt, naturam incuſans, quod res corporeas non patraret. Quippe nefarii ſunt Dæmones ſemper & impuri.

An

An ergo qui sues attingunt, aut piscibus vescuntur, iure a quoquam reprehenduntur; an qui adulteria venantur, & in ipsis delubris perpetrant illicita? Sugillare porro etiam conatur alio modo religionem Christianam, ita scribens:

IVLIANVS.

Porro tales esse non modo qui hac ætate viuunt, sed etiam primos illos Christianos, qui a Paulo edocti sunt, patet ex iis, quæ Paulus ipse testificatur, ad illos scribens. Non enim adeo impudens erat, opinor, vt tot probra literis ad eos missis complecteretur, nisi comperta illa habuisset. Vnde licet illorum laudes scripserit, etiamsi veræ essent, erubescere tamen debuit: sin autem falsæ & fictæ, dissimulando vitare opinionem mollis blanditiæ & assentationis illiberalis. Hæc autem sunt, quæ de auditoribus suis Paulus ad illos
1. Cor. 6. ipsos scribit: *Ne erretis: neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque conuitiatores, neque rapaces regni Dei hereditatem possidebunt. Atque hæc non ignoratis, fratres, quoniam & vos tales eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Iesu Christi.* Cernis vt hos fuisse tales ait, sed sanctificatos & ablutos, quum iis aqua contigisset, cui vis abstergendi est ac purgandi, quæque ad animam vsque penetrat. Et leprosi quidem lepram baptisma non adimit, nec impetigines, aut vitiligines, nec verrucas infestas, nec podagram, nec dysenteriam, nec aquam intercutem, nec reduuiam, non paruum non magnum corporis vitium; adulteria vero, rapinas, & omnia omnino animi peccata eximet.

CYRILLVS.

Blanditiis aut assentatiunculis Paulus vti non solet, o bone; veritatis enim erat minister. Qui vero fidei prædicationem acceperunt, ipsumque doctorem nacti sunt, idololatræ quidem erant & nefariorum Dæmonum cultores, impii vero & impuri moribus, & omnibus voluptatibus mancipati. Scortatores, prædicones, molles, & ebriosi, & omnis plane improbitatis serui.

IVLIANVS.

A Ἆρ' οὖν τοὺς ἢ συὸς ἁπτομένους, ἤγουν ἰχθύας ἐδηδωκότας καταμωμήσαιτ' ἄν τις εἰκότως, ἤγουν τοὺς σαγηνεύοντας εἰς μοιχείαν, καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἔδεσι δρῶντας ἃ μὴ θέμις. κατακιβδηλεύειν δὲ καὶ ἑτέρως τὴν Χριστιανῶν πειρᾶται θρησκείαν, ὡδὶ γεγραφώς·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅτι δὲ οὐχ οἱ νῦν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς οἱ πρῶτοι παραδεξάμενοι τὸν λόγον παρὰ τοῦ Παύ-
B λου τοιοῦτοί τινες γεγόνασιν, εὔδηλον ἐξ ὧν αὐτὸς ὁ Παῦλος μαρτυρεῖ πρὸς αὐτοὺς γράφων. οὐ γὰρ ἦν οὕτως ἀναίσχυντος, οἶμαι, ὡς μὴ συνειδὼς αὐτοῖς ὀνείδη τοσαῦτα πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ὑπὲρ αὐτῶν γράφειν. ἐξ ὧν εἰ καὶ ἐπαίνους ἔγραφε τοσούτους αὐτῶν, εἰ καὶ ἀληθεῖς ἐτύγχανον, ἐρυθριᾶν ἦν· εἰ δὲ ψευδεῖς καὶ πεπλασμένοι, καταδύεσθαι φεύγοντα τὸ μετὰ θωπείας λάγνου καὶ ἀνελευθέρου κολακείας ἐντυγχάνειν δοκεῖν. ἃ δὲ γράφει περὶ τῶν ἀκροασαμένων αὐτοῦ Παῦλος πρὸς αὐτοὺς
C ἐκείνους, ἐστὶ ταῦτα· μὴ πλανᾶσθε· οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι. καὶ ταῦτα οὐκ ἀγνοεῖτε ἀδελφοὶ, ὅτι καὶ ὑμεῖς τοιοῦτοι ἦτε. ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς ὅτι καὶ τούτους γενέσθαι φησὶ τοιούτους, ἁγιασθῆναι δὲ καὶ ἀπολούσασθαι, ῥύπτειν ἱκανοῦ καὶ διακαθαίρειν ὕδατος εὐπορήσαν-
D τας, ὃ μέχρι ψυχῆς εἰσδύσεται. καὶ τοῦ μὲν λεπροῦ τὴν λέπραν οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ βάπτισμα, οὐδὲ λειχῆνας, οὐδὲ ἀλφοὺς, οὔτε ἀκροχορδῶνας, οὐδὲ ποδάγραν, οὐδὲ δυσεντερίαν, οὐχ ὕδερον, οὐ παρωνυχίαν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα τῶν τοῦ σώματος ἁμαρτημάτων, μοιχείας δὲ, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ πάσας ἁπλῶς τῆς ψυχῆς παρανομίας ἐξελεῖ.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Θωπείαις μὲν οὖν, ἤγουν κολακείαις, ἀ-
E συνήθως, ὦ γενναῖε, κεχρῆσθαι τῷ Παύλῳ, διάκονος γὰρ ἀληθείας ἦν. οἱ δέ γε τὸν τῆς πίστεως προσηκάμενοι λόγον, τελεστήν τε καὶ μυσταγωγὸν λαχόντες αὐτὸν, εἰδωλολάτραι μὲν ἦσαν, καὶ πονηρῶν δαιμόνων θεραπευταὶ, ἀνόσιοι δὲ καὶ βδελυροὶ τοὺς τρόπους, καὶ ἁπάσης ἥττους ἡδονῆς. πόρνοι, καὶ ἀρσενοκοῖται, μαλακοὶ, καὶ κάτοινοι, καὶ ἁπάσης ἀπαξαπλῶς φαυλότητος ἐπιμεληταί.

Οὐ γὰρ ἦν ὁρᾶσθαι σεπτοὺς καὶ καθηγνισμένους, οἵ γε τοῖς σφῶν αὐτῶν ἑπόμενοι θεοῖς, ἁπάσης εἴσω γεγόνασι γραφῆς, ἵνα μὴ καὶ ἀμείνους ὁρῷντο τῶν προσκυνουμένων σωφρόνως τε καὶ ἐπιεικῶς διαζῆν σπουδάζοντες, καὶ πέρα τοῦ μώμου παντὸς ἰέναι προθυμούμενοι. Οὐκοῦν ἕως μὲν ἦσαν, ὦ κράτιστε, τῶν σῶν ὑπηρέται θεῶν, τοῖς ἁμαρτίας βορβόροις συῶν δίκην ἐγκαλινδούμενοι διετέλουν οἱ τάλανες. ἐπειδὴ δὲ τῆς δαιμονιώδους ἀποφοιτήσαντες πλάνης, καὶ τῆς ἀπάτης τὸν σκότον τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀποπεμψάμενοι, τὸ τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας πεπλουτήκασι φῶς, καὶ τὸν τῶν ὅλων παμβασιλέα καὶ κύριον ἐγνώκασι, φημὶ δὴ Χριστόν, τότε δὴ τότε πάντα ῥύπον ἀπονιψάμενοι, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἀνθῃρημένοι τὰ παντὸς ἐπαίνου μεστά, πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ καὶ ἁγίαν κέκληνται ζωήν, φημὶ δὴ τὴν εὐαγγελικήν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐθνῶν Ἀπόστολος ἦν ὁ πάνσοφος Παῦλος, σαγηνεύσας τῇ πίστει πολλοὺς καὶ τῆς τοῦ διαβόλου παγῆς ἐξελών, ἀναγκαῖον αὐτοῖς πρὸς ὄνησιν ἐποιεῖτο μάθημα, τὸ χρῆναι φημὶ σύνδρομον τῇ πίστει ποιεῖσθαι τὴν ἀρετὴν καὶ συναποθέσθαι τῇ πλάνῃ τὰ αὐτῆς, πορνείαν δὴ λέγω, μοιχείαν, ἀρρενομιξίαν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν κακῶν. ἔσεσθαι γὰρ οὕτω βάσιμον αὐτοῖς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εὖ μάλα διϊσχυρίσατο. Εἰ δὲ δεῖν καταιτιᾶσθαι οἴεται ματαίως τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, πονηροὺς ἐπεί τοι προσίεται καὶ εἰδωλολάτρας, φιλοπευστοῦντι φραζέτω. πότερα δὴ χρῆν αὐτοὺς ἀκράδαντον ἔχειν τὸ βεβηκὸς ἐν κακοῖς, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ὁρᾶσθαι βελτίους, τῶν οὕτω κατεψεγμένων ἀπονοστήσαντας τρόπων, ἤγουν ἑλέσθαι φρονεῖν τὰ ἀμείνω, καὶ παντὶ σθένει πειρᾶσθαι τῆς παγκάλης ἐφικέσθαι ζωῆς; ἀλλ' οἶμαι φαίη τις ἄν, ὡς ἦν δήπου κρεῖττον αὐτοῖς τὰ αἰσχίω μεθέντας, καὶ τῶν φαύλων ὀλιγωρήσαντας, μεθικέσθαι πρὸς τὰ βελτίω, καὶ τὸν ἐν Χριστῷ καὶ ἀξιοζήλωτον ἐπασκῆσαι βίον. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν αἰτιᾶται Χριστόν, εἰ σέσωκε τοὺς ἀπολωλότας, καὶ χεῖρα προτείνας αὐτοῖς τὴν σωτήριον, χαμαὶ κειμένους ἀνέστησε, καὶ ἀρρωστοῦντας ἰάσατο, καὶ τῶν ἐν καρδίᾳ παθῶν δωρεῖται τὴν ἄφεσιν. ἔφη γάρ, ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. καὶ πάλιν, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Τίνας γὰρ

Nec enim sancti & puri [illegible] poterant, qui Deos suos secuti, nullum non vitii genus admiserant, ne meliores iis quos adorabant viderentur, si temperanter ac iuste viuere, & innocentiam colere conarentur. Quamdiu igitur, o bone, tuis Diis mancipati fuerunt, in peccati cœno porcorum instar miseri volutabantur. Postea quam autem relicta Dæmonum fraude, ac depulsis erroris tenebris, veræ Dei cognitionis lumine ditati sunt, & vniuersorum regem ac dominum, Christum videlicet, agnouerunt; tunc omni sorde abstersa, & in vitiorum locum virtutibus suffectis, ad Christianam sanctamque vitam, euangelicam nimirum, vocati fuerunt. Atqui gentium Apostolus quum esset Paulus sapiens, multis ad fidem adductis, & a Diaboli laqueis ereptis, necessariam eis doctrinam tradidit, nempe fidei comitem adiungendam esse virtutem, & vna cum errore quæcunque ad errorem pertinent exuenda, scortationem dico, adulterium, & masculorum concubitum, aliaque vitia: hoc pacto sibi patefactum iri aditum ad cæleste regnum confirmauit. Quod si Iulianus incusandum idcirco putat Dominum nostrum Iesum Christum, quoniam improbos & idololatras admittit, sciscitanti respondeat: vtrum illos præstaret in vitiis vsquequaque progredi, nec vllo pacto videri meliores, tam improbis moribus repudiatis; an ad meliorem frugem reuerti velle, & omni conatu ad honestissimum vitæ genus peruenire? At nemo non, vt reor, dicet, ipsis vtique satius fuisse, reiectis turpibus, contemtisque vitiis, ad meliora se conuertere, vitamque in Christo laudabilem colere. Quænam ergo incusandi Christi caussa est, si seruauit eos qui perierant, salutaremque manum eis porrigens humi iacentes erexit, & ægros sanauit, & internorum vitiorum remissionem largitur? Dixit enim: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Matth. 9.
Et rursus: *Non egent qui sani sunt medico, sed qui male se habent.* Luc. 5.

non tamen omnino a nostris sententiis aberrasse. Scribit ergo Porphyrius in quarto libro Philosophicæ historiæ: *Vsque enim ad tres hypostases Plato dixit Dei substantiam procedere: esse vero supremum Deum, Bonum; post ipsum vero & alterum, Opificem; tertiam vero, Mundi animam: ad animam enim vsque diuinitatem extendi. Quodcunque autem superest diuinitatis expers, a corporea differentia cepisse primordium.* At prædicti illi huic rei refragantur, quum dicunt *Bonum* non esse connumerandum iis quæ sunt ab ipso. Ab omni enim communione exemtum esse, propterea quod simplex omnino sit, nec vllius compositionis capax. A *Mente* vero (hæc enim principium est) vnam seruari Trinitatem. Igitur tres quidem Deos minime confitemur, sed Deorum multitudinem prorsus negamus. Cæterum in vnam & consubstantialem credimus Trinitatem, quæ in Patre, & Filio, & sancto Spiritu; adeoque res prædictas in vnam diuinitatis naturam colligentes, rectum & errore vacuum iter decurrimus. Neque vero Patre minorem Filium vlla in re arbitramur, neque Filio Spiritum sanctum, sed æquales esse & omni ex parte similes profitemur. Vna enim natura quo pacto differentiam in se susciperet? Nobis autem in totum sufficit non mentiri, si dicamus ipsos quoque Græcorum proceres in ea mente ac opinione esse, diuinitatem, aut sane diuinam & ineffabilem naturam, ad tres vsque hypostases extendi, atque adeo meminisse Trinitatis. Quod autem Dei Verbum esse crediderint, & Patrem nominent Deum, facillime videbimus. Ita enim Plato dixit in Epinomide: *Et honores reddamus, non huic annum, illi mensem, aliis nullam sortem constituamus, neque vllum tempus, in quo circulum suum percurrit, mundum vna perficiens, quem Sermo omnium diuinissimus constituit visibilem. Quem vir felix primum admiratur: deinde cupiditate ardet ea discendi, quæcunque a natura mortali percipi queunt.* Scripsit quoque in epistola ad Hermiam, Erastum, & Coriscum: *Hanc epistolam a vobis tribus legendam censeo, & tunc quidem quum omnes vna adfueritis; sin minus, duobus præsentibus, in commune, & quantum fieri poterit sæpissime: & quidem ita, vt ex compacto tessera & lex certa a vobis constituatur, & iu-*

A ἁλοῖεν ἂν, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰσάπαν ἡμαρτηκότες τοῦ ταῖς ἡμετέραις ἕπεσθαι δόξαις. Γράφει τοίνυν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ Φιλοσόφου ἱστορίας· ἄχρι γὰρ τριῶν ὑποστάσεων ἔφη Πλάτων τὴν τοῦ Θεοῦ προελθεῖν οὐσίαν· εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνώτατον Θεὸν τ' Ἀγαθὸν, μετ' αὐτὸν δὲ καὶ δεύτερον τὸν Δημιουργὸν, τρίτην δὲ τὴν τοῦ κόσμου Ψυχήν. ἄχρι γὰρ ψυχῆς τὴν θεότητα προελθεῖν. λοιπὸν δὲ τὸ ἄθεον ἀπὸ τῆς
B σωματικῆς ἐνῆρχθαι διαφορᾶς. Ἀλλ' οἵ γε προειρημένοι καὶ πρὸς τοῦτο ἀντιλέγουσι, φάσκοντες, μὴ δεῖν τ' Ἀγαθὸν συναριθμεῖν τοῖς ἀπ' αὐτοῦ. ἐξῃρῆσθαι γὰρ ἀπὸ πάσης κοινωνίας διὰ τὸ εἶναι ἁπλοῦν πάντη, καὶ ἄδεκτον τινὸς συμβάσεως. ἀπὸ δὲ τοῦ Νοῦ, (ἀρχὴ γὰρ οὗτος,) τὴν τριάδα μίαν σωθῆναι. οὐκοῦν τρεῖς μὲν ἥκιστα Θεοὺς ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς, ἀρνούμεθα δὲ τὸ πολύθεον ὁλοτρόπως. εἰς μίαν γε μὴν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα πεπιστεύκαμεν, τὴν
C ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ μὴν καὶ εἰς μίαν θεότητος συναγείροντες φύσιν τὰ ὠνομασμένα τὴν εἰς εὐθύ τε καὶ ἀπλανῆ διάττομεν τρίβον. οὔτε δὴ τοῦ Πατρὸς ἐν μείοσι κατά τι γοῦν ὑπειλήφαμεν τὸν Υἱὸν, οὔτε μὴν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἶναι δὲ μᾶλλον ἐν ἰσότητί τε καὶ ὁμοιότητι κατὰ πᾶν ὁτιοῦν αὐτά. μία γὰρ φύσις πῶς ἂν εἰσδέξαιτο τὸ διάφορον ἐφ' ἑαυτῇ; Ἡμῖν δὲ ἅπαξ ἀπόχρη τὸ ἀψευδεῖν, εἰ λέγοιμεν καὶ αὐτοὺς τῶν Ἑλλήνων λογάδας διακεῖσθαι καὶ
D φρονεῖν, ὡς μέχρι τριῶν ὑποστάσεων προεξέβληκεν ἡ θεότης, ἤγουν ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος φύσις, διαμέμνηνται δὲ καὶ τριάδος. ὅτι δὲ καὶ Θεοῦ λόγον εἶναι πεπιστεύκασι, καὶ Πατέρα καλοῦσι τὸν Θεὸν, εὖ δὴ μάλα καταθρήσομεν. ἔφη γὰρ οὕτως ἐν τῇ Ἐπινομίδι Πλάτων· καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν, μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτὸν, τῷ δὲ μῆνα, τοῖς δὲ μή τινα μοῖραν τάττωμεν, μηδέ τινα χρόνον, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον, συναποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειό-
E τατος ὁρατόν. ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων πρῶτον μὲν ἐθαύμασεν, ἔπειτα ἔρωτα ἔσχε τοῦ καταμαθεῖν ὁπόσα θνητῇ φύσει δυνατά. Γέγραφε δὲ καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἑρμείαν, καὶ Ἔραστον, καὶ Κορίσκον· ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρὴ, μάλιστα μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύο, κοινῇ κατὰ δύναμιν, ὡς οἷόν τε πλειστάκις, καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ τούτῳ ὅ ἐστι δίκαιον ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα

μὴ ἀμυήσω, καὶ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν πάντων Θεὸν ἡγεμόνα, τῶν τε ὄντων, καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον, ὃν ἐὰν ὀρθῶς φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα. Ἰδοὺ δὴ σαφῶς τετάχθαι μὲν παρὰ τοῦ θείου Λόγου τὸν κόσμον φησί. δημιουργεῖ γὰρ τὰ πάντα, τάξιν τε καὶ ἁρμονίαν ἐπιτίθησιν αὐτοῖς, δύναμις ὢν καὶ σοφία τοῦ Πατρός. ἡγεμονεύει δὲ μετ᾽ αὐτοῦ τῶν δι᾽ αὐτοῦ γενομένων. εὐδαίμονα δὲ καὶ μακάριον ὀνομάζει τὸν θαυμάζοντα αὐτόν, ἐρῶντα δὲ τοῦ μαθεῖν τίς δὴ ἄρα καὶ ὁπόσος ἐστίν. ὅτι γε μὴν ἡττῷτο ἂν τῆς ἀκριβοῦς ἐπ᾽ αὐτῷ θεωρίας ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ὑπέφηνεν εἰπών· ἔπειτα ἔρωτα ἔσχε τοῦ μαθεῖν ὁπόσα θνητῇ φύσει δυνατά. βλέπομεν γὰρ ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι τὰ παρὰ Θεοῦ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Κύριον δέ, καὶ μὴν καὶ Πατέρα τοῦ Λόγου διηγόρευκε σαφῶς, ὃν δὴ καὶ εἰσόμεθα, φησίν, ἐὰν ὀρθῶς φιλοσοφῶμεν. Εἴ τις τοίνυν οὐκ οἶδεν αὐτόν, φιλοσοφεῖ μὲν οὐκ ὀρθῶς, ἐξοφρυοῦται δὲ μάτην, καὶ παραπαίων ἀγνοεῖ, καὶ ἀμαθίας εἰς ἄκρον διεληλακὼς οὐκ αἰσθάνεται. ὃ δὴ πεπονθέναι φαμὲν τὸν κράτιστον Ἰουλιανόν, ἀνελεῖν τολμήσαντα τό γε ἧκον ἐπ᾽ αὐτῷ, τοῦ Θεοῦ λόγου τὴν ὕπαρξιν. λυπεῖ δὲ οὐδὲν ταῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημέναις καὶ ἑτέρας φιλοσόφων ἐπισωρεῦσαι χρήσεις, ταῖς τοῦ Πλάτωνος δόξαις κατ᾽ οὐδένα τρόπον μεμαχημένας. Νουμήνιος τοίνυν ὧδί που φησί· τὸν μέλλοντα δὲ συνήσειν Θεοῦ περὶ πρώτου καὶ δευτέρου, χρὴ πρότερον διελέσθαι ἕκαστον ἐν τάξει καὶ ἐν εὐθημοσύνῃ τινί· κἄπειτα, ἐπὰν δοκῇ ἤδη εὖ ἔχειν, τότε ἐπιχειρεῖν ἔχειν κοσμίως· ἄλλως δέ, μή. Θεὸν δὲ προσκαλεσάμενοι ἑαυτοῦ γνώμονα γενόμενον τῷ λόγῳ, δεῖξαι θησαυρὸν φροντίδων. ἀρχόμεθα δὲ οὕτως· ὁ Θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἐστὶν ἁπλοῦς διὰ τὸ ἑαυτῷ συγγινόμενος διόλου μηδέποτε εἶναι διαιρετός. ὁ Θεὸς μέντοι ὁ δεύτερος καὶ ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ εἷς. καὶ μεθ᾽ ἕτερα· καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ Θεοῦ χρὴ εἶναι νομίζεσθαι πατέρα τὸν πρῶτον Θεόν. Ἰδοὺ δὴ καὶ οὗτος ἕνα μὲν καὶ ἁπλοῦν ὄντα τε, καὶ εἶναί φησι τὸν Θεόν, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀδιαίρετον. τόν γε μὴν δεύτερόν τε καὶ τρίτον, εἶναι τὸν ἕνα, τάχα που συνενεγκὼν καθ᾽ ἡμᾶς εἰς ἑνότητα φύσεως τὰ ὠνομασμένα, εἰ καὶ δεύτερον καὶ

A *reiurando confirmetur, studio non illiberali, ac studii sorore doctrina coniunctis: per Deum, omnium quæ sunt & quæ futura sunt rectoris, & caussæ patrem Dominum, quem, si recte philosophabimur, agnoscemus.* Ecce profecto manifeste prædicat, conditum esse a diuino Verbo mundum. Creat enim omnia, ordinemque & concentum eis indit, quum sit virtus & sapientia Patris. Præest autem cum ipso iis, quæ condidit. Felicem vero & beatum nominat qui admiratur eum, & discere auet, quis nimirum & quantus sit. Quin & minorem esse mentem humanam, quam vt exactam eius cognitionem assequi possit, declarauit dicens: *Deinde cupiditate tenetur ea discendi, quæcunque a natura mortali percipi queunt.* Videmus enim per speculum & in ænigmate res diuinas, iuxta beati Pauli dictum. (1. Cor. 13.) *Dominum* vero adeoque *Patrem Sermonis* aperte prædicauit, *quem vtique etiam agnoscemus*, inquit, *si recte philosophabimur.* Si quis ergo non nouit ipsum, philosophatur quidem haud recte, sed inani fastu effertur, ac desipere se ignorat, neque sentit se ad summum inscitiæ peruenisse. Quod quidem euenisse præstantissimo illi Iuliano dicimus, qui, quantum in se erat, diuini Verbi existentiam tollere conatus est. Sed molestum non erit iis, quas modo diximus, alias Philosophorum sententias addere, Platonis opinionibus nullo modo repugnantes. Numenius igitur alicubi sic ait: *Qui ad notitiam Dei primi & secundi contendit, singula prius ordine distinguat oportet, & animo tranquillo. Deinde posteaquam recte se habere videbuntur, tum ad dicendum de illis, vt par est, aggrediatur: secus autem, minime. Deum vero obtestati, vt nostræ disputationi suimet ipsius canon ac regula esse velit, nobisque thesaurum cogitationum aperire, sic ordimur: Deus ille quidem primus in seipso existens est simplex, propterea quod secum ipse totus existens, nunquam separari potest; at Deus secundus & tertius vnus est.* Et nonnullis interiectis: *Opificis autem Dei putandum est patrem esse primum Deum.* En iste quoque vnum quidem, & simplicem, & esse Deum insit, itemque indiuisibilem: secundum autem ac tertium, esse vnum, colligens forsan, vt nos, in naturæ vnitatem res antedictas, tametsi secundum & ter-

tium nominat Deum, haud recte: sed suis, vt reor, ipse repugnans sententiis. Postquam enim eos vnum dixit, in tres rursus diuidit, & seorsim singulos: nisi quod Patrem ait Opificis Deum oportere nominari. Accedit Plotinus studiosissimus rerum indagator, quique, vt verbo dicam, subtilitatis vim omnem consecutus, sic alicubi scribit de Bono: *Quid igitur necesse est nos de perfectissimo dicere? Nihil ab ipso esse, aut quæ maxima sunt secundum ipsum. Maxima vero secundum ipsum res, ac secunda, Mens est. Etenim intuetur mens illum, eoque solo indiget: ille vero hac nequaquam. Et quod ab eo quod mente melius est generatur, mentem esse. Et omnium optima mens est, quia secundum ipsam sunt cætera. Quemadmodum & anima, sermo mentis, & actus quidam est, sicut mens est Dei Verbum. Verum anima quidem subobscurus est sermo, quatenus est imago mentis, idcirco ei in mentem adspiciendum est. Similiter eum suspiciet mens imago Dei, vt ita sit intellectus. Intuetur autem ipsum non separata, sed quoniam est secundum ipsum, nullo interiecto, vt neque inter animam & mentem.* Igitur Mentem ait esse eum, quem profitemur Deum Verbum, quando & nos ipsum Sapientiam dicimus, veruntamen Patris maiestate & gloria nullo modo inferiorem aut secundum. Neque vero dicimus illum in Patrem intuendo perfici, quasi non habeat ex se perfectionem; quemadmodum hi sane existimant *Mentem* indigere *caussa prima*, eamque contemplari, vt perfectissimo statu ditetur: Simili vero modo *Animam*, quæ tertia a primo dicitur, contemplatione & participatione *Mentis* indigere; quam & *secundam caussam* nominant, vt ipsa quoque iuuetur. Sed illi quidem, quum sint eius sententiæ, & in naturarum diuersitatem trahant quæ admirationi habent, frigidis & puerilibus sententiis gloriantur. Nos vero perfectissimum esse dicimus Patrem; similiter & Filium, tanquam ex perfecto perfectum; atque adeo Spiritum sanctum. Plane enim nulla re aduentitia diuina & ineffabilis natura indiget, sed perfectione abundat, idque suapte natura, ad omnes quæ sibi ac soli congruunt dignitates. Porro comperimus apud Græcorum sapientes esse quoque sanctæ Triadis notitiam. Proxime

A τρίτον ὀνομάζει Θεὸν, οὐκ ὀρθῶς ἀλλ' ὥς γε
οἶμαι ταῖς ἰδίαις αὐτὸς ἐννοίαις ἀντανιστάμενος·
ἕνα γὰρ αὐτοὺς εἰπὼν, ἀποδιΐστησι πάλιν εἰς τρεῖς,
καὶ ἰδικῶς καθ' ἕνα· πλὴν ὅτι πατέρα δεῖν ἔφη
τοῦ δημιουργοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάζεσθαι. Καὶ μὴν
καὶ Πλωτῖνος φιλοζητητὴς ὢν ἄγαν, καὶ διὰ πά-
σης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰσχνομυθίας ἐληλακὼς, οὕ-
τω πού φησὶ περὶ τ' Ἀγαθοῦ. Τί οὖν χρὴ
περὶ τοῦ τελεωτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ, ἢ
B τὰ μέγιστα μετ' αὐτόν· μέγιστον δὲ μετ' αὐτὸν
Νοῦς, καὶ δεύτερον· καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ Νοῦς
ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου
οὐδέν· καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος νοῦ,
Νοῦν εἶναι· καὶ κρείττων ἁπάντων Νοῦς,
ὅτι τὰ ἄλλα μετ' αὐτόν· οἷον καὶ ψυχὴ, λόγος νοῦ, καὶ
ἐνέργειά τις ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου· ἀλλὰ ψυχῆς
μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος, ὡς εἴδωλον νοῦ, ταύτῃ καὶ
εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ. νοῦς δὲ ὡσαύτως πρὸς
ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ νοῦς. ὁρᾷ δὲ αὐτὸν οὐ χωρισθεὶς,
C ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτὸν, καὶ μεταξὺ οὐδὲν, ὡς οὐ-
δὲ ψυχῆς, καὶ νοῦ. Νοῦν μὲν γὰρ εἶναί φησι τὸν
καθ' ἡμᾶς Θεὸν λόγον, ἐπεί τοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ
σοφίαν ὀνομάζομεν, πλὴν οὐκ ἐν μείοσιν, ἢ
δευτέροις κατά τι γοῦν ὅλως, τῆς τοῦ Πατρὸς
ὑπεροχῆς καὶ δόξης. οὔτε μὴν ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ
αὐτοτελὲς φαμὲν αὐτὸν τελειοῦσθαι ἐνορῶντα
τῷ Πατρὶ, καθὰ δὴ τούτοις δοκεῖ, δεῖσθαι μὲν
αἰτίου τοῦ πρώτου τὸν νοῦν, καὶ θεωρεῖν αὐτὸν, ἵνα
τὸ ἀρτίως ἔχειν ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὸν εὖ μάλα
D καταπλουτῇ· ἀναλόγως δὲ, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πρώ-
του τρίτην λεγομένην ψυχὴν, τῆς τοῦ νοῦ δεῖ-
σθαι θεωρίας καὶ μετοχῆς, ὃ καὶ δεύτερον αἴτιον
ὀνομάζουσιν, ἵν' ὠφελῆται καὶ αὐτή· Ἀλλ' ἐκεῖνοι
μὲν ὧδέ τε δοξάζοντες, καὶ εἰς ἀνομοιότητα φύ-
σεων κατασύροντες τὰ παρά γε σφίσι τεθαυ-
μασμένα, ψυχραῖς καὶ μειρακιώδεσιν ἐπαυχοῦ-
σιν ἐννοίαις. ἡμεῖς δὲ παντέλειον εἶναι φαμὲν τὸν
Πατέρα· ὁμοίως δὲ τὸν Υἱὸν, ὡς ἐκ τελείου τέ-
E λειον, καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. δεῖται γὰρ
ὅλως οὐδενὸς τῶν εἰσκρινομένων ἡ θεία τε καὶ
ἀπόρρητος φύσις, καταπλουτεῖ δὲ τὸ τέλειον,
καὶ τοῦτο αὐτοφυῶς, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αὐτῇ
καὶ μόνῃ πρεπόντων ἀξιωμάτων. Πλὴν καὶ αὐτοῖς
ἐνοῦσαν εὑρήσομεν τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς τῆς
ἁγίας Τριάδος τὴν γνῶσιν. προσεχέστατα γὰρ,

καὶ μεσολαβοῦντος οὐδενὸς, ἀλλήλοις συνεῖναι φασὶν αὐτὰ, καὶ ἣν ἂν ἔχοι τάξιν πρός γε τὸ πρῶτον ὁ Νοῦς, ταύτῃ ὁμοίως καὶ τὴν τρίτην ψυχὴν ἐσχηκέναι φασὶν πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου δεύτερον Νοῦν. Ὅτι δὲ καὶ γεννήματος καὶ μὴν καὶ τεκόντος εἰσδέχονται φαντασίας, εἰσόμεθα πάλιν ὡδὶ γεγραφότος αὐτοῦ. Ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν, καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα ὅσαν ἓν ὦσι τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεννώμενον. ὅταν δὲ καὶ τὸ ἀόριστον ᾖ, τὸ γεννῆσαν ἐξ ἀνάγκης σύνεσιν αὐτῷ, ὡς τῇ ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι. Ἀκούεις ὅπως τὸ γεννηθὲν δεῖν ἔφη συνεῖναι πάντη τε καὶ πάντως τῷ γεγεννηκότι, διάτοι τάχα που τὸ ἀδιόριστον, ἤγουν προσεχὲς φυσικῶς, καὶ τὸ διὰ μέσου κεῖσθαι μηδὲν, κεχωρίσθαι δὲ μόνῃ τῇ ἑτερότητι, καὶ οὔτι που τάχα τῇ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ὅτι τὸ γεννῆσαν πρὸς τὸ γεννώμενον μίαν πως ἔχει διαφορὰν τὴν τοῦ, ὅτι τὸ μὲν γεγέννηκε, τὸ δὲ γεγέννηται. ἔφη δέ που καὶ ὁ Τρισμέγιστος παρ' αὐτοῖς Ἑρμῆς περὶ τοῦ πάντων ἀριστοτέχνου Θεοῦ. καὶ γὰρ ὡς τέλειος καὶ σοφὸς τάξιν καὶ ἀταξίαν ἐπέθηκε, ἵνα τὰ μὲν νοερὰ ὡς πρεσβύτερα καὶ κρείττονα προεστήκῃ, καὶ τὸν πρῶτον τόπον ἔχῃ. τὰ δὲ αἰσθητὰ, ὡς δεύτερα, ἵνα τούτοις ὑποστήκῃ. τὸ οὖν καταφερέστερον τοῦ νοεροῦ καὶ βρῖθον, λόγον ἐν ἑαυτῷ σοφὸν ἔχει δημιουργικόν. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ οὗτος δημιουργικῆς ἔχεται φύσεως, γόνιμος ὑπάρχων καὶ ζωοποιός. ὅτι γὰρ ἐν πᾶσιν ἐστὶ τοῖς κεκινημένοις ὡς ζωοποιὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἰσχυριζόμεθα καὶ ἡμεῖς· πιστώσεται δὲ γεγραφὼς ὁ πάνσοφος Παῦλος· εἷς Θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως δύνασθαι τὸ παρενεχθὲν εἰς γένεσιν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντος κεκινημένον τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονὴν ἀκράδαντον ἔχειν, μὴ τοῦ ἀφθάρτου καὶ ὄντος ἀληθῶς μετεσχηκὸς Θεοῦ. οἶδεν οὖν ἄρα δημιουργικῆς ὄντα φύσεως τὸν Υἱὸν, γόνιμόν τε καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἑτέρας ὄντα φύσεως παρὰ πάντα τὰ τῆς παρ' αὐτοῦ ζωῆς δεκτικά. ζωοποιεῖ δὲ πᾶν τὸ ζωῆς ἐπιδεὲς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. ὡς γὰρ αὐτός που φησὶν Υἱὸς, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, καὶ πᾶσα τῶν γεγονότων ἡ πῆξις τελεῖται παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. ψάλλει γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὅτι τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀκριβεῖ διανοίας ὄμματι τὰ τοιάδε λεπτῶς περιαθρεῖν εἰθίσμεθα· οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων λο-

A enim, ac nullius interiectu res ipsas simul esse aiunt, & quem ordinem habeat *Mens* ad primum, hunc similiter & tertiam *Animam* habere dicunt ad *Mentem*, secundam a primo. Quod autem ea instar geniti & gignentis considerent, accipiemus rursus ab illo, qui sic scripsit: *Porro genitum omne appetit genitorem, eumque diligit, & maxime, quum vnum sint id quod generat, & quod generatur. Quum autem etiam* B *abest distinctio, id quod genuit ita cum eo simul necessario est, vt alteritate quadam ab illo tantum secernatur.* Audis quo pacto genitum omnino cum genitore simul esse debere ait; forte quod indiscretum sit, aut natura proximum, nec quicquam interiectum sit, sed sola alteritate seiungatur: non autem illa naturali, sed quod genitor ab eo quod gignitur vna re quodammodo differat, videlicet quod ille quidem genuit, hoc genitum sit. Dixit etiam alicubi Trismegistus illorum Hermes C de omnium opifice Deo: *Etenim vt perfectus ac sapiens, ordinem & ordinis vacuitatem intulit, vt spiritalia quidem ceu antiquiora & praestabiliora praeessent, ac primum locum haberent; sensibilia vero, vtpote secunda, vt his subessent. Quod ergo mentali depressius est ac pessum it, sermonem in seipso sapientem habet opificem.* Hic autem eius Sermo naturam continet creatricem, quum sit fœcundus & viuificus. In omnibus e- D nim quæ mouentur, Dei Sermonem esse, tanquam vitæ datorem, nos quoque asserimus. Sed fidem sapientissimus Paulus faciet, qui scripsit: *Vnus Deus, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus.* (Ephes. 4.) Non enim aliter posset id, quod creatum est & e nihilo productum, in suo statu perpetuo manere, nisi incorruptibilis ac veri Dei particeps foret. Nouit ergo Filium creatrice natura præditum, & fœcundum, & viuificum, & diuersæ ab iis omnibus esse naturæ, quæ vitam ab ipso capiunt. E Viuificat vero quicquid vita caret, in sancto Spiritu. Vt enim ipse alicubi Filius inquit, *Spiritus est qui viuificat*, (Ioan. 6.) & omnium creaturarum fabricatio perficitur a Patre per Filium in Spiritu. Proinde canit diuinus Dauid: *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Nos igitur acuto mentis oculo talia subtiliter intueri solemus. Græcorum autem

proceres loco sancti Spiritus tertiam, vti dixi, inducunt *Animam*, a qua animalia cuncta animantur ac viuificantur, eique sancti Spiritus virtutes & operationes tribuerunt. Scribit quippe de illa Plotinus in hunc modum: *Cogitet ergo illud primum omnis anima, quod ipsa quidem animalia cuncta fecit inspirans eis vitam, & quæ nutrit tellus, & mare; quæque in aere versantur, & quæ in cælo sunt sidera diuina. Ipsa solem, ipsa magnum hoc cœlum, ipsa mundum condidit, ipsa ordine circumagit, natura quum sit diuersa ab iis quæ fabricatur, & quæ mouet, & quibus vitam indit. Atque his necesse est præstantiorem esse, quippe quum hæc oriantur & corrumpantur, ab anima destituta, quæ vitã suppeditat, quum hæc eadem sit semper, eo quod nunquam deserit seipsam.* Deus enim & Pater, vt dixi, operatur ea quæ ad creationem spectant per Filium in Spiritu; & in ortum quidem educit quæ nusquam erant, & creata continet, ordinemque iis pulcherrimum, & concinnitatem, ac leges singulis præscripsit quas sequantur. Quippe Solem posuit vt præsit diei, Lunam vero nocti. Constat vero, diuinum & viuificum & sanctum Spiritum naturam quoque diuersam ab iis omnibus esse quæ per ipsum mouentur. Est enim increati Dei Spiritus, eius proprius, & ex ipso procedens, & subsistens, ac viuens, ac semper existens, quoniam eius est *qui est*, & implet ipse cuncta, & vniuersa continet: quandoquidem & consubstantialis est ei, qui omnia implet, & citra diuisionem vbique est. Ipso quippe plena

Sap. 1. sunt omnia. Scriptum est enim: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Et sane Plotinus ita rursus infit de mundi anima, quam sancti Spiritus loco arbitror ab eo dici: *Manifestior autem & clarior fiet anima vis & natura, si quis attenderit quo pacto suo nutu cælum complectatur. Iste enim moli, quanta quanta est, seipsam dedit. Vnde totum hoc spatium, tum paruum, tum magnum animatum est, quum alibi quidem aliud corpus moueatur, & hoc quidem sic, illud vero sit istiusmodi: & illa ex aduerso, hæc aliter a se inuicem pendeant. At anima non ita se habet. Non enim in partes particulasque diuisa vitam inserit singulatim, sed omnia se tota viuificat, totaque adest vbique, Patri a quo genita est persimilis, tum secundum vnitatem, tum quatenus vbique est.* An non ergo ma-

A γάδες ἀντὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τρίτον, ὡς ἔφην, εἰσκομίζουσι Ψυχήν, ὑφ' ἧς καὶ ἅπαν ψυχοῦται ζῶον, ἐνιείσης αὐτοῖς τὴν ζωήν, καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας προσνενεμήκασιν αὐτῇ. Γράφει γοῦν ὁ Πλωτῖνος ὡδὶ περὶ αὐτῆς· ἐνθυμείσθω τοίνυν πρῶτον ἐκεῖνο πᾶσα ψυχή, ὡς αὐτὴ ζῶα μὲν ἐποίησε πάντα, ἐμπνεύσασα αὐτοῖς ζωήν, ἅτε γῆ τρέφει, ἅτε θάλασσα, ἅτε ἐν ἀέρι, ἅτε ἐν B οὐρανῷ ἄστρα θεῖα. αὐτὴ δὲ ἥλιον, αὐτὴ δὲ τὸν μέγαν τοῦτον οὐρανόν, αὐτὴ δὲ ἐκόσμησεν, αὐτὴ δὲ ἐν τάξει περιάγει, φύσις οὖσα ἑτέρα ὧν κοσμεῖ καὶ ὧν κινεῖ καὶ ζῆν ποιεῖ. καὶ τούτων ἀνάγκη εἶναι τιμιωτέραν, γινομένων μὲν τούτων καὶ φθειρομένων, ὅταν αὐτὰ ψυχὴ ἀπολείπῃ ἢ χορηγεῖ τὴν ζωήν, αὕτη δὲ οὖσα ἀεὶ τῷ μὴ ἀπολείπειν ἑαυτήν. Ἐνεργεῖ γάρ, ὡς ἔφην, τὰ περὶ τὴν κτίσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, καὶ κινεῖ μὲν εἰς γένεσιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ, εὖ δὴ καὶ γεγονότα συν- C έχει, τάξιν τε αὐτοῖς τὴν παγκάλην, καὶ μέν τοι καὶ εὐρυθμίαν, καὶ νόμους ὡρίσατο, καθ' οὓς ἂν εἶεν ἕκαστα. καὶ γοῦν Ἥλιον μὲν εἰς ἀρχὰς τέθεικε τῆς ἡμέρας, Σελήνην δὲ τῆς νυκτός. ἄραρε δὲ ὅτι καὶ ἑτέρα φύσις, παρὰ πάντα ἐστὶ τὰ δι' αὐτοῦ κινούμενα, τὸ θεῖόν τε, καὶ ζωοποιόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ γάρ ἐστιν ἀγενήτου πνεῦμα Θεοῦ, ἴδιον αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊόν, ἐνυπόστατόν τε καὶ ζῶν, καὶ ἀεὶ ὄν, ὅτι τοῦ Ὄντος ἐστί, καὶ αὐτὸ τὰ πάντα πληροῖ, καὶ τῶν ὅλων ἐστὶ περιεκτικόν, ἐπεί τοι D καὶ ὁμοούσιον τῷ πληροῦντι τὰ πάντα; καὶ ἀμερίστως ὄντι πανταχοῦ. πάντα γὰρ αὐτοῦ μεστά· γέγραπται γάρ, ὅτι πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. Καὶ γοῦν ὁ Πλωτῖνος οὕτω πάλιν φησὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς, ἣν ἀντὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἶμαι λέγειν αὐτόν. Γένοιτο δ' ἂν φανερωτέρα καὶ ἐναργεστέρα αὐτῆς ἡ δύναμις, καὶ ἡ φύσις, εἴ τις ἐνθυμηθείη ὅπως περιέχει ταῖς αὐτῆς βουλήσεσι τὸν οὐρανόν. παντὶ μὲν γὰρ τῷ μεγέθει τούτῳ, ὅσος ἐστί, δέδωκεν ἑαυ- E τήν. καὶ πᾶν διάστημα καὶ μέγα καὶ μικρὸν ἐψύχωται, ἄλλῃ μὲν ἄλλου κειμένου τοῦ σώματος, καὶ τοῦ μὲν ὡδί, τοῦ δὲ ὡδὶ ὄντος, καὶ τῶν δὲ ἐξ ἐναντίας, τῶν δὲ ἄλλην ἀπάρτησιν ἀπ' ἀλλήλων ἐχόντων. ἀλλ' οὐχὶ οὕτως. οὐδὲ μέρει ἑαυτῆς ἑκάστῳ κατακερματισθεῖσα μορίῳ ψυχῆς ζῆν ποιεῖ, ἀλλὰ πάντα ζῇ τῇ ὅλῃ, καὶ πάρεστι πανταχοῦ, τῷ γεννήσαντι πατρὶ ὁμοιουμένη, καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ κατὰ τὸ πάντη. Ἆρ' οὖν οὐχὶ καὶ μάλα σα-

φῶς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δημιουργικήν τε καὶ ζωτικὴν ἐνέργειαν ἐν τούτοις ἡμῖν διαδείκνυσι; κινεῖ γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ κινούμενα, καὶ συνέχει τὸ πᾶν, καὶ ψυχοῖ, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ οὐκ ἑτέρα φύσις ἐστὶ παρά γε τὴν τοῦ Πατρὸς, ἤγουν τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' οἷον αὐτὸς ἐν ἡμῖν, κατά γε φημὶ τὸ ὁμοφυὲς, ἤτοι τὸ ὁμοούσιον. Διαμάθοι δ' ἄν τις ὅ φημι καὶ ἐξ ὧν αὐτῷ τῷ Πλωτίνῳ δοκεῖ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν. γράφει γὰρ οὕτως· λάμβανε τοίνυν τοῦ θείου τούτου θειότερον, τὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ἄνω γειτόνημα, μεθ' ὃ καὶ ἀφ' οὗ ἡ ψυχή· καίπερ οὖν οὖσα χρῆμα οἷον ἔδειξεν ὁ λόγος, εἰκών τίς ἐστι νοῦ· οἷον λόγος ἐν προφορᾷ λόγου τοῦ ἐν ψυχῇ· οὕτω καὶ αὐτὴ λόγος νοῦ, καὶ ἡ πᾶσα ἐνέργεια ἣ προΐεται ζωὴν εἰς ἄλλου ὑπόστασιν. οἷον, πυρὸς τὸ μὲν ἡ συνοῦσα θερμότης, ἡ δὲ ἣν παρέχει. Ἰδοὺ δὴ κἀν τούτοις εἰκόνα τε νοῦ φησὶν αὐτὴν, καὶ ἀφομοιοῦν ἀξιοῖ τῷ κατὰ προφορὰν ἐκ νοῦ προκύπτοντι λόγῳ, ὡς καὶ εἰς ἑτέρων ὑπόστασιν προΐεσθαι ζωὴν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ πυρὸς ἡ προϊοῦσα θερμότης. ἰσχνοῖς δὲ καὶ αὐτοὶ λίαν κέχρηνται παραδείγμασιν, οὐχ ἑτέρως ἐνὸν εἰπεῖν τὰ περὶ Θεοῦ. καὶ γάρ ἐστιν ὑπὲρ λόγον, καὶ πέρα παντὸς διάττει νοῦν. Ἀνακομιστέον δὲ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸν λόγον μακροτέρας γεγενημένης ἐκβολῆς. οὐκ ἐκπέμψει τοῦ εἶναι κατὰ φύσιν Θεὸν τὸν Υἱὸν, ἕνα Θεὸν ὀνομάζεσθαι παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, μάχεται δὲ μᾶλλον τοῖς τὴν πολύθεον πρεσβεύουσι πλάνην. οὐκ ἐᾷ γὰρ ἡμᾶς τοῦ μὲν κατὰ φύσιν καὶ ὄντος ἀληθῶς ἀποκομίζεσθαι Θεοῦ, προσκυνεῖν δὲ τῇ κτίσει, καὶ οἴχεσθαί που μακρὰν τῆς εἰς εὐθὺ καὶ ἀλήθειαν ἀποκομιζούσης ὁδοῦ. ὥστε κἂν εἰ λέγῃ Θεὸς, ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν, εἰδέναι χρὴ τὸν φιλομαθῆ τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν καὶ στερεώσαντα τὴν γῆν, ὡς ἔφην, φθάσας τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλ' εἰ Θεὸς, φησὶν Ἰουλιανὸς, ἐκ Θεοῦ καθ' ὑμᾶς ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τῆς οὐσίας ἐξέφυ τοῦ Πατρὸς, θεοτόκον ὑμεῖς ἀνθ' ὅτου τὴν Παρθένον εἶναι φατέ; πῶς γὰρ ἂν τέκοι Θεὸν ἄνθρωπος οὖσα καθ' ἡμᾶς; καὶ πρός γε τούτῳ, φησὶ, λέγοντος ἐναργῶς Θεοῦ, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ σώζων· ὑμεῖς σωτῆρα τον ἐξ αὐτῆς

A nifeste admodum sancti Spiritus vim creatricem ac viuificam his verbis nobis ostendit? Mouet enim, vt dixi, quæ mouentur, & continet vniuersum, & animat, & viuificat, neque natura est diuersa a Patris natura, aut Filii; sed sicut ipse in nobis, secundum identitatem naturæ videlicet, aut substantiæ. Quod autem dico, facile quiuis agnoscet vel ex his, quæ Plotinus ipse sentire videtur ac dicere. Sic enim scri-
B bit: *Cape ergo quod est huius diuini diuinius, vicinitatem inquam animæ ad supremum, post quod vicinum & a quo est anima. Quamuis enim tanta res sit quantam ratio ostendit, imago tamen quadam est intellectus: quemadmodum verbum in prolatione verbi quod est in anima. Sic ergo & anima mentis est sermo, & tota est actus atque vita, quam producit in alterius existentiam. Quemadmodum alia quidem est in igne caliditas, alia quam ipse prabet alteri.*
C Ecce hic quoque imaginem mentis ait ipsam esse, & similem esse vult sermoni qui ex mente proferendo erumpit, vt & ad aliorum existentiam vitam producere, sicuti nimirum qui ex igne calor erumpit. Porro valde tenuibus exemplis vsi sunt ipsi, quum aliter non liceat res effari diuinas, quippe quum sint mente omni & oratione maiores. Sed nobis ad initium sermo reuocandus est, qui longiorem excursum fecimus. Non obstabit quo minus Filius Deus sit se-
D cundum naturam, quod in Scripturis sacris nominetur vnus Deus; sed pugnat id contra eos potius, qui multitudinis Deorum errorem adstruunt. Non enim sinit nos a naturali & vero Deo abduci, creaturam autem diuino cultu prosequi, & procul a recti veriqu[e] semita decerrare. Quare licet Deus dicat, *Extendi cælum solus, & firmaui terram*; scire debet discendi cupidus, Iob. 9.
quis cælum extenderit, & firmarit terram. Nam vt antea dixi: *Verbo* Psal. 33. &
E *Domini cæli firmati sunt*, & ipse *fundauit terram super stabilitatem suam*, iuxta 104.
Psaltæ vocem.

IVLIANVS.

At si Verbum, (inquit Iulianus,) Deus ex Deo est, vt sentitis, & ex substantia Patris prodiit, cur vos Deiparam Virginem esse dicitis? Quomodo enim peperit Deum, quum sit homo sicuti nos? Deinde, quum Deus, (inquit,) clare dicat: *Ego sum, & non est præter me saluans*; vos Seruatorem eum, qui ex ipsa

ipsa natus est dicere ausi estis? Hæc enim suis quoque sermonibus Iulianus attexuit.

CYRILLVS.

Operæ pretium est igitur breuiter, quoad licet, incarnationis Vnigeniti modum inquirere. Sed quum Gentilium auribus mysterium, siue mysterii de Christo narrationem, inseramus; rerum abstrusiorum disquisitione abstinebimus, & pauca quædam e verisimilibus colligentes rationibus, diuina Scriptura nobis ad hoc opitulante, cum iis disseremus. Prius autem singulari consilio referendas esse caussas arbitror, ob quas necessario factum esse dicimus Incarnationis mysterium. Igitur, cælo & terra, & in summa omnibus quæ in eis sunt, procreatis, formatum est de terra corpus hominis, adeoque ineffabili virtute omnium rerum Opificis animatum, animal repente prodiit rationis compos, ac Deo simillimum. Factum enim est secundum conditoris sui imaginem. Nemo autem dubitauerit, quum sit boni Dei factura, non ad turpissima opera, sed ad laudatissima quæque fuisse productum. Factus quippe homo est sui iuris ac liber, & suæ voluntatis nutu potis ferri quocunque liberet, siue in bonum, siue in malum. Tum accepto a Deo mandato exercendæ obedientiæ ac virtuti, ne scilicet de ligno quod erat in medio paradisi comederet, inertiæ se dedit, & factus est ad malum pronus. Mandatum quippe contempsit, ac tam breui voluptate victus intemperantiæ cessit. Quinetiam quum se Deum quoque fore speraret, (id enim illi Satanas dicendo persuaserat) execrationem incurrit, maxime quum legem diuinam violasset, & ad ea, quæ supra naturam sunt, animum intendisset. Tum mortis condemnatus est, & quanam præditus esset natura palam factum est; tametsi conditus erat, non vt vincul[illegible] mortis teneretur ac subiaceret, sed vt e[illegible]am præter naturam malum illud superaret. Nihil autem plane est quod ab omnium opifice Deo perfici nequeat; neque difficile fuerit ei rem corruptioni obnoxiam, quoad scilicet naturæ rationes, corruptionis immunem reddere, & in longissimam vitam seruare. Ipse enim ille est, qui naturis ipsis leges præscripsit, quibus tales vtique sint, aut secus,

A εἰπεῖν τετολμήκατε; προσεπηνέγκατο γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις καὶ ταῦτα.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Δεῖ δὴ οὖν ἄρα βραχυλογοῦντας, ὡς ἔνι, τὸν περί γε τῆς ἐνανθρωπήσεως ἡμᾶς τοῦ Μονογενοῦς πολυπραγμονῆσαι τρόπον. Ἐπειδὴ δὲ ταῖς Ἑλλήνων ἀκοαῖς ἐνίεμεν τὸ μυστήριον, ἤτοι τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν ἀφήγησιν, τῶν μὲν ἀπορρητοτέρων τὴν βάσανον ἀποστή-B σομεν, ὀλίγα δὲ ἄττα διαλεξόμεθα πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐξ εἰκότων ἀθροίσαντες λογισμῶν, συλλαμβανούσης εἰς τοῦτο τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Χρῆναι δὲ οἶμαι, καὶ μάλα ἐμφρόνως, προαφηγήσασθαι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς ἀναγκαίως πεπρᾶχθαι φαμὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον. οὐκοῦν οὐρανοῦ καὶ γῆς, συλλήβδην ἁπάντων τῶν ἐν αὐτοῖς παρενηνεγμένων εἰς γένεσιν, πεπλαστούργηται μὲν ἐκ γῆς τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, ἀρρήτῳ γε μὴν C εὐσθενείᾳ τοῦ πάντων δημιουργοῦ ψυχούμενον, ζῶον ἦν εὐθὺς λογικὸν καὶ θεοειδέστατον. πεποίηται γὰρ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. ἐνδοιάσειε δ' ἂν οὐδείς, ὡς ἐπείπερ ἐστὶν ἀγαθοῦ τέχνημα Θεοῦ, οὐκ ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις τῶν ἔργων, ἀλλ' ἐφ' ἅπασι τοῖς ἐπαινουμένοις παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν. Πεποίηται γε μὴν αὐτοκρατὴς καὶ ἐλεύθερος, καὶ ταῖς τῶν ἰδίων θελημάτων ῥοπαῖς διάττων ἐπ' ἐξουσίας ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο τυχὸν, εἴτ' οὖν ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. D εἶτα γύμνασμά τι πρὸς εὐπείθειαν καὶ μελέτην ἀρετῆς, παρὰ Θεοῦ δεξάμενος ἐντολήν, τὸ δὴ μὴ χρῆναι φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, ῥᾴθυμός τε καὶ εὐπαράφορος ἦν. ἤλω γὰρ οὐ τετηρηκὼς τὸ κεκελευσμένον, καὶ τῆς οὕτω βραχείας ἡδονῆς ἡττώμενος, καὶ τὸ ἀναλκὶς παθὼν εἰς ἐγκράτειαν. οἰηθεὶς δὲ πρὸς τούτῳ καὶ Θεὸς ἔσεσθαι· πεφενάκικε γὰρ τοῦτο λέγων ὁ σατανᾶς· ἐπάρατος ἦν, ἅτε δὴ καὶ θεῖον ἀδικήσας νόμον, καὶ φρονήσας τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν. εἶτα θα-E νάτῳ κατεδικάζετο, καὶ τίς ἡ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἠλέγχετο· καί τοι γεγονὼς οὐχ ἵνα τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς ὑποκέοιτο καὶ ἁλώσιμος ᾖ, ἀλλ' ἵνα καὶ παρὰ φύσιν ὑπερφέροιτο τοῦ κακοῦ. Ἀ[illegible]τον δὲ παντελῶς οὐδὲν τῷ πάντων δημιουργῷ, οὐδ' ἂν γένοιτο χαλεπὸν αὐτῷ, καὶ τὸ φθορᾷ τυραννούμενον τό γε ἧκον εἰς τοὺς τῆς ἰδίας φύσεως λόγους κρεῖττον ἀποφῆναι φθορᾶς, καὶ εἰς μακραίωνα τηρῆσαι βίον. καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ καὶ αὐταῖς ταῖς φύσεσι διορισάμενος νόμους, καθ' οὓς ἂν εἶεν τοιαίδε τυχὸν,

ἢ μὴ, κατά γε τὸ αὐτῷ καὶ μόνῳ δοκοῦν. ἄναντες δὲ καὶ ἀμήχανον αὐτῷ παντελῶς οὐδέν. Ἁλόντος δὴ οὖν τοῦ πρώτου, τοῦτ' ἔστιν Ἀδὰμ, τῇ τῆς ἀπειθείας γραφῇ, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου βρόχοις ἀδοκήτως ἐνισχημένου, καὶ μὴν καὶ πεσόντος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐξ ἀνοσίων σκεμμάτων τοῦ μιαροῦ καὶ ἀρχεκάκου δράκοντος, φημὶ δὴ τοῦ σατανᾶ· ὁ γάρ τοι τὴν πάγην αὐτῷ συμπήξας ὅλην ἐκεῖνος ἦν· καταvεμηθέντος δὲ τοῦ κακοῦ τῷ Ἀδὰμ σύμπαν γένος, βασιλεύοντός τε τοῦ θανάτου καὶ μέχρι Μωσέως, ἤτοι τῶν τοῦ νόμου καιρῶν, κατένευσεν ὁ δημιουργὸς ὡς ἠδικημένοις ἡμῖν τὴν ἐπικουρίαν, κατηλέησε δὲ πεπραχότας ἀθλίως. Ἔδει γὰρ ἔδει Θεὸν ὄντα καὶ ἀγαθὸν ἐπαμῦναι τοῖς διολωλόσι, καὶ ἄπρακτον μὲν ἀποφῆναι τοῦ διαβόλου τὸν φθόνον, μεταστοιχειῶσαι δὲ ὥσπερ καὶ ἀναχαλκεῦσαι πρὸς ἀφθαρσίαν κατηφανισμένον ἐπὶ γῆς τὸν ἄνθρωπον, καὶ πέρα μὲν ἀποφῆναι παθῶν, τῶν πάλαι διεπλασμένων λαβόντα τὴν ἀμνηστίαν, ἀρετῆς δὲ καὶ ἀγαθουργίας ἁπάσης ἀποδεῖξαι μελεδωνόν. οὐ γὰρ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνὸς, κατά γε τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Ἑλλήνων μὲν γὰρ ἡ πληθὺς οὐκ εἰδότες ὅλως τὸν δημιουργὸν, καὶ Θεοῦ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν ἡμαρτηκότες, τραπόμενοι δὲ καὶ τῆς εὐθείας ἀσυνέτως παρεκομίζοντο πρός γε τὸ δεῖν τοῖς οὐκ οὖσιν ὅλως λατρεύειν θεοῖς, κτηνοπρεπεστέραν δὲ καὶ φιλήδονον διεβίουν ζωήν. Ἰουδαῖοι γε μὴν τῷ κατακρίνοντι νόμῳ πεφορτισμένοι, καὶ τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς οὐ μετρίως ὀλιγωρήσαντες, ἔνοχοι μὲν ταῖς τῶν παραβάσεων ἦσαν δίκαις, ἀμείνους δὲ ἥκιστά γε τοῦ δύνασθαι πλημμελεῖν. Ἁπάντων τοίνυν τῶν ἐπὶ γῆς ἐν ταῖς ἁπασῶν ἐσχάταις ἐνηνεγμένων ταλαιπωρίαις, καὶ Μωσέως μὲν διαῤῥήδην ὡμολογηκότος ὡς οὐκ ἀρκέσειε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς, λέγοντός τε σαφῶς· δέομαι, κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς· ἀπειρηκότων δὲ καὶ αὐτῶν πρὸς τοῦτο τῶν ἁγίων Προφητῶν, καὶ τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ ἀνακεκραγότος· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ἡσαΐου δὲ πάλιν· κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Ἱερεμίου γε μὴν ἀσχάλλοντος, ὅτι τῶν κηρυγμάτων ὁ σκοπὸς οὐ κατ' ἐλπίδα καὶ ῥοῦν ἐκβέβηκεν αὐτοῦ, μετανοοῦντος οὐδενός· ταύτητοι βοῶντος· οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τινά με τέτοκας ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ;

A prout ei ac soli videtur. Arduum vero nihil est ei prorsus aut impossibile. Quum igitur primus homo, Adam nimirum, criminis inobedientiæ conuictus, ac mortis laqueis præter spem irretitus, adeoque consiliis impiis serpentis impuri & auctoris malorum illius, Satanæ videlicet, (is enim plane est qui laqueum illi struxit) sub ditionem peccati redactus esset; quumque labes vniuersum Adami genus inuasisset, B & ad Mosem vsque aut ad legis tempora mors regnasset; vltro nobis opem Creator oppressis attulit, & infeliciter agentes miseratus est. Quum enim Deus sit, ac bonus, vtique debebat opitulari perditis, & irritam Diaboli inuidiam reddere, ac transformare quodammodo, & ad immortalitatem recudere perditum hominem terræ incolam, & vitiis quidem liberare, peccati veteris abolita memoria, & virtutis omnisque probitatis curam indere. *Non enim e-* Psal. 13.
C *rat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum*, vt Dauid canit. Gentiles quippe passim, quum ignorarent prorsus opificem, & a naturali Deo aberrarent; a recto deuii, ad cultum falsorum Deorum temere se transferebant, belluinam vero & voluptariam vitam degebant. Iudæi vero lege damnatrice grauati, mandatumque Mosaicum non parum contemnentes, præuaricationum pœnis erant obnoxii, & peccandi potestate nequaquam superiores. Quum
D igitur vniuersi mortales in extremas calamitates delati essent, & Moses palam professus sit, se iis seruandis haud sufficere, ac præterea clare diceret: *Precor,* Exod. 4.
Domine, elige alium qui possit, quem mittes; atque idipsum sancti Prophetæ se posse negauerint, ac diuinus Dauid clamauerit: *Qui sedes super Cherubim,* Psal. 79.
appare: excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos. Et rursus Esaias: *Domine, quis credidit auditui nostro.* Esai. 53.
E Itemque Hieremias ægre ferat, quod prædicationis scopus sibi præter spem ac non secundo flumine cessisset, pœniteente nemine, atque idcirco clamet: *Heu me,* Hier. 15.
mater, quare me genuisti virum, qui iudicer, & discernar omni terræ?

Non profui, nec profuit mihi quiſquam. Quid tandem faceret vniuerſi Deus? Impurorum Dæmonum poteſtati homines permitteret? ſuis nutibus Diaboli præpolleret inuidia? non ſeruaret periclitantes? non porrigeret ſalutarem manum iacentibus? non ad meliorem frugem turpibus vitiis irretitos transferret? non eorum, qui in tenebris degebant, mentem illuſtraret? non errantes in viam reduceret? At quomodo bonus eſſet, ſi, quum nullo hæc prorſus negotio facere liceret, noſtri nullam habuit rationem? Nam cur principio in ortum & vitam homines eduxit, niſi miſericordiam capit eorum, qui malis inexpectatis vexantur, nec ſine grauibus incommodis vitam trahunt? Quum igitur inter homines ne ſanctus quidem vnus eſſet, qui opitulari poſſet, & in promtu cauſſa eſſet; (ipſius enim ac ſolius erat, ſæuum mortis imperium conuellere, & pœnam remittere, & peccatis liberare, & corda recreare, & peſtiferam illam belluam edomare, & infeſtam Dæmonum aciem proſcindere, atque hominem deuium in rectæ vitæ ſemitam inducere) commodum e cælo Filium ſuum Pater demiſit, qui humanam vtique formam ſubiit, vt nobiſcum tanquam homo conuerſans, felicisſimos & omni malo ſuperiores redderet. Nam quum immutabile ſit & alterationis expers, ſecundum naturam in quantum Deus, viuens illud ac ſubſiſtens Patris Verbum; non ex propria natura vnitum ſibi corpus formauit, ſed ipſum potius cepit ex nobis, ac non e ſomno & voluptate, viri opera, ſed ex ſancta Virgine, nouo & inuſitato modo, ac præter naturæ leges. Decebat enim, decebat talem eius eſſe partum; nempe ſecundum carnem, & ex muliere, vt diuinæ maieſtati congrueret eius in mundum aduentus & apparitio. At nihil eſt omnino, vti dixi, quod ab eo, qui omnia poteſt, perfici nequeat; nec impune cuiquam erit, ſi, quod facere dicitur, non crediderit, tametſi putet illud eſſe minus vero ſimile. Sic enim comparata ſunt quæ præter opinionem hominum fiunt. Quare licet mentis noſtræ mediocritas ab eorum quæ fiunt exuperantia vincatur, nihil tamen idcirco de ſupernaturali & ineffabili natura detrahendum eſt, imbecillitate ei adſcripta;

A οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέ με οὐδείς. Τί
δὴ ἄρα λοιπὸν ἔδει δρᾷν τὸν τῶν ὅλων δη-
μιουργόν; παραχωρῆσαι κρατεῖν τῶν ἐπὶ τῆς
γῆς τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι; κατισχῦσαι τῶν
αὐτοῦ θελημάτων τοῦ διαβόλου τὸν φθόνον;
μὴ διασῶσαι τοὺς κινδυνεύσαντας; μὴ προ-
τεῖναι τοῖς κειμένοις χεῖρα σωτήριον; μὴ με-
ταστῆσαι πρὸς τὰ βελτίω τοὺς τοῖς αἰσχίστοις
ἐνειλημμένους; μὴ καταφωτίσαι τὸν ἐν σκό-
B τῳ νοῦν; μὴ ἐπιτρέψαι τὸ πλανώμενον;
εἶτα πῶς ἦν ἀγαθὸς, εἰ μετὸν ἀμογητὶ καὶ λίαν
τοῦ ταῦτα δρᾷν, οὐδενὸς ἡμᾶς ἠξίωσε λόγου;
ἀνθ' ὅτου γὰρ δὴ καὶ ὅλως παρεκόμισεν ἐν ἀρ-
χαῖς εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῆν, εἰ μὴ κατοικτείρει
παθόντας τὰ παρ' ἐλπίδα, καὶ πεπραχότας οὐ
δεξιῶς; Ἀπειρηκότος τοίνυν ἁγίου παντὸς
πρὸς ἐπικουρίαν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μὴν
καὶ εὐάφορμον ἐχόντων τὴν παραίτησιν, (ἦν
γὰρ αὐτοῦ καὶ μόνου τὸ δυσάντητον τοῦ θανάτου
C κατασεῖσαι κράτος, καὶ ἀνεῖναι δίκης, καὶ ἀπαλ-
λάξαι πλημμελημάτων, καὶ καταφαιδρῦναι
καρδίας, καὶ θῆρα δαμάσαι τὸν ἀλιτήριον,
καὶ τὸ μυσαρὸν τῶν δαιμόνων ἀπονευρῶσαι στί-
φος, καὶ ταῖς τῆς εὐζωΐας ἐπιστῆσαι τρίβοις
ἐκκεκλικότα τὸν ἄνθρωπον) πέπομφε χρειω-
δῶς ἐξ οὐρανοῦ τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὃς δὴ
καὶ ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφὴν, ἵν' ἡμῖν
συνδιατρίψας ὡς ἄνθρωπος, καὶ τρισμα-
καρίους ἀποφήνῃ, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γεγο-
D νότας κακοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐστὶν ἄτρεπτός τε καὶ ἀν-
αλλοίωτος κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυ-
πόστατος τοῦ πατρὸς Λόγος, οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας
φύσεως τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ πεπλαστούργηκε σῶ-
μα, δέχεται δὲ μᾶλλον παρ' ἡμῶν αὐτὸ, καὶ
οὐκ ἐξ ὕπνου καὶ ἡδονῆς ἀνδρὸς ἐνεργήσαντος,
ἀλλ' ἐξ ἁγίας Παρθένου, καινοπρεπῶς τε καὶ
ξένως, καὶ πέρα τῶν τῆς φύσεως νόμων. ἔδει γὰρ
ἔδει τοιαύτην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀπότεξιν,
τὴν κατὰ σάρκα φημὶ καὶ ἐκ γυναικὸς, ἵν' ἔ-
E χῃ τὸ θεοπρεπὲς ἡ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάρο-
δος καὶ ἀνάδειξις. Δυσκατόρθωτον δὲ, ὡς ἔφην,
παντελῶς οὐδὲν τῷ πάντα ἰσχύοντι, καὶ τὸ
ἀπιστεῖν οὐκ ἀζήμιον, οἷς ἂν λέγοιτο δρᾷν,
κἂν εἴπερ τῳ δοκῇ μὴ εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰ-
κότος. ἔχει γὰρ ὧδε τῶν παραδόξων τὸ χρῆμα.
οὐκοῦν κἂν εἰ τῆς τῶν δρωμένων ὑπερβολῆς
ἡττῷτο τυχὸν τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ μέτριον, οὐκ
ἀτιμαστέον διὰ τοῦτο τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἀπόρρητον φύσιν, τὸ ἀδρανὲς αὐτῆς καθορίζοντας

πρέποι δ' ἂν μᾶλλον, ἅπερ ἂν λέγοιτο κατορθοῦν, ἀβασανίστοις τιμᾶσθαι ψήφοις· ἢ τάχα που καὶ ἀπιστεῖν τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, ὅτι καὶ ὅλως ἐστὶ τῶν ὅλων δημιουργός. Τίς γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ συνιέναι τε καὶ φράσαι δυνάμενος, κατὰ τίνα τρόπον ὁ παμμεγέθης οὗτος ἐγήγερταί τε, καὶ πέφηνεν οὐρανός· καὶ ἥλιος δὲ ὅπως, καὶ σελήνη, καὶ τὰ λοιπά; οὐκοῦν ἐξ ἁγίας Παρθένου τὸ πάναγνον σῶμα λαβὼν, ψυχωθὲν ψυχῇ νοερᾷ, προῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀπολέσας τὸ εἶναι Θεὸς, οὔτε μὴν τὸ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ἀποβαλὼν ἀξίωμα· καὶ γάρ ἐστιν, ὡς ἔφην, τροπὴν οὐκ εἰδώς. ὡς γὰρ Πλωτῖνος φησί· τί γὰρ ζητεῖται λαβεῖν εὖ ἔχων; ποῦ δὲ μετελθεῖν πάντα παρ' ἑαυτῷ ἔχων; ἀλλ' οὐδὲ αὔξην ζητεῖ τελειότατος ὤν. διὸ τὰ παρ' αὐτῷ πάντα τέλεια, ἵνα πάντῃ ᾖ τέλειος, οὐδὲν ἔχων, ὃ μὴ τοιοῦτον· οὐδὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὃ μὴ νοεῖ. νοεῖ δὲ οὐ ζητῶν, ἀλλ' ἔχων· καὶ τὸ μακάριον οὐκ ἐπίκτητον, ἀλλ' αἰῶνι παντί. Ἐνηνθρώπησε τοίνυν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' εἶναι Θεὸς οὐ μεθείς. παράδοξος δὲ καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος· καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ σεπτὸν ἀληθῶς μυστήριον, οὐκ ἀρτιφανὲς, οὐ νέον, οὔτε μὴν ἐκ φιλονεικοῦ γνώμης ἐξευρημένον· ἀρχαιότατον δὲ, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, ἐν Θεῷ κατὰ πρόγνωσιν. Καταθρήσαιμεν ἂν αὐτὸ διά γε τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. οὐ γάρ τοι φαμὲν οὐκ εἰδέναι τὸν θεῖόν τε καὶ ἀκήρατον νοῦν, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, καθὰ γέγραπται, ὡς ἔσται μὲν ὑπὸ δίκην καὶ ἀρὰν τὸ ἀνθρώπινον γένος διολισθὲν εἰς τὸ πλημμελὲς, ὑπενεχθήσεται δὲ θανάτῳ καὶ φθορᾷ, οὐ μὴν ἀναπότριπτον καὶ ἀτελευτήτως ἐμπεφυκὸς τὸ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ φορέσει βλάβος· συναποδύσεται δὲ τῷ θανάτῳ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, καὶ παλινδρομήσει πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, καὶ πρὸς ἀβέβηλόν τε καὶ καθαρὰν ὑπονοστήσει ζωήν. Δεδόσθαι τοίνυν φαμὲν τοῦ μυστηρίου τὴν γνῶσιν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῷ Ἀβραάμ· προσπεφώνηκε γοῦν αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Οἵ γε μὴν ἐξ αὐτοῦ γεγονότες, Ἰσαάκ τε φημὶ καὶ Ἰακώβ, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς ἔτι καὶ μέχρι τοῦ πανσόφου Μωσέως,

sed consentaneum magis est, quæ perficere dicatur, ea citra disquisitionem reuerenter probare; aut absurdi nihil vtique fuerit, negare plane vniuersi opificem existere. Quis enim in nobis intelligere potest aut dicere, quo pacto vastissimum hoc cælum excitatum ac editum est; quo pacto sol item, ac luna, & reliqua? Itaque sanctissimo corpore assumto ex sancta Virgine, & anima intelligente animato, homo prodiit, Dei natura non deperdita, neque propriæ excellentiæ abiecta dignitate: quippe qui, vt dixi, mutationem nescit. Vt enim Plotinus ait: *Quid accipere vult qui recte se habet? Quonam vero se transferre, qui apud se omnia continet? At neque augeri postulat, quum sit perfectissimus. Quapropter quæ apud illum sunt, omnia perfecta, vt sit vsquequaque perfectus, nihil habens quod non sit huiusmodi: nihil habens in seipso quod non intelligat. Intelligit autem non quærendo, sed habendo: & felicitas ei est non acquisita, sed sempiterna.* Igitur homo factus est ille vnigenitus, Dei Verbum, veruntamen Deus esse non destitit. Admirabilis porro & supra mentem & orationem est Incarnationis modus. Magnum hoc & augustum mysterium, non recens editum, non nouum, neque vero nouitatis studio repertum; sed antiquissimum, & ante mundi conditum, in Deo secundum præscientiam. Quod quidem ex Scriptura sacra perspicere licet. Non enim dicimus, diuinam & incorruptibilem mentem, *in qua sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, vt scriptum est, ignorasse, (Colos. 2.) genus hominum prolapsum in peccatum obnoxium fore condemnationi & maledicto, subiectum autem iri morti & corruptioni, non tamen noxam eam ob rem laturum in se perpetuam & indelebilem; sed vna cum morte peccatum exuturum in Christo per fidem, & ad pristinum statum reuersurum, & ad puram ac incorruptam vitam rediturum. Quocirca mysterii cognitionem datam esse dicimus, idque præ cæteris Abrahamo. Vnde Filius ipse Iudæorum turbas affatus est his verbis: (Ioan. 8.) *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est.* Eius tamen filii, Isaac nimirum & Iacob, & eorum posteri, vsque ad sapientissimum Mosen,

multifariam multisque modis istius mysterii vim subobscure didicerunt. Et sane Moses ipsum præfigurauit, quum in Ægypto mandasset, quod qui ex sanguine erant Israelis immolarent quidem agnum in typum Christi, sed vngerentur sanguine, & per solam vmbram suaderet placandum esse exterminatorem. Quod ita sane contigit. Seruati enim sunt, & ab internecione immunes redditi. Præterea simplex veritatis typus quoque est Iesus filius Naue, vero Iesu cognominis. Transuexit enim per Iordanem filios Israel, & circumcidit cultris lapideis, & in terram promissionis intulit. Cernes post hunc & præstantissimum prophetam Samuelem, agnos quidem immolasse, & in odorem suauitatis Deo consecrasse, & aquam insuper sacrificiis infudisse. Tum ingruentibus bellis, & innumera phalange alienigenarum Iudæam depopulante, sine pugna victoriam reportasse, & periclitantes seruasse. Salutare enim est Christi mysterium credentibus in ipsum. Idque reliquus sanctorum Prophetarum chorus prædixerat. Quocirca diuinus Dauid, promittente Deo ac dicente: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*; quum ad exitum omnino perductum iri promissionem vehementer confideret, Incarnationis modum passim prædicat dicens, modo quidem: *Deus manifeste veniet, & non silebit*; modo rursus ad ipsum: *Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Viden vt Deus a Deo vngatur. At quomodo factum istud dicimus? Quum enim factus est homo, manens id quod erat, tunc & secundum nos humano more vnctus est a Deo ad Apostolatum. *Factus est pontifex & Apostolus confessionis nostræ*, sicut scriptum est. Erat enim semper, & est in cælo, & in hoc mundo, & locus eo vacuus omnino nullus. Omnia etenim implet diuinitatis natura. Ille autem inuisibilis quum sit, visibiliter ad nos venit, quum nostram formam induit. Porro autem terræ dominaturum illum, suisque sceptris vniuersum

Psalm. 131. — Psal. 44. — Hebr. 3.

A πολυμερῶς τε καὶ πολυτρόπως τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν αἰνιγματωδῶς διεμάνθανον. προανετύπου γοῦν ὁ Μωσῆς αὐτὸ, προστεταχὼς ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καταθύειν μὲν τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, καταχρίεσθαι δὲ τῷ αἵματι, καὶ διὰ μόνης τῆς σκιᾶς δυσωπεῖν ἀναπείθων τὸν ὀλοτρευτήν. ὃ δὴ καὶ πέπρακται· διεσώζοντο γὰρ, καὶ τοῦ καταφθείρεσθαι δεῖν ἀπετέλει κρείττονας. Καὶ ψιλὸς B ἔτι τῆς ἀληθείας ὁ τύπος· ναὶ μὴν καὶ ὁ τοῦ Ναυῆ παῖς Ἰησοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἀληθινῷ. διεβίβασε γὰρ τὸν Ἰορδάνην τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ περιέτεμε μαχαίραις πετρίναις, εἰσκεκόμικε δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ὄψει μετὰ τοῦτον καὶ τὸν πανάριστον ἐν προφητείαις Σαμουὴλ, ἄρνα μὲν θύοντα καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καθιεροῦντα τῷ Θεῷ, καὶ μὴν καὶ ὕδωρ τοῖς θύμασιν ἐπαντλήσαντα. εἶτα πολέμων ἐπηρτημένων, καὶ ἀναριθμήτου φάλαγ- C γος ἀλλοφύλων καταδηούσης τὴν Ἰουδαίαν, ἀμαχεὶ νικήσαντα, καὶ σεσωκότα τοὺς κινδυνεύοντας. σωτήριον γὰρ τὸ Χριστοῦ μυστήριον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Καὶ ἅπας δὲ ὁ λοιπὸς τῶν ἁγίων Προφητῶν προανακεκράγει χορός. καὶ γοῦν ὁ μὲν θεσπέσιος Δαβὶδ ὑπισχνουμένου Θεοῦ καὶ λέγοντος· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς πέρας ἐκβήσεται τὸ ἐπηγγελμένον, εὖ μάλα τεθαῤῥηκὼς, τὸν τῆς ἐναν- D θρωπήσεως τρόπον περιαγγέλλει, λέγων· ποτὲ μὲν, ὅτι Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ποτὲ δὲ αὖ δὴ πρὸς αὐτὸν, ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Ὁρᾷς ὅτι Θεὸς χρίεται παρὰ Θεοῦ. εἶτα πῶς τοῦτο πεπρᾶχθαι φα- E μέν; ὅτε γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, τότε καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως χρίεται παρὰ Θεοῦ πρὸς ἀποστολήν. γέγονεν ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἦν μὲν γὰρ ἀεὶ καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ τόπος αὐτοῦ κενὸς τὸ σύμπαν οὐδείς. πληροῖ γὰρ τὰ πάντα τῇ τῆς θεότητος φύσει. ἀφῖκται δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐμφανῶς ὁ ἀόρατος, ὅτε τὴν καθ' ἡμᾶς ἀπέδυ μορφήν. Ὅτι δὲ καταкρατήσειν ἔμελλε τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ σκήπτροις

ἅπαν ἀνθρώπων ὑποθεῖναι γένος, αὐτὸς ὁ Δαβὶδ A πάλιν πληροφορήσει ὧδε πρὸς αὐτὸν εἰπών· πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, κύριε. καὶ πάλιν· καὶ προσκυνησάτωσάν σοι πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ. καὶ πάλιν· πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας· ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὁρᾷς ὅπως Θεὸν καὶ κύριον ὕψιστόν B τε καὶ βασιλέα τὸν ἐν σαρκὶ πεφηνότα καλεῖ; ὅ γε μὴν ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς υἱὸς Σολομὼν, τὴν παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν ὑπόσχεσιν οὐκ ἠγνοηκὼς, οὕτω πον φησὶ τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετηρίας ἀνατείνων· καὶ νῦν κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου τῷ Δαβὶδ πατρί μου, εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο καὶ ὁ Βαροὺχ κατεσήμηνε, λέγων· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν C αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα· ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ἰδοὺ δὴ καὶ οὗτος εὖ μάλα καὶ σαφῶς Θεὸν ἐπὶ γῆς ὦφθαι φησὶ, συναναστραφῆναί τε τοῖς ἐν αὐτῇ. Ἡσαΐας γε μὴν τὴν παράδοξον αὐτοῦ κατὰ σάρκα γέννησιν εὐηγγελίσατο, λέγων· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, τουτέστι, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. καὶ πάλιν· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα, παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν· Ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. καὶ πάλιν· τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός· καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. καὶ πάλιν· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ θεοῦ ὑμῶν. Ὃ δὴ καὶ πέπραχεν ὁ θεσπέσιος βαπτιστὴς Ἰωάννης. ἐρομένων οὖν τῶν Ἰουδαίων αὐτὸν, τίς ἂν εἴη, καὶ ἐπὶ τίσιν ἀπεστάλη, διαμεμήνυκεν ἐναργῶς, οὕτω λέγων· ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου. Ὅτι δὲ ἔμελλεν, ἐνανθρωπήσαντος τοῦ μονογενοῦς, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κατορθοῦσθαι κλῆσις, πεπληροφόρηκεν εἰπών· Ἔθνη ἃ οὐκ οἴδασιν ἐπικαλέσονταί σε· καὶ λαοὶ, οἳ οὐκ ἐπίστανται ἐπὶ

A τοὺς γε μὴν ἑτέρους αἰξὶ, διαδείξει λέγων τοῖς μὲν ἑστηκόσιν ἐκ δεξιῶν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. τοῖς γε μὴν ἐξ εὐωνύμων· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Ἔχοντος τοίνυν ὧδε τοῦ περὶ τούτων λόγου, φέρε τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν τρόπον ἐπιδρομάδην ἀφηγησώμεθα. οὐκ οὖν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν B ἕως ἑνὸς, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν· ἅπαντες δὲ ἦμεν ἐν ἁμαρτίαις, οὔτε τοῦ νόμου δικαιοῦν ἰσχύοντος τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ τῆς Ἑλλήνων πληθύος τῆς ἀμωμήτου ζωῆς ἀγνοούσης τὴν ὁδόν. ὄντων τοίνυν ἁπάντων ἁμαρτωλῶν, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἀτρέπτως τε καὶ ἀναλλοιώτως γέγονε σὰρξ, τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος. καὶ οὐκ ἐποίησε μὲν ἁμαρτίαν, πλὴν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἐπέφανεν ἡμῖν, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων ἐλογίσθη, καθὸ γέγονε σὰρξ, καὶ κεχρη- C μάτικεν ἄνθρωπος. καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος γέγραφέ που περί τε τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ· τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε. θῦμα γὰρ γέγονεν ὑπὲρ ἁμαρτίας. ὠνομάζοντο δὲ αἱ ἁμαρτίαι τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σφαζόμενα, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων χίμαροί τε καὶ τράγοι. καὶ γοῦν περὶ τῶν θείων ἱερουργῶν, οἷς τὰ ἐκ θυσιῶν ἀπενεμήθη γέρα, δι' ἑνός τῶν Προφητῶν ἔφη που Θεός· ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, τουτέστι, τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν D προσκομιζόμενα τῶν θυμάτων. Ἐπέφανε τοίνυν ἡμῖν ὁ μονογενὴς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ὡς ἔφην, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, καὶ κατά γε τὴν τῶν νομικῶν αἰνιγμάτων δύναμιν, ἔριφος ἐν ἐρίφοις, ἤγουν τράγος γέγονεν ἐν τράγοις. προσέταχε τοίνυν ὁ νόμος ἐρίφους ἤτοι τράγους λαμβάνεσθαι δύο, ἵνα τὸ ἐντεῦθεν νοοῖτο Χριστὸς ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, κατά γε τὸ ὁμοφυές τε καὶ ὁμοειδὲς ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον, καθάπερ ἀμέλει καὶ αἰγὶ πρὸς αἶγα. γεγονὼς δὲ καθ' ἡμᾶς τὸν ἡμῖν ἐπηρτη- E μένον ὑπέστη θάνατον, τουτέστι, τῆς κατὰ σάρκα, ἵνα ἡμᾶς ἀποπέμψῃ θανάτου καὶ φθορᾶς. Ἴδοι δ' ἄντις αὐτὸ δὴ τοῦτο πληρούμενον καὶ ἐν τῇ τῶν τράγων δυάδι, ὧν ὁ μὲν εἷς ἐσφάζετο καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνεκομίζετο τῷ Θεῷ. ἕτερός γε μὴν ἐξεπέμπετο τῆς σφαγῆς. ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ πάντων εἷς ὁ πάντων ἀξιώτερος, καὶ θανάτου λύσις ὁ Χριστοῦ θάνατος ἦν. καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ἡ τῶν νομικῶν αἰνιγμάτων ὑποφαίνει δύναμις. οἱ δὲ ψιλῷ τῷ γράμματι τὸν ἑαυτῶν ἐνδέοντες νοῦν, καὶ τῶν ἔσω κεκρυμμένων συνιέντες οὐδὲν,

ὅτι καὶ τῆς ἀληθείας ἀφεστήκασι μακρὰν, καὶ γέλωτος ἀξίαν ποιοῦνται τὴν ἔνστασιν, ἀκονιτὶ διαδείξομεν, ἐξ αὐτῶν ἑλόντες τῶν ἐν χερσὶν ἐννοιῶν τοῦ λόγου τὰς ἀφορμάς. Αὐτὸς γὰρ φησὶν Ἰουλιανός· ὁ μὲν τῷ ἀποπομπαίῳ πεμπόμενος, οὕτως ἐκπέμπεται. τὸν δέ γε ἕτερον τράγον, φησὶ, καὶ σφάξει τὸν περὶ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ἔναντι κυρίου· καὶ εἰσοίσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, καὶ ῥανεῖ τὸ αἷμα ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐξιλάσεται ἐπὶ τῶν ἁγίων, ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Οὐκοῦν εἰ τοσαύτην οἴεται τὴν ἐνέργειαν ἐνεῖναι τοῖς αἵμασι τῶν σφαζομένων τράγων, ὡς καὶ ἁπάσης ἀκαθαρσίας, καὶ μέντοι καὶ ἀδικίας ἐλευθεροῦν δύνασθαι τοὺς ὑπὲρ ὧν ἐσφάζοντο, ἀνθ' ὅτου ποιναὶ, καὶ κολάσεις διὰ τοῦ νόμου τοῖς πλημμελοῦσιν ἐγράφοντο; μοιχοὺς γὰρ δὴ, καὶ φονευτὰς, καὶ πρός γε τούτοις τοὺς παιδοφίλους, γόητάς τε, καὶ ἐπῳδοὺς, καὶ μέντοι τοὺς ἀποστάτας, τὴν εἰς αἷμα πράττεσθαι δίκην χωρὶς οἰκτιρμῶν προσέταχεν. Εἶτα πῶς κινδυνεύειν ἐχρῆν τοὺς ἡμαρτηκότας, καίτοι πρὸς ἀπόνιψιν ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἀποχρώσης αὐτῆς τῆς τοῦ τράγου σφαγῆς, ἤγουν τοῦ αἵματος; οὐ γάρ που φαίη τις ἂν ὡς ἦσαν ἐν σπάνει τράγων οἱ κινδυνεύοντες· ἀλλ' ὡς φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, καίτοι Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὅς ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ἀδύνατον, αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. καθορίζομεν οὖν ἄρα τοῦ νόμου τὸ ψεῦδος. Εἰ μὴ γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀρκέσειεν εἰς ἀπόνιψιν ἁμαρτίας, ἀνθ' ὅτου φησὶν ὁ θεσμοθετήσας, αὐτὸν ἐξιλάσεται ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν; ἆρ' οὖν γέγονεν ἁμαρτοεπής; μὴ γένοιτο. ὁ ποῖον ἦν ἄρα τῶν ἐννοιῶν τὸ χρῆμα; πρόδηλον δή που καὶ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς οὐκ ἐν τοῖς αἰνίγμασι μᾶλλον, ἀλλ' ἐν τοῖς δι' αὐτῶν σημαινομένοις τὸ ἀληθὲς ἐκφαίνεται. Χριστὸς γάρ ἐστιν τὸ ἄμωμον θῦμα, τὸ ἀβέβηλον ἱερεῖον, οὗ τεθνεῶτος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα, γεγόναμεν ἡμεῖς ἀποπομπαῖοι, τοῦτ' ἔστιν, ἀπεφοιτήσαμεν θανάτου καὶ φθορᾶς· ἐκλελυτρώμεθα γὰρ τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἀπηλλάγμεθα, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, καθὰ γέγραπται, καὶ τῆς ἀμνηστίας τὴν χάριν ἐλέῳ Θεοῦ κερδαίνοντες. Ὁ δὲ τῶν οὕτως σεπτῶν μυστηρίων συνιεὶς οὐδὲν, ᾠήθη Χριστιανοὺς ἀλογῆσαι μὲν εἰς ἅπαν τῶν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τεθεσπισμένων, ἑλέσθαι

A a veritate quoque longius abesse, & risu dignam obiectionem facere, nullo negotio demonstrabimus, dicendi ansam nacti ex iis quæ nobis occurrunt cogitationibus. Ipse enim Iulianus ait: *Qui emissario quidem mittitur, ita dimittitur. Alterum autem hircum*, inquit, *etiam mactabit illum, qui pro peccato populi, coram Domino: & inferet de sanguine ejus intra velum, & asperget sanguinem super basim altaris, & exo-*
B *rabit pro sanctis, ab immunditiis filiorum Israel, & ab iniustitiis eorum pro omnibus peccatis eorum.* Atqui si tantam vim esse putat in hircorum immolatorum cruore, vt ab omni immunditia & iniustitia liberare possent eos, pro quibus immolabantur; quorsum pœnæ & supplicia a Lege statuta sunt in eos, qui peccarent? Adulteros enim & homicidas, pædicones item, magos, & incantatores, adeoque apostatas, pœna capitis immisericorditer
C affici iussit. At quomodo periclitaturi essent, qui peccarant, si ad eluendum quoduis peccatum ipsa hirci mactatio aut cruor sufficeret? Non enim dices hircorum penuriam iis fuisse, qui in discrimen veniebant: sed vt sapientissimus ille Paulus ait, quippe qui Christum in se habebat, qui est veritas: *Impossibile est sanguinem taurorum & hircorum tollere peccata.* Hebr. 10.
Mendacium ergo Legi affingemus. Nam si taurorum & hircorum
D sanguis non suffecerit ad eluendum peccatum; cur legislator ait, ipsum exoraturum pro sanctis ab immunditiis filiorum Israel, & ab iniustitiis eorum? An igitur in verbis errauit? Absit. Quinam ergo sensus fuit? Manifestum est sane, & clarum omnibus, quod veritas, nequaquam in figuris, sed in rebus per eas significatis elucet. Christus enim est immaculatum illud sacrificium, pura illa victima, qua mortua pro nobis secundum carnem,
E facti sumus emissarii, hoc est, a morte & corruptione recessimus. Eius enim sanguine redemti sumus, & ab omni immunditia liberati, *iustificati gratis per gratiam ipsius*, vt scriptum est, & gratiam, qua deleta est peccatorum memoria, per Dei misericordiam consecuti. Rom. 3.
At hic quum de tam sanctis mysteriis nihil percipiat, Christianos existimat Mosis oracula prorsus repudiasse,

& ab iis recedere statuisse, quod inquinare soleant, eoque nomine male audiant, tametsi Paulus manifeste scri-
Rom. 7. bit: *Itaque Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.* Adeoque ipse omnium nostrum Salua-
Matth. 5. tor Christus: *Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas; Non veni soluere, sed adimplere.* Hic autem, vti dixi, eorum plane rudis.

IVLIANVS.

Quod sacrificiorum ritus, inquit, Moses agnouerit, vtique ex iis, quæ dicta sunt, manifestum est. At quod ea, sicuti vos, immunda non censuerit, rursus ex illius verbis audite: *A-*
Leuit. 7. *nima autem quæcunque manducauerit de carnibus sacrificii salutaris, quod est Domini, & immunditia eius super ipsum; peribit anima illa de populo suo.* Sane Moses ipse circa victimarum esum religiosus fuit.

CYRILLVS.

A nobis ergo vicissim audiet ille, qui tam frigidis criminationibus credentes in Christum impetit. Nos a legalibus non abstinemus, vt impuris, sed potius tanquam a typis ad veritatem progredimur. Nemini autem non manifestum est, opinor, id quod ad figuram alterius assumtum est, non sui gratia esse, verum vt inferat spectantibus quandam rei futuræ prænotionem. At quum spectatur veritas, tum superflua sane est figura, & quod eam præsignificabat iam n[illegible]ius est vsus. Lex autem Mosaica quum veritatis formam pariat, sancta quoque est ipsa; sancta enim est veritas, id est, Christus, aut eius mysterium. Cæterum eam, quæ vmbris & figuris continetur, adoratione quæ fit in spiritu & veritate, nos potiorem ac meliorem non ducere, denuo criminatur, & ait:

IVLIANVS.

Par autem est priorum tandem reminisc[illegible], quorum caussa hæc quoque dicta sunt. Cur enim, quum a nobis defeceritis, Iudæorum legem non amplectimini, neque statis illius præceptis? Inquiet [illegible] fan aliquis paullo acutior: Neque eni[illegible] Iudæi sacrificant. At ego ipsum valde [illegible]cutire coarguam. Primum quidem, quod alios Iudæorum ritus ne obseruatis vos quidem. Deinde vero, quod [illegible]crificant quidem in suis domibus Iudæi, & nunc etiamnum omnibus

A δὲ καὶ ἀποφοιτᾷν αὐτῶν ὡς καταῤῥυπᾶν εἰωθότων, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ δὴ τούτῳ νοσοῦντων διαβολὴν, καίτοι Παύλου μὲν γράφοντος ἐναργῶς· ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή· καὶ αὐτοῦ δὲ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Ὁ δὲ, ὡς ἔφην, συνιεὶς οὐδέν.

B

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὡς μὲν οὖν φησὶ τοὺς τῶν θυσιῶν ἠπίστατο τρόπους Μωσῆς, εὔδηλόν ἐστί που διὰ τῶν ῥηθέντων. Ὅτι δὲ οὐχ ὡς ὑμεῖς ἀκάθαρτα αὐτὰ ἐνόμισεν εἶναι, πάλιν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐκείνου ἐπακούσατε. Ἡ δὲ ψυχὴ ἥτις ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τῶν κρεῶν τῆς θυσίας τοῦ σωτηρίου, ὅ ἐστι κυρίου, καὶ ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτῷ, ἀπολεῖται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Αὐτὸς ὄντως εὐλαβὴς ὁ Μωσῆς περὶ τὴν τῶν ἱερῶν ἐδωδήν.

C

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Πεύσεται δὴ οὖν καὶ πρός γε ἡμῶν αὐτῶν ὁ τοῖς οὕτω ψυχροῖς αἰτιάμασιν ἐνιεὶς τοὺς πιστεύοντας Χριστῷ. Οὐχ ὡς ἀκαθάρτων ἀπεσχήμεθα τῶν κατὰ νόμον, ἴμεν δὲ μᾶλλον ὡς ἐκ τύπων ἐπὶ τὸ ἀληθές. εἴη δ᾽ ἂν ὥς γε οἶμαι παντὶ τῷ σαφὲς ὡς τὸ εἰς τύπον ἕτερον παραληφθὲν, οὐ δι᾽ αὑτοῦ γένοιτ᾽ ἂν, ἀλλ᾽ ἵνα εἰσκομίζειν τινὰ τοῖς θεωμένοις αὐτὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι προανάδειξιν. Ὁρωμένης δὲ τῆς ἀληθείας, περιττὸς ἤδη D πως ὁ τύπος, καὶ ἀνόνητον ἔτι τὸ προαναφῆναι αὐτήν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀληθείας ὠδίνει τὴν μόρφωσιν ὁ διὰ Μωσέως νόμος, ἅγιος καὶ αὐτός. ἁγία γὰρ ἡ ἀλήθεια, τουτέστιν, ὁ Χριστὸς, ἤγουν τὸ αὐτοῦ μυστήριον. Ὅτι δὲ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθοῦς λατρείας τὴν ἐν σκιαῖς καὶ τύποις οὐ προυργιαιτέραν ἡμεῖς καὶ ἀμείνω πεποιήμεθα, γράφεται πάλιν, καί φησι.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Προσήκει δὴ λοιπὸν ἀναμνησθῆναι τῶν ἔμ-
E προσθεν, ὧν ἕνεκεν ἐῤῥέθη καὶ ταῦτα. Διὰ τί γὰρ ἀποστάντες ἡμῶν οὐχὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀγαπᾶτε νόμον, οὐδὲ ἐμμένετε τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνου λεγομένοις; ἐρεῖ πάντως τις ὀξὺ βλέπων. οὐδὲ γὰρ Ἰουδαῖοι θύουσιν· ἀλλ᾽ ἐγώ γε αὐτὸν ἀμβλυώττοντα δεινῶς ἀπελέγξω. Πρῶτον μὲν, ὅτι μηδὲ τῶν ἄλλων τι τῶν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις νενομισμένων ἐστὶ καὶ ὑμῖν ἐν φυλακῇ. δεύτερον δὲ, ὅτι θύουσι μὲν ἐν ἀδράκτοις Ἰουδαῖοι, καὶ νῦν ἔτι πάντα ἐσθίου-

σιν ἱερά, καὶ κατεύχονται πρὸ τοῦ θύσαι, καὶ τὸν δεξιὸν ὦμον διδόασιν ἀπαρχὰς τοῖς ἱερεῦσιν· ἀπεστερημένοι δὲ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἤ, ὡς αὐτοῖς ἔθος λέγειν, τοῦ ἁγιάσματος, ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ τῶν ἱερείων εἴργονται προσφέρειν. Ὑμεῖς δὲ οἱ τὴν καινὴν θυσίαν εὑρόντες, οὐδὲν δεόμενοι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀντὶ τίνος οὐ θύετε; καί τοι τοῦτο μὲν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐκ περιουσίας εἶπον, ἐπεί μοι τὴν ἀρχὴν ἐρρέθη βουλομένῳ δεῖξαι τοῖς ἔθνεσιν ὁμολογοῦντας Ἰουδαίους, ἔξω τοῦ νομίζειν ἕνα Θεὸν μόνον. ἐκεῖνο γὰρ αὐτῶν μὲν ἴδιον, ἡμῶν δὲ ἀλλότριον. Ἐπεὶ τά γε ἄλλα κοινά πως ἡμῖν ἐστι, ναοὶ, τεμένη, θυσιαστήρια, ἁγνεῖαι, φυλάγματα τινά, περὶ ὧν ἢ τὸ παράπαν οὐδαμῶς, ἢ μικρὰ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Οὐκοῦν εἰ μὲν τῆς Ἰουδαίων ἐλαφρίας κοινωνὸς βεβούληται, καὶ λόγου παντὸς ἀξιοῖ τὸ τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν εἰδέναι μηδὲν, ἐχέτω τὸ θήραμα, φθονείτω μηδείς. βαδιούμεθα δὲ τὴν ἁμαξιτὸν ἡμεῖς κατ᾽ εὐθὺ τῆς ἀληθείας ἥξομεν ταῖς ἀμφοῖν εἰκαιοβουλίαις χαίρειν φράσαντες. Ἐπειδὴ δὲ διαπυνθάνεται λέγων· διὰ τί γὰρ ἀποστάντες ἡμῶν οὐχὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀγαπᾶτε νόμον, οὐδὲ ἐμμένετε τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνου λεγομένοις, καὶ ἀντὶ τίνος οὐ θύετε; φαμὲν, ὅτι τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ μὴ καταλαμπόμενος, ᾠήθη παρανομεῖν τοὺς ἀκριβεῖς νομοφύλακας, καὶ ταῖς ἀνδανούσαις θυσίαις τῷ Θεῷ κεχρημένους, καὶ οὐχὶ τὴν ἀβούλητον αὐτῷ τελοῦντας λατρείαν, τὴν διά γε φημὶ σαρκῶν καὶ αἱμάτων· ἢ τάχα που νενόμικεν, ταῖς τῶν ζώων σφαγαῖς ἐπιγάννυσθαι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν. Καίτοι ταῖς ἴσαις αὐτῷ δεισιδαιμονίαις ἐνισχημένοι τινες τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονότων, ἐναργέστατά φασιν· ὡς καὶ τοῖς παρὰ σφίσι θεοῖς ἀπηχθημένη πως ἐστὶν ἡ δι᾽ αἱμάτων πρόσοδος. Πορφύριος γοῦν ὧδέ πη φησὶν ἐν δευτέρῳ λόγῳ τοῦ περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων· ὅτι δὲ οὐ θεοῖς, ἀλλὰ δαίμοσι τὰς θυσίας τὰς διὰ τῶν αἱμάτων προσῆγον οἱ τὰς ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις καταμαθόντες, καὶ τοῦτο πεπίστωται παρὰ τῶν θεολόγων. προσεπάγει δὲ καὶ ποιητοῦ τινα ῥῆσιν ἔχουσαν ὧδε·

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένος
Εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζῃ θεοὺς
Ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,

A victimis vescuntur, & precantur antequam sacrificent, & dextrum armum primitias dant sacerdotibus: sed orbati templo & altari, aut, vt vulgo appellant, sanctuario, impediuntur quominus Deo victimarum primitias offerant. Vos autem, qui nouum sacrificii genus adinuenistis, quum nihil indigeatis Hierusalem, quamobrem non sacrificatis? At superflua hæc est oratio, quoniam id ipsum antea dixi, quum ostendere vel-
B lem Iudæos cum Gentibus consentire, nisi quod vnum Deum credunt solummodo. Illud enim ipsis quidem proprium est, a nobis alienum. Cæteroquin alia nobis communia sunt, templa, delubra, altaria, lustrationes, obseruationes quædam; in quibus aut nullo plane modo, aut parum inuicem discrepamus.

CYRILLVS.

C Ergo si Iudaicæ leuitatis socius esse vult, & res ad vsum necessarias ignorare summa in laude ponit, præda fruatur sua, inuideat nemo. Nos via regia incedemus, & rectum veritatis iter insistemus, amborum vanitate rejecta. Quum autem hac quæstione vtatur: *Quid enim nobis relictis Iudæorum legem non amplectimini, nec eius præceptis insistitis, & quare non sacrificatis?* Respondemus, ipsum veritatis luce destitutum existimasse accuratos Legis obseruatores contra legem facere sacrifi-
D ciis vtendo Deo gratis, tum cultum ei non deferendo inuisum, carnalem scilicet ac cruentum: aut forte putasse, animalium cæde naturalem ac verum Deum oblectari. Quanquam priores ipso nonnulli iisdem superstitionibus irretiti manifestissime docent, suos quoque Deos cruentas supplicationes odisse. Porphyrius quippe in secundo libro de abstinentia ab esu animantium, ita scribit: *Non autem Diis, sed Dæmoni-*
bus, cruentas victimas eos obtulisse, qui in
E *vniuerso Potestates esse exploratum habebant, illud quoque ab ipsis rerum diuinarum interpretibus confirmatum est.* Addit autem Poetæ quandam sententiam istiusmodi:

Quis adeo stultus, ac supinus,
Credulusque, vt putet Deos
Ossibus carne exutis & felle, ambusto,
Quibus ne famelici quidem canes vescantur,

Omnes oblectari, atque id accipere honoris loco?

Et alibi cruentas victimas Deos auersari dicens, rursus ita scribit: *Tametsi antiquitus sanctitas in hunc modum ista non substituit: sed frugibus vnumquemque Deorum venerabantur. His enim sacrificiis, cum natura, cum omnis humana animæ sensus oblectabatur.* His adiungit etiam Poetæ versiculos:

Taurorum autem promiscuis cædibus altare non irrigabatur,
Sed scelus hoc habebatur inter homines maximum,
Quorum animam ademissent, eorum membra depasci.

Quod animaduertere licet ex ara, quæ apud Delum hodieque seruatur; ad quam quum nullum animal adduceretur, nec super ea immolaretur, PIORVM ARA idcirco vocata est. Ita non solum abstinebant a mactandis animantibus, sed qui illam erexerant, iuxta ac ii qui illa vtebantur, pietatis erant participes. Quum igitur ARA PIORVM illa, quæ apud Delios erat, nominata sit, quod in ea nullum animal mactaretur; cur mansuetudinem legali maiorem frustra vellicat, nosque reprehendit quod dicamus, cruentis sacrificiis Deum minime delectari, sed adorationem & cultum in spiritu & veritate potius expetere? Sed forsan inquiet: Quomodo videtur ergo hæc præcepisse? Numquid certe Moses veteribus imposuit, quum singulis legibus præponeret istud, *Hæc dicit Dominus?* Ad hoc quoque nos respondebimus: Non erat mendax Moses, sed diuinorum potius oraculorum sincerus administer. Et lex quidem, quæ litteris continebatur, emendatrix erat insipientium, & magistra infantium, (sic
Rom. 2. enim loquebatur in Lege cumprimis eruditus ille Paulus) & ceu quibusdam elementis ac disciplinarum notioribus principiis vti iubens, in typis assuescere veritatis meditationi permittebat, & in puerilibus exercitamentis interim versari. Vix enim fieri poterat vt Israelitæ, qui animum ad pietatem recens formatum habebant, adorationem & cultum in spiritu ac veritate implere valerent, & tam sanctæ ac purissimæ vitæ, Euangelicæ nimirum, perferre sudorem. Virtus enim non facile perficitur, nec laboribus exiguis comparatur. Optime autem mihi dixisse videtur e Poetis Græcorum aliquis:

A Χαίρεν ἅπαντας, καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι τὰς δι' αἱμάτων θυσίας συνητὰς τοῖς θεοῖς εἶναι λέγων, γράφει πάλιν ὡδί· καίπερ τὸ ἀρχαῖον οὐχ οὕτως τῆς ὁσίας ταῦτα βραβευσάσης, ἀλλ' ἐκ τῶν καρπῶν ἕκαστον τῶν θείων τιμῶντες. τούτοις μὲν γὰρ ἥ τε Φύσις καὶ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ τῆς ψυχῆς ἄνθησις δρωμένοις συνηρέσκετο. παραζευγνύει δὲ τουτοισὶ καὶ ποιητοῦ ῥησίδιον·

B Ταύρων δ' ἀκρίτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμὸς,
Ἀλλὰ μῦσος τοῦτ' ἔσχον ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
Θυμὸν ἀπορραίσαντας ἐέδμεναι ἤια γυῖα.

Θεωρῆσαι δέ ἐστιν ἐκ τοῦ περὶ Δῆλον ἔτι σωζομένου βωμοῦ· πρὸς ὃν οὐδενὸς προσαγομένου παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ θυομένου ἐπ' αὐτοῦ ζώου, εὐσεβῶν κέκληται βωμός. οὕτως οὐ μόνον ἀπείχοντο τῶν ζώων θύοντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱδρυσαμένοις C τοῦτον, ὁμοίως καὶ τοῖς χρωμένοις αὐτῷ μετέδοσαν τῆς εὐσεβείας. Ὅτε τοίνυν βωμὸς εὐσεβῶν ὁ παρά γε τοῖς Δηλίοις ὠνόμασται σφαζομένου τῶν ζώων ἐν αὐτῷ μηδενὸς, ταῖς ὑπὲρ νόμον ἐπιεικείαις ἀνθ' ὅτου μάτην ἐπιτιμᾷ, καὶ καταιτιᾶται λέγοντας οὐ ταῖς δι' αἱμάτων θυσίαις ἐπιγάννυσθαι Θεὸν, ἐφίεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς ἐν πνεύματι τε καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας; Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ· πῶς οὖν ὁρᾶται τὰ τοιάδε τεθεσπικώς; ἢ τάχα που πεφενάκικεν ὁ Μωσῆς τοὺς ἀρχαιοτέ-D ρους, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν νόμων τιθεὶς τὸ, ΤΑΔΕ ΛΕΓΕΙ ΚΥΡΙΟΣ; καὶ πρός γε τοῦτο ἐροῦμεν ἡμεῖς· οὐ ψευδηγόρος ἦν ὁ Μωσῆς, γνήσιος δὲ μᾶλλον τῶν παρὰ Θεοῦ λόγων διακονητής· ὅ γε μὴν ἐν γράμμασι νόμος, παιδευτὴς ἦν ἀφρόνων, καὶ διδάσκαλος νηπίων· ἔφη γὰρ ὧδε νομομαθὴς ὢν ὁ Παῦλος· καὶ οἷον τισι στοιχείοις, καὶ μαθημάτων ἀρχαῖς, τοῖς ἐμφανεστέροις κεχρῆσθαι λέγων, ἐμμελετᾶν ἠφίει τοῖς τύποις τὴν ἀλήθειαν, καὶ γυμνάσμασιν νηπιοπρεπέσιν ἐντρίβεσθαι τέως. ἦν γάρ πως ἀνέφικτον νεοπαγῆ E πρὸς εὐσέβειαν τὴν διάνοιαν ἔχοντας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν καὶ λατρείαν ἰσχῦσαι πληροῦν, καὶ τῆς οὕτως εὐαγοῦς καὶ καθαρωτάτης ζωῆς, φημὶ δὴ τῆς εὐαγγελικῆς, τὸν ἱδρῶτα διενεγκεῖν. δυσκατόρθωτος γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ οὐ μικροῖς ἁλίσκεται πόνοις. ἄριστα δέ μοι δοκεῖ φάναι τις τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν·

Σμικροῖς δὲ τὰ μεγάλα πῶς ἕλοι τις ἂν
Πόνοισιν; ἀμαθὲς καὶ τὸ βούλεσθαι τάδε.

Ὅτι δὲ τὸ λίαν ἀκριβὲς εἰς εὐζωΐας δύναμιν, καὶ εἰς ἰσχνότητα τὴν δογματικὴν, μονονουχὶ καὶ δυσδιακόμιστον ἄχθος ταῖς Ἰουδαίων διανοίαις ἦν, ἀποφήνειεν ἂν αὐτὸς πουλέγων ὁ νομοθέτης διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· οὔτε ἔγνως, οὔτε ἠπίστασο, οὔτε ἀπ' ἀρχῆς ἤνοιξά σου τὰ ὦτα. ᾔδειν γὰρ ὅτι ἀπειθῶς ἀπειθήσεις. κατηῤῥώστησε γὰρ οὕτω τὸ ἀμαθὲς, καὶ δυσήκοον, καὶ πολὺ λίαν εὐπαρακόμιστον ὁ ἀρχαῖος ἐκεῖνος Ἰσραὴλ, ὥστε Μωσέως τὸν παρὰ Θεοῦ νόμον ἐκδεχομένου καὶ διατρίβοντος ἐν τῷ ὄρει, τραπέσθαι πρὸς ἀπόστασιν, καὶ μόσχῳ τὸ σέβας ἀνάπτειν ἀποτολμᾶν, καὶ μὴν καὶ πνευφημῆσαι λέγοντας· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἀδρανῆ δὲ οὕτω καὶ εὐδιάθρυπτον εἰς τὰ χείρω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, πῶς ἂν ἠνέσχοντο μαθημάτων εὐαγγελικῶν, ὥστε καὶ ἐντάξει θυσίας πνευματικῆς τὴν νοερὰν τῷ Θεῷ καθιεροῦν λατρείαν, καὶ ἀντὶ τῆς τῶν ζώων σφαγῆς τὴν ἐξ ἀρετῶν εὐοσμίαν; ἔθυον τοίνυν ὄϊς τε, καὶ βοῦς, καὶ τράγους, τρυγόνας τε καὶ περιστεράς. Ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν καὶ τοῦ παντὸς ἀξιῶσαι θαύματος τῆς θείας οἰκονομίας καὶ τὸ ἔν γε δὴ τούτοις ἔντεχνον. ἐφιεὶς γὰρ ἱερουργεῖν, διά τοι τὸ ἐν Αἰγύπτῳ ταυτὶ κατειθίσθαι δρᾶν, καὶ οἷον ἀναβιβάζων κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ ἀμωμήτως ἔχον, τοὺς τῶν θυσιῶν διετύπου τρόπους, οὐ κατά γε τὸ εἰωθὸς αὐτοῖς, ἀλλ' οὕτως ἐσκευασμένους ἐντέχνως τε καὶ σοφῶς ὡς καὶ νοερᾶς λατρείας ὠδίνειν ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν μόρφωσιν. οἷόν τι φημί· τέθυται μὲν γὰρ ὁ ἀμνὸς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἐπὶ τὸ πάσχα πανήγυριν ἀποπερανόντων εὖ μάλα τῶν ἐξ Ἰσραήλ. τέθυται δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐνσόφως, ὡς ἔφην. ἐλαμβάνετο μὲν γὰρ ἀπὸ δεκάτης τοῦ πρώτου μηνὸς, ἐσφάζετο δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πρὸς ἑσπέραν ὑπὸ λύχνοις. καὶ αὐτὸ δὲ τῶν δαιτυμόνων τὸ σχῆμα κατὰ τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν. οὕτω γὰρ, φησὶν, φάγεσθε αὐτό· ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ φάγεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· πάσχα ἐστὶ κυρίου. Καὶ ἐφ' ἑκάστῃ τῶν θυσιῶν τρόπος τις ἦν οὐκ ἀτέχνως διατεταγμένος, ἀλλά τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐφ' ἑαυτῷ γραφόμενον ἔχων. καὶ μακρὸς ἂν γένοιτο περὶ αὐτῶν ὁ λόγος ἑλομένοις ἕκαστα διειπεῖν ὡς ἔχει· ἐπ' ἐκεῖνο δὲ νῦν ἰτέον. χρῆναι γὰρ οἶμαι πληροφο-

A *Qui magna paruis compares laboribus?*
Stupor est vel ista velle.

At vero quod accuratissima illa bene viuendi ratio, & dogmatum subtilitas, propemodum intolerabile Iudæorum mentibus onus esset, ipse legislator docebit per, vocem Esaiæ ita dicens: *Neque nosti, neque scisti: neque ab initio aperui tuas aures. Sciebam enim quod inobedienter rebellaturus esses.* Tanto enim stupore, peruicacia, & leuitate B laborabant veteres illi Israelitæ, vt quum Moses a Deo legem acciperet, ac in monte versaretur, ad defectionem conuersi sint, & vitulo diuinos honores ausi sint tribuere, hisque omnibus eum prosequi, dicendo: *Hi sunt Dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Quum autem adeo infirmam & fragilem mentem haberent, quo pacto disciplinam Euangelicam suscepissent, vt loco spiritalis victimæ intellectualem cultum Deo consecra- C rent, & pro animantium cæde virtutum fragrantiam? Immolabant igitur oues, boues, hircos, turtures, & columbas. Sed consideranda est, atque omni admiratione prosequenda, singularis in hoc ratio diuini consilii. Quum enim sacrificare permitteret, propterea quod hæc in Ægypto facere soliti essent, ac veluti pedetentim ad perfectionem eueheret; sacrificandi modos adumbrabat, non eo ritu quo soliti erant, sed tam solerter sapienterque præparatos, D vt & spiritalis cultus formam in se parerent. Cuiusmodi est nimirum istud: Immolatus est agnus in Ægypto Israelitis Paschatis festum vtique peragentibus: immolatus autem est non temere, sed singulari consilio, vti dixi. Assumebatur enim decima primi mensis, immolabatur autem quarta decima sub vesperam ad lucernas. Conuiuarum porro habitus a Lege præscriptus erat. *Sic enim*, inquit, *comedetis eum: sint renes* E *vestri accincti, & calceamenta in pedibus vestris: & baculi in manibus vestris; & comedetis eum cum festinatione. Pascha est Domino.* Et in singulis sacrificiis peculiaris cuique ritus erat non temere constitutus, sed arcani quiddam erat in iis adumbratum. Et singulorum quidem ritus percurrere, longum esset: ad illud nunc veniendum est. Nobis enim demonstrandum puto,

Esa. 48.
Exod. 32
Exod. 12.

puto, ipsum cultum legalem, quod ad literam nimirum ac typos attinet, Deo minus gratum fuisse. Illum enim sæpe sæpius audias per vocem prophetarum hæc clare loquentem: *Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris? calcare atrium meum non apponetis. Si attuleritis similam, vanum autem incensum, abominatio mihi est. Neomenias vestras & sabbata vestra odit anima mea, & diem magnum non fero. Ieiunium, & otium, & ferias vestras odit anima mea.* Et rursus: *Holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non oblectarunt me.* Per diuinum autem Dauid: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Numquid manducabo carnem taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis.* Et iterum: *Quia misericordiam volo, & non sacrificium, & scientiam Dei magis quam holocausta.* Quin & ipse Filius inducitur dicens ad Patrem & Deum qui in cœlis est: *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Sed dicet forsan aduersarius: Enimvero Deus quum sit secundum naturam, sententiam vtique mutare non oportuit, sed quod melius esset initio statuere, & quod nunc sacrificium reiicit, ne in mentem quidem eorum qui legi obnoxii sunt, immittere. Sed tibi respondebimus, o bone: Constituit quidem, vti dixi, per sapientissimum Mosen ritus vmbratiles ac typicos, gnarus typos informandis eorum, m[illegible] nibus, qui tum erudiebantur, idone[illegible] esse, non ita tamen vt in rebus adeo crassis perpetuo hærentes spiritali & intellectuali cultu exciderent, sed accepta in vmbris rerum verarum prædictione, Dei obsecrandi modum cumprimis agnoscerent, ad recte viuendi semitam scite & artificiose pergentes. Quemadmodum enim periti fabri ærarii, & inter eos celeberrimi quique, formas imaginum, quas facturi sunt, in cera liquefacta prius exhibent; non vt eatenus tantum illorum ars progrediatur, sed vt in ipsis, vti dixi, co[illegible]m, quæ mox facienda sunt, decus prius eluceat: postquam tamen ad exitum perductum opus erit, non iam artificem iure incusabimus quod typos negligat; simili opinor, modo, postea-

Esaiæ 1. — Psal. 49. — Oseæ 6. — Psal. 39.

A ρεῖν ὡς ἀβούλητον ἦν τῷ Θεῷ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὸ χρῆμα, τό γε ἧκον εἰς γράμμα, φημὶ, καὶ τύπους. πλειστάκις γὰρ λέγοντος ἐπαΐοι τις ἂν διὰ φωνῆς προφητῶν τὰ τοιάδε σαφῶς. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον δὲ θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί. τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν, μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ
B ἀνέχομαι· νηστείαν, καὶ ἀργείαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Καὶ πάλιν. τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν με. διὰ δέ γε τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ· οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι; θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως. καὶ πάλιν· ὅτι ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἢ ὁλοκαυτώματα. καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἰσκεκόμισται λέγων πρὸς
C τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. τότ' εἶπον, ἰδοὺ ἥκω, τοῦ ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὸ θέλημά σου. Φαίη δ' ἂν ἴσως ὁ δι' ἐναντίας· καίτοι χρὴ δή που Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν ὑστεροβουλίας ὁρᾶσθαι κρείττονα, καὶ ἐν ἀρχαῖς ἑλέσθαι τὸ ἄμεινον, καὶ ἣν νῦν ἀπόβλητον ποιεῖται θυσίαν, μηδ' εἰς νοῦν ἐνεῖναι τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον. Ἀλλ' ὦ κράτιστε, πρὸς ἡμῶν εἰρήσεται. νενομοθέτηκε μὲν, ὡς ἔφην, τὰ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις διὰ τοῦ
D πανσόφου Μωσέως ταῖς τῶν παιδαγωγουμένων διανοίαις κατάλληλον μάθημα τὰ ἐν τύποις εἰδὼς, οὐ μὴν ἵνα τοῖς οὕτω παχέσιν ἐμφιλοχωροῦντες ἀεὶ, τῆς ἐν πνεύματι καὶ νοερᾶς λατρείας ἀπολισθήσειαν, ἀλλ' ἵνα ἐν σκιαῖς λαβόντες τῶν ἀληθεστέρων τὴν προαναδειξιν, εἰδεῖεν εὖ μάλα τῆς προσόδου τὸν τρόπον, ἐντεχνέστατα καὶ ἐπιστημόνως πρὸς τὴν τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας διάττοντες τρίβον. Ὥσπερ γὰρ οἱ χαλκουργικῆς ἐπιστήμης ἐν καλῷ γεγονότες, καὶ οὐκ ἀθαύμα-
E στον ἐπ' αὐτῇ λαχόντες τὴν δόξαν, τὰ τῶν ἐσομένων σχήματα κηρὸν διατήξαντες χρησίμως προαναφαίνουσιν, οὐχ ἵνα μέχρι τούτου προΐκωνται ἀπὸ τῆς τέχνης, ἀλλ' ἵν' ἐν αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τῶν ὅσον οὐδέπω ποιηθησομένων προαναλάμπῃ τὸ κάλλος· ἀφιγμένων γε μὴν εἰς πέρας αὐτοῖς τῶν ἐσπουδασμένων, οὐκέτ' ἐν δίκῃ τὸν τεχνίτην αἰτιασόμεθα ὑπερορῶντα τῶν τύπων· κατὰ τὸν ἴσον οἶμαι τυτονὶ τρόπον τε καὶ λό-

γον, ἀναλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἀλήθεια, A καὶ τῆς δι' αὐτοῦ λατρείας εἰσκεκομισμένης, καθορίσομεν εἰκότως τὸ ἀδρανὲς τῶν τύπων· εἰκόνες γὰρ ἦσαν τῶν νοητῶν. Φέρε γὰρ ἐκεῖνο κατασκεψώμεθα, ἐπὶ τίσιν ἂν ἥδοιτο Θεὸς, καὶ τί ἂν γένοιτο τὸ ἁνδάνον αὐτῷ· πότερα δὴ μόσχος ὀκλάσας εἰς σφαγὴν, ὂϊς ἄρα πρὸς τοῦτο ἠγμένη, καὶ λιβανωτοῦ καπνοὶ τῆς ἐσχάρας ἐξελιττόμενοι, ἢ πολυειδέσιν ἀρεταῖς ἐμπρέπουσα ψυχή; Ὑποκείσθω γάρ τις εἰ δοκεῖ τῶν τελούν- B των ἐν Ἰουδαίοις ἐμπερίτομός τε καὶ φιλοθύτης, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἀγαθὸς τοὺς τρόπους, οὐκ ἐπιεικείᾳ σύντροφος, ἀσελγὴς δὲ μᾶλλον, αἰσχροποιὸς, ἀκρατὴς εἰς λόγους, καὶ τῶν διαβεβλημένων οὐδὲν ἀνεπιτήδευτον ἔχων. ἕτερος δέ τις οὐ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ἀπερίτμητος κατὰ σάρκα, καὶ ταῖς μὲν δι' αἱμάτων θυσίαις οὐ κεχρημένος, οὐκ ἀθαύμαστος δὲ τοὺς τρόπους, σώφρων, ἐπιεικὴς, φιλοκερδίας ἀμείνων, οὐδενὸς ἡττώμενος τῶν ἐκ νόμου κατεψηφισμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς C ἁπάσης ἔμπλεως ἀρετῆς. τίς οὖν ἐν ἀμφοῖν θατέρου διοίσει, καὶ τὴν νικῶσαν ἀποίσεται ταῖς ἄνω ψήφοις στεφανούμενος; ὁ δεύτερος, ὥς γε οἶμαι, καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ δὲ οἴεται καὶ φησὶν οὐχ ὧδε ταῦτα ἔχειν, ἴστω τοῖς ἑαυτοῦ προγόνοις ἀνθιστάμενος, καὶ κακύνειν ἐπιχειρῶν, ἃ τοῦ παντὸς ἄξιοῦσιν ἐκεῖνοι θαύματος. Πορφύριος γοῦν ταῖς τῶν παλαιῶν ἑπόμενος δόξαις οὑτῶ που φησίν· δεῖ τοίνυν καθηρμένους τὸ ἦθος, ἰέναι θύσοντας τῷ Θεῷ θεοφιλεῖς τὰς θυσίας προσάγοντας, ἀλλὰ D μὴ πολυτελεῖς. νῦν δὲ ἐσθῆτα μὲν λαμπρὰν ἀμφιεσμένοις, οὐκ ἀρκεῖν νομίζεται πρὸς τὸ τῶν θυσιῶν ἁγνόν· ὅταν δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ἐσθῆτος τινὲς λαμπρυνόμενοι, ἢ καθαρὰν κακῶν τὴν ψυχὴν ἔχοντες ἴωσι πρὸς τὰς θυσίας, οὐδὲν διαφέρειν νομίζουσιν. ὥσπερ οὐ τῷ θειοτάτῳ γε τῶν ἐν ἡμῖν χαίροντα μᾶλλον τὸν Θεὸν διακειμένῳ καθαρῶς, ἅτε συγγενεῖ προσπεφυκότι. ἐν γοῦν Ἐπιδαύρῳ προσεγέγραπτο·

Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα E
Ἔμμεναι· ἁγνείη δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια.

Συνίης οὖν ὅπως τὴν τῶν ἠθῶν καθαρότητα φιλαιτάτην ὅτι μάλιστα φησὶν τῷ πανάγνῳ Θεῷ; πιστοῦται δὲ τοῦτο καὶ δι' ἑτέρων. ἔφη γὰρ πάλιν· οὐ γὰρ δὴ ἐν μὲν ἱεροῖς ἀπὸ ἀνθρώπων θεοῖς ἀφωρισμένοις, καὶ τὰ ἐν ποσὶ καθαρὰ δεῖ εἶναι καὶ ἀκηλίδωτα πέδιλα. ἐν δὲ τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς τῷ κόσμῳ τούτῳ, τὸν ἔσχατον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν

A quam Christus illuxit, qui est veritas, & christianus cultus introductus est, vanos esse typos iure statuemus, spiritalium quippe imagines erant. Age enim consideremus, quibusnam oblectetur Deus, & quid acceptum ei sit; vtrum vitulus procumbens ad cædem, an ouis in eam rem adducta, & e thure fumorum globi; an multiplici virtute anima conspicua? Proponatur enim, si lubet, aliquis e Iudæorum numero, B circumcisus & sacrificiis deditus, minus tamen probis & æquis moribus, sed impudicus potius, obscœnus, petulans, & nulli non vitio deditus; alter vero non Israelita, incircumcisa carne, & cruentis quidem sacrificiis non vtens, sed moribus optimis, sanctus, iustus, non auarus, nec vitiis a Lege damnatis obnoxius, & in summa, omni virtute plenus: vter igitur alteri præstabit, palmamque supremo calculo relaturus est? Secundus, opinor, nec in- C iuria. Quod si hæc non ita se habere putat & asserit, sciat se maioribus suis repugnare, eaque vituperanda suscipere, quæ omni admiratione illi prosequuntur. Porphyrius quippe veterum opiniones secutus, sic ait alicubi: *Oportet igitur vt perpurgatis moribus ad Deum accedamus, sacrificaturi gratas ei victimas, non vero sumtuosas. Nunc autem si veste splendida, non pura, fuerimus induti, satis esse non putatur ad sacrificiorum sanctitatem. Quod autem* D *nonnulli corpore & veste nitidi, non pura tamen a vitiis anima ad sacrificandum accedant, nihil referre putant; quasi Deus non oblectetur eo potissimum quod in nobis est diuinissimum, si pure sit affectum, præsertim quum sit ei cognatum.* Et sane Epidauri, pro templi foribus inscriptum erat:

E *Castus sit quicunque sacri penetralia templi*
Ingreditur: castum est voluere sancta animo.

Intelligis quo pacto morũ puritatem sanctissimo Deo longe gratissimam dicat? Atqui alio ex loco idipsum insuper confirmat. Rursus enim ita scribit: *Numquid enim in templis, quæ Diis consecrata sunt ab hominibus, calceos puros esse decet, ac immaculatos: in templo vero Patris, qui mundus hic est, existimam nostram illam*

tunicam quæ cute constat, castam seruare non decebit, & cum ea pura & casta in templo Patris versari? Nam si ex eius tantum inquinatione periculum aliquod versaretur, contemnere id forsan ac nihil morari liceret; sed quum sensibile corpus omne defluxus quosdam materialium Dæmonum secum ferat, fit vt simul cum impuritate, quæ ex carnium & sanguinis esu existit, amica ipsi & familiaris potestas ex similitudine & cognatione etiam adsit. Et rursus: *Quæ vero nonnulli Platonici vulgarunt, ea nihil vetat ad proposita rei explicationem intelligentibus proferre. Sic autem aiunt: Primum Deum, incorporeus quum sit, & immobilis, & indiuisibilis, & neque in alio sit, neque se ipso includat, nulla externa re indigere, vt dictum est. Reliquis autem Diis, & mundo, & inerrantibus & errantibus, qui anima & corpore constant, visibilesque dii sunt, gratias rependi oportere inanimatis victimis, eo modo, quo dictum est.* Quum ergo Deus incorporeus nulla plane re indigeat externa, cruenta vero sacrificia ipsi Iuliani magistri reprehendant: cur eos demum criminatur, qui sacrificia Deo accepta facere norunt? Scriptum enim est:
Prou. 3. *Honora Dominum de iustis tuis laboribus, & da illi primitias de tuis fructibus iustitiæ.* Diuinus quoque Dauid dixit:
Psal. 5. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Item:
Psal. 58. *Circuiui, & sacrificaui in tabernaculo eius sacrificium laudis & iubilationis.* Quod autem, si bonorum operum splendore careas, vana tibi sit prorsus vis cruenti sacrificii, ipse legislator fidem faciet ad prophetam Hieremiam dicens, quum of-
Hier. 14. fendisset Israel: *Et tu noli orare pro populo isto in bonum: quoniam, si ieiunauerint, non exaudiam orationem eorum: &, si obtulerint holocaustomata, & sacrificia; non placebo mihi in*
Esa. 66. *eis.* Item: *Et super quem respiciam, nisi super mansuetum, & quietum, & trementem sermones meos? Iniquus autem, qui immolat mihi vitulum, quasi qui occidat canem: qui autem offert similam, quasi sanguinem suillum.* Quin & pati-
Iob. 8. entissimus ille Iob: *Dominus enim, inquit, non reprobabit innocentem, nec vllum munus impii accipiet.* Dixit quoque
Eccl. 34. alicubi alter e sapientibus: *Sacrificium ab iniusto oblatio maculata.* Item: *Non probat altissimus oblationes impiorum.* Etenim

A χιτῶνα τὸν δερμάτινον, οὐχ ἁγνὸν προσήκει διατηρεῖν, καὶ μετὰ ἁγνοῦ διατρίβειν ἐν τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς; εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ μεμολύνθαι αὐτὸν μόνον ὁ κίνδυνος ἔκειτο, ἐνῆν καὶ παριδεῖν καὶ καταρραθυμῆσαι· νῦν δὲ παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ σώματος ἀπορροίας φέροντος δαιμονίων ὑλικῶν, ἅμα τῇ ἀκαθαρσίᾳ τῇ ἐκ σαρκῶν καὶ αἱμάτων πάρεστιν ἡ ταύτῃ φίλη καὶ προσήγορος δύναμις διὰ ὁμοιότητα καὶ οἰκειότητα. Καὶ πάλιν· ἃ δ' οὖν τῶν
B Πλατωνικῶν τινες ἐδημοσίευσαν, ταῦτα ἀνεμέσητον παραθέντα τοῖς εὐξυνέτοις, μηνύειν τὰ προκείμενα. Λέγουσι δὲ ὧδε· ὁ μὲν πρῶτος Θεὸς, ἀσώματός τε ὢν, καὶ ἀκίνητος, καὶ ἀμέριστος, καὶ οὐδὲ ἐν τινὶ ὢν, οὔτε ἐνδεδεμένος εἰς ἑαυτὸν, χρῄζει οὐδενὸς τῶν ἔξωθεν, ὥσπερ εἴρηται. τοῖς δὲ λοιποῖς θεοῖς, τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς ἀπλανέσι καὶ πλανωμένοις, ἔκ τε ψυχῆς καὶ σώματος οὖσιν ὁρατοῖς θεοῖς, ἀντευχαριστέον τὸν εἰρημένον τρόπον, διὰ τῶν θυσιῶν τῶν ἀψύχων.
C Οἷε τοίνυν τῷ ἀσωμάτῳ Θεῷ προσδεῖ μὲν ὅλως τῶν ἔξωθεν οὐδενὸς, διαβέβληται δὲ καὶ παρὰ τοῖς αὐτοῦ γεγονόσι καθηγηταῖς ἡ δι' αἱμάτων πρόσοδος, ἀνθ' ὅτου λοιπὸν ἐν αἰτίᾳ ποιεῖται καὶ γραφὴν τοὺς θύειν εἰδότας οὐκ ἀπᾳδόντως Θεῷ; γέγραπται γὰρ ὅτι, τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. Ἔφη δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον. καὶ πάλιν· ἐκύκλωσα, καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ
D θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ. ὅτι δὲ τῆς ἐκ πράξεων ἀγαθῶν λαμπρότητος οὐκ ἐνούσης τισὶν, ἀνόνητος παντελῶς εἴη ἂν τῆς δι' αἱμάτων θυσίας ἡ δύναμις, αὐτός τε πιστώσεται λέγων ὁ νομοθέτης πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν προσκεκρουκότος τοῦ Ἰσραήλ· καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου εἰς ἀγαθὸν, ὅτι ἐὰν νηστεύσωσιν, οὐκ εἰσακούσομαι τῆς δεήσεως αὐτῶν· καὶ ἐὰν προσενέγκωσιν ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας, οὐκ εὐδοκήσω ἐν αὐτοῖς. Καὶ πάλιν· καὶ ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ'
E ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; ὁ δὲ ἄνομος ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ἀποκτείνων κύνα· ὁ δὲ ἀναφέρων σεμίδαλιν, ὡς αἷμα ὕειον. Καὶ μὴν ὁ τληπαθέστατος Ἰώβ· ὁ γὰρ κύριος, φησὶν, οὐ μὴ ἀποποιήσεται τὸν ἄκακον, πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβοῦς οὐ δέξεται. Ἔφη δέ που καὶ ἕτερος τῶν σοφῶν· θυσία ἐξ ἀδίκου, προσφορὰ μεμωκημένη. Καὶ πάλιν· οὐκ εὐδοκεῖ ὁ ὕψιστος ἐν προσφοραῖς ἀσεβῶν. ἡ γάρ τοι τοῦ Θεοῦ

σεμνότης, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἐπι- A
τηδείως ἔχειν, καὶ προσνενευκέναι μὲν τοῖς βελτίο-
σιν, ἀποσπουδάζειν δὲ πειρᾶσθαι τὰ χείρω, γέ-
νοιτ' ἂν τῷ παναγίῳ Θεῷ θυσία τις ὥσπερ εὐο-
σμοτάτη, καθά φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· ἀ-
ρέσει τῷ Θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέ-
ροντα καὶ ὁπλάς. Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς κατα-
θήγει λέγων ὁ πάνσοφος Παῦλος· παρακαλῶ
οὖν ὑμᾶς, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσί-
αν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογι- B
κὴν λατρείαν ὑμῶν. Οὐκοῦν ἐπείτοι πέπαυται τοῦ
θύειν ὁ Ἰσραὴλ, τοῦ θύειν ἡμεῖς ἀπεσχήμεθα·
ἀλλὰ κἂν εἰ θύσειαν αὐτοὶ, κἂν εἰ ἕλοιντο πλη-
ροῦν τὰ ὡς ἐν σκιαῖς τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα,
τὴν ἀμαξιτὸν ἰόντες ἡμεῖς, εὐθὺ τοῦ εἰκότος ἥξο-
μεν, τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ νοερὰν λατρείαν εὖ
μάλα διαπεραίνοντες. Ἐπειδὴ δέ φησι τῶν κα-
τὰ τὸν νόμον ἱερουργιῶν καταλῆξαι τὸν Ἰσραὴλ,
ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτῷ τοῦτο δρᾷν, εἰ τῶν Ἱεροσολύ-
μων ἀπονοσφίζοιτο, μανθανέτω παρ' ἡμῶν τὴν C
ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ γεγενημένην οἰκονομίαν. Ἀνθ'
ὅτου γὰρ δὴ, φαίη τις ἂν, αὐτῷ τελεῖσθαι προσ-
τέταχε τὰς ἱερουργίας, οὐκ ἐν ἁπάσῃ μᾶλλον τῇ
ὑπ' οὐρανοῦ, ἢ καὶ ἔνθα περ ἂν εἶεν τῷ νόμῳ κατε-
ζευγμένοι, ἀλλ' ὥς τι μέγα καὶ ἀναγκαῖον ἐν
μόνοις τοῖς Ἱεροσολύμοις; ἆρ' ὡς ὄντος ἐπ' αὐτῇ
μόνῃ τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, ἤγουν οὐκ ἐθέλοντος
τιμᾶσθαι πανταχῇ; ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τὸ πρῶτον
λῆρος μεστὸν, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. ἀπεριόριστον
γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐκ ἐγένετό που τὸ ἀσώματον, D
κατευρύνεται δὲ πανταχῇ, καὶ πάντα αὐτοῦ μεστά.
καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, τὸ μὴ ἐν τόπῳ παντὶ
τιμᾶσθαι θέλειν αὐτὸν, οὐκ ἀγεννῆ τὸν μῶμον
τοῖς ἐνεστηκόσιν ἐνήσει πράγμασιν. προσκυνεῖ-
ται γὰρ πρὸς ἡμῶν πανταχῇ, καὶ καθά φησιν ὁ
Προφήτης· μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι,
καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ
ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ θυσία καθαρά. Γέγραπται δὲ
καὶ περὶ ἡμῶν, ὅτι προσκυνήσουσι τῷ κυρίῳ ἕ-
καστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ὅτε τοίνυν ἐν παντὶ E
τόπῳ δοξολογεῖται Θεὸς, καὶ οὐκ ἀπόβλητον ποι-
εῖται τὸ χρῆμα, μᾶλλον δὲ καὶ τὸ ῥᾴθυμον ἐν τού-
τοις οὐκ ἔξω δίκης· τί μὴ καὶ αὐτοῖς ἐξ αἵματος
Ἰσραὴλ ὁρᾶται μετὸν ἐλευθέρως τὸ εἴπερ ἕ-
λοιντο πανταχοῦ καθιεροῦν τῷ Θεῷ τὰ νενομι-
σμένα; προμηθέστατα τοίνυν ὁ νομοθέτης, ἅτε
δὴ καὶ προαναθρήσας τὰ ἐσόμενα, ἐν μόνοις δὴ
χρῆναι τοῖς Ἱεροσολύμοις προστέταχεν κατα-

A vitæ honestas, & optimæ cuiusque rei
studium, & ad virtutes propensio, a
vitiis autem auersio, velut suauissi-
mi odoris fuerit sanctissimo Deo vi-
ctima, sicuti beatus Dauid ait: *Pla-* Psal. 68.
cebit Deo super vitulum nouellum, cor-
nua producentem & vngulas. Et ad hoc
quidem nos excitat sapientissimus Pau-
lus, dicens: *Itaque obsecro vos, exhi-* Rom. 12.
bete corpora vestra hostiam viuentem,
bene placentem Deo, rationabile obsequi-
B *um vestrum.* Quandoquidem ergo sa-
crificarint, licet implere voluerint quæ
veteribus velut in vmbris prodita sunt;
nos regia incedentes via ad id quod de-
cet recta pergemus, cultum qui spiri-
tu & veritate constat vtique peragen-
tes. Quum autem dicat Israelitas a le-
galibus sacrificiis cessasse, tanquam non
liceat eis hoc facere, si ab Hierosoly-
morum vrbe separati sint; discat a
nobis, quanam Deus hac in re proui-
dentia vsus sit. Cur enim, inquiet
C aliquis, non vbique terrarum potius
sibi sacra fieri iussit, quam vbi Lege
obstricti erant, adeoque ceu magni
momenti & necessaria res esset, solis
Hierosolymis? An quod in ea sola
vrbe sit supremus Deus; aut sane quod
nolit vbique coli? Atqui primum il-
lud friuolum esse nemo dubitauerit.
Deus enim nullo loco circumscribitur,
nec vspiam locorum est, quum sit in-
corporeus, sed quoquouersus diffun-
D ditur, & ipso plena sunt omnia. Al-
terum autem, quod in omni loco ni-
mirum ipse adorari nolit, præsentem
rerum nostrarum statum non leui cul-
pa notabit. Adoratur enim a nobis
vbique, & vt ait Propheta: *Magnum* Malach. 1.
nomen eius in gentibus, & in omni loco
sacrificium offertur nomini eius, & ho-
stia pura. Scriptum autem est etiam
de nobis: *Adorabunt Dominum singu-* Soph. 2.
E *li de loco suo.* Quum igitur in omni
loco glorificetur Deus, neque hono-
rem illum respuat, sed contemtores
potius puniat: quidni etiam Israelitis
ipsis liberum esse videtur, si velint v-
bique patrio ritu sacra facere? Pru-
dentissime ergo legislator, quum fu-
tura præuideret, in sola vtique
Hierosolymorum vrbe eos sacrifi-

care iussit, vt veluti necessitate quadam a priscis moribus recedentes ad meliora conuerterentur. Patria enim pellendi erant, Domino a se interfecto, & in Gentium regionibus habitaturi. At incredibile quodammodo erat, eos in omni loco sacrificaturos, immo vero noxæ forsan tis quoque futurum, qui conuerterentur ex Gentibus. Si enim qui per fidem vocabantur, a priscis ritibus cessaturi erant; hi autem cruenta sacrificia ceu Deo gratissima oblaturi; non parum illos offendissent qui nuper ad veritatem adducti erant, & doctrinis Euangelicis ad spiritalem & materiæ expertem cultum erudiebantur. Quocirca rebus ad veritatem traductis, & figuris in melius mutatis, non solutam esse Legem dicimus, sed tunc temporis potius impletam, quum veritas, id est, Christus, nobis affulsit. Quod si religionem Christianam in crimen vocat, propterea quod typis abstinemus, ac subtilibus mentis oculis veritatis luce conspecta vitæ genus Iudæis neglectum, spiritalem nimirum cultum, suscepimus; accuset reliquas perinde scientias, & quotquot eas capessunt, quod initiis & rudimentis disciplinarum relictis, ad earum perfectionem summo studio contendunt. Idipsum videre est in artibus quoque mechanicis, in quibus magna sane in melius facta est progressio: quod tamen nemo reprehendit. Primi pictores picturas aliter in tabulis formabant: posteriores statuarii artificiosius quam priores statuas fingebant: & deerat olim artificibus accuratissima illa solertia, quæ posterioribus contigit. Quid dicam artem textoriam, sculpturam, inuenta illa fabrorum? an non ea primis longe præstare videas? Si ergo sapientissimi Mosis Legem contendit in peius a nobis traductam: aduersus Legem fecisse nos arguat, ac diuina præcepta contemsisse, & primorum res eximias nihili fecisse. Sin autem legalis vmbræ crassitudine extenuata ad veritatis pulchritudinem eam transferimus, & quod in figuris veteribus obscure proditum est, nunc

A θύειν αὐτοὺς, ἵν' ὡς ἐξ ἀνάγκης τῶν ἀρχαίων ἀποφοιτῶντες ἐθῶν, μετάθοιντο πρὸς τὰ βελτίω. ἔμελλον μὲν γὰρ γεγονότες κυριοκτόνοι τῆς ἐνεγκούσης ἐκπέμπεσθαι, καὶ ταῖς τῶν ἐθνῶν ἐνδιαιτᾶσθαι χώραις. Ἀλλ' ἦν πως ἀπίθανον, μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς κακοῦ, τὸ ἐν παντὶ τόπῳ γεγονότας ἱερουργεῖν αὐτούς. εἰ γὰρ οἱ μὲν καλούμενοι διὰ πίστεως τῶν ἀρχαίων ἐθῶν καταλήγειν ἔμελλον, οἱ δὲ ὡς Θεῷ B φιλαιτάτας τὰς δι' αἱμάτων ποιεῖσθαι προσαγωγάς· ἠδίκησαν ἂν οὐ μετρίως αὐτοὺς ἄρτι σεσαγηνευμένους εἰς ἀλήθειαν, καὶ μαθήμασιν εὐαγγελικοῖς εἰς νοεράν τε καὶ ἄυλον παιδαγωγουμένους λατρείαν. Μετεῤῥυηκότων δὴ οὖν εἰς ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων, καὶ τῶν ἐν τύποις καὶ αἰνίγμασι τὴν εἰς τὰ ἀμείνω λαβόντων μεταβολὴν, οὐ καταλελύσθαι φαμὲν τὸν νόμον, ἐκπεπεράνθαι δὲ μᾶλλον ἐπὶ καιροῦ, καθ' ὃν ἡμῖν ἐπέλαμψεν ἡ ἀλήθεια, τουτέστι, Χριστός. εἰ δὲ ὅτι τῶν C τύπων ἀπεχόμεθα, καὶ ἰσχνοῖς διανοίας ὄμμασι τὸ τῆς ἀληθείας καταθρήσαντες φῶς, τὴν τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεπιτήδευτον πολιτείαν κατορθοῦν ᾑρήμεθα, τὴν πνευματικὴν τιμῶντες λατρείαν, ἐν αἰτίᾳ ποιεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς· ἐπιπληττέτω καὶ ταῖς ἑτέραις τῶν ἐπιστημῶν, καὶ τοῖς δι' αὐτῶν ἰέναι σπουδάζουσιν, ἐπείτοι μεθεῖσι τὰ ἐν ἀρχαῖς, καὶ τὰ τῶν μαθημάτων εἰσαγωγικὰ, τὸ ἐν καλῷ γενέσθαι τῶν ἐσπουδασμένων διὰ πολλῆς γέγονεν αὐτοῖς φροντίδος. Ἴδοι δ' D ἄν τις καὶ ἐν ταῖς βαναυσικαῖς τῶν τεχνῶν, ὡς πλείστη μὲν ὅση γέγονεν ἡ ἐπίδοσις ἀποφέρουσα πρὸς τὰ βελτίω· γράφεται δὲ τὸ χρῆμα οὐδείς. ἀνετύπουν ἑτέρως οἱ πρῶτοι τὰς ἐν πίναξι γραφάς· ἐντεχνέστεροι δὲ τῶν ἀρχαιοτέρων οἱ μετ' αὐτοὺς τὰ τῶν ἀνδριάντων ἔπλαττον σχήματα, καὶ τὸ λίαν ἀκριβὲς τοῖς ταῦτα τεχνίταις οὐκ ἐνῆν πώποτε, προσγέγονε δὲ τοῖς ὑστέροις· τί δ' ἂν λέγοιμι τὴν ὑφαντικὴν, τὴν λατυπικὴν, τὰς τῶν τεκτόνων εὑρέσεις; οὐ παραπολὺ τῶν E πρώτων ἀμείνους κατίδοι τις ἂν αὐτάς, Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὸν τοῦ πανσόφου Μωσέως κατακεκομίσθαι νόμον πρὸς ἡμῶν ἰσχυρίζεται, γραφέσθω παρανομήσαντας, καὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων ὀλιγωρεῖν ᾑρημένους, καὶ ἐν οὐδενὶ θέντας λόγῳ τὰ πρώτων ἐξαίρετα. εἰ δὲ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς τὸ πάχος καταλεπτύνοντες, ἐπὶ τὸ τοῖς ἀληθείας αὐτὴν μετατάττομεν κάλλος, καὶ τὸ ἀμυδρῶς ἐν αἰνίγμασι τοῖς πάλαι διηγγελμένον νυνὶ δὴ μᾶλλον ἐκφα-

νεστέραν ἔχει τὴν θεωρίαν, ἀκουέτω πρὸς ἡμῶν ὁ δι' ἐναντίας· μὴ φιλαίτιος, βαρὺ γάρ· μή τε μὴν φιλεπιτιμητὴς, παροξυντικὸν γάρ. Ἥκει γε μὴν οὐ μέχρι τούτων ὁ καθ' ἡμῶν αὐτῷ λόγος, συμφέρεσθαι τὰ Ἑλλήνων τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσιν ἄνω τε καὶ κάτω διατεινόμενος, πλὴν ἑνός. οἱ μὲν γὰρ, φησὶν, ἑνὶ μόνῳ λατρεύουσι Θεῷ· οἱ δὲ καὶ πλείους εἶναί φασιν. τῆς ἐν ἀμφοῖν δόξης ἡμαρτηκέναι νομίζει τὰ καθ' ἡμᾶς, διὰ τί τὸ μή τε Θεοὺς προσίεσθαι πολλοὺς, μή τε μὴν ἕνα κατὰ τὸν νόμον, τρεῖς δέ γε μὴν ἀνθ' ἑνὸς ὁμολογεῖν. ᾠήθη γὰρ ἴσως τὴν ἁγίαν τε καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, ἤτοι τὴν τῆς μιᾶς θεότητος φύσιν, εἰς τρεῖς πρὸς ἡμῶν διατέμνεσθαι Θεούς. Ὅτι δὲ ὀρθὴν καὶ ἀνεπίπληκτον παντελῶς τὴν ἔν γε τούτοις εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσκομισάμενοι δόξαν, τῆς τε οὔσης ἐν ἀμφοῖν ἀβελτηρίας ἀπηλλάγμεθα, καὶ μὴν καὶ εὐθὺ σκοποῦ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐνεσπουδάζομεν, οὐκ ἀγεννὴς ἡμῖν, ὥς γε οἶμαι, προαπέφηνε λόγος. Ἃ δέ γε πρὸς τοῖς ἤδη φθάσασιν ἐγκαλεῖ, τούτων εἰκότως διαμεμνήσομαι. Φησὶ γὰρ πάλιν ἐπὶ τούτοις·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀνθ' ὅτου περὶ τὴν δίαιταν οὐχὶ Ἰουδαίοις ὁμοίως ἐστὲ καθαροὶ, πάντα δὲ ἐσθίειν ὡς λάχανα χόρτου δεῖν φατὲ, Πέτρῳ πιστεύσαντες, ὅτι, φησὶν, εἶπεν ἐκεῖνος, ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. τί τοῦτο τεκμήριον, ὅτι πάλαι μὲν αὐτὰ ἐνόμιζεν ὁ Θεὸς μιαρὰ, νυνὶ δὲ καθαρὰ πεποίηκεν αὐτά; Μωσῆς μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν τετραπόδων ἐπισημαινόμενος, πᾶν τὸ διχηλοῦν φησὶν ὁπλὴν, καὶ ἀναμαρυκίζον, καθαρὸν εἶναι· τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον, ἀκάθαρτον εἶναι. Εἰ μὲν οὖν ὁ χοῖρος ἀπὸ τῆς φαντασίας Πέτρου νῦν προσέλαβε τὸ μαρυκᾶσθαι, πειθῶμεν αὐτῷ· τεράστιον γὰρ ὡς ἀληθῶς, εἰ μετὰ τὴν φαντασίαν Πέτρου προσέλαβεν αὐτό· εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐψεύσατο ταύτην ἑωρακέναι, ἵν' εἴπω καθ' ὑμᾶς, τὴν ἀποκάλυψιν, ἐπὶ τοῦ βυρσοδεψίου, τί ἐπὶ τηλικούτων οὕτω ταχέως πιστεύσομεν; Τί γὰρ ὑμῖν ἐπέταξε τῶν χαλεπῶν, εἰ ἀπηγόρευσεν ἐσθίειν πρὸς τοῖς ὑείοις τά τε πτηνὰ καὶ τὰ θαλάττια, ἀποφηνάμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνοις ἐκβεβλῆσθαι, καὶ ἀκάθαρτα πεφηνέναι;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Τεθαύμακας οὖν, εἰπέ μοι, τὰ Ἰουδαίων;

A certe clarius contemplari licet; audiat illud a nobis aduersarius: Ne accusatorius sis, graue enim est: neque porro reprehendendi cupidus, exasperat enim. Veruntamen non eatenus sistit eius in nos oratio, qua susque deque contendit Græcorum instituta cum Iudæorum moribus conuenire, vno excepto. Hi enim, inquit, vnum ac solum Deum colunt; illi plures esse dicunt: Nos ab vtrorumque opinione
B aberrasse putat, quod neque multos admittamus Deos, neque porro vnum, secundum Legem, sed tres tamen pro vno confiteamur. Forte enim putauit sanctam & consubstantialem Trinitatem, siue illam vnius diuinitatis naturam, in tres Deos a nobis diuidi. Quod autem rectam & inculpatam plane de his sententiam in animum & pectus induximus, & horum ac illorum vesania liberati ad veritatis scopum recta contendimus, non imbelli, vt opinor, an-
C tea nobis oratione demonstratum est. Quæ vero præter ea, quæ dicta sunt, nobis obiicit, ea non abs re mox commemorabo. His enim rursus addit:

IVLIANVS.

Cur in victu, perinde ac Iudæi, mundi non estis: sed omnia edenda esse sicut olera pabuli dicitis, Petro credentes, quoniam ipse dixit: *Quæ Deus purificauit, tu ne commune dixeris?* Quidnam Act. 10.
D istud signi est, quod ea quidem olim Deus immunda putauerit, nunc autem ipsa pura fecerit? Moses enim de quadrupedibus loquens: *Quodcunque diuidit vngulam, & ruminat*, ait *mundum esse; quod autem istiusmodi non est, immundum esse.* Lenit. 11. Deut. 14. Si ergo a visione Petri porcus id nunc habet vt ruminet, credamus ei: prodigium enim est profecto, si post Petri visionem illud accepit. Sin autem ille hanc, vt verbo vestro vtar, *reuelationem* apud coriarium finxit se
E vidisse, cur in re tanta tam cito credemus? Quid enim ardui vobis præcepisset, si, præter suilla, vetuisset edere etiam volatilia, & aquatica, affirmans hæc etiam, præter illa, a Deo repudiata esse, & immunda existere?

CYRILLVS.

Iudæorum itaque instituta miraris,

obſecro, & eos in victu pure verſatos ais, ac in ciborum delectu Christianis præſtitiſſe? Igitur videamus, ſi lubet, quibuſnam cibis Moſaica Lex eis interdixerit, & quid eis veſcendum permi-

Leuit. 11. ſerit. Scriptum eſt in Leuitico: *Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, & Aaron, dicens: Loquimini filiis Iſrael, dicentes: Hæc animalia comedetis de omnibus animalibus quæ ſuper terram. Omne animal quod diuidit vngulam, & fiſſuras findit duarum vngularum, & reducit ruminationem, inter animalia, hæc comedetis. Tantum ab his non manducabitis, ab iis quæ reducunt ruminationem, & ab iis quæ diuidunt vngulas, & findunt fiſſuras vnguium: Camelum, quia reducit ruminationem hic, vngulam autem non diuidit; immundum hoc vobis: Et leporem, chœrogryllium, & ſuem, quoniam vero hoc diuidit vngulam, & findit fiſſuras vngulæ, & hoc non reducit ruminationem: immundum hoc vobis.* Atque hæc quidem de iſtis. Translato autem ſermone ad volatilia & aquatilia, & ad aliorum quorundam

Ibid. v. 9. &c. genera & ſpecies, ita rurſus ait: *Et hæc comedetis ex iis quæ in aquis. Omnia, in quibus ſunt alæ & ſquamæ in aquis, & in mari, & in torrentibus, hæc comedetis. Et omnia in quibus non ſunt alæ neque ſquamæ, abominatio vobis ſunt, & abominabilia vobis erunt.*

Ibid. v. 13. Et paulo poſt: *Et hæc abominabimini de volatilibus, & non comedetis aquilam, gryphum, haliæetum, vulturem, & miluum, & ſimilia ei: & ſtruthionem, & larum, & coruum, & ſimilia ei: & accipitrem, & nycticoracem, & mergulum, & ibin, & porphyrionem, & pelecanum, & cycnum, & noctuam, & herodionem, & chara-*

A οὔτε Παῦλον, οὔτε Μάρκον, οὔτε Ματθαῖον, οὔτε Λουκᾶν. ἔνεστι δὲ τοῖς ἐθέλουσι τοὺς περὶ αὐτὸν γεγονότας βασανίζειν λόγους, ἐναργέστατα ἰδεῖν, ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι στεφανοῦντας αὐτὸν, καὶ ἅπερ ἂν πρέπει μόνῃ τῇ πασῶν ἐπέκεινα καὶ ὑπερτάτῃ φύσει, ταῦτα καὶ αὐτῷ προσνέμοντας πανταχοῦ, καὶ μὴν καὶ Θεὸν ὀνομάζοντας αὐτόν. Καὶ γοῦν πάνσοφος Παῦλος. ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς, φησὶν, ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν B μου κατὰ σάρκα· οἵτινες εἰσὶν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντας Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Εἶτα ποίαν ἐπὶ ταύτῃ φωνὴν ἐπιζητήσεις ἑτέραν; ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων, τουτέστι, Χριστὸν, καὶ Θεὸν ἐπὶ πάντας· καὶ μὴν καὶ εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμὴν, εἶναι φησίν. Ἔφη δὲ καὶ ἑτέρωθί που· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ C ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. καὶ πάλιν· ἀναμιμνήσκω, φησὶν, ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Ὅτε τοίνυν οἱ τὸ τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα πλουτήσαντες θεῖον ἔχουσι πνεῦμα, καὶ μὴν καὶ ἱερουργὸν ἑαυτὸν τετάχθαι φησὶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὡς Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὐαγγέλιον D Θεοῦ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ κήρυγμα καλεῖ, ὀνομάζει δὲ αὐτὸν καὶ τῆς δόξης Κύριον. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. πῶς οὐκ ἐναργῶς σεσυκοφάντηκεν ὁ δι' ἐναντίας, καὶ τοῖς τῆς ψευδοεπείας ἐγκλήμασιν οὐ μετρίως ἐνισχημένος ὁρῷτο ἂν εἰκότως. Καίτοι σπουδὴ ἢ σκοπὸς τοῖς θεηγόροις ἦν, καίπερ εἰδόσιν ὡς ἔστι Θεὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, Υἱὸν αὐτὸν ὀνομάζειν Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ τεκόντος οὐσίας γνήσιον γέννημα, ὡς ἀεὶ συνόντα καὶ συν- E υπάρχοντα τῷ γεννήσαντι, καὶ ἐν τῇ μιᾷ τῆς θεότητος φύσει νοούμενον ὄντα καὶ ἐνυπόστατον. ταύτῃ τοι καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἐν ἀρχῇ τὸν Λόγον εἶναι φησὶν, καὶ Θεὸν εἶναι πρὸς τὸν Θεόν. εἶτα μετὰ τοῦτο, γενέσθαι καὶ σάρκα, τουτέστιν, ἄνθρωπον. Εἷς οὖν ἄρα, καὶ οὐκ ἄσοφός γε τοῖς θεηγόροις ὁ σκοπὸς, τὸ χρῆναι λέγειν Υἱὸν εἶναι κατὰ φύσιν Θεοῦ,

neque Paulum dixisse, neque Marcum, neque Matthæum, neque Lucam. At si qui velint eorum scripta perpendere, licet vtique manifeste videre diuinitatis dignationibus ipsum ab eis ornari, & quæcunque vni supremæ ac præstantissimæ illi naturæ conueniunt, ea quoque ipsi passim tribui, adeoque Deum ipsum nominari. Vnde sapientissimus ille Paulus: *Optabam enim ego ipse*, inquit, *anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & legislatio, & testamentum, & promissa: quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnes Deus benedictus in secula, Amen.* Rom. 9. Ecquam vero tu, præter hanc, vocem aliam requires? Ecce enim, ecce, illum secundum carnem ex Iudæis, hoc est Christum, & Deum supra omnes: adeoque benedictum esse quoque ait in secula, amen. Dixit item alio in loco: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius:* Rom. 8. Et rursus: *In memoriam*, inquit, *vos reduco, propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans Euangelium Dei.* Rom. 15. Quum ergo Christi spiritu ditati homines *diuinum Spiritum* habeant; quumque Paulus ministrum se ordinatum inter Gentes tanquam *Dei Christi*, & prædicationem de illo factam *Euangelium Dei* nominet; quumque ipsum *gloriæ Dominum* appellet: *Si enim cognouissent*, inquit, *nunquam Dominum gloriæ crucifixissent;* 1. Cor. 2. annon certe cauillatur aduersarius, & manifesti mendacii reus iure tenebitur? Atqui Theologi singulari cura & consilio obseruabant, vt quamuis eum nossent natura ac veritate Deum esse, tamen ipsum *Dei Filium* nuncuparent, & substantiæ Patris germanam prolem; quippe qui vna cum Patre sit ac existat, & in vna deitatis natura esse & subsistere intelligatur. Idcirco sapiens ille quoque Ioannes *in principio Verbum esse* prædicat, *& Deum esse apud Deum:* Ioan. 1. deinde *carnem* etiam *factum esse*, id est, hominem. Vnum ergo Theologis, neque id temere, propositum est, dicere nimirum illum esse Dei Filium secundum naturam,

quod ita necesse sit omnino Deum esse secundum veritatem illum, qui ex Deo est secundum naturam. Itaque verba diuini Pauli iam attulimus, qui Christum illum omnium Saluatorem clare & indubitate *Deum* nominat. Sed aliorum dicta iuuat apponere, quibus Christi tanquam Dei mentionem faciunt. Dixit igitur Matthæus de Ioseph:
Matth. 1. *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Quin & admirabilem illum Ioannem his verbis
Matth. 3. vsum dicebat: *Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum idoneus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam.* Præterea Dominum ipsum nos alicubi
Matth. 11. compellare asserit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos.* Et quum huius seculi consummationem prænuntiaret, rursus di-
Matth. 13. xisse: *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi: mittet Filius hominis Angelos suos.* Num igitur, o præstantissime, liberare posse peccatis aliquos, alteri quam soli & vero Deo conueniet? Legum enim domini sunt ii, a quibus statuuntur, non alii. Quo pacto vero populum suum seruare quoque dicitur, quum vnus Deus hominibus dominetur? Sed & hominum mediocritate ac viribus maius esse aio, quam vt in sancto Spiritu baptizare queant credentes in ipsum. Addo, quod area sit mancipi, id est, homines, qui spicis significantur, nulli quidem homini præterquam vni Christo conuenire. Deus enim erat factus caro, id est, homo. Cuiusnam vero iugum, amabo te, subeant homines? an non eos soli Deo subiici iure dixeris? Iam quomodo iussit Christus, vt iugum eius tollamus super nos, nisi Deus & ex Deo sit secundum naturam?

A ὡς ἔν γε δὴ τύτῳ πάντη τε καὶ πάντως ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν. Φωνὰς μὲν οὖν ἤδη παρηγάγομεν τοῦ θεσπεσίου Παύλου, σαφῶς καὶ ἀναμφισβητήτως Θεὸν ὀνομάζοντος τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν. δεῖν δὲ οἶμαι καὶ τὰς τῶν ἑτέρων παραθέσθαι χρήσεις, δι' ὧν ὡς Θεοῦ διαμεμνηνται τοῦ Χριστοῦ. ἔφη τοίνυν ὁ Ματθαῖος περὶ τοῦ Ἰωσήφ· ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ B ἐφάνη αὐτῷ, λέγων Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἸΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ἔφη δὲ καὶ τὸν ἀξιάγαστον Ἰωάννην εἰπεῖν· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύ- C ματι ἁγίῳ καὶ πυρί. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ. Καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον φάναι πού πρὸς ἡμᾶς ἰσχυρίζεται· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. καὶ τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου προαναγγέλλων πάλιν εἰπεῖν. ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται, οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἀποστελεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώ- D που τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. Ἆρ' οὖν, ὦ κράτιστε, τὸ ἐλευθεροῦν ἁμαρτιῶν δύνασθαί τινας, πρέποι ἂν ἑτέρῳ μᾶλλον, πλὴν ὅτι καὶ μόνῳ τῷ καθ' ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ; κύριοι γὰρ τῶν νόμων εἶεν ἂν, οἱ θέντες αὐτοὺς, καὶ οὐχ ἕτεροι παρ' αὐτούς. τίνα δὲ τρόπον καὶ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν σώζειν λέγεται, καίτοι μόνου κατεξουσιάζοντος Θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς; εἶναι δέ φημι καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου μέτρον τε καὶ χεῖρα, τὸ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι βαπτίζειν δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας· καὶ E μὴν καὶ τὸ ἴδιον ἔχειν τὴν ἅλω, τουτέστι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ἐν ἀστάχυσιν νοουμένους, ἀνάρμοστον μὲν ἀνθρώπῳ παντὶ, πρέποι δ' ἂν μόνῳ Χριστῷ. Θεὸς γὰρ ἦν γενόμενος σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος. τίνος δὲ, εἰπέ μοι, τὸν ζυγὸν ἔχοιεν ἂν οἱ ἐπὶ τῆς γῆς; ἆρ' οὐχὶ μόνῳ κατεζεῦχθαι Θεῷ φαίη τις ἂν εἰκότως αὐτούς; εἶτα πῶς προστέταχεν ὁ Χριστὸς αἴρειν ἡμᾶς ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν αὐτοῦ ζυγὸν, εἰ μὴ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστί;

πῶς δ' ἂν εἶεν αὐτοῦ οἱ κατὰ τὸν οὐρανὸν ὄντες ἄγγελοι; ἀποστελεῖ γάρ, φησί, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. Καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ὁ Ματθαῖος, πλείστων ὅσων ἑτέρων σεσιγημένων, διά τοι τὸ μὴ δοκεῖν ἐνσεσωρεῦσθαι τοῖς λόγοις μαρτύρων ὄχλον ἔξω βαίνοντα χοροῦ. Μάρκος γε μὴν διὰ τῶν αὐτῶν ἐννοιῶν εἶσι πανταχοῦ, καὶ τοῖς τοῦ Ματθαίου συμφέρεται λόγοις. γράφει γοῦν· ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ Θεοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Υἱός, ὅτι πάντως που καὶ Θεός ἐστι, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές; ἔφη δὲ πάλιν τὸν μὲν Κύριον τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις εἰπεῖν, ὅτι παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ σταυρώσουσιν αὐτόν. τόν γε μὴν θεσπέσιον Πέτρον ἀντιφωνῆσαί οἱ, τό, ἵλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. καὶ πρός γε τοῦτο φάναι Χριστόν· ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ πεφρόνηκε τὰ τοῦ Χριστοῦ ὁ τἀναντία λέγων ὁ Πέτρος. Θεὸν οὖν ἄρα Χριστὸν ὠνόμασε καὶ αὐτός, φρονῆσαι δὲ ὥσπερ ἔφη τὸν Πέτρον οὐ τὰ αὐτοῦ μᾶλλον ὡς Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων· ἔφη δὲ πάλιν εἰπεῖν· ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου αἰσχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Ἀλλ' εἰ μὴ Θεὸν οἶδε, πῶς ἐν δόξῃ τοῦ πατρὸς ἀφίξεσθαι λέγει, δορυφοροῦντας ἔχοντα τοὺς ἁγίους ἀγγέλους; πῶς ἐν εὐκλείᾳ θεότητος Υἱὸς ἀνθρώπου; πῶς ἐν ταῖς ἀνωτάτω καὶ ταῖς κατὰ πάσης κτίσεως ὑπεροχαῖς Ἰησοῦς ὁ Χριστός, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα; ἆρ' οὖν ἐνδοιαστὸν τοῖς γε ὅλως ἐθέλουσι φιλοθηρεῖν εὖ μάλα τὸ ἀληθές, ὅτι Θεὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν εἰδότες τὸν Κύριον, τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ἐναβρύνεσθαι φασὶν αὐτόν, παρελάσαντος τοῦ καιροῦ τῆς οἰκονομίας; καθ' ὃν ἦν ἀκόλουθον ἐν ὁμοιώσει τῇ καθ' ἡμᾶς γενόμενον, ἅπαξ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ ἀτιμάσαντα ἔχειν. Ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος ὁ Λουκᾶς πεφρόνηκεν οὕτω περὶ αὐτοῦ, σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ μάλα ῥᾳδίως ἀπό γε τῶν παρ' αὐτοῦ γεγραμμένων. ἄγγελον γὰρ ἔφη Θεοῦ πρὸς τὸν Ζαχαρίαν εἰπεῖν, ὃς ἦν Ἰωάννου πατήρ· καὶ ἔσται χαρά σοι, καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. τίνα τοίνυν εὐηγγελίζετο ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν

A Quomodo vero eius sint Angeli illi, qui in cælo sunt? *Mittet* enim, inquit, *Angelos suos.* Atque hæc quidem nobis Matthæus, vt alia quamplurima taceamus, ne huic disputationi testimoniorum cumulum extra rem ingessisse videamur. Porro Marcus eandem vbique sententiam sequitur, & cum Matthæi scriptis convenit. Scribit quippe: *Initium Euangelii Iesu Christi Filii Dei.* (Marc. 1.) Quod autem is, qui naturalis ac B verus est Dei Filius, vtique sit etiam Deus, num cuiquam dubium esse potest? Rursus autem ait, Dominum sanctis Apostolis dixisse, *traditum iri se in manus hominum peccatorum, a quibus illudendus esset & crucifigendus.* (Marc. 9. & 10.) Petrum autem diuinum ei respondisse: *Absit a te, Domine, non erit tibi hoc.* (Matth. 16.) Ad hoc Christum respondisse: *Vade post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Non enim sapuit ea quæ C Christi sunt Petrus, quum ei contraria diceret. *Deum* igitur certe Christum nominauit ipse quoque, qui Petrum sapere dixit, non ea quæ Christi sunt, vtpote Dei, sed ea potius quæ hominum. Refert autem ipsum rursus dixisse: *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, quum venerit in gloria Patris sui cum sanctis Angelis.* (Luc. 9. Marc. 8.) At nisi Deum sciat illum esse, quomodo in gloria Patris venturum dicit stipantibus sanctis Angelis? quomodo in maiestate deita- D tis filius hominis? quomodo in summis honoribus & supra omnem creaturam positus Iesus Christus, hoc est, ille, qui ex muliere secundum carnem natus est? An ergo veri indagandi cupidis ambigendi locus est, quod quum scirent Dominum vere Deum esse, diuinitatis prærogatiuis ipsum conspicuum fore dicunt tempore dispensationis exacto? Quo tempore consentaneum erat, vt, qui in similitudine nostra fa- E ctus est, vtique humanitatis modum despectui non haberet. Idem porro de illo diuinum Lucam sensisse, ex eius scriptis facile certe patebit. Angelum enim Dei refert ad Zachariam illum, Ioannis Patrem, dixisse: *Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.* (Luc. 1.) Et postea: *Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum suum.* Quem ergo annunciabat per vniuersam Iudæam

Baptista ille diuinus? An non Iesum, quem designabat, dicens: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi?* Quosnam conuertit ad Dominum Deum? An non ad ipsum dicendo: *Ego vidi, & testatus sum, quod hic est Filius Dei?* Quin etiam Zachariam ipsum de filio suo prophetasse ait: *Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.* Rursus autem scribit sanctum Angelum ad sanctam Virginem dixisse de Christo: *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Vide igitur quomodo *Altissimi prophetam* Ioannem dicat vocari] prophetans Pater *Altissimum* dicens esse Iesum, eumque *Altissimi Filium* Angelus quoque diuinus nominet. Eadem enim gloria praeditus est cum Patre, & per omnia aequalem Filium ex ipso genitum iure concipies. Nam ex eo, quod homo factus est ratione dispensationis, nihilo tamen certe inferior est ipso, sed in suis rationibus consistet Incarnationis modus. Quum sit enim per omnia simile & immutabile secundum naturam ex Deo Patre Verbum, nihil in sua natura labis accepit, ex eo quod factus est nobis propter nos similis, sed vt Paulus ait: *Iesus Christus heri & hodie ipse, & in secula.* Iam aduersarium minus pie Ioannis vocibus refragari accurate nobis, opinor, demonstrandum est. Non enim, vt ipse ait, quod sanctorum monimenta, Petri inquam ac Pauli nonnullis in pretio esse viderat, adductus est vt Iesum Christum Deum esse diceret. Credibile enim non est, illum eam ob caussam adductum vt Deum illum praedicaret, sed a Spiritu sancto impulsum. Dixit enim alicubi Christus sanctis discipulis: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Sed neque primus dixit Iesum esse Deum. Etenim qui ante illum scripserant, Lucas inquam, Matthaeus & Marcus, *Dominum* ac *Deum* nominarunt ipsum, supremam ei gloriam vbique tribuentes. Hic autem mendacium inter praeclara facinora statuens, pertendit diuum Euangelistam dixisse: *Et Verbum caro factum est*, non tamen quomodo, pudore, opinor, deterritum. Nusquam autem ait ipsum, neque Iesum, neque Christum, donec Deum Verbum appellet. Verum nunquid subtiliter valde & ad

Ioann. 1.

Luc. 1.

Quae uncis inclusa sunt, desunt in Graeco exemplari.

Hebr. 13

Matth. 10.

A ὁ θεσπέσιος βαπτιστής; ἆρ' οὐχὶ τὸν Ἰησοῦν, ὃν διεδείκνυ λέγων· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τίνας ἐπέστρεφεν ὡς πρὸς κύριον τὸν Θεόν; ἆρ' οὐχὶ πρὸς αὐτὸν λέγων ὅτι ἐγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν Ζαχαρίαν προφητεύοντά φησιν ἐπὶ τῷ ἰδίῳ παιδί· καὶ σὺ παιδίον, Προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι B ὁδοὺς αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ἔφη δὲ πάλιν, ἅγιον Ἄγγελον πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον εἰπεῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. προφητεύων ὁ πατὴρ, ὕψιστον λέγων εἶναι τὸν Ἰησοῦν, ὑψίστου δὲ αὐτὸν Υἱὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἄγγελος ὀνομάζει. ἰσοκλεὴς γὰρ τῷ φύσαντι, καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσομέτρως ἔχων ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς Υἱὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως. οὐ γὰρ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, μειονεκτοῖτο C ἂν κατά τι γοῦν ὅλως αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ μὲν τῆς οἰκονομίας τρόπος ἐν ἰδίοις ἔσται λόγοις. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπαράλλακτός τε καὶ ἄτρεπτος κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐδὲν εἰς ἰδίαν ἠδικήθη φύσιν ἀπό γε τοῦ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλός φησιν, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Οἶμαι δὲ δεῖν καὶ ταῖς Ἰωάννου φωναῖς οὐχ ὁσίως μεμαχημένον ἀπελέγχειν αὐτόν. οὐ γάρ τοι, καθά φησιν αὐτὸς, θεραπεύοντάς τινας τὰ τῶν ἁγίων μνήμα- D τα τεθεαμένος, Παύλου τε φημὶ καὶ Πέτρου, προήχθη λέγειν ὡς εἴη Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός. ἀπίθανον γὰρ τὸ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρωρμῆσθαι νομίζειν αὐτὸν ἐπὶ τὸ χρῆναι θεηγορεῖν, διαστάντος δὲ αὐτὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἔφη γάρ που Χριστὸς τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς· οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ἀλλ' οὐδὲ πρῶτος ἔφη Θεὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν. ἀλλὰ γὰρ οἱ πρὸ αὐτοῦ γεγραφότες, Λουκᾶς τε φημὶ, καὶ Ματθαῖος, καὶ μέντοι καὶ E Μάρκος, Κύριον δὲ καὶ Θεὸν ὠνόμαζον αὐτὸν τὴν ὑπερτάτην δόξαν ἀπονέμοντες πανταχοῦ. Ὁ δὲ τὸ χρῆναι ψευδοεπεῖν ἐν ἴσῳ τάχα που τιθεὶς τοῖς ἐξαιρέτοις τῶν ἀνδραγαθημάτων, διατείνεται μὲν εἰπεῖν τὸν θεσπέσιον Εὐαγγελιστὴν· καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὐ μὴν ἔτι καὶ ὅπως, αἰσχυνόμενον οἶμαί που· οὐδαμοῦ δέ φησιν αὐτὸν οὔτε Ἰησοῦν, οὔτε Χριστὸν, ἄχρις οὗ Θεὸν Λόγον ἀποκαλεῖ. Καίτοι πῶς οὐ λίαν λεπτὸς καὶ ἰσχνὸς

ἄγαν ἀπεξεσμένος εἰς ἀλήθειαν ὁ περί γε τούτων αὐτῷ πεποίηται λόγος; ἵνα γὰρ μὴ τῆς σαρκὸς γενέσει σύγχρονον εἶναί τις ὑποτοπήσειε τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον, ἢ ἀρτιφανῆ καὶ πρόσφατον εἶναι λέγει Θεὸν, προδιέξεισιν ἀναγκαίως, ὡς καὶ ἦν ἐν ἀρχῇ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ ὅτι συναΐδιος τῷ Πατρὶ, καὶ πρὸς Θεὸν ἦν· ἓν γάρ ἐστι πρὸς τὸν αὐτοῦ γεννήτορα ταυτότητι φυσικῇ, καίτοι καθ' ὑπόστασιν ἰδίαν ὑπάρχων καὶ νοούμενος. γέγονε δὲ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ· ταυτὶ σύμπαντα προειπὼν ἀτέχνως, καθῆκεν οὕτω τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπί γε τὸ δεῖν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ἀφηγήσασθαι τὸ μυστήριον. ἔφη γὰρ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, τοῦτ' ἔστιν, ἄνθρωπον· οὐ τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἀλλοίωσιν ὑπομείναντα· τροπῆς γὰρ ἐλεύθερον τὸ θεῖον, καὶ τὸ ἀκλόνητον ἐν τούτοις οὐ θύραθεν αὐτῷ, ἐμπεφυκὸς δὲ μᾶλλον οὐσιωδῶς· ὅτι δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου πανάγνον σάρκα λαβὼν προῆλθεν ἄνθρωπος, καὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, πεπληροφόρηκεν, εἰπών· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ὃ οὐκ ἐξ ἀλλοιώσεως καὶ τροπῆς τῆς σαρκὸς μεταφοιτήσαντα φύσιν ὑπεμφήνειεν ἂν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι κατῴκηκεν, ἤτοι γεγονὼς ὡς ἐν ἁγίῳ ναῷ τῷ ἰδίῳ σώματι. Ὁ δὲ συνιεὶς τῶν εἰρημένων οὐδὲν, προσαλεσάτην τοῦ θεηγόρου ποιεῖται τὴν καταῤῥησιν, καὶ πρός γε τούτῳ φησὶν τοῖς Ἰωάννου φωναῖς ἀβασανίστως ἐπιθαῤῥήσαντα, τὸν ἐπί γε τοῦ μονογενοῦς ποιήσασθαι λόγον, οὐ μὴν ἔτι καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἤγουν Ἰησοῦν ὠνόμασε. βατταρίζει δὲ ὅτι καὶ νῦν εἰκῆ, καὶ ἀκατάσκεπτον παντελῶς ποιεῖται τὴν κατηγορίαν, ἐξ αὐτῶν ἔνεστι τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἰδεῖν. δέχεται μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰς τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ φωνὰς, αἳ γεγόνασιν αὐτῷ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. σάρκα γε μὴν γενέσθαι τὸν Λόγον εἰπὼν, τότε δὴ τότε καὶ λίαν ἐπὶ καιροῦ καὶ Χριστὸν ὀνομάζει καὶ Ἰησοῦν, καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν εἶναί φησιν, καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονότα οἰκονομικῶς. γέγραπ[illegible] τ[illegible]νυν ὡδὶ καὶ αὐτός· ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολ[illegible] τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπ[illegible]ευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευσεν ἑαυτὸν αὐτοῖς διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας. Καὶ πάλιν· οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς

A veritatem accuratissime de his ille disseruit? Ne quis enim carnis natiuitati Verbum hominem factum contemporaneum esse suspicaretur, aut recentem ac nuper editum esse Deum diceret; necessario præfatur quod *in principio erat Verbum*, Deus existens, & quod Patri coæternum, atque apud Deum erat. Vnum enim est cum Patre suo identitate naturali, quamuis secundum propriam hypostasim, & intelligatur, & sit. B Et *per ipsum omnia facta sunt. Omnia* cum simpliciter initio dixisset, ita se ad enarrandum Incarnationis mysterium conuertit. Dixit enim *Verbum carnem factum esse*; id est, hominem, nullam passum mutationem in id quod non erat. mutationis enim expers Deus est, & muta[illegible] in his non esse obnoxium, non aliunde, sed in se potius substantialiter habet. Quod autem ex sancta Virgine sanctissima carne a[illegible]umta homo prodierit, & quod C erat manserit, plane comprobauit, dicens: *Et habitauit in nobis*; quod non ex mutatione & conuersione in carnis transiisse naturam ipsum indicat, sed in ea habitasse, aut in sancto veluti templo, corpore nimirum suo, fu[illegible]e. Hic autem eorum quæ dicta sunt plan[illegible] rudis, in Theologum impudenti[illegible]e deba[illegible]tur, cumque Ioannis verbis inconsiderate confisum ait de Vnigenito verba fecisse, neque porro *Christum* ipsum, aut *Iesum* nominasse. Sed Iu- D lianum temere nunc quoque nugari, & inconsideratam prorsus accusationem in[illegible]ere, ex ipsis literis sacris videre licet. Ve[illegible]issime enim accipit verba sancti illius Baptistæ, quæ de omnium nostrum Saluatore Christo protulit. Postquam enim *carnem Verbum factum esse* di[illegible] tunc sane, tunc opportune ad[illegible] d[illegible] *Christum* nominat, & *Iesum*, & d[illegible]nitatis dignationibus præditum ait, licet nobis similis factus sit, ratione dispensationis. Scripsit igitur ipse quoque in hunc modum. *Quum autem* E *esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat super infirmos. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes:* Ioan. Item *Quum ergo sero esset die illo, vna sabbatorum, & fores e[illegible] clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & ste-* Ioan. 20

& stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Ait etiam alicubi, Dominum ipsum ad Patrem & Deum qui in cœlis est dicere:
Ioan. 17. *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum, Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Quod autem ei homini facto seruarit ea quæ diuinitati conueniunt, ex ipsius verbis patebit. Sæpissime enim *Vitam* ipsum & *Lucem* nominat, adeoque potestate & gloria Patri æqualem, & incomparabili supra omnes eminentia præditum. Hic autem vitilitigator, qui malum vsque animo versat, & quiddam assiduè venatur peruestigatque, vnde Christianam religionem vexet, vt sperat, per aliam veluti viam graditur, & ait:

IVLIANVS.

Sed hoc quidem de Iesu Christo Ioannem dicere, ne ipse quidem inficior. Quanquam placet nonnullis impiis, alium quidem esse Iesum Christum, aliud vero, quod a Ioanne prædicatur, Verbum. Verum non ita res est. Nam quem ipse ait esse Deum Verbum, hunc esse dicit illum Christum Iesum a Ioanne Baptista cognitum. Animaduertite igitur quo pacto caute, sensim, & clam fabulæ colophonem impietatis inducat, tamque versipellis ac fraudulentus sit,
Ioan. 1. vt rursus tergiuersetur, addens: *Deum nemo vidit vnquam. Filius vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Vtrum igitur hic est Deus Verbum caro factum, vnigenitus ille Filius, *ille qui est in sinu Patris?* Et si quidem ipse est quem puto, vidistis nempe & vos Deum.
Ibid. v. 14. *Habitauit* enim *in vobis, & vidistis gloriam eius.* Cur addis igitur, quod Deum nemo vidit vnquam? Vidistis enim vos, si non Patrem Deum, at certe Deum Verbum. Sin autem alius est ille vnigenitus Deus, alius vero Deus Verbum, sicuti ego nonnullos e vestra secta dicentes audii, videtur ne id quidem audere Ioannes.

CYRILLVS.

Enimuero quispiam ipsum forsan putauerit pro ingenii docilitate rectæ fidei assentiri, ita vt dicat ipsum Christum Iesum illud esse incarnatum Dei Verbum. At vafrum insuper istud esse consilium, ex iis videre licet, quæ diximus. Sperauit enim facile se ostensurum optimum illum Euangelistam suis dictis aduersari, & secum pugnantia loqui,

A καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν εἰπεῖν· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ὅτι δὲ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς γεγονότι τετήρηκε τὰ θεοπρεπῆ, διὰ τῶν αὐτοῦ διδαχθήσεται λόγων. πλειστάχου γὰρ αὐτὸν καὶ ζωὴν καὶ φῶς ὀνομάζει, καὶ μέντοι καὶ ἰσουργὸν καὶ ἰσοκλεᾶ τῷ πατρὶ, καὶ ταῖς κατὰ
B πάντων ἀσυγκρίτοις εὖ μάλα ὑπεροχαῖς κατεστεμμένον. Ὁ δὲ φιλαίτιος οὑτοσὶ, καὶ διὰ πάσης ἰὼν ἐννοίας οὐκ ἀγαθῆς, ἀεὶ δέ τι θηρώμενος, καὶ εὑρίσκειν ἐπιχειρῶν, δι᾽ οὗπερ ἂν δύναιτο κακοῦν, ὡς οἴεται, τὰ Χριστιανῶν, δι᾽ ἑτέρας ὥσπερ ἵεται τρίβου, καὶ φησίν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν τοῦτο περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ φησιν Ἰωάννης, οὐδὲ αὐτὸς ἀντιλέγω. καίτοι δοκεῖ τισι τῶν δυσσεβῶν ἄλλον μὲν Ἰησοῦν εἶναι Χριστὸν,
C ἄλλον δὲ τὸν ὑπὸ Ἰωάννου κηρυττόμενον Λόγον· οὐ μὴν οὕτως ἔχει· ὃν γὰρ αὐτὸς εἶναί φησι Θεὸν Λόγον, τοῦτον ὑπὸ Ἰωάννου φησὶν ἐπιγνωσθῆναι τοῦ Βαπτιστοῦ, Χριστὸν Ἰησοῦν ὄντα. Σκοπεῖτε οὖν ὅπως εὐλαβῶς, ἠρέμα, καὶ λεληθότως, ἐπεισάγει τῷ δράματι τὸν κολοφῶνα τῆς ἀσεβείας, οὕτω τε ἐστὶ πανοῦργος καὶ ἀπατεὼν, ὥς τε αὖθις ἀναδύεται προστιθεὶς, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. πότερον οὖν οὗτός
D ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ γενόμενος, ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός. καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ὅνπερ οἶμαι, ἐθεάσασθε δήπουθεν καὶ ὑμεῖς Θεόν. ἐσκήνωσε γὰρ ἐν ὑμῖν, καὶ ἐθεάσασθε τὴν δόξαν αὐτοῦ. τί οὖν ἐπιλέγεις, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; ἐθεάσασθε γὰρ ὑμεῖς, εἰ καὶ μὴ τὸν Πατέρα Θεὸν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν Λόγον. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ μονογενὴς Θεὸς, ἕτερος δὲ ὁ Θεὸς Λόγος, ὡς ἐγώ τινων ἀκήκοα τῆς ἡμετέρας αἱρέσεως, ἔοικεν οὐδὲ Ἰωάννης αὐτὸ τολμᾶν ἔτι.

E ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἴσως μὲν οὖν οἰήσαιτ᾽ ἄν τις αὐτὸν ἐξ εὐμαθοῦς διανοίας τοῖς ἐξ ὀρθότητος συμφέρεσθαι λογισμοῖς, ὡς αὐτὸν εἶναι λέγειν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον. ὅτι δὲ πανοῦργον αὐτὸ καὶ νῦν τὸ ἐγχείρημα, δι᾽ αὐτῶν ἐστιν ἰδεῖν ὧν ἔφην. ᾠήθη γὰρ διαδείξειν δύνασθαι τὸν πανάριστον Εὐαγγελιστὴν ταῖς ἑαυτοῦ φωναῖς ἀντεξάγοντα, καὶ οἷς αὐτὸς ἔφη μεμαχημένον,

A ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔφη γὰρ καὶ μάλα ἐμφρόνως, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ἄποπτον γὰρ ὁμολογουμένως τὸ θεῖόν ἐστι· τεθεάμεθα δὲ τὸν Υἱὸν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι, τῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐμπρέποντα δόξῃ, καὶ τὸ τοῦ τεκόντος αὐτὸν ἀπαστράπτοντα κάλλος. καὶ δι' αὐτῶν τοῦτο δέδεικται ἀποτελεσμάτων. ἔστι μὲν γὰρ χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ οὐ κατά γε τὴν καθ' ἡμᾶς εἰκόνα προσεοικὼς αὐτῷ· B τὸ γάρ τοι θεῖον, ὡς ἔφην, ἀσώματον, ἀνείδεόν τε, καὶ ἄποσον, καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἁπαξαπλῶς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, ἀλλὰ καθὸ νοεῖται Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα ὁ Πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατήρ. καὶ γοῦν ἑνός του λέγοντος τῶν ἁγίων ἀποστόλων· Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν, ἀπεκρίνατο λέγων· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; Φίλιππε, ὁ ἑωρακώς με, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Καίτοι πῶς οὐκ ἂν οἶμαί τις εὖ μάλα διατεκμήραιτο, ὡς εἴπερ ἦν ὁ C σκοπὸς αὐτῷ τῷ τοῦ σώματος εἴδει προσεοικέναι λέγειν τὸν φύσαντα, τί μᾶλλον ἔφασκεν· εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε. ὧν γὰρ εἴη τὸ ἐνεργὲς ἔχων ἀπαραλλάκτως ἴσον, τούτοις ἂν εἴη δήπουθεν ἴσον, καὶ αὐτὸς ὁ τῆς φύσεως λόγος. Οὐκοῦν, ὦ κράτιστε, φαίην ἂν, οὐ ταῖς ἑαυτοῦ φωναῖς ἀντενηνεγμένον εὑρήσομεν τὸν θεσπέσιον Εὐαγγελιστὴν, κἂν εἰ λέγει, Θεὸν μὴ ἑωρᾶσθαι πώποτε, οὐδὲ ἐπεί- D περ τεθεάμεθα τὸν Ἰησοῦν, κατά γε τοὺς ἤδη προαποδοθέντας τρόπους, ψευδοεπὴς οὐκ ἂν εἴη ὁ τῆς ἀληθείας ὑπασπιστής· ἀληθὲς δὲ μᾶλλόν ἐστι κατ' ἄμφω τὸ χρῆμα. Φύσει μὲν γὰρ θεότητος ἀόρατος Υἱὸς, ὁρατός γε μὴν ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. τὸ γὰρ καὶ αὐτὸν τεθεάμεθα, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον προανακεκράγει λέγων· ὁ Θεὸς ἐμφα- E νῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας μονονουχὶ καὶ χεῖρα προτείνων, καταδείκνυσιν ὡς σεσαρκωμένον, καί φησιν· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. προσεποίσω δὲ ὁμοίως καὶ τὸν μακάριον Βαροὺχ τοῖς Ἡσαΐου συμβαίνοντα λόγοις. ἔφη γάρ που καὶ αὐτός. οὗτος ὁ Θεὸς, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε

A *Sed non assequetur dolosus prædam*, sicuti Prou. 12.
scriptum est. Dixit enim, vtique valde prudenter, quod *Deum nemo vide-* Ioan. 1.
rit vnquam. Deus enim certe aspectabilis non est: sed vidimus Filium mentis oculis, Dei & Patris gloria conspicuum, & genitoris sui pulchritudine refulgentem. Atque hoc ex ipsis effectis demonstratum est. Est enim character & splendor gloriæ eius; & non ratione figuræ nostræ ei assimilis; (De-
B us enim corpore & forma caret, vti dixi, & quantitatis ac magnitudinis est expers, atque vt vno verbo dicam, omni mente & oratione maior) sed quatenus intelligitur Deus, omnia existens quæcunque Pater est, demto hoc vno, quod Pater est. Vnde quum vnus e Ioan. 14.
sanctis Apostolis alicubi diceret: *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*; respondit, dicens: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? qui vidit me, vidit Pa-*
C *trem*. At quomodo non recte aliquis coniecerit, quod si propositum ei esset dicere, genitorem forma corporea similem esse, cur potius diceret: *Si* Ioan. 10.
non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite? Quorum enim æqualis est per omnia & eadem efficacitas, horum eadem erit vtique ratio naturæ. Itaque dixerim ego, vir præstantissime: Non inueniemus diuinum Euangelistam suis dictis
D repugnare, quamuis dicat *Deum visum esse nunquam*, & quandoquidem Iesum vidimus iis modis, quos prius attulimus, non erit mendax ille propugnator veritatis, quin potius res vtrobique vera est. Diuinitatis enim natura inuisibilis est Filius, visibilis tamen in gloria quæ Deo conuenit, & quod homo fa- Ioan. 1.
ctus est. *Tunc enim & ipsum vidimus, & gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Quocirca diuinus ille Dauid Incarnatio- Psal. 49.
nis mysterium prædixerat, dicens: *Deus
E manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Item propheta Esaias veluti protensa manu demonstrat incarnatum, &
ait: *Ecce Deus noster, ecce Dominus cum* Esaiæ 40.
virtute veniet, & brachium cum dominatione. Addam & beatum Baruch Esaiæ verbis suffragantem. Dixit enim
ipse quoque alicubi: *Hic est Deus; non* Bar. 3.
estimabitur alius ad eum. *Admonuit*

omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: & post hæc super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est. Filium igitur vt hominem in terra vidimus degentem cum hominibus, inuisibilem quidem cum Patre, secundum diuinitatis naturam; sed visibilem vna cum Patre, intellectualiter, diuinitatis nimirum & miraculorum præstantia. Diuina quippe signa solo nutu perficiebat. Porro Iulianus ad quiduis comminiscendum præceps, & cuiusuis Sancti accusator, nos venerationi sanctorum Martyrum addictos esse criminatur, & ait:

IVLIANVS.

Verum istud quidem mali a Ioanne cepit initium. Quæcunque autem vos deinceps adinuenistis, additis ad priscum illum mortuum nouis mortuis, quis pro dignitate satis execretur? Sepulcris ac monumentis implestis omnia, licet apud vos nusquam dictum sit circa sepulcra versandum esse eaque colenda. Eo vero progressi estis nequitiæ, vt putetis ne Iesu quidem illius Nazareni ea de re verba audienda. Audite ergo quæ de monumentis ille dicit:
Matth. 23. *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis; foris sepulcrum apparet formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immunditia.* Si ergo sepulcra Iesus immunditia plena esse dixit, quomodo vos super iis Deum inuocatis?

His subiungit, quod quum quidam di-
Matth. 8. scipulus diceret: *Domine, permitte mihi vt primum abeam, & sepeliam patrem meum;* ipse responderit: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

CYRILLVS.

Plurima de his antea cum illo disseruimus, & longa nobis superius in istis consumta est oratio. Pauca tamen etiam nunc ei respondenda existimo. Equidem corporum loculos immunditia carere non dicimus. Veruntamen æquum non fuerit hanc ob caussam mortuorum virtutem obliuione præteriri. Sed neque quod lege naturæ corpus eorum, qui præstantissimam vitam duxerunt, e terra in terram solutum sit, honoribus eos afficere pro nihilo habebimus, quum hos nemo non

A πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Οὐκοῦν ὡς ἄνθρωπον ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις συνδιαιτώμενον τεθεάμεθα τὸν Υἱὸν, ἀόρατον μὲν ὄντα μετὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ γε τὴν τῆς θεότητος φύσιν· ὁρώμενον δὲ νοητῶς καὶ μετὰ Πατρὸς ὑπεροχῇ θεότητος καὶ μεγαλουργίας. ἐπλήρου γὰρ τὰς θεοσημείας κατανεύσας μόνον. Ὁ
B δὲ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἰδίων εὑρημάτων ἀπερισκέπτως ἰὼν, καὶ παντὸς ἁγίου κατήγορος, ὅτι τῆς εἰς ἁγίους μάρτυρας αἰδοῦς ἀπηρτήμεθα καταιτιᾶται, καί φησιν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ κακὸν ἔλαβεν παρὰ Ἰωάννου τὴν ἀρχήν. ὅσα δὲ ὑμεῖς ἑξῆς προσευρήκατε, πολλοὺς ἐπεισάγοντες τῷ πάλαι νεκρῷ τοὺς προσφάτους νεκροὺς, τίς ἂν πρὸς ἀξίαν βδελύξηται; πάντα ἐπληρώσατε τάφων καὶ μνη-
C μάτων, καίτοι οὐκ εἴρηται παρ' ὑμῖν οὐδαμοῦ τοῖς τάφοις προσκυλινδεῖσθαι καὶ περιέπειν αὐτούς. Εἰς τοῦτο δὲ προεληλύθατε μοχθηρίας, ὥστε οἴεσθαι δεῖν ὑπὲρ τούτου μηδὲ τῶν γε Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου ῥημάτων ἀκούειν. ἀκούετε οὖν ἅ φησιν ἐκεῖνος περὶ τῶν μνημάτων. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις. ἔξωθεν ὁ τάφος φαίνεται ὡραῖος, ἔσωθεν δὲ γέμει ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. Εἰ τοίνυν ἀκαθαρσίας Ἰη-
D σοῦς ἔφη εἶναι πλήρεις τοὺς τάφους, πῶς ὑμεῖς ἐπ' αὐτῶν ἐπικαλεῖσθε τὸν Θεόν;

Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ μαθητοῦ τινος λέγοντος· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. αὐτὸς ἔφη· ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Πλεῖστα μὲν οὖν ὅσα περὶ τούτων αὐτῷ προσδιειλέγμεθα, καὶ μακρὸς ἡμῖν ἐν τούτοις προ-
E λαβοῦσι δεδαπάνηται λόγος. χρῆναι δὲ οἶμαι καὶ νῦν ὀλίγα ἄττα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Τὰς μὲν οὖν τῶν σωμάτων θήκας οὐκ ἀπηλλάχθαι φαμὲν ἀκαθαρσίας· πλὴν οὐχὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἀμνημονεῖν ἄξιον τῆς τῶν τεθνεώτων ἀρετῆς. ἀλλ' οὐδὲ ὅτι νόμῳ φύσεως τὸ ἐκ γῆς εἰς γῆν λέλυται σῶμα τῶν τὴν ἀξιάγαστον ἐξησκηκότων ζωὴν, ποιησόμεθα παρ' οὐδὲν τὸ χρῆναι τιμᾶν αὐτοὺς, ἐπεί τινα τρόπον ἐπαινέσαι τις ἂν

αὐτοὺς, ἄριστά τε καὶ εὐκλεέστατα διαβιοῦν ᾑρημένους, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ τεθνάναι πολλάκις ἠφειδηκότας, ἵνα ταῖς τῶν ἐσομένων μνήμαις ἀξιάκουστόν τι περὶ αὐτῶν ἐγγεγράφθαι. Ἐπυθόμην γὰρ λέγοντός τινος ἐν τοῖς Ὁμήρου ποιήμασι

Iliad. X. v. 304. Μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,

Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Ἆρ' οὖν τὸν οὐκ ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδημήσαντα, πεπραχότα δέ τι B μέγα, ἐφ' ᾧ περ ἄν τις εὖ μάλα κατασεμνύνοιτο, σιγῇ καὶ λήθῃ καταλιπεῖν ἄξιον, ἢ τῷ παγκάλῳ θαύματι στεφανοῦν, μακρᾷ καὶ ἀτελευτήτῳ κατευφραίνειν τιμῇ, ὡς μόνον οὐχὶ καὶ συνηθληκότας, καὶ τῆς ἀνδρείας αὐτοῖς κεκοινωνηκότας; οἱ γὰρ ὅτι τὴν ἐξαίρετον τοῦ βίου διελάσαντες τρίβον, δι' οὐδενὸς πεποίηνται τὸ παθεῖν ἐπαινεῖν ἐγνωκότες, πῶς οὐκ ἐν δίκῃ καὶ τῶν ἀνδραγαθημάτων αὐτοῖς ἔσονται κοινωνοί; Ὃ δὲ ἤδη φθάσας ἔφην, καὶ ἐνταῦθα ἐρῶ. Ἀθήνησι γοῦν τοῖς ὅτι C μάλιστα κατεγλωττισμένοις καὶ εὐηγορεῖν εἰωθόσιν ἐτησίους ἀγῶνας προτεθεῖσθαί φασιν ἐπὶ τοῖς τῆς Ἑλλάδος προκινδυνεύσασιν, οἳ ταῖς τῶν Βαρβάρων ἀλαζονείαις ἀντιστάμενοι καίπερ ὄντες ἀριθμῷ βραχεῖς, ἥττους μὲν ἦσαν τῆς τῶν πολεμίων ἀναριθμήτου φάλαγγος, ἐπειδὴ δὲ νικᾶν οὐκ ἐξῆν, ἀντὶ τοῦ νικῆσαι τὸ μὴ ἀνάνδρως ἀποθανεῖν ἁρπάσαντες, μνήμης τε καὶ εὐφημιῶν παρ' ἐκείνοις ἠξίωνται. ὥστε καὶ ὅρκιον γενέσθαι τὸ χρῆμά τισιν. οὐ γὰρ, ἔφασκον, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, οὐδὲ D τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, οὐδὲ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, οὐδὲ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, οὐδὲ πολλοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους. Ὅτε τοίνυν καὶ τοῖς Ἀθηναίοις εὐστομωτάτοις λογάσι, καίπερ οὖσιν εἰδωλολάτραις, εὖ ἔχειν ἐδόκει τὸ χρῆναι τιμῆς καὶ γερῶν ἀξιοῦν τοὺς τὸν εὐκλεᾶ μὴ φυγόντας θάνατον, καὶ ἐπ' αὐτὰς ἰέναι τὰς τῶν σωμάτων θήκας· ἐπ' αὐτοῖς γὰρ τοῖς τῶν ἀνδραγαθημάτων λειψάνοις ἐποιοῦντο τοὺς λόγους· ἀνθ' ὅτου λοιπὸν ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς καταγέγραφεν οὐκ ὀρθῶς τῆς Χριστιανῶν ἐπιεικείας, εἰ περὶ πολλοῦ πεποίηνται τὴν εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας αἰδῶ καὶ τιμὴν, οἳ πάντες γεγονότες, δι' αἵματος τῆς προσκαίρου ζωῆς ἠλλάξαντο τὸ ἱδρυμένον ἐν πίστει, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὰ αὐχήματα. ἢ τάχα που κατασκώπτειν οἴεται δεῖν αὐτοὺς, καὶ δεδυσφόρηκεν οὐ

A quodammodo laudauerit, quod optimum & præclarum vitæ genus susceperint, ac mortem sæpius contempserint, vt aliquid de se laude dignum posterorum mandaretur memoriæ. Audiui enim quendam apud Homerum dicere:

Ne certe ignauiter & inglorie peream,
Sed magno aliquo patrato facinore & seris nepotibus audiendo.

An igitur eum, qui non ignauus & inglorius excesserit e rebus humanis, sed B magnum aliquid & illustre patrarit, silentio & obliuione præteriri decet; an honestissimis laudibus ornari, longoque & perpetuo honore affici a nobis, vtpote qui tantum non cum ipsis certavimus, & virtutis eorum consortes ac socii extitimus? Qui enim eos laudandos suscipiunt, quod eximio vitæ itinere decurso aduersos casus nihili fecerint, nunquid iure etiam præclare factorum vna cum ipsis erunt participes? Quod C iam prius dixi, repetam iterum. Athenis annua certamina disertissimo cuique propolita fuisse perhibent, de laudandis iis, qui periculo pro Græcia suscepto Barbarorum insolentiæ tametsi numero pauci obstiterunt, quique innumerabili hostium agmine longe quidem minores, quum vincere non possent, pro victoria generosa morte arrepta, monumentis & laudibus apud Athenienses digni sunt habiti. Adeo vt aliquibus religioni quoque res esset: Non D enim (aiebant) per eos, qui in Marathone occubuerant: neque per eos, qui ad Artemisium aut Platæis in acie steterant: neque per complures alios, qui in monumentis publicis iacebant. Quum igitur Athenarum facundissimis illis oratoribus, quamuis idola colerent, æquum visum sit ornare laudibus eos, qui præclaram mortem non defugissent, & ad ipsa corporum sepulcra procedere: (coram ipsis enim reliquiis egregiorum facinorum laudes oratione E prosequebantur) cur demum præstantissimus Iulianus in Christianorum humanitatem perperam inuectus est, quod venerationem & honorem erga sanctos Martyres plurimi faciant, qui omnes, quotquot fuerunt, suo sanguine temporariam vitam constantia fidei, & gloriatione pietatis in Christum, commutarunt? An forte ridendos illos existimat, nec æquo animo ferre potest,

quod non illi quoque fuerint apostatæ, A imbelles, fugaces, ignaui, & supini, & pietatis in Deum contemtores, sicuti nimirum ipse ille qui eorum virtuti detrahit? At enim, inquit, fugienda sunt sepulcra, quæ Christus etiam ipse immunditiei plena esse dixit. Sciebat enim mortuum sic abominandum esse, vt ne discipulo quidem permiserit patrem sepelire. Atqui nos illum sensum eorum, quæ a Saluatore dicta sunt, penitus ignorasse nullo negotio B videmus. Etenim a sepulcris recedere non iussit, quamuis ea mortuorum ossibus & omni impuritate scatere nosset; sed sepulcris dealbatis potius comparare voluit captiosam illam & simulatam Pharisæorum nationem, qui probitatis famam & existimationem specie tenus suffurabantur, sed improbitatis & omnis immunditiæ, spiritalis videlicet, refertum pectus habebant. Præcipiendo ergo discipulo, vt sequeretur se, aliisque sepelire mortuos permitteret; C docuit nos charitati in Deum esse iure postponendos, eo quod pietate etiam in parentes maiora sunt quæ ad Deum pertinent. Rerum enim auctor ac vniuersi conditor ipse est. Quod autem non ignoraret sepulcra siue mortuos nullam mentibus hominum posse labem inducere, manifeste declarat, quum ad mortuos & ipsa monumenta
Ioann. 11. dignatur accedere. Ita forte Lazarum etiam fœtidum ad vitam redire iussit. Ita Archisynagogi filia mirabiliter re- D
Marc. 5. vixit. *Tetigit enim*, inquit, *manum eius, dicens: Puella, surge.* Præterea & in Naim, quæ Iudææ ciuitas vna erat, viduæ filium excitauit tacto loculo,
Luc. 7. quum inclamasset, *Adolescens, tibi dico, surge.* Quam enim, quæso, labem nostris animis inducent viri mortui reliquiæ? An mentem nostram polluent, aut ad nefanda peruertet fœtor ille qui in sensus incurrit? Quanquam E quid ad hanc stultitiam addi potest? quum præsertim videamus mortuorum reliquias, non nudas, aut negligenter in terram disiectas, sed apprime reconditas. In terræ enim penetralibus velut in sinu matris latent. Obiiciet porro qui defendendos mortuos susceperit; Quid caussæ est, cur sepulcra vel mortuos abominandos putes?

A μετρίως, ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ γεγόνασιν ἀποστάται, δειλοὶ, καὶ ῥιψάσπιδες, ῥάθυμοί τε, καὶ ἀναπεπτωκότες, καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καταφρονηταὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς εὐανδρίας κατήγορος; Ἀλλὰ γὰρ ναὶ, φησὶν, φευκτέον τοὺς τάφους, οὓς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀκαθαρσίας ἔφη μεστούς. ᾔδει δὲ οὕτω τὸν τεθνεῶτα βδελυρὸν, ὥστε οὐδὲ ἐφῆκε τῷ μαθητῇ θάπτειν τὸν πατέρα. Μάλιστα μὲν οὖν ἠγνοηκότας B παντελῶς τὸν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων τὴν δύναμιν ἀμογητὶ καταψόμεθα. οὐ γάρ τοι τάφων ἀποφοιτᾷν προστέταχεν, καίπερ εἰδὼς αὐτοὺς ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας· τάφοις δὲ μᾶλλον κεκονιαμένοις ἀφομοιοῦν ἐδόκει τὸν εἴρωνα καὶ ὑποκριτὴν τῶν Φαρισαίων δῆμον, ἐπιεικείας μὲν δόκησιν ἐμφανῆ παρακλέπτοντα, φαυλότητος δὲ καὶ ἁπάσης ἀκαθαρσίας, νοητῆς δηλονότι, πεπληρωμένην ἔχοντα τὴν καρδίαν. Τῷ γε μὴν τῷ μαθητῇ τὸ χρῆναι δὴ μᾶλλον κατακο- C λουθεῖν εἰπεῖν, ἐφεῖναι δὲ θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας ἑτέροις, ἐδίδαξεν ὅτι τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης κατόπιν ἐρρίφθαι τὰ καθ' ἡμᾶς πρέποι ἂν εἰκότως, ὅτι καὶ τῆς εἰς γονέας αἰδοῦς τὰ Θεοῦ μείζονα. γενεσιουργὸς γὰρ καὶ ποιητὴς τῶν ὅλων αὐτός. ὅτι δὲ τοὺς τάφους, ἤτοι τοὺς νεκροὺς, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς μολυσμὸν οὐδένα δυναμένους ἐμποιεῖν ἠπίστατο, διέξεισιν ἐναργῶς, ἐπιφοιτᾷν τοῖς τεθνεῶσιν ἀξιῶν, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς μνήμασιν. οὕτω τὸν Λάζαρον ἴσως παλινάγρετον D ποιεῖσθαι τὴν ζωὴν καὶ ὀδωδότα προσέταγεν. οὕτω τὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου παραδόξως ἀνεβίω κόριον· ἥψατο γὰρ, φησὶν, τῆς χειρὸς αὐτῆς, λέγων, ἡ παῖς, ἔγειραι. καὶ μὴν καὶ ἐν Ναΐν· μία δὲ αὕτη τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πόλις· τὸν τῆς χήρας ἀνέστησεν υἱὸν ἁψάμενος τῆς σοροῦ, καὶ δὴ καὶ ἐπιφωνῶν· νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. Τίνα γὰρ δὴ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐνεργάσεται μολυσμὸν ἀνδρὸς τεθνεῶτος λείψανον; ἆρα καταμιανεῖ τὸν ἐν ἡμῖν ὄντα νοῦν, ἢ καὶ E παρατρέψει πρὸς ἃ μὴ θέμις, τὸ δυσῶδες αἰσθητῶς; καί τοι πῶς οὐκ εὐηθείας ἔμπλεως ἂν εἴη ὁ τοιόσδε λόγος; ἄλλως τε τῶν κατοιχομένων τὰ λείψανα κατίδοι τις ἂν οὐ γυμνὰ, καὶ ἀτημελῶς εἰς γῆν κατερριμμένα, ἀλλ' εὖ περιεσταλμένα. κέκρυπται γὰρ καθάπερ ἐν κόλπῳ μητρὸς, ἐν κευθμῶνι τῆς γῆς. Φαίη δ' ἂν γε ὑπέρ τις ἕλοιτο τοῖς τεθνεῶσι συνειπεῖν· βδελυροὺς ἡγεῖσθαι τοὺς τάφους, ἤγουν τοὺς νεκροὺς, ἀνθ' ὅτου;

τί τοῖς ἰοῦσιν ἐγγὺς ἐνήσει τὸ βλάβος, ἢ σῶμα τυχὸν, ἢ τάφος; ἆρα γὰρ ἄδικον ἀποφαίνει τὸν δικαιοσύνης ἐραστήν; ἀσελγῆ καὶ ἀκόλαστον τὸν ἐπιεικῆ καὶ σώφρονα; ἥττονα χρημάτων τὸν φιλοκερδίας ἀμείνω; ὠμὸν καὶ ἀνήμερον τὸν εὐπρόσιτόν τε καὶ πρᾶον; δυσσεβῆ τὸν φιλόθεον; οὐ μὲν οὖν. διαλυμανεῖται γὰρ, οἶμαι, τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς ἥκιστα μὲν τῶν οἰχομένων τὰ λείψανα, θελημάτων δὲ μᾶλλον τῶν ἐπ' αἰσχίστοις ῥοπαί. Ὁρᾷς τουτουσὶ τοὺς νόμους καθ' οὓς ἐπευθύνεται πρὸς τὸ εὖ ἔχειν τὰ καθ' ἡμᾶς; οὗτοι κολάζουσι μὲν μοιχοὺς, ἀδίκους, ἅρπαγας, καὶ τοὺς τοῖς ἑτέροις ἐνειλημμένους αἰτιάμασιν· οὐδένα γε μὴν τῶν ἀπιόντων εἰς τάφους, ἢ ἐπιφοιτώντων νεκροῖς δίκης ἄξιον ὁρῶνται λέγοντες. Ἀλλὰ μιαρούς τινας ἀποτελοῦσιν οἱ τάφοι, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν εἰσὶ παρακομίζειν ἱκανοὶ, καὶ ψυχικῆς πιμπλῶσιν ἀκαθαρσίας διὰ τῆς ἐνούσης κακοσμίας αὐτοῖς. οὐκοῦν ὠφελήτωσαν πονηροὺς, καὶ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων ἀπαλλαττέτωσαν μυροπώλια δὲ καὶ τὸ θαυμάζειν ἐν αὐτοῖς. καὶ μοιχείας ἁλοὺς τις γραφῇ στεφανούσθω ῥόδοις, καταμυριζέσθω τὸ σῶμα, ἐλεύθερος ἔστω παντὸς αἰτιάματος. εἰ γὰρ ἀποφαίνει φαύλους ἡ τῶν τάφων ἀκαθαρσία, καὶ καθαριζέτω φαυλότητος τὰ εὐοσμότατα τῶν χρισμάτων, καὶ μὴν καὶ ἀνθέων. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἐκεῖνο συμπλάσαντες κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, οἰήσονταί τι τῶν ἀναγκαίων ἐντεθυμῆσθαι καὶ λέγειν. τὸ γάρτοι νεκρὸν ἅπαν, ἤγουν καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος, τῶν ὅτι μάλιστα κατεστυγημένων ἐστὶ τοῖς θεοῖς. σύμφρονες δὲ τούτοις ἡμεῖς, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμοηθείας ἐξήμμεθα. μάλιστα μὲν οὖν ἕνα τε καὶ φύσει καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντα Θεὸν, ἡ θεόπνευστος ἡμῖν διηγόρευσε γραφὴ, ἕτερον δὲ πρὸς αὐτῷ παντελῶς οὐδένα προσκυνεῖν εἰθίσμεθα. πλὴν οἱ θεοὶ καθ' ἡμᾶς εἰσιν, οἷς καὶ ἀπηχθῆσθαι φατὲ τὸν θάνατον, συγκαθίσαντα τάχα που καὶ συνηλγήκασι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ὑπὸ φθορὰν πεσοῦσι καὶ θάνατον. ἀλλ' εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, καὶ συνηλγήκασιν ἀληθῶς τοῖς ὑπὸ φθορὰν, ἀνθ' ὅτου δὴ μᾶλλον μὴ ἀφιστᾶσιν αὐτῆς τοὺς ἑαλωκότας, καὶ πεπραχότας ἀθλίως εἰ καὶ μὴ πάντας τυχόν. ἀλλ' οἶδεν αὐτοὺς δεδιότας τὸν ᾅδην ὁ προύχων ἐν ποιηταῖς, ὥστε καὶ ἀπώμοτον ποιεῖσθαι τὸν χῶρον· εἰσκεκόμικε γὰρ ὀμνύντα τινὰ τῶν θεῶν καὶ λέγοντα·

Homer. Iliad. Θ. v. 36.

Ἴστω νῦν τόδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

A Quam labem corpus aut sepulcrum iis immittet, qui propius accesserint? An iustitiæ cultorem iniustum efficiet? impudicum & intemperantem eum, qui sit frugi ac temperans? auarum, qui sit literalis? crudelem & immitem, qui sit lenis ac facilis? impium, qui Dei sit amans? Minime vero: non enim inficient, opinor, animi bona mortuorum reliquiæ, sed voluntatum potius ad turpia propensiones. Cernis has leges, B quibus ad recti honestique viam dirigimur? Hæ puniunt adulteros, iniustos, raptores, & aliis criminibus irretitos; neminem tamen eorum, qui sepulcra adeunt, aut accedunt ad mortuos, pœna dignum vides illas statuere. At sepulcra nunnullos improbos efficiunt, & ad res nefarias inducere queunt, & animali perfundunt impuritate per teterrimum illum quem spirant odorem. Ergo prosint improbis, eosque a malis moribus vindicent officinæ vnguenta- C riæ, & frequenter versans in illis etiam adulterii reus aliquis coronetur rosis, corpus vnguentis perfundatur, tum ab omni crimine liber esto. Nam si malos efficit sepulcrorum impuritas; a malitia vicissim odoratissima quæque loca, floresque adeo, puros efficient. At enim forsan illud apud se commenti, magnum quiddam se concepisse & eloqui putabunt. Omne quippe cadauer, seu mors etiam ipsa, res est Diis admodum inuisa. Idem sensus est in nobis, idemque ac illi fatere solemus. Cæte- D roquin diuina Scriptura sancitum nobis est, unum esse Deum naturalem ac verum, aliumque præter ipsum neminem adorare soliti sumus. At Dii sunt, nobis similes, quibus inuisam quoque mortem esse dicitis, qui hominibus in mortem & exitium lapsis condolent, eorumque casu afficiuntur. Sed si Dii sunt, & reapse hominibus morti obnoxiis condolent, quidni potius ea obstrictos liberant, ac infelici in statu posi- E tos, &, si non omnes, saltem adoratores suos, miseratione prosequuntur? Verum eos Orcum metuere, Poetarum ille princeps sciebat, adeo vt detrectare fas non esset, quod per eum locum iuratum fuisset. Iurantem enim induxit quendam Deorum, ac dicentem:

Sciat nunc istuc terra, & cælum latum superne,

Et ipsa subterlabens Stygis aqua, quod maximum
Iuramentum grauissimũ est beatis Diis.

Iunonem vero inducit Iouem fratrem & coniugem suum compellantem his verbis.

Seuerissime Saturnie, quale verbum dixisti?
Virum, eumque mortalem, diu destinatum fato,
Quomodo vis a morte tristi liberare?
Fac: at non probabimus Dii reliqui omnes.

Cur enim, inquit, frustra te laborare non sentis, & quærere quæ non possis assequi? Quid ergo? putasne te a recto non prorsus aberrare, atque omni laude iure excidere? Quum ergo Musis illi afflati homines, qui se diuinitus edoctos venditabant, & res Deorum inprimis callebant, Deos ipsos morti & fatis obnoxios esse dicant; quid caussæ est cur Christum mortuum nominet, illum mortis victorem, & corruptionis profligatorem? Eam quippe ab aliis ineffabili ac diuina potestate & viuifica virtute repulit, sed in mortem incidere volens lubensque suæ carni permisit, non magis vt mortalem conditionem firmaret, quam vt corruptionem solueret, mortemque destrueret. Nam quum illud esset corpus vitæ, ipsius nempe Filii cuncta viuificantis, ideoque iure merito viuens, mortis vincula non subiit. Qui ergo mortuus est ille viuens, ac viuificus, & mortis profligator? Porro, non minus peccat, dum mortuos nominat eos, qui spe vitæ temporariam carnis mortem sunt perpessi, sanctos Martyres dico, de quibus clare admodum scriptum est:
Sap. 3. *Visi sunt in oculis hominum mori, & aestimata est afflictio exitus illorum: & quod a nobis est iter, exterminium. Illi autem sunt in pace, & spes eorum immortalitate plena.* Vt enim ipse alicubi Saluator ait,
Luc. 20. Matth. 22. *viuunt Deo victuri. Non enim est Deus mortuorũ, sed viuentium*, is propter quem ad tam praclaram generositatem aspirarunt. Quoúrca hæc a nobis opinor dicta esse vtique sapienter. Hic vero quum tam eximia res aut non intelligat, aut mirari certe nolit, ad mendacia reuertitur, & ait

IVLIANVS.

Quæ quũ ia sint, cur sepulcris aduoluimini? Vultis cerpere caussã? Non ego proferã, sed Esaias ille propheta:
Esaiæ 65. *In sepulcris & speluncis dormiunt propter somnia.*

A Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Φάναι δέ φησι τάχα που τὴν Ἥραν πρὸς τὸν ὁμαίμονά τε καὶ σύνευνον Δία·

Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες; Iliad π v. 440
Ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ,
Πῶς ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι;
Ἔρδ', ἀτὰρ οὔτοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.

Νυνὶ δὲ ἐπαναληπτέον ἔτι μοὶ πρὸς αὐτούς· διὰ τί γὰρ οὐχὶ περιτέμνεσθε; Παῦλος, φησὶν, εἶπε περιτομὴν καρδίας, ἀλλ' οὐχὶ τῆς σαρκὸς δεδόσθαι, καὶ τοῦτο εἶναι τοῦ Ἀβραάμ, οὐ μὴν ἔτι τὰ κατὰ σάρκα ἔφη, καὶ πιστεῦσαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καὶ Πέτρου κηρυττομένοις λόγοις οὐκ εὐσεβέσιν. Ἄκουε δὲ πάλιν, ὅτι τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν ὁ Θεὸς λέγεται δοῦναι εἰς διαθήκην καὶ B εἰς τὸ σημεῖον τοῦ Ἀβραάμ. καὶ αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διατηρήσεις ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σπέρματός σου.

Ἐπιφέρει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τηρεῖσθαι δεῖν ἔφη τὸν νόμον, ποτὲ μὲν λέγων· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφή- C τας, ἀλλὰ πληρῶσαι. ποτὲ δὲ αὖ· ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτως τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ὅτε τοίνυν, φησὶν, ὅτι προσήκει τηρεῖν τὸν νόμον ἀναμφισβητήτως προσέταχε, καὶ τοῖς μίαν παραβαίνουσιν ἐντολὴν ἐπήρτησε δίκας, ὑμεῖς οἱ συλλήβδην ἁπάσας παραβεβηκότες, ὁποῖον εὑρήσετε τῆς ἀπολογίας τὸν τρόπον; ἢ γὰρ ψευδοεπήσει, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, ἤγουν ὑμεῖς πάντῃ καὶ πάν- D τως οὐ νομοφύλακες.

Αἰτιᾶται δὲ πρὸς τούτοις, ὡς μήτε σαββατίζοντας, μήτε μὴν Ἰουδαϊκῶς καταθύοντας τὸν ἀμνὸν, μήτε μὴν ἄρτους ἀζύμους ἐσθίοντας ἐπ' αὐτῷ, καὶ φησὶν, ὅτι πρόφασις ὑμῖν τῆς ἐν γε τούτῳ ῥᾳστώνης περιλέλειπται μία, τὸ μὴ ἐξεῖναι θύειν ἔξω γεγονόσι τῶν Ἱεροσολύμων.

Καὶ ταυτὶ μὲν ἅπαντα διὰ μακρῶν εἴρηται λόγων. συνενεγκόντες δὲ ἡμεῖς τὰς τῶν εἰρη- E μένων ἐννοίας, περιττῆς καὶ ἀνοήτου στενολεσχίας τὸν λόγον ἀπηλλάξαμεν. Δεῖ δὲ οἶμαι πρὸς ἕκαστα τῶν παρ' αὐτοῦ ψυχρολογουμένων τὸ ἀληθὲς ἀντεξάγοντας, εἰκῇ κατασκώπτοντα τὰ Χριστιανῶν ἀποφῆναι πάλιν.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Τὴν μὲν οὖν ἐν σαρκὶ περιτομὴν σημεῖον δεδόσθαι τῷ Ἀβραὰμ τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἔφη. διεσπούδαστο γὰρ

αὐτῷ τὴν τῶν Ἰουδαίων ὀφρῦν ἠρμένην ὕψου κατασπάσαι, προσαποφῆναι δὲ πρεσβυτέραν τῆς ἐν νόμῳ παιδαγωγίας τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, ἧς εὖ μάλα φησὶ τετυχηκέναι τὸν Ἀβραάμ, οὐκ ἐν περιτομῇ μᾶλλον ὄντα, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. Πλὴν εἰ καὶ τεχνίτης ὢν ἄγαν περιήνεγκεν εἰς τοῦτο τῆς περιτομῆς τὸ χρῆμα, ἀλλ' οὖν οἶδε αὐτὴν καὶ νοητοῦ πράγματος γεγενημένην εἰκόνα. οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, φησὶν, Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. Φέρε γὰρ, εἰ δοκεῖ, βασανιζέσθω πρὸς ἡμῶν ὁποῖον ἂν ἔχοι λόγον ἡ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ὅταν αὐτῆς τὸ μυστικὸν ἀποστήσωμεν. καί τοι πῶς εἴπερ ἦν ἄμεινον τοῖς τελοῦσιν ἐν ἀνδράσι τὸ παιδοποιὸν τοῦ σώματος μόριον ἐν τῷ τῆς περιτομῆς ἔχειν σχήματι, καὶ διαβέβληται παρὰ Θεῷ ἡ ἀκροβυστία· τί μὴ μᾶλλον αὐτὸν κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν πεπλαστούργηκεν ἐν ἀρχαῖς; Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον· ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασιν οὐκ ἠδικημένοις ἐκ πάθους, οὐδὲν τὸ παράπαν ἐστὶν ἰδεῖν, ἢ περιττῶς ἔχον, ἢ ἐλλελοιπότως, ἄρτια δὲ πάντα καὶ χρειωδέστατα καὶ ἀναγκαῖα τῇ φύσει, ὥστε κατά γε τὸ αὐτῷ μοι δοκοῦν, οὐδ' ἂν ἔσχεν ὀρθῶς εἰ μὴ προσῆν ἅπαντα αὐτῇ τὰ ἐμπεφυκότα. Ἆρ' οὖν ἡμάρτηκε τοῦ χρησίμου καὶ πρέποντος ὁ δημιουργὸς, καὶ περὶ μόνον τὸ ἀνθρώπινον ἐσφάλλετο σῶμα, καί τοι τὴν ἄλλην ἅπασαν κτίσιν ἀρτίως τε καὶ ἀνεπιπλήκτως ἔχουσαν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀποσχεδιάσας ὡς Θεός; ποῖον οὖν ἄρα τὸ ἐκ τοῦ περιτέμνεσθαι χρήσιμον; ἢ τάχα που προβαλοῦνταί τινες τὸν κοινὸν τουτονὶ καὶ καταγέλαστον λόγον, ὃν δή φασι τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθεστέρους καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων θεραπευτὰς διὰ γλώττης ἔχειν; ἵνα γὰρ, φασὶ, μιασμάτων καὶ ῥύπων τῶν φυσικῶν ἀπηλλαγμένον ὁρῷτο τὸ σῶμα, γυμνὸν τῶν ἐκ φύσεως ἀμφιασμάτων τὸ μόριον εἶναι χρή. Φαίην δ' ἂν ὅτι μάλιστα μὲν ἀδικοῦσιν, ἐπιτιμῶντες τῇ φύσει, περιττὸν ἐχούσῃ καὶ ὑπὲρ χρείαν οὐδὲν, ἀλλ' εὐσχημόνως ἀμφιεννύσῃ καὶ τὸ δοκοῦν εἶναί πως αἰσχρόν. πλὴν εἰ φεύγουσιν ἀσφαλῶς σαρκικὰς ἀκαθαρσίας, πῶς ἀνέχονται σαρκὸς, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς, καὶ πηγῆς παιδοποιοῦ τῆς ἔσω κεκρυμμένης, ἔδει γὰρ μᾶλλον ἐπ' αὐτὰς ἰέναι

A ei erat Iudæorum arrogans supercilium deprimere, ac insuper ostendere, institutione legali vetustiorem esse iustificationem in fide, quam vtique assequutum esse Abrahamum dicit, non magis in circumcisione quum esset, quam in præputio. Verum licet pro ea, qua pollet, singulari solertia circumcisionem eo transtulerit, scit tamen ipsam quoque fuisse rei intellectualis imaginem. *Non enim qui in manifesto*, inquit, *Iudæus est:* Rom. 2.
B *neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Agedum enim expendamus, si placet, quam rationem habitura sit carnalis illa circumcisio, quum mysticum eius sensum amouerimus. Nam si viris satius erat membrum illud corporis, quod aptum est liberis procreandis, circumcisionis formam præferre, & præputium damnauit Deus;
C quidni potius ipsum ad suam mentem formauit initio? Est & alia ratio. In corporibus humanis, quæ morbo vitiata non sunt, nihil plane videre est quod aut abundet, aut deficiat, sed omnia perfecta & vtilissima, & necessaria naturæ; adeo vt meo iudicio ne recta quidem essent, nisi omnia adessent quæ sunt eis innata. An igitur, quid vtile & decorum sit, Opifex non tenuit, & in solo corpore humano frustratus est, licet aliam quamuis creaturam suis nu-
D meris absolutam qua Deus condiderit? Quæ igitur vtilitas ex circumcisione? An forte proferent quidam vulgarem hanc & ridiculum caussam, quam Iudæos & idolorum cultores in ore habere perhibent? Vt enim, inquiunt, sordibus & inquinamentis solutum corpus cernatur, illis naturæ tegumentis denudari membrum necesse est. Sed dixerim illos maxime peccare, quum
E naturam increpant, quæ superfluum ac inutile nihil habet, sed apte & honeste contegit etiam id, quod turpe quodammodo videtur esse. Veruntamen si carnales impuritates decenter fugiunt, quomodo carnem ferunt & ea, quæ a carne sunt, ipsumque intus reconditum gignendorum liberorum fontem? Satius enim esset ipsos im-

puritatis fontes audacter aggredi, quam eius meatus sectionibus lædere. Sed non inquinat animum natura corporis, licet suis progrediatur legibus. Friuolum est igitur, propter carnales sordes, vt Iulianus ait, circumcidi. Iam quid rei est illa circumcisio? dicet opinor aliquis. Bona res, amice, & vtilis, si typus credatur esse rei intellectualis. Improbarum namque libidinum & voluptatum, quæ humanam mentem incubant, depulsionem subinnuit, quam per sanctum Spiritum in nobis operatur. Innumeræ enim voluptates mentem hominis ludificant, partim quidem ad corporis amorem impellendo, partim ad molles & vanas delicias, ad auaritiam immanem, ad fastus insanos, atque, vt vno verbo dicam, ad omne genus rerum improbarum, quas ipsa quoque damnauit Lex diuina. Ab his omnibus nos sancti Spiritus gratia liberat, mentem inhabitans, & omne genus impuritatis quodammodo abradens. Hæc est Deo gratissima circumcisio. Vnde Propheta Hieremias Iudæos, quibus haud multum curæ erat præcepta legis implere, alloquebatur, Hierem. 4. dicens: *Circumcidimini Deo, & circumcidite duritiem cordis vestri, viri Iuda, & qui inhabitatis Hierusalem.* Quocirca nemo dubitauerit, quod si quis plane animi perturbationibus liberetur, hic vtique Deo potius quam simpliciter carne circumciditur: quod certe quum ab Israelitis fieri vniuersi Deus pati non posset, hos vehementer increpat, di- Hier. 9. cens: *Omnes gentes incircumcisæ carne, & omnis domus Israel incircumcisa cordibus suis.* Item alicubi per vocem Hier. 10. Hieremiæ: *Ad quem loquar, & contestabor; & exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, & non possunt audire.* Quin etiam diuinus ille Stephanus, quum feritatem & incredulitatem eis expro- Actor. 7. braret: *Incircumcisi*, inquit, *auribus vestris, & cordibus.* Itaque Paulus, in lege cumprimis eruditus, optime dixit: 1. Cor. 7. *Circumcisio nihil est, & preputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei.* Quum autem Iuliano familiare sit maledicere, & quod in se est maligni recta sentientibus innectere, obtrectat & ait:

A θερμῶς τὰς τῆς ἀκαθαρσίας πηγὰς, οὐ τὰ δι' ὧν ἔρχεται λυπεῖν ταῖς ἀποτομίαις. ἀλλ' οὐ μιαίνει ψυχὴν ἡ τοῦ σώματος φύσις, κἂν διὰ τῶν ἰδίων ἔρχοιτο νόμων. εἰκαῖον οὖν ἄρα τὸ περιτέμνεσθαι σαρκικῶν ἕνεκα ῥύπων, καθά φησιν αὐτός. Εἶτα τί τὸ χρῆμα τῆς περιτομῆς; φαίη ἂν εἶμαί τις. καλόν γε, ὦ τὰν, καὶ ὀνησιφόρον, εἰ τύπος εἶναι πιστεύοιτο πράγματος νοητοῦ. τῶν γὰρ ἐκτόπων ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἡδονῶν, ἅπερ B ἂν εἶεν εἰς νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, ἀπεμπολὴν ὑπαινίττεται, ἣν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ἡμῖν ἐργάζεται. μυρίαι γὰρ ὅσαι τὸν ἀνθρώπινον νοῦν καταγοητεύουσιν ἡδοναὶ, τοῦτο μὲν ἀποφέρουσαι πρὸς φιλοσαρκίαν, τοῦτο δὲ πρὸς τεθρυμμένας τε καὶ ἐξιτήλους τρυφὰς, εἰς φιλοκερδίας ἐκτόπους, εἰς ἀνοήτους φιλοκομπίας, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰς πᾶν εἶδος πραγμάτων κεκιβδηλευμένων, ὧν καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος κατηγόρευσε νόμος. τούτων ἁπάντων ἡμᾶς ἡ τοῦ ἁγίου C Πνεύματος ἀπαλλάττει χάρις, ἐνοικισθεῖσα τῷ νῷ, καὶ ἀποκείρουσά πως εἶδος ἀκαθαρσίας. αὕτη τῷ Θεῷ φιλαιτάτη περιτομή. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, ὀλίγα πεφροντικόσι τοῦ χρῆναι πληροῦν τὰ νενομισμένα, διελέγετο λέγων· περιτμήθητε τῷ Θεῷ, καὶ περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν, ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ. Οὐκοῦν ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς, ὡς εἴπέρ τις ὅλως τῶν ἐν καρδίᾳ παθῶν ἀπαλλάττοιτο, ὁ D τοιοῦτος εὖ μάλα τῷ Θεῷ μᾶλλον καὶ οὐ ψιλῶς τῇ σαρκὶ περιτέμνεται. ὃ δὴ καὶ δρᾶν οὐκ ἀνεχόμενος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐν αἰτίᾳ πολλῇ ποιεῖται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα σαρκὶ, καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίαις αὐτῶν. ἔφη δέ που καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρωμαι, καὶ ἀκούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. καὶ μὴν καὶ θεσπέσιος Στέφανος κατονειδίζων E αὐτοῖς τὸ ἀπηνὲς καὶ δυσήκοον· ἀπερίτμητοι, φησὶ, τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, καὶ ταῖς καρδίαις. ἄριστα δὴ οὖν ὁ νομομαθὴς ἔφη Παῦλος· ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἀεί πως ἐστὶν ἐντριβὲς αὐτῷ τὸ κακηγορεῖν, καὶ τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένοις τὸ κακόηθες ἐπιπλέκειν, ἐπιλαμβάνεται καὶ φησίν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἡ περιτομὴ ἔσαι περὶ τὴν σάρκα σου, φησίν. παρακούσαντες τούτου, τὰς καρδίας, φασὶ, περιτεμνόμεθα. πάνυ δέ. οὐδεὶς γὰρ παρ' ὑμῖν κακοῦργος, οὐδεὶς μοχθηρός. οὕτω περιτέμνεσθε τὰς καρδίας. καλῶς. Τηρεῖν ἄζυμα, καὶ ποιεῖν τὸ πάσχα οὐ δυνάμεθα, φασίν. ὑπὲρ ἡμῶν γὰρ ἅπαξ ἐτύθη Χριςός· εἶτα, ἐκώλυσεν ἐσθίειν ἄζυμα. καί τοι, μὰ τοὺς Θεοὺς, εἷς εἰμὶ τῶν ἐκτρεπομένων συνεορτάζειν Ἰουδαίοις, ἀεὶ προσκυνῶν τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ. οἳ ὄντες οὗτοι Χαλδαῖοι, γένους ἱεροῦ καὶ θεουργικοῦ, τὴν μὲν περιτομὴν ἔμαθον, Αἰγυπτίοις ἐπιξενωθέντες· ἐσεβάσθησαν γε Θεὸν, ὃς ἐμοὶ καὶ τοῖς αὐτὸν ὥσπερ Ἀβραὰμ ἔσεβε σεβομένοις εὐμενὴς ἦν, μέγας τε ὢν πάνυ καὶ δυνατὸς, ὑμῖν δὲ οὐδὲν προσήκων. οὐδὲ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ μιμεῖσθε, βωμοὺς τε ἐγείροντες αὐτῷ, καὶ οἰκοδομοῦντες θυσιαςήρια, καὶ θεραπεύοντες ὥσπερ ἐκεῖνος ταῖς ἱερουργίαις.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἆρ' οὖν, ὦ γενναῖε, διαβεβλήσεται παρὰ σοὶ τὰ κάλλιςα τῶν πραγμάτων, διά τοι τὸ μὴ ὀρθῶς κεχρῆσθαι τινὰς αὐτοῖς; τῇ ἐν πνεύματι περιτομῇ ἆρ' ἔςι τὸ ἰσοςατοῦν καὶ ἰσομοιροῦν ἀγαθόν; ἀποφανεῖς ἄρα πονηρὸν τὸ οὕτως ἐξαίρετον καὶ ὀνησιφόρον; εἰκαῖον εἶναί σοι δοκεῖ καὶ καταψεγμένον τὸ ἀπαλλάττον ἡμᾶς ἁπάσης ἀκαθαρσίας; Ἀλλὰ γὰρ πλεῖςοι, φησὶν, ἐν ὑμῖν οἱ κακοῦργοι καὶ μοχθηροί. καί τοι πῶς οὐχὶ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ τῶν ἀχάριςα ζῆν εἰωθότων τουτὶ γένοιτ' ἂν εἰκότως τὸ κατηγόρημα; ἢ γὰρ οὐχ ἅπασι τοῖς ἐπὶ γῆς χρειωδεςάτην τε καὶ ἀναγκαίαν εἶναί φῂς τῆς ἰατρικῆς εὐτεχνίας τὴν ὄνησιν, τὴν τῶν παθῶν ἀγριότητα τιθασσεύουσαν; ἀλλ' ὁ μὲν ταύτα τεχνίτης τοῖς ἠῤῥωςηκόσι χαρίζεται τὰς ἐπικουρείας· οἱ δὲ τῇ τῶν ὀρέξεων ἀκρασίᾳ τὸ χρῆναι νικᾶν ἐπιτρέποντες, καταςείονται πρὸς τὸ λυποῦν, καὶ πολεμοῦσι διὰ τούτου τῇ τέχνῃ, ὥστε καὶ ἀνόνητον εἶναι δοκεῖν τὸ σώζειν εἰδός. Ἆρ' οὖν ὀρθὰ καὶ δίκαια φρονεῖν ᾑρημένοι, τοῖς ἰατρικῆς εὐτεχνίας καθοριοῦμεν τὸ ἀδρανὲς, ἢ τοῖς ταύτῃ μεμμαχημένοις ἐποιησόμεν τὰς αἰτίας τοῦ μηδενὸς ἀπόνασθαι τῶν παρ' αὐτῆς; ἡ μὲν γὰρ ἦν οἵα τε πονοῦσιν ἐπικουρεῖν· οἱ δὲ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἡδοναῖς ἡττώμενοι, τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης διημαρτήκασιν ἀγαθῶν.

A IVLIANVS.

Circumcisio erit circa suam carnem, inquit. Hoc neglecto, nos cordibus, inquiunt, circumcidimur. Sane quidem. Nemo videlicet apud vos est improbus, nemo scelestus; ita circumcidimini cordibus. Bene habet. Obseruare azyma, & Pascha facere non possumus, inquiunt: pro nobis enim semel immolatus est Christus: deinde, vesci azymis prohibuit. At, per Deos, B vnus sum ex iis, qui a festis cum Iudæis celebrandis abhorrent, interim adorans Deum Abraham, & Isaac, & Iacob; qui & ipsi Chaldæi quum essent, de sacro & sacerdotali genere circumcisionem quidem didicerunt apud Ægyptios diuersati: sed Deum coluerunt, qui mihi & iis, qui sicut Abraham illum colunt, propitius fuit, idemque maximus ac potentissimus, vobis autem nequaquam benignus. Neque enim Abraham imitamini, quum aras ei excidendo, & ædi- C ficando altaria, tum sacrificiis perinde ac ille colendo. Gen. 17.

CYRILLVS.

An igitur, o egregie, optimas quasque res vituperabis, quod iis non recte vsi sint aliqui? Spiritali circumcisioni num aliud bonum æquari vel conferri potest? Malum igitur id esse pronuntiabis, quod tantum in se habet vtilitatis ac splendoris? Vanum tibi & vitu- D perandum videtur esse, quod nos a quauis immunditie liberat? At enim multi sunt apud vos, inquit, improbi ac scelesti. Verum nunquid ista accusatio est eorum, qui minus bonis sunt moribus, non autem circumcisionis? Annon enim mortalium generi quum vtilissimum, tum necessarium esse fateris medicinæ vsum, cuius ope morborum sæuitia mitigatur? At eius artis peritus opitulatur ægris: sed qui se libidinum intemperantia vinci patiuntur, in id quod noxium est præcipites feruntur, E & per hoc cum arte pugnant, adeo vt inutile videatur remedium, quod alioqui salutem esset allaturum. An igitur, si recta & æqua mens nobis est, medicinæ artem vanam esse statuemus, aut eius remedia nihil prodesse, apud eos qui aduersus illam pugnarunt caussabimur? illa enim ægros iuuare potis erat; sed hi suis voluptatibus victi, artis fructu exciderunt. Cur ergo

diuinitus datam illam in spiritu circumcisionem accusas, si qui profecto sunt apud nos, qui non tam sanctum vitæ genus amplexati, suis capitibus inutile reddunt tam optabile & expetendum illud cœlestis munificentiæ decus? Immolarunt agnum Israelitæ, panes insuper azymos comederunt, prisco Legis instituto. Sed in vmbris, vti dixi, veteribus depingebantur spiritualia: veritas illuxit. Christus enim verus ille agnus immolatus est pro nobis, pura certe & immaculata victima. Recessimus a typis, tempore forsan ad hoc vocante. Purissimum cibum confecimus, ex Euangelicis præceptis nimirum: & ab omni fermento, hoc est, nequitia diabolica, spiritali modo refugere operæ pretium duximus. Igitur a typis, vti dixi, destitimus, sed

Rom. 10. verum cultum implemus. *Finis enim legis ac prophetarum* est Christus, qui

Matth. 5. non mentitur quum ait: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Item: *Dico vobis: Iota vnum, vel apex vnus, non præteribit a Lege, donec omnia fiant.* Vt enim vmbras in tabulis præformatas colorum varietas opportune superinducta minime quidem tollit, sed illustriores potius efficit: eodem plane modo Legis vmbras non omnino sublatas esse dicimus, sed quodam veluti progressu potius ad veritatem perfectas; quod quum eius parturirent decus, ad illud eo tempore peruenerunt quo Christus exsplenduit. Quod ergo typis non nitimur, neque Iudaico ritu festos dies celebrare solemus, nostris rebus in melius prouectis, ne nobis illud crimini & probro vertat. Sin autem ideo stomachatur, & rerum ad meliorem statum progressionem vituperandam putat; licebit eodem quoque modo res omnes ad vitam spectantes non iuste reprehendere, quotquot in melius prouectæ sunt. Quod verum esse, patebit singulas perpendenti. Cæterum, vt eximia quadam pietate præditus videatur, simulat profiteturque se Deum Abrahami colere, magnumque illum esse, ac potentem, vnum forsan etiam e particularibus Diis eum esse dicens, qui certis in locis ac regionibus colun-

A Αἰτιᾷ τοιγαροῦν ἀνθ' ὅτου τὴν θεόδοτον ἐν πνεύματι περιτομήν, εἴπερ τινες ὅλως τῶν τελούντων ἐν ἡμῖν τῆς εὐαγοῦς πολιτείας τὴν οὐ τοιαύτην ἀνθηρημένοι ταῖς σφῶν αὐτῶν κεφαλαῖς ἀνόνητον ἀποφαίνουσι τὸ οὕτω τριπόθητον καὶ πολύευκτον, καὶ τῆς ἄνωθεν μεγαλοδωρεᾶς ἄξιον; Τεθύκασι τὸν ἀμνὸν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἄρτους ἀζύμους κατεδηδόκασιν ἐπ' αὐτὸν, κατά γε τὸ πάλαι τῷ νομίμῳ δοκοῦν· ἀλλ' ἐν σκιαῖς, ὡς ἔφην,

B ἐγράφετο τοῖς ἀρχαιοτέροις τὰ νοητά. ἐπέλαμψεν ἡ ἀλήθεια· τέθυται γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός, τὸ ἀβέβηλον ἀληθῶς καὶ ἄχραντον ἱερεῖον. ἀπεσχήμεθα τῶν τύπων, καιροῦ ἴσως καλοῦντος εἰς τοῦτο. τροφὴν πεποιήμεθα τὴν καθαρωτάτην, τὴν διά γε φημὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, ζύμης τε ἁπάσης, τοῦτ' ἔστι, κακίας διαβολικῆς ἀποφέρεσθαι νοητῶς, ἐν σπουδῇ καὶ λόγῳ τέθειται παρ' ἡμῖν. οὐκοῦν, ὡς ἔφην, τῶν μὲν ἐν τύποις ἀποπεπαύ-

C μεθα, τὴν δὲ ἀληθῆ πληροῦμεν λατρείαν. τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς, ὃς οὐκ ἂν διαψεύσαιτο λέγων. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλ' ἀποπληρῶσαι. καὶ πάλιν· λέγω ὑμῖν, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὥσπερ γὰρ τὰς ἐν τοῖς πίναξι προαναλυπουμένας σκιὰς, τὸ τῶν χρωμάτων πολυειδὲς ἐν καιρῷ προσενηνεγμένον ἥκιστα μὲν ἀναιρεῖ, μεθίστησι δὲ μᾶλλον εἰς ὄψιν ἐναργεστέραν· κατὰ τὸν ἴσον

D τουτονὶ τρόπον οὐκ ἀνατετράφθαι φαμὲν τὰς τοῦ νόμου σκιὰς, ἐκπεπεράνθαι δὲ μᾶλλον ὡς ἐν προόδῳ τῇ πρὸς ἀλήθειαν, εἰ τὸ ταύτης ὠδήνουσαι κάλλος, ἐπὶ καιροῦ πρὸς τοῦτο διεληλάκασι, καθ' ὃν ἐπέλαμψεν ὁ Χριστός. Ἀπαλλαττέτω τοίνυν ἡμᾶς αἰτίας καὶ γραφῆς, εἰ μὴ τοῖς τύποις προσερηρείσμεθα, μήτε μὴν ἑορτάζειν Ἰουδαϊκῶς εἰθίσμεθα, ἐπιβεβηκότων ἡμῖν τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον· εἰ δὲ ἀσχάλλει πρὸς τοῦτο, καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἐπίδοσιν,

E τὴν εἴς γε φημὶ τὰ βέλτιω, διαβολῆς ἀξιοῖ, ὥρα που τάχα καὶ ἅπασιν αὐτὸν τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν οὐχ ὁσίως ἐπιτιμᾶν, τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω λαχοῦσι πρόοδον· καὶ τοῦτο ὑπάρχον ἀληθὲς ἐνδείξειεν ἂν ἡ ἐφ' ἑκάστῳ βάσανος. Ὑποπλάττεται δὲ τὸ δοκεῖν εἶναί τις εὐσεβὴς, καί φησι σέβειν μὲν τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, εἶναί τε μέγαν καὶ δυνατὸν, ἕνα που τάχα καὶ αὐτὸν εἶναι λέγων τῶν μερικῶν κατά γε τόπους ἢ χώρας τι-

μωμένων Θεῶν, οὓς δὴ πολιούχους καὶ μὴν καὶ A ἐθνάρχας ὀνομάζει πλειστάκις. πανουργότατα τοίνυν καὶ ὑποτρέχειν μοι δοκεῖ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας τὴν δόκησιν, οὐ Θεὸν εἶναι πεπιστευκὼς ἕνα καὶ φύσει καὶ μόνον, καὶ ἐπὶ πάντας αὐτὸν, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις θεοῖς τιθεὶς ἐναρίθμιον. Ὅτι δὲ βωμοὺς οὐκ ἐγείροντες ἱερουργοῦμεν τῷ Θεῷ κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, αἰτιᾶται πάλιν ἡμᾶς. οὐ γὰρ δὴ μεμιμῆσθαι φησὶν αὐτὸν, οὐκ ἐννοῶν ὅτι τὴν ἀληθῆ τε καὶ ἀναγκαίαν τῶν ἐκείνου τρόπων B ὁμοίωσιν πεπλουτήκαμεν. ἐν ἀκροβυστίᾳ γὰρ ὄντες, καθάπερ ἀμέλει κἀκεῖνος, πεπιστεύκαμεν τῷ Θεῷ, καὶ δεδικαιώμεθα. γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. λελογίσμεθα δὲ καὶ ἐν τέκνοις καὶ αὐτοῦ ζηλοῦν προῃρήμεθα. θύομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ἄμεινον νῦν, ἢ ἐκεῖνοι τότε. ἐν καιρῷ γὰρ τύπων ἐκράτουν οἱ τύποι· τῆς δὲ ἀληθείας ἀναδεδειγμένης, τὴν ἀληθῆ λατρείαν ἀνάγκη κρατεῖν. Διασύρει δὲ πρὸς τούτοις τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, C καὶ δὴ καὶ φησίν·

tur, quos vrbium præfectos, adeoque gentium præfides, paſſim nominat. Vaferrime itaque pietatis opinionem captare mihi videtur, quum Deum illum eſſe non credat vnum, naturalem ac ſolum, omniumque ſupremum, ſed inter ſuos Deos ipſum collocet. Quod autem aris erectis Deo non ſacrificamus, ſicuti diuinus Abraham, rurſum nos arguit. Ait enim, nos illum non imitari; nequaquam inducens in animum, nos veram & neceſſariam eius morum ſimilitudinem adeptos eſſe. Nam in præputio quum eſſemus, ſicut ille nimirum, Deo credidimus, & iuſtificati ſumus. Scriptum eſt enim: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Gen. 15. Computati vero ſumus etiam inter filios, & eum imitandum ſuſcepimus. Sacrificamus quippe nos etiam melius nunc, quam tunc illi. Tempore enim typorum typi vigebant: poſtquam autem veritas patefacta eſt, verum cultum neceſſe eſt obtinere. Ad hæc vellicat diuinum Abraham, & quidem ait:

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἔθυε μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ καὶ συνεχῶς. ἐχρῆτο δὲ μαντικῇ τῇ τῶν διαττόντων ἀρίστῃ. Ἑλληνικὸν ἴσως καὶ τοῦτο· οἰωνίζετο δὲ μειζόνως· ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπίτροπον τῆς οἰκίας εἶχε συμβολικόν. εἰ δὲ ἀπιστεῖ τις ὑμῶν, αὐτὰ δείξω σαφῶς τὰ ὑπὲρ τούτων εἰρημένα Μωσῇ. D μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγενήθη Κυρίου λόγος πρὸς Ἀβραὰμ λέγων ἐν ὁράματι τῆς νυκτός· μὴ φοβοῦ Ἀβραὰμ, ἐγὼ ὑπερασπίζω σου· ὁ μισθός σου πολὺς ἔσται σφόδρα. λέγει Ἀβραάμ· δέσποτα, τί μοι δώσεις; ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος, ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ τοῦ οἰκογενοῦς μου κληρονομήσει με. καὶ εὐθὺς φωνὴ τοῦ Θεοῦ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, λέγοντος· οὐ κληρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, οὗτος κληρονομήσει σε. ἐξήγαγε δὲ αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐ- E ρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς. καὶ εἶπεν· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Εἴπατέ μοι ἐνταῦθα, τοῦ χάριν ἐξήγαγεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἀστέρας ἐδείκνυεν ὁ χρηματίζων ἄγγελος ἢ Θεός; οὐ γὰρ ἐγίνωσκεν ἔνδον ὢν, ὅσον τι τὸ πλῆθός ἐστι τῶν νύκτωρ ἀεὶ φαινομένων καὶ μαρμαρυζόντων ἀστέ-

IVLIANVS.

Enimuerò ſacrificabat Abraham, ſicuti nos, frequenter & aſſidue. Vtebatur vero diuinatione omnium præſtantiſſima. Græcanicum forſan & iſtuc: ſed auguriis maiorem in modum indulgebat: quin & cuſtodem domus habebat coniectorem. Quod ſi veſtrum aliquis non credit, oſtendam ea clare quæ de iſtis Moſe prædicauit: *Poſt hæc verba factus eſt ſermo Domini ad Abraham dicens in viſione noctis: Ne timeas Abraham, ego protego te: merces tua multa erit valde. Dicit autem Abraham: Domine, quid mihi dabis? Ego autem dimittor ſine liberis, & filius Maſee vernaculæ meæ hæres meus erit. Et ſtatim vox Domini facta eſt ad illum dicentis: Non erit hæres tuus iſte, ſed qui egredietur ex te, hic erit hæres tuus. Eduxit autem eum foras, & dixit ei. Reſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi potes dinumerare eas. Et dixit: Sic erit ſemen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei in iuſtitiam.* Gen. 15. Hic mihi dicite, quæſo, quam ob rem eduxit eum, & ſtellas oſtendit qui reſponſa dabat, ſiue Angelus is erat, ſiue Deus? Nam quamuis eſſet intra ædes, annon ſciebat quanta ſit aſtrorum noctu ſemper apparentium & corruſcantium multitudo?

do? Sed, opinor, quod ei ostendere vellet transcurrentes stellas, vt ad manifestam verborum fidem cœli decretum afferret, quod cuncta regit ac firmat.

CYRILLVS.

Sacrificiis certe deditus, & valde pius fuit diuinus Abraham: sed Græcorum ritu sacra non peragebat. Hi enim spiritibus impuris diuinos honores detulerunt; ille vero typice quidem adhuc, & in ipsis veluti Iudaici cultus rudimentis, cæterum naturali & vero Deo magno studio consecrabat, & aras passim erigebat. Sed forsan existimat tum diuinatione vsum hominem, cum [illegible] cursus curiose scrutatum, quasi necessarium & ineuitabile quiddam [illegible]erdum signent. Sed Græcanici delicti crimen istud est, ludicrum puerile, impostura vana, præterea nihil. [illegible]rte sapientissimus Abraham ea arte [illegible] vsus est. Quod autem aio, quiuis poterit vel ex sacrarum literarum simplicitate perspicere. Senex quippe ætate prouectus, dolebat sibi liberos non esse, quamuis spurium haberet Ismaelem. Præpotens vero Deus prolis ingenuæ fructus ei promisit, qui cum astris contenderent, & in multitudinem infinitam excrescerent. Ostendit ei stellas, dicens: *Sic erit semen tuum.* Licet igitur videre, si [illegible] eas ad exprimendam innumerabilem multitudinem assumi. At [illegible] dictum est, ipsum transcurrentes stellas obseruasse, siue eas quæ [illegible] promissum firmant, ac motu locali aliquid eorum quæ in Deo recondita sunt significant. Quid enim si ad eas [illegible]ndas vocatus est, vt opportune ac apposite ei diceretur: *Sic erit semen tuum.* Sed egregius iste, quod temere suspicatus est, veritatis vim habere vult, dicens: Sed quod vellet, opinor, transcurrentes ei stellas ostendere, vt ad verborum manifestam fidem cœli decretum afferret, quod cuncta regit ac firmat. Ita prorsus. Nihil [illegible] rerum futurarum vos latet, qui [illegible] transcurrentes, & cœli decretum, a [illegible]ntur omnia, perdocti estis. [illegible] qui[illegible]bus sunt fraudis officinæ [illegible] tabernæ mendaciorum? Hi [illegible] transcurrentium perpetua [illegible] admiratione defixi, pro [illegible]ndo[illegible]e obolis arcana pro-

A ρων; ἀλλ' οἶμαι δεῖξαι τοὺς διάττοντας αὐτῷ βουλόμενος, ἵνα τῶν ῥημάτων ἐναργῆ πίστιν παράσχηται, τὴν πάντα κραίνουσαν καὶ ἐπικυροῦσαν οὐρανοῦ ψῆφον.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Φιλοθύτης μὲν οὖν καὶ εὐσεβὴς ἄγαν ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ· πλὴν οὐ κατά γε τὸν Ἑλλήνων νόμον ἐποιεῖτο τὰς ἱερουργίας. οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ἐκνενεμήκασι τὰς τιμάς·
B ὁ δὲ, τυπικῶς μὲν ἔτι; καὶ ὡς ἐν πάχει λατρείας Ἰουδαικῆς, πλὴν τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντι Θεῷ καθιεροῦν ἐσπούδαζε, καὶ τοὺς κατὰ χώραν ἀνίστη βωμούς. Οἴεται δὲ ἴσως καὶ μαντικῇ κεχρῆσθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς τῶν ἄστρων περιεργάζεσθαι δρόμους, ὥς τι τῶν ἀναγκαίων ἐσθ' ὅτε κατασημαίνοντας. Ἑλληνικῆς δὲ τοῦτο ἐστὶν ἐμβροντησίας ἔγκλημα, καὶ μειρακιῶδες ἄθυρμα, καὶ φενακισμὸς εἰκαῖος, καὶ ἕτερον οὐδέν. ἐχρῆτο γε μὴν αὐτῷ κατ' οὐδένα τρόπον ὁ πάνσοφος Ἀ-
C βραάμ. ἴδοι δ' ἄν τις ὃ φημὶ καὶ ἐκ τῆς ἁπλότητος τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτης εἰς γῆρας ἐληλακὼς, ἐθρήνει τὴν ἀπαιδίαν, καί τοι νόθου παιδὸς ὄντος αὐτῷ τοῦ Ἰσμαήλ. ὁ δέ γε πάντα ἰσχύων Θεὸς γονῆς ἐλευθέρας αὐτῷ καρποὺς ἐπηγγέλλετο φιλονεικοῦντας τοῖς ἄστροις, καὶ εἰς πληθὺν ἰόντας τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα. κατέδειξε γὰρ αὐτῷ τοὺς ἀστέρας, λέγων· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. ἔνεστι τοίνυν τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν, εἰς παράδειγμα σαφὲς τῆς ἀμετρήτου πληθύ-
D ος. εἴρηται δὲ οὐδαμοῦ, καὶ τοὺς τῶν ἀστέρων διάττοντας κατιδεῖν αὐτὸν, ἤγουν τὸ ἐπαγγελθὲν διακυροῦντας τοῖς δρόμοις, καὶ ταῖς κατὰ τόπον κινήσεσιν ὑποφαίνοντάς τι τῶν ἐν Θεῷ κεκρυμμένων. τί γὰρ, εἰ κέκληται πρὸς τὸ ἰδεῖν αὐτοὺς, ἵν' ἐπικαίρου τε καὶ εὐαφόρμως λέγηται πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Ὁ δὲ πανάριστος οὑτοσὶ, τὸ ἀβασανίστως ὑποπτευθὲν εἰς ἀληθείας δύναμιν λέγων· ἀλλ' οἶμαι δεῖξαι τοὺς διάττοντας αὐτῷ βουλόμενος, ἵνα τῶν ῥημάτων
E ἐναργῆ πίστιν παράσχηται τὴν πάντα κραίνουσαν καὶ ἐπικυροῦσαν οὐρανοῦ ψῆφον. πάνυ γε. οὐ γὰρ λανθάνει ὑμᾶς τῶν ἐσομένων οὐδὲν, τοὺς τῶν ἀστέρων διάττοντας, καὶ τὴν πάντα κραίνουσαν οὐρανοῦ ψῆφον ἐκδεδιδαγμένους. ὁρᾶς τουτουσὶ τοὺς τὰ τῆς ἀπάτης ἔχοντας ἐργαστήρια, τὰ τῶν ψευδολογιῶν πωλητήρια; οὗτοι τοὺς διάττοντας τῶν ἀστέρων ἀεί πως καταθαυμάζοντες, ὀλιγίσων ὀβολῶν ἔσθ' ὅτε τὰ ἐν οὐρανοῖς κα-

λῦσι μυστήρια· γύναια δὲ συναρπάζοντες, τῶν A ἀγελαίων τὸν νοῦν καταθέλγοντες, ἀδρύνουσι τὰ βαλάντια· μᾶλλον δὲ σμικρὰ λημμάτια παρακλέπτοντες, τῆς οὕτω ψυχρᾶς τερατολογίας μισθοὺς ἐρανίζονται, καί τοι καθά φησιν ὁ τῆς ἀληθείας ἐνστάτης τὴν πάντα κραίνουσαν οὐρανοῦ ψῆφον τῇ τῶν ἀστέρων κινήσει μανθάνοντες. Φένακες δὲ καὶ ψευδοεπεῖς καὶ τῶν ἀληθινῶν οὐδὲν εἰδότες; ἁλοῖεν ἄν. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πεποιῆσθαι δέ φαμεν παρ' αὐτοῦ τῶν ἀστέρων χορὸν, οὐ τὸ τῶν ἁγίων B Προφητῶν ἀξίωμα περικείμενον, οὔτε μὴν ἐφ' ἑτέροις τισὶν, πλὴν ὅτι μόνον ἵνα φαίνωσιν τοῖς ἐπὶ γῆς, εἶεν δ' ἂν εἰς καιρῶν σημεῖα. μεμαρτύρηκε γὰρ οὕτω τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. Παρατρύζει δὴ οὖν εἰκῆ, καὶ διατεκμαίρεται μάτην τῇ διὰ τῶν ἀστέρων μαντικῇ κεχρῆσθαι λέγων τὸν Ἀβραάμ. οὐ γάρ τοι τοὺς διάττοντας τῶν ἀστέρων, ἀλλὰ τὸ πλῆθος αὐτῷ παραδεδεῖχθαι φαμέν. οὕτω γὰρ ἔσται, φησι, τὸ σπέρμα σου. Οἰωνίζεσθαι δὲ C πρὸς τούτῳ φησὶν αὐτὸν ὡδί γεγραφώς·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅπως δὲ μή τις ὑπολάβῃ βίαιον εἶναι τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν, ἐφεξῆς ὅσα πρόσκειται παραθεὶς αὐτῷ πιστώσομαι. γέγραπται γὰρ ἑξῆς· εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ἐξάγων σε ἐκ χώρας Χαλδαίων, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην κληρονομῆσαι. εἶπε δὲ· δέσποτα κύριε, κατὰ τί γνώσομαι, ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; εἶπε δὲ αὐτῷ· λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ D αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα, καὶ περιστεράν. ἔλαβε δὲ αὐτῷ πάντα ταῦτα, καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσα. καὶ ἔθηκεν αὐτὰ ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις· τὰ δὲ ὄρνεα οὐ διεῖλε. κατέβη δὲ ὄρνεα ἐπὶ τὰ διχοτομήματα, καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἀβραάμ. Τὴν τοῦ φανέντος ἀγγέλου πρόῤῥησιν, ἤτοι Θεοῦ, διὰ τῆς οἰωνιστικῆς ὁρᾶτε κρατυνομένην, οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς ἐκ παρέργου, μετὰ θυσιῶν δὲ τῆς μαντείας ἐπιτελουμένης. Φησὶ δὲ ὅ- E τι τῇ τῶν οἰωνῶν ἐπιπτήσει βεβαίαν ἔδειξε τὴν ἐπαγγελίαν. Ἀποδέχεται δὲ τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραὰμ, προστεπάγων, ὅτι ἄνευ ἀληθείας πίστις ἠλιθιότης ἔοικέ τις εἶναι καὶ ἐμβροντησία. τὴν δὲ ἀλήθειαν οὐκ ἔνεστιν ἐκ ψιλοῦ ῥήματος, ἀλλὰ χρή τι καὶ παρακολουθῆσαι τοῖς λόγοις ἐναργὲς σημεῖον, ὃ πιστώσεται γενόμενον τὴν εἰς τὸ μέλλον πεποιημένην προαγόρευσιν.

A dunt cœlestia. Mulierculis autem ad se pertractis, & imperitæ plebeculæ animis illectis, crumenas implent, quin potius minima lucella suffurantes, tam frigidæ portentorum narrationis mercedem corrogant, quamuis, vt ait veritatis hostis, ex motu siderum cœli decretum, quo firmantur omnia, percipiant. Sed impostores & mendaces & veritatis ignari plane comperientur. *Quis enim nouit mentem Domini* vt scriptum est. Dicimus autem, ab eo B factum esse chorum astrorum, sanctorum Prophetarum prærogatiua nequaquam præditum, neque sane alios in vsus, quam vt luceant hominibus, & sint in signa temporum. Id enim sacræ Scripturæ probat auctoritas. Frustra igitur obstrepit, ac temere hariolatur, quum ait, diuinatione astronomica vsum esse Abraham. Non enim ei transcurrentes stellas, sed earum multitudinem ostensam dicimus. *Sic enim erit*, inquit, *semen tuum*. Porro [illegible] C nus ipsum augurandi arte vsum ait, [illegible] verbis:

IVLIANVS.

Sed ne quis existimet violentam esse eiusmodi explicationem, ip[illegible] iis quæ proxime sequuntur, confirmabo. Scriptum enim est deinceps: *Di-* Gen. [illegible] *xit autem ad ipsum: Ego sum Deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum, vt dem tibi terram hanc in hæreditatem. Dixit autem: Dominator Domine, in quo cognoscam quod hæreditabo illam?* D *Dixit autem ei: Sume mihi iuuencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam. Accepit autem sibi hæc omnia, & diuisit ea media: & posuit ea contra faciem alterum alteri: aues autem non diuisit. Descenderunt autem aues super diuisiones, & cum eis sedit Abraham.* Animaduertite eius qui apparuit, siue Angelus is erat seu Deus, prædictionem [illegible] non, vt vos dicitis, obiter, [illegible] bitis victimis diuinatione peracta. Di- E cit autem, quod auium aduolatu fi[illegible] ostenderit esse promissionem. E[illegible] vero fidem Abrahæ probat, [illegible] dem veritate vacuam [illegible] & [illegible] r[illegible] videri. [illegible] tem [illegible] con[illegible] tare nudo [illegible], se[illegible] ne[illegible] se vt orationi[illegible] nun[illegible] quod seq[illegible] erit, [illegible] faci[illegible] quæ [illegible] turum [illegible] di[illegible].

CYRILLVS.

Rursum hic adulterata est ab eo sacrarum literarum fides. Earum quippe vim & intellectum transfert ad suam vnius mentem & opinionem, quamcunque temere sibi finxerit. Nam ego idipsum ei euenire statuo, quod saepe contingit iis qui transcurrentes nubes defixis luminibus aspiciunt. Putant enim qui hoc identidem faciunt, centauros interdum aliquos, ac leones, nec non homines se videre; quum ea mens effingat, ac velut vmbris quibusdam res in se formet, quae plane non existunt. Sed diuinae Scripturae sensum arbitror auditoribus esse clare proponendum. Hoc enim pacto, quam frigidus ille sit ac vanus, cunctis rursus patebit. Promisit quippe vniuersi Deus terram se daturum Abrahamo, quae non multo post tempore implenda foret, & ab eius semine inhabitanda. Quum autem promissionis magnitudo spem quodammodo superare videretur, (quae enim insperata sunt, etiam credi non solent) signum petens hoc addidit: *Domine, in quo cognoscam hoc?* Atqui Deo loquente, senem istum haerere nullo modo decebat. Sed quum in fidei adhuc esset initiis, ei sese Deus accommodat; & pietatis in eo soliditatem ac firmitatem stabiliens, eique laboranti pro maxima sua clementia pusilli animi remedia largiens, iuramento confirmare promissum voluit. At mos erat Chaldaeis firmissima iusiuranda facere per medias victimarum partes transeundo, idque patriis legibus sancitum erat. Hoc facere iubet, dicens: *Accipe mihi iuuencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam.* Cuius rei non ignarus diuinus ille Abraham, quamuis Deo iubente vt id solum acciperet, caetera ipse adiiciens, vt mos erat in foederibus sanciendis, victimas iugulatas bifariam diuidens, eas hinc & inde rite collocauit, quasi Deus vtique per medium esset continuo transiturus. Videre autem licet, iuramenta quaedam hodieque apud barbaros hoc ritu concipi, vt & apud nonnullos veteres. Sophocles quippe in Antigone nuncium quendam ex iis, qui iussi erant

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἐκκεκαπήλευται πάλιν ἐν τούτοις τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἡ πίστις. ἀποφέρει γὰρ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν δύναμιν, εἰς τὸ αὐτῷ τε καὶ μόνῳ καὶ λίαν ἀκατασκέπτως οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπειλημμένον. καί τοι τοιοῦτον αὐτὸν ὑπομεῖναι φημί, ὁποῖόν περ ἂν συμβαίνοι πολλάκις τοῖς ταῖς διαττούσαις νεφέλαις ἐνιεῖσι τὸν ὀφθαλμόν. οἴονται μὲν γὰρ οἱ τοῦτο δρᾶν εἰωθότες, κενταύρους ἔσθ' ὅτε τινάς, καὶ λέοντας, καὶ μὴν καὶ ἀνθρώπους ὁρᾶν, εἰδοποιοῦντος αὐτοῖς τοῦ νοῦ τὰ ὀνομασμένα, καὶ οἷ ὄντινι σκιαῖς εἰσημαινομένου τῶν ὑφεστηκότων οὐδέν. Χρῆναι δὲ οἶμαι τοῦ θείου γράμματος νοῦν ἐναργῆ καταστῆσαι τοῖς ὁρωμένοις. εἴδεῖεν γὰρ ὧδέ τε καὶ οὐχ ἑτέρως ψυχρολογοῦντα πάλιν αὐτόν. Ἐπηγγέλλετο μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς γῆν χαρίζεσθαι τῷ Ἀβραάμ, ὡς ἐσομένην οὐκ εἰς μακρὰν ἔμπλεώ τε καὶ οἰκήσιμον τοῖς ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐπαγγελίας τὸ μέγεθος ἐδόκει πως εἶναι κρεῖττον ἐλπίδος· τὰ γάρ τοι τῶν πραγμάτων ἀδόκητα καὶ ἀπιστεῖσθαι φιλεῖ· σημεῖον αἰτῶν προστετίθει λέγων· δέσποτα, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἔδει μὲν οὖν κατ' οὐδένα τρόπον Θεοῦ λέγοντος ἐνδοιάσαι τὸν πρεσβύτην. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐν ἀρχαῖς τοῦ πιστεύειν ἔτι, συγκαθίσαται Θεὸς αὐτῷ, καὶ τὸ βεβηκὸς εἰς εὐσέβειαν καὶ ἱδρυμένον ἐπιστηρίζων ἐν αὐτῷ καὶ κολλῆς ἄγαν τῆς ἐνούσης αὐτῷ γαληνότητος. ἀρρωστοῦντι δωρούμενος τὰ εἰς ἄκεσιν ὀλιγοψυχίας, ὅρκῳ πιστοῦσθαι τὴν ἐπαγγελίαν ἤθελεν. ἀλλ' ἦν ἐν ἔθει Χαλδαίοις τοὺς ἀσφαλεστέρους ποιεῖσθαι τῶν ὅρκων διὰ μέσων ἰοῦσι τῶν διχοτομημάτων, καὶ νόμοις αὐτοῖς ἐγχωρίοις ἐβεβαιοῦντο χρῆμα. τοῦτό τοι δρᾶν ἐπιτάττει λέγων· λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα, καὶ περιστεράν· ὃ δὴ καὶ εὖ μάλα συνεὶς ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ, καί τοι Θεοῦ μόνον τὸ χρῆμα λαβεῖν προστάξαντος, αὐτὸς τὰ λοιπὰ προστιθείς, καὶ κατά γε τῆς ὁρκωμοσίας τὸν νόμον εἰς δύο τεμὼν τὰ κατεσφαγμένα, στιχηδὸν ἐτίθη, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα διὰ μέσου διάττειν μέλλοντος Θεοῦ. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ εἰς δεῦρο τοιούτους τινὰς ὅρκους συντιθεμένους παρὰ βαρβάροις, ἢ καὶ παρ' ἀτισι τῶν ἀρχαιοτέρων. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν Ἀντιγόνῃ εἰσκεκόμικέ τινα τῶν ἀγγέλων, οἳ δὴ καὶ τε-

τάχαλο τὸ Πολυνείκους σῶμα τηρεῖν τῷ τὰ Θη- A βῶν ἰθύνοντι κράτη λέγοντα· Κρέων οὗτος ἦν.

Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ Θεοὺς ὁρκωμοτεῖν.

Διὰ μέσου γὰρ ἰόντες πυρὸς, καὶ μύδρους ἑλόντες χεροῖν, ἐποιοῦντο τὰς ὁρκωμοσίας. Συγκαθίσταται δὴ οὖν, ὡς ἔφην, ταῖς τοῦ πρεσβύτου μικροψυχίαις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ κατά γε τὸ ἐντελὲς Χαλδαίοις συνετίθει τὸν ὅρκον οἰκονομι- B κῶς. γέγραπται γὰρ, ὅτι πρὸς δυσμὰς ὄντος τοῦ ἡλίου, λαμπάδες πυρὸς διὰ μέσων ἤεσαν τῶν διχοτομημάτων. διεμορφοῦτο δὲ πάλιν ὡς ἐν εἴδει πυρὸς ἡ θεία τε καὶ ἄχραντος φύσις. καὶ τοῦτο σεσίγηκε μὲν αὐτὸς, δεδιὼς οἶμαί που τὸν ἔλεγχον. Προσεπηγάγομεν δὲ χρησίμως ἡμεῖς, πληροφοροῦντες ὅτι παρελήφθη μᾶλλον εἰς ὅρκου χρείαν τὰ διχοτομήματα, καὶ οὐ, κατά φησιν αὐτὸς, τοῖς τῆς μαντείας τρόποις ἐν τάξει γεγόνασι θυσιῶν. εἰ δὲ ἐπέπτη τοῖς θύμασι τὰ C τῶν ὀρνέων βδελυρώτατα καὶ σαρκοφαγεῖν εἰωθότα, εἶτα ταυτὶ σεσόβηκεν ὁ Ἀβραὰμ, τί τὸ ξένον, ὦ τάν; οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον τὰ εἰς ὅρκου χρείαν παρειλημμένα, παραῤῥιπτεῖσθαι πρὸς ὕβριν τοῖς τῶν ὀρνέων βδελυρωτάτοις, καί τοι τῶν ὅρκων οὔπω τετελεσμένων. Ἐπειδὴ δέ φησιν, ἄνευ γὰρ ἀληθείας πίστις ἠλιθιότης ἔοικέ τις εἶναι καὶ ἐμβροντησία, φαμὲν ὅτι μάλιστα μὲν οὖν, ὦ γενναῖε, τὸ πίστει παραδεκτὸν ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρή· τὸ γάρ τοι βα- D σανιζόμενον, πῶς ἔτι πεπίστευται; πλὴν προσεπενήνεκται τῇ πίστει τὸ ἀληθές. οὐ γὰρ ἦν ὅρκων ἄμεινον τὸ ἐπιπτῆναι τοῖς θύμασι τὰ μιαρὰ καὶ βέβηλα τῶν ὀρνέων, ἀλλ' ἦν ἡ πίστις ἑδραιοτέρα, σύνδρομον ἔχουσα τὴν ἀπό γε τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν. Συμβολικὸν δὲ αὐτῷ καὶ οἰκέτην εἶναι φησὶν, ἀπὸ τοιοῦδέ τινος πράγματος εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ἐνηνεγμένος. ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, ἀπόλεκτον μὲν ἐποιεῖτό τινα τῶν κατὰ τὴν ἑστίαν, καὶ E νυμφαγωγεῖν ἐκέλευε τῷ Ἰσαὰκ εἰς τὴν τῶν ποταμῶν ἰόντα μέσην, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ συγγενείας ζητῆσαι τὴν σύνοικον. ὁ δὲ τὸ προστεταγμένον διαπεραίνειν ἤθελεν, ἀφικόμενος δὲ κατά γε τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν εἰς Χαράν· πόλις δὲ αὕτη τοῦ Ἀβραὰμ ἡ πρώτη· λιτὴν ἀνατείνας, συναίρεσθαι οἱ πρὸς τοῦτο παρεκάλει τὸν Θεόν. εὖ μὲν γὰρ ἠπίστατο, δεξιῶς ἔχοντα τὸν ἑαυτοῦ δε-

A Polynicis corpus seruare Creoni Thebanorum Regi, introduxit ita loquentem:

Parati autem eramus massam ferri candentem manibus tollere,
Et per ignem transire, & Deos iurare.

Per medium etenim gradientes ignem, & ferrum ignitum manibus capientes, fœdera sanciebant. Senis ergo, vti dixi, angusto animo sese vniuersi Deus accommodat, & Chaldaico ritu iusiu- B randum concepit singulari consilio. Scriptum est enim, quod quum Sol ad occasum vergeret, lampades ignis per medias diuisiones transierunt. (Gen. 15.) Rursum in specie ignis quodammodo figurata est diuina illa & purissima natura. Atque hoc ipse quidem siluit aduersarius, veritus, opinor, reprehensionem. Vtiliter porro nos probauimus, bipertitas victimas ad iurisiurandi vsum fuisse potius assumtas, quam, vt ipse ait, in diuinandi generibus sacrificiorum locum C tenuisse. Quod si obscœnæ & carniuoræ volucres in victimas inuolarunt, & eas abegit Abraham, quid mirum est, o bone? Non enim consentaneum erat, vt dirarum auium iniuriæ paterent, quæ ad iurisiurandi vsum assumta fuerant, & quidem quum iuramenta completa nondum essent. Quod autem Iulianus ait, fidem veritate vacuam væsaniam quandam videri ac stuporem; respondemus vtique, o egregie, id quod fide percipitur, non esse curi- D osius inquirendum. Nam quod adhuc inquiritur, quo nam pacto persuasum est? Veruntamen fidem subsecuta est veritas. Nam quod impuræ & obscœnæ volucres inuolarent in sacrificia, iuramentis quidem non præstabat, sed fides erat firmior, quæ iuramentorum stabilitate niteretur. Addit, seruum ei quoque fuisse coniectorem, ex huiusmodi re fortassis in eam adductus sententiam. Diuinus quippe Abraham v- E num quendam præcipuum inter domesticos habuit, eique iussit Isaaco sponsam in Mesopotamia, deque sua cognatione vxorem quærere. Ille, vt imperata faceret, profectus e heri nutu in Charan, (ciuitas autem hæc prima est Abrahami) fusis precibus, vt sibi ea in re opitularetur, Deum rogabat. Optime enim nouerat, herum suum

erga exteros inprimis hosp[illegible] esse ac benignum: ei vero quærebat puellam iisdem moribus ac perquam liberalem, ne, si dissimili reperta esset ingenio, senis gloriæ officeret. Alia quoque ratio afferri potest. Domestici heram sibi mitem, bonam, & liberalem optant: restrictam vero & malignam fugiunt ac oderunt. Quum autem corda nosse vnius supremi Dei sit, precabatur illum identidem vt sibi virginem bonam & hospitalem ostenderet, & heri moribus persimilem. Proinde rogabat vti, quam quærebat, ea esset, quæ potum petenti sibi largissime traderet. Hinc enim puellæ coniicere quodammodo poterat indolem, & istud ceu quendam arrhabonem spei suæ capere. Ostendit igitur ei puellam is, qui corda nouit & renes. Quocirca ne coniectorem dicat eum, qui precibus a Deo petiit ostendi sibi virginem eiusdem animi cum hero, id est, Abrahamo, & eius filio; quando nos etiam nunc, si quid nobis sensus & pietatis inest, in omni re adiutorem & propitium rectorem vniuersi Deum procuramus, & quarumcunque rerum agendarum iter ab eo quærimus: neque tamen idcirco nos coniectores & hariolos dixeris, sed ob pietatem potius in Deum laudaueris. Certe datas sibi quoque voces auium, inquit, quibus admonitus est fore vt in imperii solio sederet. O sapientissimos eius Prophetas! Prædixerunt ei res tam augustas, tamque eximias, picarum forte aut merularum voces: addam & charadriorum: auicula quippe est omnium maxime garrula. Sed eius suffragatoribus oscinum greges obstrepant quod velint; fraus enim ipsis amica fere semper est. Nos autem auibus, quæ capiti nostro superuolitant, valere iussis, rerum omnium scientiam vniuersi dominatori Deo tribuimus, eumque dicimus cœli ac terræ solum esse regem ac dominum rerum visibilium & inuisibilium, quæque sensu aut intellectu percipiun-

A αστότην εἰς φιλοτιμίας τὰς ἐπί γε τοῖς ἐξ ἀλλοδαπῆς ἥκουσι παρ' αὐτῷ. ὁμοήθη δὲ καὶ ἀφθονωτάτην ἐζήτει κόρην, ὡς ἂν μὴ ἑτερογνώμων εὑρεθεῖσά πως τῇ τοῦ πρεσβύτου δόξῃ, διαλυμήναιτο. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον. φίλον πως ἀεὶ καὶ πολυευκτον τοῖς κατά γε τὴν ἑστίαν οἰκέταις, ἀγαθὴ καὶ ἡμερωτάτη δέσποινα, καὶ εὖ ἔχουσα τὰ εἰς φιλοτιμίαν· [illegible] οὐ ἀκριβὴς καὶ βάσκανος, φευκτή τε καὶ ἀπε-
B στυγημένη. ἐπειδὴ δὲ τὸ καρδίας εἰδέναι πρέποι ἂν μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντα Θεῷ, ἐδεῖτο πλειστάκις καταδεῖξαί οἱ παρθένον ἀγαθήν καὶ φιλόξενον, καὶ τοῖς τοῦ δεσπότου συμβαίνουσα τρόποις. εὐχόμενος τοίνυν ἔφη ταύτην εἶναι τὴν ζητουμένην, ἣν ἂν αἰτήσας πιεῖν, ἀφθονώτατα λάβοι. καὶ γάρ ἦν πως ἐντεῦθεν [illegible] τεκμήρασθαι τῆς γυναικὸς τὴν γνώμην. καὶ [illegible] τινας ἀρραβῶνας τῶν ἔσεσθαι προσδοκωμένων τὸ χρῆμα λαβεῖν. κατέδειξε τοίνυν αὐτῷ τὴν
C κόρην ὁ καρδίας εἰδὼς καὶ νεφρούς. Ο[illegible] λέγετω συμβολικὸν τὸν αἰτήσαντα [illegible] καταδειχθῆναι παρὰ Θεοῦ τὴν ὁμο[illegible] δεσπότῃ, φημὶ δὴ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ τοῦ φύντι παιδί, ἐπεὶ καὶ νῦν ἡμεῖς εἴ τι [illegible] ἀγχίνοι καὶ θεοφιλεῖς, ἐπὶ παντὶ πράγ[illegible] συλλήπτορα καὶ ἐπαγωγὸν ποιού[illegible] σπ[illegible]ζομεν τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεὸν καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πρακτέων παρ' αὐτοῦ ζητοῦ[illegible] ὁδόν. καὶ οὐ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας συμβολι-
D κῶς μαντεύεσθαι φαίη τις ἂν ἡμᾶς, ἐπαι[illegible] δὲ μᾶλλον τῆς εἰς Θεὸν εὐλαβείας. [illegible] γε μὴν καὶ αὐτῷ, φησὶν, ὀρνίθων φωναὶ, ὁ[illegible] ἀκούσας ὅτι τοῖς τῆς βασιλεία[illegible] ἐγκαθιδρυνθήσεται θρόνοις. ὦ σοφωτάτων αὐτοῦ προφητῶν. προεσήμηναν αὐτῷ περὶ τῶν οὕτω σεπτῶν καὶ ἐξῃρημένων πραγμάτων, αἱ κιττῶν που τάχα καὶ κοψίχων φωναὶ, προσθήσω δὲ καὶ χαραδ[illegible] [illegible]αλ[illegible]στατον γὰρ ὅτι μάλιστα τὸ στρούθιον. ἀλλ' α[illegible] οἱ
E μὲν τὰ ἴσα φρονεῖν ἑλόμενοι αὐτῷ [illegible] ἀγέλαι παρατρυζέτωσαν τὸ δοκοῦν· ἀεὶ γάρ πως αὐτοῖς ἡ ἀπάτη φίλον. ἡμεῖς δὲ τοῖς ὑπὲρ κάρα φοιτῶντας ὄρνις πολλὰ χαίρειν λέγοντες, τὰ πάντα εἰδέναι προσνέμομεν τῷ τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντι Θεῷ, αὐτόν τε φαμὲν μόνον εἶναι βασιλέα καὶ κύριον οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, δημιουργὸν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, αἰσθητῶν τε καὶ

νοητῶν. παρήγαγε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A

tur, opificem. Produxit enim ex nihilo in rerum naturam ea, quæ aliquando non erant, per Filium: per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria, cum sancto Spiritu, in secula, Amen.

LIBRI DECIMI CONTRA IVLIANVM FINIS.






PETRI MARTINII,
Morentini Nauarri,

EPISTOLA NUNCUPATORIA
editionis suæ operum Iuliani Imperatoris.

OTHONI COLIGNIO,
Cardinali Castellonio

PETRUS MARTINIUS,
Morentinus Navarrus,
S.



Pero equidem, Cardinalis amplissime, neminem fore, qui mihi iure succenseat, si Iuliani Imperatoris monumenta in vulgus edidero. Etenim vt impietatis & tyrannidis scelera, quibus se homo ille misere implicauit, nefaria & odio digna esse concedam; eloquentiæ quidem certe geniique clarissima lumina nihil, opinor, mereant cur vna cum illis extinguantur. Alioquin tollantur e medio Demosthenes, Cicero, Homerus, Virgilius, Plato, Aristoteles, & vno nomine omnes elegantis & politæ literaturæ auctores, poetæ, oratores, philosophi: denique humanitatis & prudentiæ artes omnes tollantur, quod fere a superstitiosis aut impiis hominibus traditæ sint. Quod si fieret, quam quæso rempublicam hodie teneremus? At e Latinis Lu-

cretius, e Græcis Porphyrius & Lucianus, Græce & Latine leguntur editi: & tamen qui horum monumenta extare conqueratur, esse arbitror neminem. Pertinet enim ad historiæ fructum in primis, atque ad antiquitatis notitiam, non solum illos aliquando vixisse, sed etiam qui qualesque fuerint, cognoscere. At fuerunt impii. Esto, siquidem & horum exempla valent ad homines deterrendum, atque ab impietate reuocandum: hinc ille infelix Theseus exemplo suæ miseriæ clamat apud inferos, sicut est apud Virgilium sexto Æneidos:

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Est autem Iuliani historia præcipuæ cuiusdam attentionis atque animaduersionis. Fuere in eo naturæ atque ingenii dotes eximiæ, magna virtus ac prope singularis in belli & pacis rebus administrandis; accesserat ad hæc tot bona veræ pietatis cognitio, amplis etiam vitæ testimoniis ornata. Sed homo imperii cupiditate flagrans, magicis ludibriis atque artibus captus, Christo renuntiauit, & summi potestatem imperii adeptus, crudelissime Christianos vexauit, scholis eos prohibuit, magistratibus mouit, bonis spoliauit, Athanasium expulit, denique modis omnibus Ecclesiam turbauit atque afflixit. Commodum igitur erit, & quis temporum illorum status, & qui sensus bonorum fuerit, ex his monumentis recordari. Enimuero quanta demum voluptas fuerit Ecclesiæ tantis malis perfunctæ ac liberatæ, non modo actorum laborum meminisse, sed & hostes, a quibus toties vulnerata sit, pulsos, & castra deserta, et eorum ducem prostratum ac iacentem intueri? Sic nempe Troiani illi, longæ obsidionis tædio defatigati, quum hostes amotos vident, lætantur, vt ait idem Poeta secundo Æneidos:

Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra
Desertosque videre locos, littusque relictum:
Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Quare ad illam historiæ vtilitatem hæc voluptas his legendis accesserit. Quamobrem si nulla in his scriptis eloquentiæ aut ingenii gratia appareret, attamen nemo, vt opinor, ægre ferre debebit, illa vtilitatis & voluptatis commoda per nos secum esse communicata. Quod autem ad editionis fidem attinet,

quo-

quoniam exemplar vnicum ex Petri Rami bibliotheca nactus eram, idque locis aliquot vitiosum; veterem lectionem, vbi peccare videbatur, ex nostro sensu mutauimus, sed in margine, quemadmodum antea legeretur, admonuimus. Accipies igitur, Cardinalis amplissime, & hoc editionis munusculum, & me eius auctorem, ea humanitate, qua soles omnes accipere, in quibus aliqua virtutis ac bonæ voluntatis significatio appareat. Multæ sunt atque illustres in omni genere laudes tuæ, sed vna in primis, quamdiu erunt litteræ, prædicabitur atque in cœlum fertur: quod Academiam Parisiensem tueris, ornas, amplificas: quod tua liberalitate multorum studia sustentas: quod denique bonos & doctos singulari studio atque amore complecteris. Quod vero Petrum Ramum, præceptorem meum, eximie diligis, non dico me vnum, sed omnes qui vbique terrarum sunt, veræ institutionis amantes, eius vigiliis excitatos & adiutos, in perpetuum tibi deuincis atque allicis ad te amandum omnique officio prosequendum. Habeo autem & alia nonnulla, vt in cæteris Hebræam grammaticam Logico artificio a nobis elaboratam, quæ in tuo nomine propediem edetur, si hæc tibi non ingrata accidisse cognouero. Vale. Lutetiæ, Calend. Maji, M D LXII.

Eiusdem

PRÆFATIO

in Iuliani Imperatoris Misopogonem;

vbi de auctoris vita ex variis, præcipue Marcellini, locis differitur.



IVLIANVM Imperatorem singulari ingenio & eloquentia fuisse, monumenta eius declarant: cæterarum etiam virtutum principe dignarum laudes ei non mediocres in historia tribuuntur; vt, si vera sint quæ de eo memorantur, non dubitem eum parte ista cum summis principibus conferre. Verum laudes istas omnes vna impietatis & ἀποστασίας macula in perpetuum deleuit atque extinxit. Magnum est hoc exemplum, & in primis considerandum, vt & principes & priuati homines tantæ & tam miseræ ruinæ periculum exti-

extimeſcant; Deum optimum maximumque ſincere colendum ſibi putent, veram pietatem vere & ſerio amplectantur, neque puerilem aliquem ludum quocumque arbitrentur eſſe; omninoque certiſſimum Chriſti oraculum illud ſecum reputent, *πολλοί εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, multi ſunt vocati pauci vero electi.* Quare vt tota hæc res facilius perſpiciatur, & propoſitæ orationis argumentum e ſuis cauſſis explicetur, Iuliani vita primum ex natura & educatione, deinde ex moribus ipſius cognoſcenda eſt.

Ad naturam tum patria & parentes, tum naturalis animi & corporis habitus pertinet. Patria igitur ei fuit Byzantium, vrbs Thraciæ nobilis & copioſa, tunc imperii ſedes ac domicilium, quæ Conſtantinopolis, & noua Roma dicta eſt. Parenres patria non minus nobiles & clari fuere. Pater quippe fuit Conſtantius magni illius Conſtantini frater; mater Baſilina nomine, iam inde a maioribus nobilis, ait Marcellinus. Quibus tamen non multum frui potuit. Pater ſiquidem poſt fratris Conſtantini obitum ab imperii ſucceſſoribus oppreſſus eſt: mater vero paucis menſibus poſt editum in lucem Iulianum exceſſit e vita. Itaque puer admodum cum fratre Gallo, quem vnicum ex patre habebat, eumque incertæ & pene afflictæ valetudinis, ab omni ſolatii ac præſidii ſpe inops relictus eſt: eademque prorſus, quæ patrem antea, filium vtrumque ruina oppreſſiſſet, niſi illum ætas, hunc valetudo periculo liberaſſet. Atque hæc naturæ ſemina fuere in patriæ ac parentum ſplendore. At in animo & corpore varia fuit naturæ affectio. Animus quidem ei fuit leuiſſimus: *Itaque* (ait Marcellinus lib. 22.) *præfectis proximisque permittebat, vt fidenter impetus ſuos aliorſum tendentes, atque decebat, monitu opportuno frænarent: monſtrabatque ſubinde ſe dolere delictis, & gaudere correctione.* Corporis vero mediocris habitus ſic ab eodem deſcribitur libro viceſimo quinto: *Figura* (inquit) *talis itaque membrorum: mediocris erat ſtaturæ, capillis tanquam pexiſſet mollibus, hirſuta barba in acutum deſinente veſtitus, venuſtate oculorum micantium flagrans, qui mentis eius anguſtias indicabant, ſuperciliis decoris, & naſo rectiſsimo, ore paulo maiore, labro inferiore diuiſo, opima & incurua ceruice, humeris vaſtis & latis, ab ipſo capite vſque ad vnguium ſummitates lineamentorum recta compage, vnde viribus valebat & curſu.* Hic per *mentis anguſtias* eadem, quæ ſupra, leuitas notatur: ſed firmitas additur corporis, vnde magna bellicæ laudis pars ſit poſtea conſecuta. Sed de tota hac re copioſior eſt & liberior Gregorii Nazianzeni oratio: qui cum Athenis vidit adoleſcentem, & ex animi corporiſque habitu futuros eius mores deprehendit. Sic autem loquitur libro ſecundo contra Iulianum: *Tum* (ait) *ſenſi me non malum hominis coniectorem fuiſſe; quamuis non ſim vnus ex iis, qui ingenio ad iſtas artes bene nati ſunt. Sed me diuinandi compotem efficiebat ingenii inconſtantia & mirabilis commotio, ſiquidem vates eſt optimus qui recte nouit conücere. Nullius quippe boni ſignum mihi videbatur eſſe ceruix prona, humeri vibrati & ſubſilientes, oculus errans & circumductus & furioſe intuens, pedes inſtabiles & claudicantes, irriſor, contumelias ſpirans & contemtum, vultus conformationes ridiculæ, idem præ ſe ferentes, riſus immoderati & effuſi, nutus & renutus ſine ratione, ſermo hæſitans & conciſus ſpiritu, percontationes ineptæ & ſtultæ, reſponſiones nihilo iſtis meliores, in ſeſe incurrentes, non conſtantes, nec doctrinæ ordine progredientes. Quid ſingula perſequar? talem ante opera vidi, qualem*

lem [illegible] oper[illegible] cognoui. Hæc ille. Vnde intelligimus inſitam atque ingenitam huic homini perpetuam leuitatem & inconſtantiam; vt erroris inde conſecuti prima iam cauſſa teneatur. Ergo natura talis fuit.

Quid educatio? quibus magiſtris, quo ſtudiorum atque artium genere, tractata & exculta eſt? Poſt annum ſeptimum ætatis præceptori traditus fuit Mardonio eunucho, qua de re ipſemet in Miſopogone hunc in modum Antiochenſes affatur: *Vultis* (ait) *nomen pædagogi & genus proferam? Homo barbarus, & genere Scytha is fuit, eodemque nomine atque ille, qui Xerxem ad bellum in Græciam nobileque Argos induxit. Hoc autem nomen, quod ante viceſimum menſem honoris, nunc contumeliæ cauſſa appellatur, Eunuchus erat, ſub meo auo educatus, vt matri meæ Homeri atque Heſiodi poemata exponeret. Quum autem illa paucis poſt menſibus mortua, me primum & ſolum filium reliquiſſet, tum ego tanquam virgo orba & deſerta, multis erepta calamitatibus, puella & tenera, poſt annum ſeptimum ipſi traditus fui.* Ab hoc igitur præceptore ad publicas ſcholas Conſtantinopoli deducebatur, ibique puerilem ætatem grammaticis ac rhetoricis ſtudiis exercuit. Nicoclem Lacedæmonium grammaticæ artis magiſtrum habuit; Ecebolium ſophiſtam rhetoricæ. Porro hic magiſter diſcipuli fortunam poſtea ſecutus, a Chriſtianis ad Ethnicos deſciuit, tandemque Iuliano extincto, ad Chriſtianos reuerſus pro foribus templi proſtratus clamitabat: *Calcate me ſalem inſipidum.* Attamen Iuliano hæc ſchola non minus pietatis & religionis, quam ingenii ac literarum fuit. Itaque publicum in Eccleſia munus anagnoſtæ obiuit, populoque audiente ſacros libros recitauit; neque quicquam ſibi maius & vberius ad gloriam poſſe contingere quam pietatem arbitrabatur. Ergo his magiſtris atque artibus deditus breui tantam eſt apud omnes famam & auctoritatem conſecutus, vt imperio adminiſtrando idoneus eſſe dictitaretur. Itaque ne qua inde nouarum rerum occaſio exiſteret, ab hac prima ſchola Nicomediam diſcedit.

Florebat tum in ea vrbe Libanius rhetor magna eloquentiæ laude, ſed ſuperſtitioni ethnicæ in primis addictus. Quocirca ab eius ſchola ſeſe primo continebat, & domi tantum libros eius lectitabat; quod iis mirifice delectaretur. At poſtea Libanii paulatim conſuetudine deprauatus, non tantum in ſcholam ventitare, ſed etiam Græcorum more in Chriſtianos declamare audebat; tanquam exercendi ingenii gratia vellet incredibilem aliquam theſin dicendo probabilem reddere. Hæc altera Iuliani ſchola fuit: ſchola, inquam, erroris & impietatis magiſtra. Recte ſiquidem ex Menandro ait Paulus:

Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί.
Corrumpunt mores bonos congreſſus mali.

Sed tamen in hac ſchola tales ei meditationes eloquentiæ fuere. Philoſophiam ibidem percepit. Erat eo tempore philoſophia non Platonica omnino, aut Ariſtotelica, ſed ex vtraque miſta: cuius inſtituti & Porphyrius paulo ante, & tunc Iamblichus, principes ferebantur. Iamblichi ſumma erat auctoritas apud omnes. Itaque hunc philoſophum in primis coluit, & ama[illegible], magniſque honoribus ac præmiis affecit. Philoſophiam igitur eiuſmo[illegible] habuit. Hinc ſe τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων, *Platonis & Ariſtotelis decretorum ſtudioſum* appellat in Epiſtolis. Quam ad rem multum

quoque eunuchi illius, de quo ante dixi, præceptoris opera vſus eſt; ſicut ipſe in Miſopogone declarat Antiochenſibus, quum vitæ ſuæ culpam ironia quadam in eum reiicit: *Sæpe* (ait) *nomina hæc, vt opinor, audita ſunt, tantopere videlicet exagitata & deriſa: Plato, Socrates, Ariſtoteles, Theophraſtus. His ſenex iſte quum nimis ſtulte ac ſimpliciter obſecutus eſſet, poſtea me puerum & diſcendi cupiditate flagrantem nactus, perſuaſit, ſi illorum veſtigiis vellem inſiſtere, meliorem me, non quidem cæteris fortaſſe hominibus (neque enim cum illis mihi certamen eſſe) ſed meipſo omnino futurum. Ego vero (quid enim aliud feciſſem?) ſeni obſecutus non poſſum iam quippiam mutare, quamuis maxime cupiam; meque incuſo, quod omnibus vitiis liberum aditum non patefaciam. Sed in mentem veniunt ea, quæ apud Platonem Athenienſis hoſpes diſſerit: Dignus eſt honore, qui nihil peccat; qui vero alios etiam ab iniuria deterret, plus quam duplici honore dignus eſt. Ille enim vni, hic pluribus par eſt, qui ſcelus aliorum indicat magiſtratibus; at qui ſocium præterea ſe adhibet in punienda iniuria, hic magnus vir in ciuitate & perfectus eſt, hic victor in virtutis certamine pronuntietur. Hæc me docebat ſenex ille.* Atque hæc fuit adhuc Iuliani philoſophia. Interea Nicomediam venit Maximus Epheſius philoſophus, qui ob magicas artes atque impoſturas poſtea a Valentiniano Imperatore capitis ſupplicio multatus. Hic Iuliani corruptor alter fuit, eumque docuit, vt ait Nazianzenus, impietatem ὅση τε περὶ ἀςρονομίαν, καὶ τὰς γενέσεις, καὶ φαντασίαν προγνώσεως τερατεύεται, καὶ τὴν ἐπὶ ταύτην τούτοις γοητικὴν, *quæ & in aſtronomia, & natalitiis, & ſpecie diuinationis ludificatur, horumque comite magica.* Hunc autem philoſophum quanti ſe nuper fecerit, epiſtolæ ad eum honorificis verbis conſcriptæ declarant. Ex hac ſchola Athenas deinde commigrauit, καθ' ἱςορίαν τῆς ἑλλάδος, καὶ τῶν ἐκεῖσε παιδευτηρίων, *ad Græciam viſendam, ſcholaſque regionis illius cognoſcendas*, ait Gregorius; vbi eum ipſi cognitum fuiſſe ſupra docuimus. Ergo Iuliani doctrina talibus magiſtris atque artibus inſtituta eſt: vt hinc iam erroris altera cauſſa facile appareat. Atque adhuc ſemina duntaxat videmus tum naturæ, tum doctrinæ: fructus deinceps in moribus videamus.

Marcellinus lib. 14. generatim eos attingit, quum Galli fratris mores comparat. *Tantum* (inquit) *a temperatis moribus Iuliani differens fratris, quantum inter Veſpaſiani filios fuit Domitianum & Titum.* Hic Gallus Domitiano, Iulianus Tito confertur. Ac ſane videtur ab omni moderatione ac modeſtia non abhorruiſſe, quum ex omnibus Imperatoribus Marcum philoſophum inprimis amauerit, ſibique imitandum propoſuerit: qui certe fructus non tam naturæ fuit, quam doctrinæ, quæ, vt ait Ouidius,

Emollitque animos, nec ſinit eſſe feros.

Sed tamen hanc morum moderationem tranquillitatemque quidam æſtus ambitionis perturbauit: vt hæc tertia cauſſa ad duas illas ſuperiores, de quibus antea in natura & educatione diximus, adiuncta, facile hominem a vero rectoque deductum in fraudem ac ſcelus præcipitauerit. Veruntamen iam mores ipſius in ſingulis virtutum partibus videamus. Ac primum fortitudo qualis fuit? Adoleſcens nondum [illegible] & viceſimum annum egreſſus Cæſar creatus eſt octauo Idus Nouembres, Arbetione & Lolliano Coſſ. quum quidem Barbari Gallias vaſtarent, & Imperator cum eis bellum gerere timore prohiberetur. *Conſtantium* (ait Marcellinus lib. 15.) *exagitabant aſſidui nuntii deploratas iam Gallias indicantes, nullo renitente ad internecionem Barbaris vaſtan-*

[illegible] *sa. æstuansque diu, qua vi propulsaret ærumnas, ipse in Italia residens, [illegible] (periculosum enim existimabat, se in partem contrudere longe dimotam) [illegible] tandem consilium rectum, & Iulianum patruelem fratrem, haud ita dudum ab [illegible]co tractu accitum, etiam tum palliatum, in societatem imperii asciscere cogi[illegible]bat.* Atque id postea perfecit, & Helenam sororem præterea ei nuptum dedit. Iulianus interea non ignarus quantis periculis obiiceretur, non tam se ad honorem, quam ad mortem vocatum arbitrabatur. Itaque quo die purpura indutus regio more in aulam inuectus est, hunc ex Homero versiculum dicitur vsurpasse,

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

Capit purpurea mors, & Parca violenta.

Murmurans etiam sæpe audiebatur, nihil se amplius assecutum, quam vt occupatior interiret. Hinc illa tacita conquestio in Misopogone: se ad Gallos, Germanos, Hercyniamque siluam, vt tanquam venator cum feris bellaret, esse relegatum. Et alio loco: *Videbatur*, inquit, *neuter nostrum velle: neque is qui hunc honorem, vel gratiam, vel quocunque alio nomine vultis appellare, libenter dabat; & qui accepit (dii sunt testes) vere & ex animo recusabat.* Hæc ille de seipso loquitur. *Et certe*, ait Marcellinus, *illud rumore tenus vbique iactabatur, quod Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus esset, sed vt posset per bella deleri sæuissima, rudis etiam tum, vt æstimabatur, ac ne sonitum quidem duraturus armorum.* Veruntamen rudis iste adolescens, & in Academiæ vmbra, non in sole ac puluere militari educatus, tantis periculorum fluctibus obiectus, quid fecit? Si prouinciam sibi commissam tueri, atque iniuriam tantum propulsare, non hostem lacessere, voluisset, tamen rem magnam præstitisse merito iudicaretur. At lacessiuit; & qui aliis terrori esse consueuerat, ipsum sibi timere coegit. Nihil dico quanta celeritate Barbaros Gallia expulerit; qua virtute nobiles & antiquas vrbes, Augustodunum, Autosiodorum, Tricassas, Remos defenderit: nihil denique cæteras res ab eo in Gallia & Germania gestas commemoro: hoc tantum dico, quod omnes vno ore scriptores illius ætatis prædicant, septem totius Germaniæ potentissimos reges vno ingenti difficillimoque prælio ad Argentoratum ab eo deuictos, principemque eorum Chodonomarium captum Romam ad Constantium missum esse, omninoque res Galliæ accisas atque afflictas in integrum statum ab eo restitutas fuisse. Sed hæc laus etiam miserrima ambitionis labe contaminata est, quum se Augustum salutari voluit. vnde bellum ciuile atrocissimum esset consecutum, nisi mors pene repentina Constantium ante sustulisset. Quo accepto nuntio Iulianus, primo Constantinopolin ad imperium constituendum, deinde Antiochiam ad bellum Persicum profectus est. Atque hic animaduertendum est, quod in historia narrat Socrates, Iulianum Pythagorea quadam μετεμψυχώσει persuasum se Alexandrum esse credidisse. Itaque similem fortasse gloriam e Persis deuictis sperabat: sed tamen res omnino aliter cecidit, vt post intelligetur. Quare videmus magnam prorsus in hoc imperatore virtutis huius laudem enituisse: ne quis putet, literarum sapientiæque studia bellicis laudibus officere, aut corporis viribus magis, quam animi prudentia, res magnas administrari.

Sed fuerit eiusmodi fortitudo, quid temperantia? Prorsus admiranda, tum domestica, tum externa: ac domestica quidem in victu, somno, & venere. De victu & somno Marcellinus lib. 16. *Phasianum*, ait, *& vuluam, & sumen exigi vetuit & inferri, munifico militis vili & fortuito cibo contentus. Hinc contingebat, ut noctes ad officia diuideret tripartita, quietis, & publicæ rei, & musarum: quod factitasse A-*

ſe Alexandrum legimus Magnum; ſed multo hic fortius. Ille namque ænea concha ſuppoſita, brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam: vt, quum neruorum rigorem ſopor laxaſſet, infuſus geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum. Iulianus vero abſque inſtrumento, quoties voluit, euigilauit: & nocte dimidiata ſemper exſurgens, non e plumis, vel ſtragulis ſericis ambiguo fulgore nitentibus, ſed ex tapete & σισύρα, quam vulgaris ſimplicitas ſiſurnam appellat. Hoc idem de ſe prædicat Iulianus in Miſopogone, quum ſe propterea inuiſum Antiochenſibus eſſe conqueritur. *Domeſtica autem*, inquit, *noctes inſomnes in ſtragulo, & victus omnis expers ſatietatis, mores acerbos efficiunt, & delicatæ vrbi repugnantes. Nolite tamen putare veſtra cauſſa id a me fieri: grauis quidam & ſtultus error iam inde a puero me induxit, vt ventri bellum facerem. Neque enim eum permitto epulis expleri. Itaque rariſſime omnium mihi contigit vomere: & memini id mihi accidiſſe, ex quo Cæſar ſum factus, ſemel tantum, neque id cibi copia, ſed caſu.* Ergo ad hunc modum ille de ſua in victu ſomnoque temperantia pene gloriatur. Hinc porro ſecuta eſt temperantia in venere: qua de re Marcellin. lib. 25. *Primum*, inquit, *ita inuiolata caſtitate enituit, vt poſt amiſſam coniugem, nihil vnquam venereum attingeret.* Vxorem autem amiſit paulo poſt Auguſti honorem ſuſceptum, quum filiolum infantem ex eadem antea in Gallia amiſiſſet. Mox pergens idem auctor: *Quam labem*, ait, *in adulto robore iuuentutis ita caute vitauit, vt ne ſuſpicione quidem tenus libidinis vllius, vel ſecretioris vitæ miniſtris incuſaretur, vt ſæpe contingit.* Et lib. 24. quum prædam bello Perſico captam commemorat: *Ex virginibus*, ait, *quæ ſpecioſæ ſunt captæ, vt in Perſide, vbi fœminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videre; Alexandrum imitatus & Africanum, qui hæc declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui ſe inuictos a laboribus vbique præſtiterunt.* Quin etiam tonſores & coquos eiecit, tanquam deliciarum atque intemperantiæ miniſtros. Marcellinus lib. 22. *Euenerat*, inquit, *vt ad demendum Imperatoris capillum tonſor venire præceptus, introiret quidam ambitioſe veſtitus. Quo viſo Iulianus obſtupuit: Ego, inquit, non rationalem iuſſi, ſed tonſorem acciri. Interrogatus tamen ille: quid haberet ex arte compendii? vicenas diurnas reſpondit annonas, totidemque pabula iumentorum, (quæ vulgo dictitant capita) & annuum ſtipendium graue, abſque fructuoſis petitionibus multis. Vnde motus, omnes huiuſmodi cum coquis ſimilibuſque aliis, eadem accipere bene conſuetos, vt parum ſibi neceſſarios, data quo velint eundi poteſtate, proiecit.* Atque hæc temperantia fuit domeſtica. Sequitur externa in theatris & ludis: cuius item gloriatio quædam eſt vituperationis ſpecie in Miſopogone: *Arceo*, inquit, *meipſum a theatris per ſummam ſtultitiam, neque in aulam admitto ſcenam, niſi anni principio, præ animi ſtupore, tanquam pauper agricola tributum aliquod pendens iniquo domino: at tum quoque, quum illuc introiui, ſimilior ſum deteſtanti eos ludos, quam ſpectanti.* Idem paulo poſt: *Attendite, magnum eſt nouum & admirabile quod dicam. Semper odi Circenſes, perinde vt forum qui obſtricti ſunt ære alieno. Itaque raro ad eos venio, nempe in deorum feriis: neque ibi diem conſumo, quod meus patruelis, auunculus, & germanus ex patre faciebant; ſed ſpectato ſexto fere curſu, neque id magna cum voluptate, imo hercle cum moleſtia & faſtidio, libens diſcedo.* Atque hunc quidem ſolius doctrinæ fructum eſſe idem ait: *Docuit me præceptor meus, quum ad magiſtros irem, terram non theatrum aſpicere, pluriſque mentum capitis mei æſtimare. Sæpenumero mihi puero dicebat præceptor ille: Ne ſinas te a tuorum æqualium multitudine in theatra induci, neque vlla eius ſpectaculi cupiditate tenearis. Circenſes requiris? apud Homerum eos elegantiſſime de-*

ſcriptos

Vulgo apud Marcellinum male legitur ξηριςα, & ſiſurnam.

scriptos reperies, cape librum & lege. Histriones audis saltatores? sine eos valere: fortius saltant iuuenes apud Phæacas. Habes illic citharœdum Phemium, & cantorem Demodocum. Sunt etiam apud eundem multæ stirpes, quæ maiore cum voluptate audiuntur, quam nostræ spectantur.

Sic quondam Deli sacras ad Apollinis aras,
Proceram viridi conspexi in gramine palmam.

Quid Calypsonis insula opaca arboribus? quid Circes antra? quid hortus Alcinoi? crede mihi, nihil videbis iucundius. Ergo temperantia hæc magna in Principe fuit, & ad doctrinæ diligentiam referenda. Interea tamen inanis quædam loquacitas, & indecora actio in eo notata est. *Cum die quodam*, ait Marcellinus, *ei caussas spectanti venisse nuntiatus esset ex Asia philosophus Maximus, exiliuit indecore: &, qui esset, oblitus, effuso cursu a vestibulo longe progressus, exosculatum susceptumque reuerenter secum induxit, per ostentationem intempestiuam nimius captator inanis gloriæ visus.* Hæc leuitas naturalis & insita ei fuit, vt antea patuit, neque doctrina vlla tolli potuit. Sed quoniam temperantiam perspeximus, prudentiam in omni doctrinæ parte videamus.

Ingenium discendi cupidissimum arguit epistola ad Ecdicium quendam præfectum Ægypti, qua Georgii Episcopi Alexandrini libros efflagitat: *Quidam*, inquit, *equis, alii auibus, nonnulli feris delectantur. Ego vero inde vsque a pueritia librorum cupiditate arsi.* Isocrates ait, ἐὰν ἧς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Ergo hæc φιλομάθεια Iuliano πολυμάθειαν peperit. Quid igitur, humanitatis artes, Grammatica, Rhetorica, Logica, quales in eo fuere? Grammaticæ & Rhetoricæ artis magistros antea vidimus, quibus artibus Logica etiam continebatur: verum ex eius scriptis clarius certiusque argumentum doctrinæ repetamus. Verisimile est in illo otio scholarum ac studiorum, antequam Cæsaris honorem contingeret, multa ab eo scripta esse, quæ temporis iniuria periere: ex quibus tantum nominantur orationes aliquot ad Iamblichum missæ, vt constat ex quadam ad illum epistola; at postquam ad rempublicam accessit, diligentius etiam studia hæc tractauit atque excoluit. Ex his vigiliis Suidas commemorat τοὺς καλουμένους Καίσαρας, *librum qui inscribitur Cæsares:* περὶ τριῶν σχημάτων, *de tribus figuris:* κρόνια, *Saturnalia:* περὶ τοῦ πόθεν τὰ κακὰ κατὰ τοὺς ἀπαιδεύτους, *unde mala oriantur secundum indoctos:* πρὸς τὸν κύνα Ἡράκλειτον, *ad canem Heraclitum:* πῶς κυνιστέον, *quomodo sit cynica vita instituenda.* Quæ opera, quod sciam, omnia periere. Extant quædam orationes Venetiis, & symposium alicubi in Italia, item hymnus in Solem: neque enim poeticam neglexit, vt declarant duo epigrammata non inuenusta, quæ seruatis numeris pene totidem verbis Latina fecimus. Ea sunt huiusmodi:

Ἰουλιανοῦ βασιλέως εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

Τίς; πόθεν εἶς, Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον,
Οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον.
Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε· σὺ δὲ τράγον. ἦ ῥά σε Κελτοὶ
Τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων.
Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ Βρόμον, οὐ Βρόμιον.

Ἰουλιανοῦ βασιλέως εἰς τὸ ὄργανον.

Ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν. ἦπου ἀπ' ἄλλης
Χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης.

Ἄργυιοι, οὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται,
Ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης
Νέρθεν εὐτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει.
Καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος, ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς,
Ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν·
Οἱ δ' ἁπαλὸν σκιρτῶντες ἀποθλίβουσιν ἀοιδήν.

Iuliani Imperatoris in vinum bordeaceum.

Quis Dionyse? aut vnde es? Bacchum namque per ipsum,
Te ignoro: solum nosco Iouis puerum.
Bacchus nectar olet, tu hircum: te Gallia nempe
Vitis inops spicis extulit e grauidis.
Ergo te fas est Cerealem, non Dionyson
Dicere, spicigenamque & Bromon, haud Bromium.

Iuliani Imperatoris in organum.

Quam cerno, alterius naturæ est fistula: nempe
Altera produxit fortasse hanc ænea tellus:
Horrendum stridet, nec nostris illa mouetur
Flatibus; at missus taurino e carcere ventus
Subtus agit laues calamos, perque ima vagatur.
Mox aliquis velox digitis, insignis & arte,
Adstat, concordes calamis pulsatque tabellas:
Ast illæ subito exiliunt, & carmina miscent.

Magni igitur doctrinæ testes hactenus fuere; ad quos nunc duo accedunt, Μισοπώγων, & Epistolæ: sed de illo dicetur postea, nam ad cæteras prudentiæ partes pergendum est. Quid ergo, in mathematicis, physicis, theologicisque rebus, quæ fuit eius prudentia? Astrologiam ab eo perceptam antea cognouimus: vnde sequitur, Arithmeticam & Geometriam, artes scilicet natura priores, ei non incognitas fuisse: sed Astrologiam diuinationum sophismatis, vt Physicam magicis imposturis, corruptam peruersamque habuit. In quadam ad Oribasium epistola somnium suum narrat de gemina arbore, qua se Constantiumque significat: *Tale quiddam*, inquit, *hodie vidi: arborem proceram in magno quodam triclinio insitam putabam, quæ in terram se inflecteret; eique aliam paruam, teneram, & valde florentem ad radices agnatam. Angebat me autem vehementer metus de exigua illa arbore, ne vna cum maiore auelleretur: & quum propius accessissem, cerno magnam arborem humi prostratam, paruam autem erectam quidem, sed a terra suspensam. Quod quum viderem, æstuans, Heu (inquam) quanta arbor, & tamen periculum est, ne surculus quoque ei agnatus intereat. Hic quidam mihi ignotus omnino, Contemplare (ait) diligenter, & bono sis animo: radice enim huius manente, parua illa arbor manebit, firmiusque hærebit.* Hic plane se Constantio successurum indicat. Eodem fere pertinent illa, quæ narrat Marcellinus libro vicesimo primo: *Quum apud Parisios*, ait, *Cæsar Iulianus quatiens scutum variis motibus exerceretur in campo, axiculis, queis orbis erat compaginatus, in vanum excussis, ansa remanserat sola: quam retinens valida manu stringebat. Territisque vt omine diro præsentibus cunctis, Nemo (inquit) vereatur: habeo firmiter quod tenebam.* *Item quum apud Viennam p[illegible] sceret sobrius, hora mediæ*

n... *imago quædam ſplendidior, hos ei verſus heroos modo non vigilanti aperte dixit, eadem ſæpius replicando, quibus fretus nihil aſperum ſibi supereſſe exiſtimabat*

Ζεὺς ὅταν ἐκ πλατὺ τέρμα μόλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.
Iupiter vbi tranſierit latum terminum inclyti aquarii,
Virginisque Saturnus partem venerit ad quintam &
Viceſimam, rex Conſtantius in Aſia terra
Terminum charæ vitæ triſtem & lamentabilem habebit.

Ex hac magica vanitate in falſam, impiam, & ſuperſtitioſam Theologiam prolapſus eſt. *Occulte*, ait Marcellinus, *Mercurio ſupplicabat: vtque omnes nullo impediente ad ſui fauorem illiceret, adhærere cultui Chriſtiano fingebat, a quo iam pridem occulte deſciuerat, arcanorum participibus paucis, aruſpicinæ auguriisque intentus, & cæteris quæ deorum ſemper fecere cultores.* Atque hæc quidem ſimulatio tantiſper fuit, dum vixit Conſtantius. At eo mortuo plane religionem mutavit; & callide interim populi diſſenſionem fouebat, vt ſecurius regnaret. *Vbi vero* (ait idem libro viceſimo ſecundo) *abolitus quæ verebatur, adeſſe ſibi liberum tempus faciendi quæ vellet aduertit, pectoris patefecit arcana: & plane abſolutis decretis aperiri templa, arisque hoſtias admoueri, & reparari Deorum ſtatuit cultum. Vtque diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos monebat, vt ciuilibus diſcordiis conſopitis, quisque nullo vetante ſuæ religioni ſeruiret intrepidus. Quod agebat ideo obſtinate, vt diſſenſiones augente licentia, non timeret vnanimantem poſtea plebem.* Hæc igitur religio ſatis hominis Theologiam declarat. In ſacris vero faciendis inepte fuit ſuperſtitioſus, atque ipſis etiam ethnicis ridiculus. *Superſtitioſus* (ait Marcellinus libro viceſimo quinto) *magis quam ſacrorum legitimus obſeruator, innumeras ſine parſimonia pecudes mactans; ut æſtimaretur, ſi reuertiſſet de Parthis, boues iam defuturos: Marci illius ſimilis Cæſaris, in quem id accepimus dictum,* οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι· ἂν σὺ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα, id eſt, *candidi boues Marco Cæſari: Si tu viceris, nos perimus.* Quanto vero Chriſtianæ religionis odio flagrauerit, libris aduerſus eam conſcriptis & editis declarauit. Theologia igitur eiuſmodi fuit. Fertur tamen de animi præſtantia egregie ſenſiſſe. Hinc illa ſane nobilis eius vox: *Turpe eſſe ſapienti, quum habeat animum, captare laudes ex corpore.*

Atque hæc de prudentia. Quid iuſtitia, qualis fuit? Conſtantio ſummum imperium eripuit: ſumma hæc fuit iniquitas. Chriſtianos vero licet non gladio & aperta vi, vt cæteri ante eum tyranni, attamen iniquisſimis & acerbisſimis legibus miſerrime vexabat. Extant in epiſtolis duo in eos edicta: alterum, quo ſcholis interdicit; alterum, quo bona fortunasque eis eripit: improbisſime etiam cauillatus, ſe id agere, ἵνα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτεροι πορευθῶσι, *quo facilius in regnum cœlorum veniant.* Prioris edicti meminit Marcellinus libro viceſimo ſecundo: *Illud autem*, inquit, *inclemens, obruendum perenni ſilentio, quod arcebat docere magiſtros rhetoricos, & grammaticos, ritus Chriſtiani cultores.* Quin etiam militiæ muneribus & magiſtratu gerendo eisdem interdixit, quod diceret Euangelium eis gladii poteſtatem adimere, vt tradidit

Socrates in Historia ecclesiastica. In quo peruerse & malitiose Euangelii auctoritatem vsurpabat, quæ non publicam vindictam prohibet, sed priuatam. Christianos etiam de iniuriis conquerentes reiiciebat illudens, *ὑμέτερον τὸ κακοπαθεῖν, vestrum est iniurias perferre.* Iudæos odio Christianorum beneficiis auxit, & ad templum restaurandum hortatus est: qua de re extat edictum in Epistolis. At id Iudæi contra Dei decretum frustra magnoque suo incommodo tentarunt. Testis est Marcellinus libro vicesimo tertio: *Ambitiosum quondam*, inquit, *apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina, obsidente Vespasiano, posteaque Tito, ægre est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curauerat pro præfect[is]. Quum itaque rei idem fortiter instaret Alypius, iuuaretque prouinciæ rector, metuendi globi flammarum, prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum: hocque modo elemento destinatius repellente, cessauit inceptum.* Atque hoc tantum in Christianos odium ne in caussis quidem disceptandis deponebat: quid enim quisque litigantium coleret, interrogabat. In hac tamen Principis iniquitate studium illud æquitatis tuendæ apparu[it], quod quædam in iure ciuili reformauerit. *Iura* (inquit Marcellinus libro vicesimo secundo) *correxit in melius, ambagibus circumcisis, indicantia liquide quid iuberent fieri vel vetarent.* Oderat etiam delatores. Itaque cum locupletem municipem quidam apud Iulianum læsæ maiestatis argueret, conuersus ad Comitem largitionum: *Iube*, inquit, *huic dari purpurea pedum tegmina ad aduersarium perferenda.* Delphidio etiam oratori vehementer quendam accusanti, & præ argumentorum inopia tandem exclamanti: *Ecquis, florentissime Cæsar, nocens esse poterit vsquam, si negare suffecerit?* respondit Iulianus: *Ecquis, innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* Hanc animi æquitatem in Principe laudo: quæ sequuntur, speciem habent clementiæ. Quum bellum pararet Constantio, militesque omnes, vno excepto Nebridio, consentirent, ob eamque caussam periculum Nebridio crearetur, paludamento eum texit Imperator: quumque ille abiectus & supplex dextram poposcisset: *Ecquid*, ait, *præcipuum amicis seruabitur, si tu manum tetigeris meam?* Lucilliano vero præfecto, in caussa pene consimili, quum purpuræ adorandæ facta esset potestas, isque iam nonnihil ex metu recreatus diceret: *Incaute, o Imperator, & temere cum paucis, alienis partibus te commisisti;* Iulianus subridens respondit: *Hæc verba prudentia serua Constantio: maiestatis enim insigne non vt consiliario tibi, sed vt desinas pauere porrexi.*

Ergo hæc animi moderatio æquitasque hactenus laudetur. At quod sequitur, nequaquam sapiente & politico principe dignum videatur. Quum enim Constantinopoli decedens Antiochiam venisset ad bellum cum Persis gerendum, & in ea vrbe hyemare statueret nulla probabili ratione adductus, sed inani tantum gloriæ cupiditate, quo popularis princeps videretur, legitimum annonæ pretium diminuit: quæ res famem & inopiam ciuitati, Iuliano vero summum odium peperit. Atque vt erat populus Antiochensis natiua quadam ingenii libertate facetus & dicax, varie Iulianum cauillabatur. Marcellinus libro 22. *Ridebatur* (inquit) *vt cercops, homo breuis, humeros extentans angustos, & barbam præ se ferens hircinam, grandiaque incedens, tanquam Oti frater & Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit: idemque Victimarius pro Sacricola dicebatur, ad crebritatem hostiarum alludentibus multis: & culpabatur hinc opportune quum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mulierculis*

læta

lætabatur. His Marcellini verbis duo præcipue in Iuliano notantur, persona & religio; tertium ex Misopogone additur, de numi charactere. Is erat taurus in ara supinus: quo significabat Iulianus veterem morem sacrificiorum a se reuocatum; at Antiochenses interpretabantur, mundum a Iuliano esse subuersum. Ergo ad eiusmodi conuitia vlciscendum editus est Misopogon, cuius summa breuiter iam exponenda est. In eo tria fere crimina obiiciuntur Antiochensibus: primum est intemperantia, quod ludis & theatris dediti sint; alterum impietas, quod, neglecta patrum suorum religione, Christum pro Ioue & Apolline colant; tertium & postremum est iniquitas magistratuum, qui locupletum auaritiam, ex qua fames in vrbe orta sit, tolerent ac dissimulent. Atque in hac oratione quum re ipsa Antiochenses vituperentur, tamen contrarium simulatur: perpetua siquidem ironia σωκρατικῶς adhibetur, qua Iulianus videtur non Antiochenses, sed seipsum accusare, quod eorum mores imitari nequeat. Inducitur enim tanquam dialogismo populus Antiochensis differens in Iuliani barbam (vnde Μισοπώγων appellatur) & omnino in totam ipsius personam ac vitam, quod aliena sit ab omni voluptate, quod nimis religiosa, quod denique in iudiciis nimis seuera: quæ omnia Iulianus ironice sua esse crimina fatetur, eorumque veniam deprecatur, culpam in præceptorem conferens, a quo sit iam inde a puero edoctus temperanter, religiose, iusteque viuere: deinde se adolescentiam inter Gallos egisse, homines asperos, & bellicosos, & deliciarum ignaros. Huius itaque vituperationis summa est in hoc syllogismo:

Qui aliorum moribus repugnat, merito ab iis accusatur:
Iulianus Antiochensium moribus repugnat, quia voluptates contemnit, quia impietatem & iniustitiam coercet, quæ illi arcte tenent ac tuentur:
Quare merito ab iis accusatur.

Tandem hæc ironica vituperatio concluditur seria vituperatione huiusmodi:

Qui beneficia dat ingratis, stultus est:
Iulianus dedit beneficia ingratis, quum Antiochenses nondum cognitos laudauit, auxit, aluit:
Stultus igitur est.

Hæc summa est vniuersæ orationis; in qua pleraque sunt falsa & aliena. Nam quod impietas Antiochensibus obiecta est, ideo fit, quod illi spreta maiorum suorum superstitione Christianam religionem amplexati essent, quam sceleratissime Iulianus ἀθεότητα solebat appellare. Hæc igitur calumnia est. Quod de deliciis ait, etsi aliquid est, tamen multa iam Christiana religio correxerat. De vrbis autem fame & inopia frustra magistratus accusantur, quum Iulianus ipse eius auctor fuerit. Quod etiam Marcellinus, licet multus in Iuliani laudibus, confirmat lib.22. *Nulla* (inquit) *probabili ratione, suscepta popularitatis amore, vilitati studebat venalium rerum, quæ nonnunquam secus quam conuenit ordinata, inopiam gignere solet & famem: & Antiochensi ordine id tunc fieri, quum ille iuberet, non posse, aperte monstrante, nusquam a proposito declinabat, Galli similis fratris, licet incruentus. Quocirca in eos deinceps sæuiens, vt obtrectatores & contumaces, volumen composuit inuectiuum, quod Antiochensem, vel Misopogonem appellauit, probra ciuitatis infensa mente dinumerans, addensque veritati complura.* Hæc Marcellinus; vnde intelligimus, rhetoricos colores in ea oratione ad veritatem obscurandam adhibitos esse. Gregorius Nazianzenus in extremo libro secundo contra Iulia-

 num

num orationis huius meminit his verbis οὗτος ὁ λόγος σοι τῶν Πορφυρ… ψευσμάτων καὶ ληρημάτων, οἷς ὑμεῖς ὡς θειαις φωναῖς ἀγάλλεσθε, ἢ τοῦ σοῦ Μισοπώγωνος, εἴτ᾽ οὖν Ἀντιοχικοῦ· ἀμφότερα γὰρ ἐπιγράφεις τῷ λόγῳ· οὗ τί Χριστιανοῖς ἀτιμότερον; ὃν τότε μὲν ἡ πορφυρὶς μεγαν ἐποιει, καὶ οἱ παντα τάσά θαυμάζοντες κόλακες. νῦν δὲ πώγων ἐστὶ περιφθειρόμενος, καὶ περισυρόμενος, καὶ τοῖς συμπεπονηκόσιν ὁμοῦ γελώμενος· ἐν ᾧ σὺ τῷ μὲν ἀπεριττῷ τοῦ σώματος, καὶ τῷ μηδὲ πώποτε τυχεῖν ἀπεπλήσας ἐξ ἀπλησίας, μεγα φυσᾷς, ὡς δή τι θαυμά-σιον λέγων. ὅτι δὲ Χριστιανοὺς ἤλασας οὕτω πικρῶς, καὶ τοσοῦτον ἔθνος καὶ οὕτως ἱερὸν παρανάλωσας, ἑκὼν παρατρέχεις. καί τοι γε ἑνος μεν ἀνδρὸς ἀπεπλήσαντος, ἢ ἐρυγὰς φυσικὰς ἀφέντος, τί παρὰ τοῦτο τῷ κοινῷ βλάβος τοσούτου δὲ διωγμοῦ κινηθέντος, καὶ τοσαύτης καινοτομηθείσης συγχυσεως, πῶς οὐκ ἀνάγκη πᾶσα τὰ Ῥωμαίων ἔχειν κακῶς; id est, *Hæc oratio tibi est a Porphyrii mendaciis ac nugis, in quibus vos tanquam diuinis vocibus exultatis, vel a tuo Misopogone, siue Antiochensi: (vtrumque enim inscribis ei orationi) quo quid Christianis ignominiosius? quem tunc quidem purpura magnum faciebat & omnia admirantes assentatores: at nunc barba est vndique corrupta, vulsaque, & suis auctoribus simul derisa: in qua tu & frugalitate corporis, & ex eo quod nunquam incideris in cruditatem ex saturitate, magnopere tumes, quasi mirabile aliquid dicas. At quod Christianos tam acerbe expuleris, & tantam tamque sacram gentem pro nihilo habueris, lubens præteris. Quanquam quod vnus aliquis in cruditatem inciderit, aut ructus naturales emiserit, quid inde capit respublica detriment? at tanta persecutione excitata, tantaque in rempublicam perturbatione inducta, nonne omnino necesse est res Romanas in misero statu versari?* Hactenus igitur de Misopogone. At Iulianus exacta hyeme cœptam expeditionem persequens, Antiochia decessit: vbi quum ad Ctesiphontem vrbem Persarum præcipuam venturum esset, incerto vulnere ictus periit anno ætatis altero & tricesimo. Cæsar fuit sexennium, Augustus vero sesquiannum & vnum mensem. Porro de eius obitu duo apud Suidam oracula leguntur, quæ tamen ego vnum esse puto, sed ὕστερον πρότερον collocatum. Sic igitur apud illum lego: ἔστι δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε.

Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰουλιανοῦ χρησμός.

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητίετα Ζεὺς
Ἔχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσι.
Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδὴς,
Μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τειχεα μακρὰ
Ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ, κρατερῷ τε σιδήρῳ,
Νωλεμέως δ᾽ ἐδάμασσε πόλεις τε, καὶ ἔθνεα πολλά.
Ἀλλὰ καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν Αλαμανικὸν οὖδας
Ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν, ἀλάπαξεν ἀρούρας.
Ἀλλ᾽ ὁπόταν σκη… σι τεοῖς Περσήϊον αἷμα
Ἄχρι Σελευκείης κλονεων ξιφέεσσι δαμάσσῃς,
Δὴ τότε σε πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα.
Ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι,
Ῥίψαντα βροτέων ἐθεων πολύτλητον ἀνίην.
Ἥξεις δ᾽ αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλὴν,
Ἔνθεν αποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δεμας ἤλθες.

Id est, *Est … ro etiam oraculum ipsi redditum, quum ad Ctesiphontem esset:*

De

De morte Iuliani oraculum.

Terrigenum quondam genus deleuit prudens Iupiter,
Inimicissimum beatis cœlestes domos incolentibus.
Romanorum rex Iulianus diuinus
Pugnans, Persarum vrbes & mœnia longa
Bellicosorum vastauit igne duroque ferro,
Fortiterque domuit vrbes & gentes multas.
Quin & occidentalium virorum Alamannicum solum
Pugnis crebris capiens, vastauit agros.
At postquam sceptris tuis Persicum sanguinem
Vsque ad Seleuciam quatiens armis domueris,
Tunc te in cœlum aget lucidum vehiculum
Vndique procellis mistum in turbinibus,
Abiecta mortalium morum laboriosa cura.
Venies autem ad atheriæ lucis paternam mansionem,
Vnde demigrans humanum in corpus venisti.

Quamobrem hactenus vitam Iuliani Imperatoris descriptam & expositam habemus. Magnas omnino laudes eius principis in omni genere virtutis perspeximus: summum tamen illud ἀποστασίας scelus e tribus caussis ortum, naturæ leuitate; doctrinæ in magicis præcipue artibus peruersitate; denique imperii cupiditate; turpissimam ei labem, & miserrimum vitæ exitum attulit. Quare si quis hoc exemplum diligenter & accurate animaduerterit, omnes ille quidem virtutes amabit & colet; sed pietatem omnium virtutum κρηπῖδα & fundamentum in primis exquiret, & cognitam arcte tenebit, neque se vnquam ab ea diuelli patietur.

ΕΙΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ.

Ῥωμαίων βασιλεύς τε μέγας, κρατερός τ' αἰχμητής,
Πολλὸν ἀριστεύσας πράγμασιν ἠδὲ λόγοις.
Ἱμερτὴν Χριστοῦ σοφίην καὶ ἱερὰ μυηθεὶς,
Ὤλετ' ἀφιστάμενος, κ' αὐτὰ δίωξε πάλιν.
Οὐκ ἔλαθεν, φασιν εὖγε, διάμπερες ὅστις ἄντρον
Εἶχε νόον, πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.

Π. ΜΑΡΤΙΝΕΙΟΣ.



IVLIANI

D. IVLIANI IMP. CAESARES

a

PETRO CVNAEO

in Latinum sermonem conuersi,

editi anno M DC XII.



PRAEFATIO

ad

Amplissimum virum

NICOLAVM ZEISTIVM

LEIDENSIVM SYNDICVM.



Ersæpe equidem, ZEISTI virorum amplissime, illud contingere video, vti, quum iudicium de his, qui olim vixere, principibus fertur, multum nos decipiat veterum quorundam, quos in ecclesia Dei claros atque illustres fuisse scimus, auctoritas. Tantum enim opinio præiudicata potest, vti nihil vltra indagemus plerique, satisque nos permoueat, etiam sine ratione, eorum hominum sanctimonia. Nimirum sic existimat vulgus, magnum in se nefas eum admittere, qui pietati, cuius titulis atque imperio Christiana stat religio, defuisse interdum candorem credat. Ego, sicut plurimis maximisque argumentis, esse illos excellenti & diuina virtute viros, iudico; ita & præ studio peccasse non ignoro, & memini fuisse perquam acerbos. Vt de cæteris nihil iam dicam; certe qui in Græcia tunc aliquod nomen habebant, vitio gentis suæ, nimium fuere in vtramque partem vehementes. Aderat cunctis Græcis facundia rotunda, eruditio admirabilis, ingenium ad omnia promptum: quarum hercle rerum præsidio effectum est, vti, quæcunque monumen-

numenta ad posteros transmiserunt, in iis maxima quædam & acerrima vis spiraret. Itaque quibus infensi erant, eos, per se magnos sane & pene in cœlo positos, trahebant ad inferos; & aliis rursus, quos ornandos censuerunt, licet immerentibus, tantas laudes admensi sunt, vti posteritas virtutes eorum, quæ vix mediocres sunt, suspiciat, & lapidem e sepulcro veneretur pro deo. Non ego per ambages te, amplissime ZEISII, neque longa per exorsa detinebo: rem tibi auctorem dabo. Constantini virtutes plus quam humanæ vbique celebrantur, & vtramque paginam faciunt. Fecit ille quidem multa, quæ boni principis famam deturpent: nam & imperii opes in luxum absumsit, & auri lustralis exactione crudeliter attriuit populum. Verum hæc Græci, quibus animus spei ac gratiæ obnoxius erat, cernere aut non poterant, aut nolebant. Itaque animus in verba ambitiosus, oblitus legis pressiorisque iudicii, post tot accepta beneficia, nihil iam nisi maximas illius laudes magna mercede meditabatur. Iulianum vero, laudatissimum principem, quem natura omnibus ornatum rebus excellere voluerat, tam indignis modis traduxere, vti iam illius nomen toti mortalitati res sit inuisa atque detestabilis. De quo principe quoniam quid sit iudicii mei dicendum hic aperte est, non committam equidem, vti, quod omnes merito reprehensione dignum censent, id ego probare vllo pacto videar. Scio enim, & doleo medius fidius, fuisse illum religionis nostræ, cui semel sese addixerat, desertorem atque hostem. Turpe profecto facinus, & quod Furiarum vltricibus pœnis mulctandum haud negamus. Verum ea res, etsi illum e sanctissima Christianorum gente expungit, interque profanos locat paganosque, tamen nunquam efficiet, vti propterea maximis accenseri heroibus non debeat, qui vbiuis terrarum, & quolibet in populo, sacra nostra ceremoniasque contemsere. Est illud in omni negotio apprime pulcrum, res natura sua dissociatas secernere, atque singula, vti per se sunt, intueri. Enimuero ille vniuersi conditor & rector Deus, quum ex tanta mortalium, qui vbique per orbem tunc erant, multitudine, perpauci quidam salutarem illam lucem, quæ a Christi vultu nobis adfulget, sequerentur; tamen multa extare voluit illustria documenta, ex quibus disceremus, inesse in cæteris quoque diuinitatis semina, at-

ccc *que*

que omni loco nasci virtutem. Equidem ego, quoties mecum agitabam, qualem quantumque esse oporteret, qui summum inter homines teneret fastigium, subiit animum meum Iuliani veneratio; maiorque in eo atque altior esse spiritus videbatur, quam vti cum cætera Imperatorum plebe cogi in ordinem posset. Est vtique natura mortalium auida imperii; eaque cupido ita in maximis animis splendidisque ingeniis inhæret, vti, qui cæteris rebus pietatem colunt, regnandi gratia violandum esse ius arbitrentur. Hic nihil tale animo adfectans, quum a Constantio Cæsar esset dictus, fatale sibi malum & vltimam denuntiari credidit necessitatem. Qui enim vitam semper in sapientiæ & optimarum rerum studiis egisset, ex alta velut arce res hominum despexit, nihilque esse sceptra, nisi vano fulgore tectum nomen, intelligebat. Quia tamen communis vtilitatis derelictio contra naturam erat, quod boni ciuis fuit, fecit, eamque personam, quam casus illi & respublica imposuerat nolenti, decenter & cum magna laude gessit. Fregerant Romani imperii vires bellicosissimi Germanorum populi, quos suum cœlum, suum sidus acrius animabat. Hos ille armis sic perdomuit, vti, quas pacis leges Barbari cæteris Imperatoribus dederant, eas a iuuene & peterent suppliciter, & viuo illo constanter seruarent. Iam vero postea in Persas quum exercitum duxisset, cuncta eorum oppida, cunctas prouincias, magna celeritate non tam cursibus suis, quam victoriis, peragrauit. Atque hæc incunabula illi, & veluti rudimenta erant maiorum rerum; quum iuuenem, prima firmioris ætatis spatia ingredientem, fatorum iniquitas extinxit. Quanquam nos hercle non vitæ sed gloriæ spatio metiri illum decet, quem & belli vsus iam tunc formidabilem hostibus, & pacis artes cunctis non dicam ciuibus, sed mortalium seculis, fecere venerandum. Est quidem haud exigua res, ab eruditione & sapientiæ nutricibus litteris aliquod decus trahere: verum hæc vmbratici hominis magis, quam principis laus est. Etenim, qui res gerere, & ciuibus ostendere captos hostes didicit, is mihi demum & imperio dignus esse, & Iouis attingere solium videtur. Noster, quod paucis fuit quodam deorum munere concessum, virtutes dispares prudentia iunxit, & quum ne

in

in castris quidem, interque clangentes tubas, philosophum exueret, aut a prioris vitæ recederet consuetudine; tamen manu strenuus omnibus adfuit locis, successibusque suis institit, & oblata casu flexit ad consilium. Ita eodem tempore inscitiam, teterrimam belluarum, & simul gentes debellauit Romano nomini inimicas. Quæ licet summa & propemodum diuina sint, tamen poterat tantarum rerum laudem destruxisse aut animus nimia felicitate inebriatus, aut morum atque vitæ turpitudo. Etenim ita res est: qui magno imperio præditus in excelso viuit, multo facilius in cæteros omnes, quam in se, regnum tenet. Hic, quum in solidam virtutis possessionem primis adhuc annis & lubrico ætatis missus esset, animum semper supra fortunæ indulgentiam gessit; quæ tamen frangere etiam constantissimas mentes solet. Non enim stupris atque libidinibus principem egit, aut ex magno imperio tantum vsurpauit licentiam; sed ita se custodiuit, quasi legibus, quas nemo regi scripsit, redditurus esset rationem. Itaque amissa Helena coniuge, quam ille vnam caste dilexerat, non matronarum iam pudicitiam, sed naturæ expugnauit desideria; & qui omnium rerum circumflueret copiis, vitam asperam atque duram, ex lege illius, quam sequebatur, disciplinæ egit. Neque illa vero minor laus erat, animo leni atque placido esse, & iniurias atque offensiones in summa potentia pati. Iactauerat in optimum Imperatorem fœdissima probra Antiochensis populus. Homines enim, Christiani quidem, sed luxu & deliciis enerues, quibus studium erat totos dies in theatris desidere, grauitatem iam ferre sui principis nequibant, qui histrionum spectator & applausor non esset. Quod igitur vnum poterant, petulantissimam linguam in eum vibrarunt; eo consilio, vti tranquillissimo pectori extorquerent patientiam. Ille tot dicteria & venenatos sales non ferro aut igni vindicauit, (quæ tamen vrbanitas in omnibus regibus extimescenda est) sed iocos illis quosdam, quorum est incomparabilis venustas, reposuit. Ita, qui omnia videbat ex se vno pendentia, contumelias tuas nulla acerbitate executus est, pulcrumque duxit & se dignum, impune lædi. Fuit profecto, fuit Græcorum quorundam, qui ea tempestate ecclesiam rexere, magna imprudentia. Etenim, vti caussæ suæ seruirent, principem Chri-

ſtianis infeſtum laceſſebant, quem tolerare ſatius fuiſſet. Sunt in hominum manibus orationes eorum, in quibus, tanquam in ſcena, palam eum omnibus ludibrium fecere, & faciem illius, formamque corporis, atque geſtus, tum alia fortuita, quæ vulgus & imperitiſſimus quisque notat, traxerunt in culpam. Qui viri ſi meminiſſent temporum, quibus nati erant, ſane neceſſitati, quæ pertinax regnum tenet, ſine contumacia paruiſſent, &, quod magnæ prudentiæ eſt, obſequio mitigaſſent imperia. Sed nos eam rem in medio relinquimus. Id enim modo agimus nunc, vti Iulianum cum cæteris principibus, Græcis Romanisque, hominibus paganis, componamus. Quorum ille virtutes ſic ſuperauit, vti, quæ ſingulis partitim contigere, eas vnus hic habuerit vniuerſas. Rariſſimam enim rem, & prope inuidendam, magno ſtudio concupiuit, innocentiam; & (ſine inuidia dixerim) adſecutus eſt. Cæterum, qui vitæ ipſe ſuæ morumque acerrimus cenſor eſſet, haud facile cæteris rerum dominis, magnis ſane viris, ſed negligentius interdum viuentibus, malefacta condonabat. Bello inſignis aliquis fuerat, ſed pacem multis vitiis fœdabat. Alius quam in toga pepererat laudem, inter arma temeritate aut ſocordia amiſit. Poſtremo, nemo adhuc extiterat, quem ipſa regni indoles ſceleris atque flagitiorum viam non doceret. Quæ quum perſpexiſſet noſter, librum ſcripſit eruditiſſimum, in quo vniuerſos Cæſares, qui ante ſe Romanis imperitauerant, mira tetigit dexteritate. Neminem enim eximium habet, ac ne Marco quidem Antonino, cuius ſe imitatorem profitetur, pepercit. Ita de tota antiquitate veluti iudex ſedet, &, dum cenſuram agit regnantium, plus ſane quam regnare videtur.

Eum librum quum nuper attentius perlegerem, iucundisſima voluptas animum pertentauit meum, impetusque mihi fuit totum illum e Græco vertere, ne quo ornamento in hoc quoque genere careret Romani ſermonis maieſtas. Fecerat hoc pridem ante nos, ſummæ dignitatis ſenator, Carolus Cantoclarus, *vir inter primos Gallorum eruditus, ſed qui aditum profecto nequaquam noſtris præcluſit conatibus. Multa enim & perperam dixit, & plura non intellexit, &, quæ corrupta erant, præteriit, magna alieni iudicii ſecuritate. Mihi conſilium eſt, quidquid inſuper illius principis*

cipis extat, propter summam, quæ vbique hic elucet, eruditionem, in posterum non omnino spernere. Quanquam scio hercle, nihil scripsisse eum vnquam, quod ante CÆSARES istos iure possit poni. Itaque tam illustre monumentum haud esse ego indignum censui, quod tuum sibi nomen, amplissime ZEISTI, præscriberet. Enimuero es tu ille, qui in vrbe florentissima, atque in hac luce hominum, præstanti honore, summa eruditione, prudentia emines singulari; plane vti & patriæ tuæ vigilantissimum ciuem, & cunctis eruditis, qui hic sunt, virum repræsentes doctissimum. Super omnia tamen est, quod tali ingenio es, vti, qui cæteras animi tui virtutes, magnas hercle & inusitatas, colunt, plus tamen diuinum tuum iudicium mirentur. Qua ego re fretus, anxiis morosisque hominibus, qui nihil, nisi quod vulgus probat, sequuntur, superstitionem relinquo suam. Quæ enim de Iuliano dixi, ea nec ego primus sentio; & tu, quum verissima sint, inuitis etiam omnibus, adserenda fateberis. Certe primum maximumque animi nostri bonum, veritas est: cuius neque regnum nos vnquam nobis eripi per vim sinemus; &, quod ingenuæ simplicitatis est, virtutes etiam in impiis paganisque positas, sine odio, sine partium studiis, persancte venerabimur.

D. IVLIANI IMP.

CAESARES,

siue

SATYRA IN ROMANOS IMPERATORES.



Aturnalia nunc sunt, & ludendi otium Deus nobis facit. Itaque licet ridiculum nihil neque iocosum mihi in mentem venit, tamen vel sic operæ pretium est quædam etiam seria narrare. AM. Quid igitur? Adeone hebes quisquam & rerum ignarus est, vti posse se speret cum cura & molimine iocari? Ego vero sic in animum induxeram, esse hos lusus nihil hercle aliud, quam animi remissionem, & curarum requiem. IVL. Haud fefellit te ratio. Verum mecum haud eadem res est. Nam nec ipse quenquam salse tangere, nec aliorum dictis ad ludendum vti, aut omnino ridicula dicere scio; & tamen, quoniam

niam legi est atque consuetudini parendum, vin tu quasi per iocum fabulam tibi quandam exponam, in qua multa sunt auditu haud indigna? AM. Immo tu vero cupido & hauienti narraueris. Nam nec ego spernere omnino eas, quæ meliores sunt, fabulas soleo; & in ea re tecum mihi, aut potius cum Platone nostro, convenit: quippe ille grauia multa & seria fabulis persecutus est. IVL. Est ita, vti dicis, profecto. AM. Sed quæ illa tandem, aut qualis est fabula? IVL. Non e veteribus aliqua, quales Æsopus finxit; sed eiusmodi commentum, quod tu a Mercurio profectum si dixeris, nihil errabis. Id enim tibi, vt ab illo accepi, referam: vtrum autem verum sit, necne, ipsa res arguet. AM. Satis tu quidem poetarum nobis & rhetorum more præfatus es: nunc mihi rem, vt se habet, edissere. IVL. Iam audies.

Romulus in cœlo, quum de more Saturnalibus, optimo dierum, sacrificaret, cunctos inuitauit Deos, atque ipsos etiam Cæsares. Parati erant lectuli: Diis quidem in suprema cœli regione,

ad pulcrum (namque illa Deum domus audit) Olympum;

quippe post Herculem illuc ascendisse fertur Quirinus: quo quidem nomine ille nobis, siquidem Deum responsis paremus, appellandus est. Et Diis quidem illic instructum est conuiuium. Sub ipsum vero lunæ orbem, in summo aere, Cæsares epulo excipere placuit: quo in loco illos & corporum, quibus amicti fuere, leuitas, & lunæ rapida circumuolutio sustinebat. Igitur Diis illis, qui primi dignitate maximique erant, quatuor lectuli sternebantur, decoro apparatu. E fulgente ebeno Saturni thorus erat, cuius colori nigro & obscuro copiosa tamen ac pene diuina lux indita fuit, nemo vt illam contra intueri posset: quippe ita oculi illius fulgore perstringebantur, ut solis aspectu solent, quoties in illum defiguntur. Iouis lectus argentum nitore, aurum puritate vicit. Id vero vtrum recte electrum, an aliud quiddam diceres, haud satis aperte ille e natura eorum, quæ de metallis solent erui, exponere potuit. Aureis in thronis adsidebant vtrinque mater atque filia, Iuno quidem iuxta Iouem, at proxime Saturnum Rhea. Deorum autem quanta pulcritudo esset, neque ille memorabat, (quippe maius hoc quiddam esse, & sola mente contemplandum aiebat, auditu vero aut narratione percipi, signisue demonstrari non posse) neque vllus vel maximi nominis orator tantam dicendi vim habebit, vti eximium formæ decus, quod in Deorum ore elucebat, effari possit. Cæteris quoque Diis pro sua cuique dignatione paratæ erant sedes. Neque vlla inter eos contentio fuit. Etenim, quod Homerus finxit, (Musis, opinor, dictantibus) suus cuique attributus est locus, quem perpetuo tenere ius illis fasque est. Itaque aduenienti patri quum vna omnes adsurgunt, haudquaquam turbant sedendi ordinem, neque locum alter alterius mala occupant ambitione, sed quid sibi adsignatum sit, meminit quisque. Igitur postquam omnes in orbem consedissent, Silenus Bacchi, vt videbatur, amore captus (nam & formosus erat, & adolescens admodum, atque ore Iouem referebat patrem) applicuit se ad illum; quippe quem educasset olim, suoque ductu rexisset. Is Deum suapte natura ludo atque risu gaudentem, omnisque venustatis auctorem, quum aliis rebus, tum dentatis iocis dictisque ridiculis, oblectabat. Postquam vero & Cæsarum apparatum fuit conuiuium, primus introiit Iulius Cæsar, cui animus ambitiosus, omnia vasta & immoderata cupiens, cum ipso Ioue certabat de regno. Hunc intuens Silenus: tu vero, Iupiter, caue, inquit, ne hic tibi imperium auferre tentet; tanta in eo est dominandi libido. Est, vt vides, insigni corporis magnitudine

tudine & forma; ac mihi si non alia re, at saltem capite, perquam similis. Dum adhuc per iocum hæc Diis haud admodum attentis diceret Silenus, Augustus prodit, chamæleontis more varios induens colores, nunc pallida, mox rubente facie, dein obscura, tenebrosaque, & nubila, tandem vero rursus vultum in Venerem atque in venustates remittens. Quin & existimari volebat oculis suis, itidem vt soli, inesse quiddam diuini fulgoris, nec quemquam esse, qui se acrius intueri posset. Tum Silenus: papæ, inquit, vt se in omnes formas mutat istæc bellua! quod tandem magnum malum nobis afferet? Huic Apollo: desine, inquit, nugarum; ego enim hunc Zenonis istius disciplinæ tradam, ac mox ita eum expurgatum dabo, vti purum putumque aurum esse dicatis. Et simul, adesdum, inquit, Zeno, curato alumnum meum. Ille quum ei in aurem occentasset febriculosa quædam dogmata, (vt solent, qui Zamolxidis incantamenta susurrant) statim effecit vti cordatus atque frugi esset. Tertius accessit Tiberius, seuero ac truci vultu, plane vt prudentiam quandam & bellicam virtutem promitteret. Hic quum ad sedem suam se conuerteret, forte in tergo eius cicatrices multæ apparuere: stigmata, inquam, & striæ, verberumque vestigia, ac vibices, ex intemperantia atque cruditate, lepræ & impetiginis in modum, inustæ. Tum Silenus ait:

Longe alius, quam pridem, hospes, nunc esse videris.

Quæ quum dixisset, solito esse grauior videbatur. Itaque huic Bacchus: qui tu, nam serio vultu es, mi pater? inquit. At ille: commouit me, inquit, iste Satyricæ libidinis senex, fecitque vt mei obliuiscerer, atque in medium aliquid adferrem ab Homericis Musis petitum. Atqui auribus te trahet, ait Bacchus: nam & sic olim Grammaticum fertur quendam mulctasse. Immo ploret, inquit Silenus, in secessu insulæ, (Capreas innuebat) & misero piscatori perfricet faciem. Dum sic iocantur, intrat Caius, deterrima bellua: a quo Dii cuncti auertere oculos. Dein illum Nemesis diris furiisque vltricibus tradit, a quibus in Tartarum missus est. Itaque nihil Sileno in illum dicere licuit. Claudio vero introeunte, Aristophanis Equites cantare incipit Silenus pro Demosthene. Dein, quasi Claudio blandiretur, ad Quirinum conuersus: male factum, inquit, Quirine, quod nepotem tuum sine Narcisso & Pallante, libertis eius, in hoc adduxisti conuiuium: quin age, inquit, accerse eos, & vna, si videtur, vxorem eius Messallinam; sine iis enim prope dixerim mortuum est huius tragœdiæ satellitium. Adhuc loquebatur Silenus, quum, ecce, superuenit Nero cum cithara & lauro. Dein ad Apollinem Silenus: iste, inquit, ad tui imitationem se componit. Cui rex Apollo: ego vero, inquit, illi e vestigio coronam auferam: nam neque mea omnia imitatus est, &, sicubi id tentauit, haud, vt decet, est imitatus. Illum igitur Cocytus, decussa de capite corona, abstulit. Post hæc plures non eiusdem generis accurrerunt, Vindices, Galbæ, Othones, Vitellii. Tum Silenus: vnde, inquit, Dii, hæc ignobilis imperatorum turba est? sane fumo suffocamur: ne propinquis quidem & necessariis istæ belluæ pepercere. Cæterum Iupiter fratrem suum Serapim intuens, Vespasianum illi monstrat; &: mitte, inquit, auarum istum quam celerrime ex Ægypto, vti hanc flammam restinguat: e filiis autem, maior natu quidem cum Venere Pandemo ludat; at, qui iunior est, eum ferreis vinculis, plane vt Phalaridem, teterrimam Siciliæ belluam, constringito. Prodiit post hos senex quidam aspectu pulcher, (nam & in senecta sæpe pulcritudo elucet) affabilis, accessuque facilis. Quem quum reuereretur Silenus, nihil admodum dixit. Itaque Mercurius: de hoc vero, inquit, quid tu nobis ais? Immo vero, inquit, iniquitas hic vestra, Dii, accusanda est, qui

qui ſanguinariam belluam quindecim imperare annos ſiuiſtis, hunc vero vix vnum. Ne tu id carpe, aiebat Iupiter: etenim poſt hunc multos tibi de meliore nota adducam. Itaque ſtatim Traianus ingreſſus eſt, humeris ſuis Getica & Parthica tropæa geſtans. Quem vt vidit Silenus, ſubmiſſa voce, quaſi & latere ſimul & audiri ſe vellet: iam, inquit, Ioui ſummo rerum moderatori tempus eſt videre, vti Ganymedes pocula cuſtodiat. Poſt hunc quidam promiſſa barba prodit, inceſſu ſuperbo & inſolenti. Is quum alia multa, tum artem adhuc ſecum meditabatur muſicam; & ſublatis crebro in cœlum oculis, multa recondita, & quæ vulgus neſcire debet, cum cura agitabat. Hunc intuens Silenus, obſecro, inquit, quid de iſthoc ſophiſta vobis videtur? num Antinoum hic quæritat? Nuntiet ei aliquis, non adeſſe hic puerum illum, & ſimul futiliſſimum hominem hac deliratione liberet. Dein intrat vir moderatus, haud ſane venereis in rebus, ſed in reipublicæ adminiſtratione. Quo viſo Silenus: papæ, inquit, quanta minutiarum rimatio! hunc ego ſenem vnum eſſe de iſtis puto, qui cuminum ſecant. Dein, quum par fratrum intraret, Marcus Antoninus & Lucius Verus, mire frontem contraxit Silenus; quippe nihil fuit, quod ſalſe in eos aut mordaciter diceret, maxime quidem in Marcum. Et tamen huius ipſius quoque errata quædam, circa filium, circaque vxorem, curioſe exquiſiuit: circa hanc quidem, quod vltra, quam ſatis eſt, mulierem luxit haud omnino probam; at circa illum vero, quod imperium perditiſſimo adoleſcenti commiſſum, ruere vna cum illo ſiuiſſet in præceps, quum generum haberet gnauum, qui & rempublicam recte tutatus fuiſſet, & filium eius melius, quam ipſe ſemet, rexiſſet. Igitur Silenus, quamuis diligenter hæc indagaſſet, tamen Marci virtutem reueritus, ſiluit. Filium autem eius, quia tanti non erat, dimiſit intactum; quippe humi procubuerat, neque ſtare in gradu, aut cæteros ſequi heroas valuit. Acceſſit Pertinax quoque, & medio in epulo de percuſſoribus ſuis queſtus eſt. Quem miſerata Nemeſis: atqui, inquit, qui participes iſtius conſilii, quique auctores fuere, haud ſane gaudebunt facto. Quanquam & tu, Pertinax, animo quidem certe & cogitatione videris adiuuiſſe eas inſidias, quas Marci filio ſtruxere. Secutus eſt Seuerus, mire acer atque vehemens pœnarum exactor. De hoc nihil dicam, inquit Silenus, metuo enim hominem truculentum & inexorabilem. Vt vero cum illo & filii ingreſſuri erant, eminus eos Minos prohibuit. Verum ſimul atque alterum ab altero dignouit, iuniorem quidem introire ſiuit, alterum vero ad ſupplicia & inferorum cruciatus miſit. Exinde Macrinus, homo cædes clanculum patrare doctus, ac poſt hunc adoleſcens ille, quem Emeſa ciuitas edidit in lucem, procul a ſacris cœli ſeptis arcebantur. At Alexander Syrus inter poſtremos ſedens, miſerum fatum ſuum deflebat. Quem Silenus irridens: o te hominem, inquit, fatuum & inſulſum! tanto enim imperio præditus quum eſſes, non tu ipſe rerum tuarum fuiſti dominus, ſed matri opes commiſiſti tuas; neque intelligebas, miſer, quanto ſatius eſſet, inſumere eas in amicorum vſus, quam conſtruere & coaceruare. Ego vero, inquit, Nemeſi eos omnes tradam puniendos, qui his rebus auctores fuere. Atque ita dimiſſus eſt adoleſcens. Introiit dein Gallienus vna cum patre: hic quidem vincula, quibus in carcere conſtrictus fuerat, adhuc trahebat; ille vero ſtola amictus, greſſu inundabat mollio-re. In patrem Silenus hæc luſit;

Quis iste nitens galea
Regit aciem, ac præit?

in Gallienum vero istud:

Qui teneræ auratus lasciuit virginis instar.

Hos ambos Iupiter procul illinc e conuiuio abire iussit. Intrat post hos Claudius; in quem vt defixerant oculos Dii, animum eius celsum atque magnum mirati sunt, eiusque posteris annuerunt imperium. Quippe æquum videbatur, vti eius hominis nepotes, qui patriæ amantissimus fuisset, diu rerum potirentur. Post hos accurrit Aurelianus, quasi eorum manibus elapsus, qui eum apud Minoem detinuerant; multæ enim iniustarum cædium ei mouebantur lites, & quum male caussam defendisset, iam reus erat. At Sol vero, deus dominusque meus, qui & alibi opem illi tulerat, haud leuiter nunc in hac quoque re eum iuuit. Quippe palam inter Deos prædicabat, iam & pœnas eum soluisse, & completum esse, quod Delphis editum fuit, oraculum,

Qui patitur, quod fecit, ei ius contigit æquum.

Hunc Probus comitatur, qui septuaginta vrbibus intra annos vix septem receptis; multa iniqua & acerba passus, quum alia recti præmia a Diis tulit, tum illud vero maximum, quod percussores eius grauissimas dedere pœnas. In hunc tamen Silenus aliquid dicere conabatur, licet tacere eum plerique iuberent. At sinite saltem, inquit, eos, qui post victuri sunt, huius periculo sapere. An ignorabas, Probe, medicos amara pharmaca ægris cum aqua mulsa præbere? Tu vero immitis semper & asper eras, nunquam vt illi cederes. Itaque iniqua tu quidem, sed factis tamen tuis haud dissimilia, tulisti. Non enim equis, non bobus, non mulis, nedum hominibus, feliciter imperes, ni eorum libidini aliquantulum indulgeas: quemadmodum interdum ægrotantibus medici quædam concedunt leuiuscula, vti maiori in re obtemperare sibi ne recusent. Quid istuc nam monstri est, mi pater? ait Bacchus; an tu philosophus nobis sic derepente prodiisti? Atqui (respondet ille) nonne & te, fili, philosophum feci? dein, an nescis Socratem etiam ore mihi & vultu persimilem fuisse, qui palmam inter sapientes sui tulit seculi, siquidem tu Delphicum oraculum haud esse vanum credis? Sit ergo fas nobis non ridicula modo, sed & seria quædam dicere. Adhuc illi inter se loquebantur, quum Carus inferre se ad nos vna cum liberis cupiens, a Nemesi abigitur. Tum Diocletianus ambos secum ducens Maximianos, auumque meum Constantium, decenter atque ordine progressus est. Hi manus quidem iunxerant inter se, sed tamen haud pariter incedebant. Quippe quidam quasi chorus eum cinxerat, fueruntque qui satellitum more præire vellent: quos inhibuit ille; nihil enim sibi præ cæteris arrogabat. Vt vero fatigari se sensit, cuncta, quæ humeris gestabat, ipsis imposuit: ipse liber & expeditus ambulabat. Mirati sunt Dii vnanimem istum consensum, dederuntque eis vti præ cæteris digniore sederent loco. Maximianum tamen, hominē mire intemperantem, Silenus quidem incessere dicteriis noluit; cæterum ad Imperatorum epulū eum non admisit. Non enim modo erat in libidinē pronus, sed & cupidus rerū nouarum, infidusque, & tetrachordo haud omnino consonans. Itaque expulit eum Nemesis. Ille autem abiit nescio quo terrarum: id enim ex Mercurio sciscitari neglexeram. Huic tam concordi tetrachordo accessit alter quidam grauis, & asper, atque turbatus tonus, qui e tribus erat compositus: e quibus duos sic a Deorum cœtu exclusit Nemesis, vti ne ad vestibulum quidem eos accedere sineret. Licinium vero, qui tertius erat, quum limen attigisset, multa

& abſona agitantem, ſtatim abegit Minos. At Conſtantinus introiit, diuque adſedit; dein poſt illum & liberi. Nam Magnentio quidem introire fas haud fuit, quia nihil, quod ſani hominis eſſet, fecerat. Etenim etiamſi multa ab illo præclare geſta viderentur, tamen Dii, poſtquam perſpexere non eſſe hæc a recta indole, plorare eum & faceſſere iuſſerunt. Atque hic quidem cœnæ apparatus erat. Fuit autem Diis nullius rei inopia, omnia enim abunde habent: ſed heroum cœtui Mercurius deeſſe aliquid exiſtimauit; a quo nec Iupiter diſſenſit. Etiam Quirinus iamdudum petierat, vti aliquis illuc de ſua gente introduceretur. Tum Hercules: nunquam erit, inquit, Quirine, vt hoc patiar: cur enim Alexandrum quoque meum ad hanc cœnam non vocaſti? te igitur rogo, ait, ſumme Iupiter, ſi quem iſtorum introducere ad nos ſtatuiſti, Alexandrum accerſe. Etenim, quandoquidem virtutem cuiusque experiri nunc & tentare libet, cur, obſecro, eum, qui cunctis præſtantior eſt, abeſſe patimur? Recte dicere Alcmenæ filius Ioui videbatur. Intrante autem Alexandro, nec Cæſar illi, nec alius quisquam adſurrexit. At ille, reperta ea ſede, quam vacuam illi fecerat Caracalla, (propter fratris enim necem expulſus eſt) adſedit. Tum Silenus Quirino illudens: vide, inquit, ne omnes iſti nepotes tui virtute & fortitudine infra vnum hunc Græcum ſint. Immo per Iouem, ait Quirinus, exiſtimo multos e meis haud eſſe illo deteriores. Eſt ille quidem tanta in admiratione apud poſteros meos, vti vnum hunc e cunctis barbaris Magnum & dicant, & habeant: ſed neminem tamen e ſua gente huic cedere arbitrantur, ſiue quod ſua amant, ſiue quod ita res eſt. Hoc autem quale ſit, iam experimento diſcemus. Dixerat Quirinus, & erubuit: quippe de nepotibus ſuis angebatur, ne forte illi ſecundas ferrent. Poſt hæc conſuluit Deos Iupiter, vtrum omnes inter ſe committi, an vero iſtud certamen inſtitui ad gymnaſiorum morem oporteret; in quibus, ſi quis eum, qui ſæpe victor fuit, ſuperauerit, is, licet vno hoc tantum ſuperato, nihilominus etiam ſuperaſſe illos videtur, qui cum ipſo quidem non certarunt, ſed ab eo, quem ipſe ſuperauit, deuicti ſunt. Atque ea iudicii faciendi ratio omnibus accurata eſſe videbatur. Igitur Cæſarem Mercurius alta voce citauit: dein Auguſtum: tertio Traianum: in illis enim plus bellicæ virtutis erat. Tum ſilentio facto, rex Saturnus, Iouem intuens, mirari ſe ait, cur ex Imperatoribus eos quidem, qui bellica excellerent laude, ad iſtud certamen vocaſſet, e Philoſophis autem neminem; quos ego tamen, ait, non minus, quam iſtos, amo: itaque & Marcum intro vocate. Et ille quidem accerſitus adfuit, grauis admodum & ſeuerus, & cui oculos faciemque contraxerant nimiæ curæ: pulchritudo autem hac ipſa in re elucebat maxima, quod incomta & neglecta forma eſſet; barba enim erat promiſſa, amictu vili, & ad philoſophi modeſtiam compoſito; tum & ex ciborum abſtinentia corpus ei ab omni parte lucidum erat, plane (opinor) inſtar puriſſimi luminis. Iam igitur & ille ſacra ſepta intrauerat; & ſimul Bacchus: maxime regum, inquit, Saturne, num decet apud Deos aliquid reperiri imperfectum? Negantibus illis, Ergo, inquit, etiam hominem aliquem voluptarium huc accerſamus. Atqui, ait Iupiter, abſit, vti huc pedem quisquam inferat, qui noſtra nosque non ſequitur. Immo in veſtibulo ſtet, ait Bacchus, atque illic eius cauſſa agatur. Cæterum, ſi hoc placet, vocemus hominem haud imbellem quidem, ſed voluptatibus tamen & deliciis emollitum. Acceſſit igitur vsque ad veſtibulum Conſtantinus. His ita decretis, de modo certaminis relatum eſt. Ac Mercurius quidem

quidem censuit, vti sigillatim pro se diceret quisque, ac dein Dii ferrent suffragia. Apollini autem secus visum est: quippe ex ipsa re, non ex dicendi arte, aut e verborum lenociniis, iudicium debere fieri. Iupiter, quum & vtrique obsequi, & concilium vellet in longum trahere: nihil vetat, inquit, quin & dicere illis permittamus, (pauxillum enim aquæ in clepsydram cuiusque fundemus) & dein interrogemus singulos, ac mentem cuiusque exquiramus. Tum Silenus, amarum ridens: atqui caue, inquit, Neptune, ne Traianus & Alexander aquam istam esse nectar credant, ac dein, quantum adfusum est, exsorbeant, cæterisque spatium dicendi nullum relinquant. Cui Neptunus: non hi profecto meæ aquæ, sed vestri liquoris amantes fuere; tuis igitur viribus te magis, quam meis me fontibus, timere decet. Silenus tam mordaci dicto tactus, siluit, & ad contendentium certamen animum deinceps aduertit. Mercurius autem hæc edixit:

Iudex pulchræ
Præmia palmæ
Laturus adest,
Tempusque vocat,
Prohibetque moras.
Nunc præconis
Regia turba,
Percipe vocem,
Quotquot domitis
Marte secundo
Populis quondam,
Arma, simulque
Prouida corda
Geritis, promtæ
Semper in hostem;
Nunc iudicio ad-
surgite nostro.
Seu vim mentis,
Finem humani
Ponitis æui,
Summamque boni
Ducitis, hosti
Nocuisse suo,
Et opem socio
Ferre petenti.
Siue voluptas
Meta laborum
Placet, atque epulæ,
Et dulcis Hymen,
Oculosque iuuat
Pascere: seu vos
Humero molles
Ferre lacernas,
Gemmisque agiles
Cingere dextras
Dulce putatis.
Iouis in gremio
Positam vobis
Credite palmam.

Dum hæc edicit Mercurius, sortes duxere. Ac Cæsar quidem, cui studium semper fuerat primas vbique ferre, etiam hic sortem habuit suis faventem votis; eaque res animum eius tumidum atque insolentem fecit. Itaque prope fuit, vti iudicium Alexander subterfugeret: sed retinuit eum animauitque maximus Hercules. A Cæsare secundum dicendi locum sors Alexandro adsignauit. Cæterorum sortes suo cuiusque ordine prodierunt. Cæsar igitur sic infit: *Mihi quidem, Iupiter, vosque Dii cæteri, post tot clarissimos viros in tanta nasci vrbe contigit, quæ tam late, atque vlla vnquam ciuitas, domi nata est, & a qua cæteræ proximum se locum tenere pro magnifico duxerunt. Etenim quænam tandem vrbs, a tribus hominum millibus ortum ducens, vix totis sexcentis*

annis, imperium suum ad extremos mundi fines armis protulit? quæ vnquam prisca gens tot præstanti virtute & fortitudine viros, aut tot reipublicæ moderatores edidit? denique Deos quinam tanta pietate venerati sunt? In hac tanta & tali vrbe genitus, omnes ego, qui aut mecum vixere, aut antea fuere vnquam, rerum gestarum gloria anteiui. Atque ex ciuibus quidem meis, nemo hercle quisquam, opinor, est, qui gloria se mihi anteferre studeat. Quod si Alexander iste facere id audet, obsecro vero, quodnam præclarum facinus suum meis cum gestis conferet? Fortasse, quæ aduersus Persas gessit scilicet, quasi non viderit tot a me erecta de Pompeio tropæa. Atqui, vter grauior castrorum imperator fuit, Darius, an Pompeius? aut vter fortiorem duxit exercitum? Pugnacissimas sane illarum gentium, quæ Dario ante paruere, Pompeius pene vti Cares & calones, in exercitu suo habuit. Ex Europæis autem ii aderant, qui Asianos, bellum inferentes, non semel profligarunt: atque ex his ipsis fortissimi quique; Itali, inquam, Illyrii, Celtæ. Verum, quoniam Celtarum feci mentionem, num rebus illius in Getia gestis subactos a nobis Celtas quisquam opponet? Semel ille Istrum transiit; ego bis Rhenum. Iam vero, quæ in Germania feci, eiusmodi sunt, vti nemo quisquam par iis sit. Ego cum Ariouisto congressus sum: ego primus Romanorum exterum nauigaui mare: prius illud facinus meum eximium est: rursus & hac quoque audacia admirationem meretur. Sed multo illud maius, quod primus e naui exscensum feci. De Heluetiis, deque Iberis taceo. Nihil adhuc eorum, quæ in Gallia feci, memoro: quum tamen illis plus quam trecenta oppida, & hominum non minus quam vicies centena debellauerim millia. Quæ quum eiusmodi sint, tum illud vero maioris hercle animi fuit, quod, quum in eum adducta locum res esset, vti cum ciuibus meis manus conferere deberem, ipsos illos Romanos, indomitos antea inuictosque, subegerim. Igitur siue e præliorum multitudine res iudicetur, ter toties ego acie conflixi, quoties conflixisse Alexandrum ii prædicant, qui res illius student magnifice extollere: siue capta vrbes numerentur, non Asiæ solum, sed & Europæ plerasque deleui. Alexander Ægyptum duntaxat adspectans præteriuit; ego eam, dum conuiuia agitarem, domui. Quid autem? etiamne experimento discere nunc vultis, quanta vtriusque post victoriam fuerit moderatio? Ego hostibus quoque ignoui, a quibus sic dein acceptus sum, vti res Diuæ scelerum vltrici curæ fuerit: hic, præterquam quod in hostes sæuierit, ne quidem ab amicis sibi temperauit. Et tu mihi igitur de primatu controuersiam facies, ac non potius e vestigio, ita vti cæteri, mihi cedes? Sane quidem tu hercle in eam nunc me adducis necessitatem, vti tacere nequeam, quam tu crudelis erga Thebanos, ego vero in Heluetios quam fuerim lenis. Nam tu quidem vrbes eorum incendisti; ego eas, quæ ab incolis & ciuibus exustæ erant, restauraui. Vtrum vero pluris est, Græculorum decem millia superasse, an vero centies quinquagies millenorum excepisse vim atque impetum? Multa mihi insuper de me, deque isto, dicenda restant: verum, quia tempus & otium deerant, haud satis ad dicendum præmeditatus accessi. Vos ignoscite, & ex his quæ dixi, quæque præterii, quid æquum iustumque sit, exquirite, mihique primas date.

Dixerat hæc Cæsar, & adhuc loqui voluit. Verum Alexander, etiam antea moræ impatiens, non vltra se continuit, sed veluti commotus, magna cum contentione: *Ego vero*, inquit, *summe Iupiter, Diique cæteri, quousque tandem huius confidentiam tacitus feram? Etenim sine fine, vti cernitis, & se laudare, & me incessere probris pergit. Atque æquum quidem fuerat, vti ab vtroque temperasset: (etenim vtrumque pariter molestum videtur, sed [illegible] d tamen præcipue, quod mea*

culpet facta, quæ imitari studuit) cæterum ille eo impudentiæ processit, uti ipsum illud rerum suarum exemplar maligne vituperet. Utinam vero meminisses, Cæsar, illas lacrymas, quæ tibi eruperunt, quum illa, quæ extant, rerum mearum monumenta audires. Verumenimuero Pompeius, opinor, post eam tempestatem superbum te fecit, qui & ciuium suorum corruptus adulatione erat, & virum se præbuit nusquam. Nam triumphum quidem illius de Afris actum, rem per se haud magnam, celeberrimum fecit eorum consulum, qui tunc fuere, segnities. At seruile illud bellum, non contra viros susceptum, sed contra vilissima mancipia, alii confecere: Crassus, inquam, & Lucius; cæterum gloriam eius rei atque titulum sibi Pompeius vindicauit. Armenios vero, eosque qui iuxta siti sunt populos, Lucullus perdomuit: Pompeius de iis triumphum egit. Dein per adulationem a ciuibus suis Magnus dictus est, is scilicet, qui cunctis, quotquot ante se nati erant, minor fuit. Etenim quidnam fecit vnquam, quo aut Marium aquauerit, aut vtrumque Scipionem, aut denique Furium istum Camillum, qui, ecce, proxime hunc Romulum eam ob caussam adsidet, quod illius vrbem pene collapsam restituit? Non enim profecto, sicut ædificiis publico sumtu structis, quæ alii fundarunt perfeceruntque, magistratus alius, pariete paullum dealbato, suum inscribit nomen; sic illorum nomina alienis sunt inscripta factis: verum ex iis ipsis rebus, quarum architecti effectoresque fuerant, pulcherrima accepere nomina. Non igitur nouum est, si Pompeium vicisti, qui caput digito scaberet, & qui vulpeculæ magis haberet, quam leonis, ingenium. Etenim postquam eum fortuna destituit, cuius præsens auxilium ante senserat, statim tu hominem, ab adiutrice illa desertum, vicisti. Certe quidem res manifesta est, nulla te virtute tua victorem abiisse. Quum enim in summa rerum necessariarum esses penuria, (quod est, vti nosti, maximum imperatoris peccatum) prælio conserto, victus es. Quod si Pompeius tanta stoliditate & amentia fuit, vti aut recte imperare suis nescıuerit, aut, quum trahendum esset bellum, pugnam non distulerit, neque suos vrserit successus; certe sua ille culpa, ac non virtute tua tuisue consiliis, cecidit. At vero Persæ, qui bene & prudenter cuncta, queis ad bellum opus erat, parauerant, virtuti nostræ concessere. Cæterum quoniam virum bonum (qualem esse principem volumus) non modo decet res gerere, verum illud quoque prouidere, quam iuste vnumquidque & quam recte geratur; ego Persarum in Græcos iniurias armis vltum iui, atque adeo aduersus ipsos Græcos suscepi bellum: haud sane vt Græciam attererem, sed vt eos compescerem, qui transire me, & pœnas a Persis reposcere vetuerunt. Tu vero Germanos Gallosque ideo debellasti, vti postea illas ipsas manus tuas in patriam tuam armares. Quo quid peius, obsecro, quidue esse turpius potest? Quandoquidem autem, veluti per risum, decies mille Græcos a me deuictos memorasti; profecto quod ex ista regione ortum vos trahitis, quodque Italiæ maximam partem olim Græci habitauere, etiamsi verum esse sciam, tamen hoc in numerum eorum, quæ dicturus sum, non addo. Nam inter illos ipsos exiguam quandam & contemtam gentem, Ætolos inquam, quos magni putabatis socios amicosque habere, postea (nescio ob quam caussam) bello a vobis petitos, non sine ingenti discrimine vestra accipere imperia docuistis. Igitur si in extrema Græciæ (sic enim iure appelletur) senecta, non ad vniuersam illam, sed ad paruam duntaxat gentem perdomandam, quæ, quum res Græcorum florerent, ne nomine quidem nota erat, vix satis virium (pene dixerim) habuistis: quid, quæso, vobis factum foret, si aduersus vigentem adhuc vnanimemque Græciam bellum vobis fuisset gerendum? Certe quidem & illud meministi, quum Pyrrhus ad vos veniret, quanta omnium fuerit trepidatio. Verumenim-

vero, quoniam Persas vicisse paruum putas, remque tantam audes ridere: dic, obsecro, cur exiguum illud terræ, quod ad Tigrim fluuium sub Parthorum est ditione, post trecentos & amplius annos, quibus id bellum gestum est, nondum tenetis? vin caussam tibi dicam? Persarum vos isthinc tela probibuere. Dicat tibi de illorum virtute Antonius, qui prima militiæ rudimenta sub te magistro didicit. Ego vero, non totis decem annis, illos simul atque Indos subègi. Et tu igitur tanta fidentia es, vti in certamen me voces, qui & a prima pueritia dux belli fui, & eas gessi res, quarum memoria, licet nunquam digne scriptoribus celebrata sit, tamen victura semper mecum est? Certe enim plane idem mihi in hac re, quod Herculi, domino atque regi meo, contingit, quem colui ego atque æmulatus sum. Nam cum Achille, generis mei auctore, pene ex æquo certabam. At Herculem suspexi, eiusque vestigiis, vtcunque sequi potest homo deum, inhærescebam. Hæc sunt, Dii, quæ aduersus illum dicenda pro me habui: quanquam fortasse tacuisse satius fuerat. Quod si atrociter aliquid feci, non hercule id factum a me aduersus insontes est, sed aut in eos, qui sæpe & non vna re me offenderant, aut qui tempore & occasione male essent atque inepte vsi. Quæ igitur in hos quidem, quos posterius dixi, designaueram, eorum me postea cepit Pœnitentia: quæ diua sapere plerisque dat, eosque, qui deliquere, præstat integros. At cæteros, quibus ambitio & studium fuit hostilia sæpe patrare, meque lacessere, si vlciscerer, nihil mihi facere inique videbar.

Finierat ille plenam bellici spiritus orationem; & iam clepsydram ad Augustum detulit Neptuni puer, eique parcius aquam adfudit, quum ob temporis, quod restabat, angustias, tum quod animo repeteret qua olim ille fuisset in hunc Deum insolentia. Ille, vt hoc intellexit, (quippe ea erat hominis industria) nihil in aliorum rebus percensendis immoratus: *Equidem ego*, inquit, *summe Iupiter, vosque Dii, temperabo nunc mihi, ne aliorum facta traducam aut extenuem, sed de me ipso omnis hæc mihi futura est oratio. Adolescens quum essem, vrbis meæ tutelam suscepi, plane vti Alexander iste, cuius est excellens animi magnitudo. Cæsarem autem hunc, patrem meum, secutus, feliciter Germanica bella confeci. Ad hoc, ciuilibus armis quum confligerem, nauali prælio apud Actium facto, Ægyptum debellaui. Brutum vero atque Cassium vici apud Philippos. Sextum Pompeii filium, in transitu, non aliud quam accessionem quandam meæ putaui expeditionis. Iam vero sapientiæ magistris ita me docilem præbui, vti Athenodori liberrima verba, nulla indignatione, sed sereno vultu tulerim. Quippe hominem sic plane, vt pædagogum, aut potius vt patrem, reuerebar. Arius quoque in amicorum inque familiarium numero mihi est. Ad summam, nihil omnino vsquam in philosophiam peccauimus. Cæterum quum ciuilibus dissidiis rem Romanam sæpe in extremo sitam cernerem, sic omnia ordinaui, vti vrbs in posterum iam ferrea tota sit. Etenim qui immodica dominandi libidine non vincerer, haudquaquam profecto id studebam, vti omnia, quæ vbique sunt, ad illius imperium adiungerem; sed duos velvti terminos, quos ipsa dederat natura, posui, Istrum atque Euphratem. Dein Scythis Thracibusque domitis, quum vos mihi plures imperii annos adderetis, quod superfuit otium, sic egi, vti non bella quærerem ex bellis, sed leges conderem, & quidquid belli impetu perculsum atque postratum erat excitarem. Quæ dum faciebam, equidem videbar mihi sic reipublicæ consulere, vti nemini maiorum meorum concederem, sed (si libere loqui licet) cunctos vincerem illos, quibus vnquam huiusmodi imperium Dii commiserant. Etenim ex his alii in expeditionibus extremum*

spi-

ſpiritum conſumſerunt, & ,quum perfrui pace poſſent, bella e bellis pararunt ſibi, plane vt contentioſis hominibus lites meditari mos eſt: nonnulli, quum armis laceſſerentur, luxui atque ventri dediti, fœdiſſimam voluptatem non ante famam modo, quæ ad poſteros manat, ſed ante ſalutem quoque ſuam poſuere. Quæ quum cogito, ſane haud poſtrema me gloriæ parte dignor. Cæterum vos quod cenſueritis, Dii, id vti ego gratum acceptumque habeam, par eſt.

Statim dein Traiano dicendi poteſtas fit. Is vero, licet facundia polleret, tamen præ ignauia (vt qui Suræ pleraque pro ſe ſcribenda mandauerat) reſonans potius inconditum quiddam, quam loquens, Getica Diis & Parthica oſtendebat tropæa. Senectutem quoque ſuam accuſabat, per quam Parthicum conficere bellum haud licuiſſet. Tum Silenus: atqui, inquit, hominum ſtultiſſime, viginti annos imperium tenuiſti; at Alexander hic duodecim. Et cur tu igitur, diſſimulata ignauiæ tuæ culpa, temporis incuſas anguſtias? Concitatus ille tam mordaci dicto:(nec enim plane dicere indoctus erat, verum, quod vinoſus eſſet, vim ipſe ſuam ingeniumque hebetauerat) *Ego, Iupiter*, inquit, *Diique cæteri, quum imperium ſuſcepiſſem, cuius erant omnes partes remiſſæ atque diſſolutæ, non tyrannide modo, quæ diu domi inualuerat, ſed foris quoque Getarum populationibus; ſolus, inquam, ego eas, quæ trans Iſtrum ſunt, gentes adii; Getasque exſtirpaui, qui ſunt omnium, quotquot vnquam fuere, hominum bellicoſiſſimi, non ob corporis modo robur, ſed quia penitus animis infixa tenent, quæ illis Zamolxis perſuaſit, qui magnis illic colitur honoribus. Non enim morte interire ſe, ſed alio migrare, quodam opinionis credunt errore; eaque res efficit, vti ſint ad incerta caſuum paratiores, qui duntaxat animæ quandam exſpectant in alio orbe peregrinationem. Hæc autem ego intra quintum geſſi annum. Neque illud hercule obſcurum eſt, omnium me, qui ante vixerant, Imperatorum longe in ciues fuiſſe clementiſſimum. De qua laude nec Cæſar iſte, nec alius quiſquam, mecum certabit. Parthos autem, quamdiu nulla læſus eſſem iniuria, armis me adoriri haud debere exiſtimaui: at, ſimul ac læſere, nihil ſenecta tardatus, exercitum in eos duxi, quum tamen mihi leges iam militiæ dediſſent vacationem. Hæc quum ita ſint, nonne præ cæteris dignus eſſe honore videor, quem & ſubditi mitem, & hoſtes mire experti ſunt formidabilem; quique inſuper philoſophiam, diuinam veſtram ſobolem, perquam reuerenter colui?*

Quæ quum dixiſſet Traianus, præ cæteris illi omnibus clementiæ adiudicata laus eſt, ipſaque re apparuit, maxime hanc virtutem Diis eſſe gratam. Vt vero Marcus orſus eſt loqui, Silenus ſubmiſſim ad Bacchum: audiamus, ait, Stoicum iſtum; quidnam tandem nobis proferet e paradoxis iſtis & portentoſis opinionibus? Ille ad Iouem oculis adque Deos verſis: *Mihi*, inquit, *Iupiter, vosque Dii, nihil verbis aut contentione eſt opus. Etenim ſi facta mea neſciretis, ſane vos ea ex me diſcere oporteret. Nunc, quoniam nota hæc vobis ſunt, neque fugere vos quidquam poteſt, vos mihi id, quod meritus videbor, tribuite.* Igitur Marcus, quum cætera eſſe homo admirandus, tum vero maxime ſapere cenſebatur, quippe qui nouiſſet

vbi vel tacere, vel decorum ſit loqui.

Poſt hunc Conſtantino facta loquendi copia eſt. Atque ille initio quidem plenus optimæ ſpei ad certandum proceſſit; at poſt, vt aliorum ingentia facta conſiderauit, ſua eſſe didicit oppido parua. Etenim (ſi dicere, quod res eſt, decet) duos interemit tyrannos, vnum quidem imbellem atque effœminatum, alterum vero fortunæ vexatum acerbitate, & inſuper fractum ſenecta, vtrumque vero Diis

ro Diis hominibusque inuisum. Nam de Barbaris quidem, risu digna erant, quæ egerat: stipendia enim illis, quasi tributa, pependit, & luxui fuit propior. Is igitur procul a Diis, in limine stabat ipsius Lunæ. Huius enim ille amore tenebatur, eamque defixis adspectans oculis, de victoria haud sollicitus erat. Quoniam tamen & ipsi dicendum aliquid fuit: *His ego rebus*, inquit, *omnes istos antecello: Alexandrum quidem istum, quod cum Romanis, Germanisque, & Scythis, non autem hercule cum barbaris Asianis, bella gessi: Cæsarem autem, atque Octauium, quod non, vt illi, in ciues probos bonosque, per dissidia intestina, sed aduersus impurissimos pessimosque tyrannos, arma sumsi. Nam Traiano me quidem res hæ, quas aduersus illos ipsos tyrannos feliciter gessi, iure fecerint clariorem. Quod autem armis eam recepi regionem, quam ille ceperat prius, ea re merito par illi possem videri; ni maius esset, quæ amiseris, recipere, quam, quæ parta nunquam sunt, quærere. Marcus vero, quum nihil pro sese dicat, nobis vniuersis primas cedit.*

Ibi Silenus: Quid? inquit, an tu Adonidis hortulos, Constantine, ceu res veras atque solidas, nobis obtrudis? At quinam sunt illi, inquit, quos appellas Adonidis hortulos? Hi nempe, (ait Silenus) quos Veneris marito mulieres instruunt, ingesta in testas leui terra, vti olufcula surgant; quæ vbi breue tempus floruere, statim marcescunt. His dictis Constantinus erubuit: quippe res suas plane esse huiusmodi agnouit. Demum, quum silentium esset, alii quidem exspectare velle videbantur, cuinam Dii suffragiis suis primas darent. Nonnulli autem sic existimabant: consilia cuiusque in apertum esse proferenda; non enim æquum esse, vti iudicium ex factis tantum fieret, quorum maximam partem sibi Fortuna vindicare posset. Coram enim adstabat ea Diua, & omnes ingenti clamore incusabat, excepto solo Augusto: hunc enim recte semper dona sua æstimasse perhibebat. Visum est igitur Diis, hanc quoque rem Mercurio c ommittere. Ac primum quidem iusserunt, vti ex Alexandro exquireret, quidnam esse duxisset optimum, quaue spe ea omnia fecisset tulissetque, quæ fecerat quæque tulerat? Ille ait: propositum sibi fuisse, cuncta perdomare. Tum Mercurius: an igitur, inquit, hoc te fecisse autumas? Sane vero, ait Alexander. Inter hæc Silenus cum mordaci cachinno: At domuerunt te non semel, inquit, nostræ filiæ. Vites autem intelligi voluit, atque Alexandrum, hominem ebriosum & vini amantem, notabat. Huic Alexander: (quippe adhuc plenus erat Peripateticorum captionibus) Non hoc, inquit, egi, vti res inanimas, cum quibus nullum mihi certamen fuit, sed vti omne hominum atque omne ferarum vincerem genus. Tum Silenus, miranti similis, iocose admodum: oh, oh, inquit, dialecticorum versutias! tu vero vtrum inter inanima te, an animata inter & viuentia pones? Ille, veluti indignatus: Bona verba, inquit; ea enim animi magnitudine sum, vti Deum fieri me posse, immo vti iam esse, credam. Atqui, inquit Silenus, sæpe te ipso minor fuisti, quum iræ animum, aut ægritudini, aut simili submitteres affectui. Immo, inquit Alexander, maiorem se ipso minoremque fieri, æquiuoce de vno eodemque dicitur: ego vero, vt me aduersus alios gesserim, narro. Papæ, ait Silenus, quæ hæc dialectica est! vt tu docte nostra sophismata refellis! Cæterum, quum in India vulnerareris, & tibi Peucestes circumfusus esset, tuque animam singultans, vrbe educereris, vtrumne victus tunc ab illo abiisti, qui hoc tibi vulnus inflixerat, an vero & illum quoque vicisti? Sane, inquit, non illum modo, sed ipsam quoque deuici vrbem. Haud tu quidem, bone vir, inquit Silenus:

lenus: etenim iacebas, vti Homericus Hector, viribus atque anima prope defectus, cæteri pugnabant, vincebantque. Nempe, me duce, inquit Alexander. Cui Silenus: & quomodo, inquit, sequi te potuere, quem pene mors occupauerat? Dein ista Euripidis cecinit:

Næ nostra morem Græcia vsurpat malum,
Ex hoste ponit quum tropæa exercitus.

At Bacchus: desine, inquit, mi pater, istiusmodi sermonum, ne sic te ille, vt Clytum, excipiat. At Alexander erubuit, oculosque eius lacrymæ turbarunt, neque quidquam dixit. Atque hic finis illius sermonis fuit. Mercurius dein Cæsarem interrogauit, &: tibi vero, inquit, Cæsar, quid in omni vita propositum fuit? Vti primus, inquit, inter ciues meos forem, neque cuiquam aut essem aut haberer secundus. Atqui vero, inquit Mercurius, nimis hoc obscurum est. Vtrum enim sapientiæ in studiis, an dicendi in facultate, an in bellica arte, an denique in reipublicæ administratione hoc esse positum existimasti? Maxime voluissem, ait Cæsar, omnibus rebus omnes antecellere: verum quia hoc non poteram, illud operam dedi, vti inter meos ciues plurimum potentiæ mihi esset. Quid, inquit Silenus, tune multum apud eos valuisti? cui ille: omnino, ait, imperium enim in eos tenui. Es tu quidem illud assecutus, inquit Silenus; sed assequi beneuolentiam eorum haud potuisti, etiamsi, tanquam in fabula, aut in scena, summam simulalares humanitatem, cunctisque in seruile obsequium te submitteres. Annon igitur populo, inquit, carus fuisse videor, qui percussores meos Brutum atque Cassium sit persecutus? Sane, inquit Silenus, non hoc idcirco factum est, quia occiderant te illi, (ob hanc enim caussam consulatus illis vnanimi deiatus est consensu) verum quia pecuniæ facta spes erat. Etenim, simul ac de testamento tuo intellexissent, non mediocrem indignationi suæ scriptam videbant mercedem. Iam hic quoque sermo finem repererat, quum Mercurius iterum Augustum pupugit, &: tu vero, inquit, non dices nobis, quid esse pulcherrimum duxeris? cui ille: pulcre, inquit, imperare. Ergo, inquit Silenus, quid sit istud tuum pulcre, expone nobis Auguste: nam & pessimus quisque hoc dixerit: itaque Dionysius quoque sua opinione pulcre imperitabat, &, qui illo impurior fuit, Agathocles. Tum ille: vtique meministis, inquit, quum nepotem meum a me dimitterem, orauisse me vos, vti Cæsaris fidentiam, Pompeii acrem animi vim, meam autem illi daretis fortunam. Inter hæc Silenus: iste vero, inquit, pupparum effictor multa nobis Deorum tutelarium simulacra congessit. Vnde tu, ait Augustus, istud iocosum nomen mihi das? Quid vero, inquit Silenus, annon, sicuti illi nymphas, ita tu nobis, Auguste, effinxisti Deos? quorum vnus, ecce, etiam Cæsar iste est. Igitur Octauius, velut oculos præ pudore attollere veritus, conticuit. Mox Mercurius in Traianum intuens: tibi vero, inquit, quid consilii fuit, quum ea gereres, quæ gessisti? Ego, inquit ille, eadem omnia, quæ Alexander, sed moderatius, appetii. Immo tu hercle, inquit Silenus, ab iis affectibus victus es, qui sunt multo ignobiliores: illum enim ira plerumque, te vero fœda & pudenda voluptas superauit. Quin tu, Silene, in malam rem abi, ait Bacchus: ita cunctos derides, neque permittis cuiquam, vti pro se dicat. Verum tu parce in illos probra iactare, & qui Marcum nunc culpes, etiam atque etiam vide: certe enim, vt cum Simonide loquar, hic mihi videtur totus quadratus, & omni maior reprehensione. Demum Mercurius Marcum intuens: tu vero, inquit, cum superbia tua, dic, quem esse vitæ finem optimum

mum duxeris? Ille leniter & modeste: Deos, inquit, imitari. Statim hoc responsum Dii non ab degeneri mente profectum, sed quouis esse pretio dignum censuere. Quin ipse quoque Mercurius nihil iam quidquam moliri voluit. Quippe credebat Marcum, vti semel cœperat, ita porro responsurum. Et cæteris quidem Diis ita visum fuit. Solus autem Silenus: at ego, inquit, (ita me Bacchus amet) non feram hunc sophistam. Etenim si ita res est, cur tu igitur, inquit, edebas bibebasque, non, vti nos cæteri Dii, ambrosiam & nectar, sed panem & vinum? Ego vero, inquit Marcus, non ob hanc caussam edi bibique, quod Deos ea re imitari me confiderem, sed vti corpus alerem: credebam enim (fortasse falso) etiam vestra corpora debere e suffitibus nutriri. Haud igitur istis rebus vos ego, sed animo imitandos duxi. Ibi cessans aliquantisper Silenus: (haud enim ignaui pugilis ictum senserat) fortasso tu, inquit, non inepte istud dixisti. Cæterum illud mihi edissere, qua in re esse positam duxeris Deorum imitationem? Nempe in eo, inquit Marcus, si quam paucissimis indigerem, plurimis autem benefacerem. Nulla ne igitur re, inquit Silenus, indiguisti? Ego quidem, inquit Marcus, nulla: at fortasse corpus hoc meum minutis quibusdam. Quum etiam hoc cordate dixisse Marcus videretur, hæsit tandem Silenus, & alia quædam insectatus est, quæ ad vxorem eius & ad filium pertinebant. Nam neque recte hic Marcum, neque pro bono fecisse existimabat, quum illam quidem heroinarum dearumque adscripsisset numero, huic vero imperium commisisset. *At ego*, inquit Marcus, *etiam hic Deos imitatus sum. Homeri enim istud dictum, quod de vxore est, sequebar:*

Quisquis sapiensue bonusue est,
Curat amatque suam, quantum pote.

Iam de filio, Iouis sententiam in animo habebam. Etenim Martem vbi obiurgat: iamptidem, inquit, fulmine te percussissem, ni te, quod natus ex me es, diligerem. Adde, quod nunquam putaueram ita fore peruersum filium meum. Quod si iuuentus, cuius est mira in vtramlibet partem propensio, ad deteriora inclinauit, sane non ego prauo iam tum homini imperium tradidi, sed vtique is rei euentus fuit, vti malus sit factus postquam illud acceperat. Igitur, de vxore quod ais, id Achillis est exemplo a me factum; quod in filium miti fui animo, ad eam rem summus mihi praiuit Iupiter. Quanquam profecto nihil hic præter morem etiam cæterorum feci: nam & filiis leges ius dant successionis, & hæc cunctis summa voti est, vti heredes filio decedant. Vxori autem non ego primus, sed post alios multos, diuinos honores tribui. Nam vti tute his rebus auctor sis, fortasse ineptum sit; at, quæ vulgo aliis præstantur, ea coniunctissimis negare, prope iniquum est. Verum ego, Iupiter vosque Dii cæteri, nesciebam longius me, quam decet, prouectum esse: non enim apud ignaros verba pro me facio. Quare vos ardori meo ignoscite.

Finita hac oratione, Constantinum sic interrogauit Mercurius: tu vero quidnam esse pulcrum existimasti? Ille: multas, inquit, opes quærere, multaque elargiri, ac suis pariter & amicorum inseruire desideriis. Igitur Silenus effusissimum cachinnum sustulit, &: an tu olim, inquit, quum auarissimus esse mensarius velles, non animaduertisti te coqui cuiusdam & fucatricis egisse vitam? Indicabat quidem hoc dudum cæsaries tua, & facies; at nunc quoque illud arguit hæc, quam protulisti, sententia. Atque hunc quidem Silenus sic satis acriter tetigit. Dein Dii, facto silentio, clanculum inter sese suffragia tulere; multaque Marco data sunt. Iupiter autem, postquam secreto cum patre aliquot verba commutasset, Mercurio imperat, vti Sena-

Senatus sententiam palam prædicet. Is hoc pacto prædicauit: *Vos, quotquot ad hoc certamen venistis, scitote leges apud nos & decreta huiuscemodi esse; vti & victor gaudeat, &, qui victus est, non queratur. Igitur ite quo libitum animo est, sub Deorum tutela atque ductu in posterum victuri. Vnusquisque autem præsidem sibi aliquem ducemque eligat.*

Post hoc edictum, Alexander quidem ad Herculem accurrit, Octauius vero ad Apollinem. Ioui autem atque Saturno arcte Marcus adhæsit. Cæsarem errantem multum, & hac illac circumcursantem, cum quadam miseratione maximus Mars, atque Venus, ad sese vocauerunt. Traianus ad Alexandrum properauit, tanquam illi adsessurus. Verum Constantinus, quum inter Deos nullum reperiret vitæ suæ exemplar, forte in propinquo diuam Mollitiem conspexit, & ad eam se contulit. Hæc eum sinu leniter excepit, brachiisque amplexa est; ac dein pictis peplis ornatum cultumque ad sororem suam Luxuriam deduxit. Quo in loco ille etiam filium suum reperit moranrem, omnibusque hæc denuntiantem: *Quisquis mulierum corruptor, quisquis homicida est, quisquis piaculo aut execrando scelere se obstrinxit, fidenter huc adito. Etenim simul atque hac aqua ablutus fuerit, illico eum ego purum reddam. Quod si iisdem rursus se flagitiis contaminarit, efficiam vti tunso pectore & capite percusso expietur.* Constantinus hanc a se repertam Diuam mire lætatus est, atque vna cum illa eduxit e Deorum cœtu liberos suos. Mox Dii impietatis vindices male & illum & filios mulctauere, cognatorumque sanguinem, quem per summum scelus fuderant, iustis pœnis vlti sunt: donec tandem Iupiter, Claudii & Constantii caussa, malorum illis aliquam requiem concessit. Postremo ad me conuersus Mercurius: tibi vero, inquit, hoc dedi, vti Solem agnosceres patrem; cuius tu præcepta sequere, atque ita te para, vti is perfugium tibi tutusque portus in omni vita sit; post autem vbi emigrandum illinc erit, plenus bonæ spei, hunc tibi Deum fac propitium viæ ducem.

AMICE LECTOR,

IN huius libelli versione liberrimo animo, vt decet, versati sumus, neque verbum verbo studuimus reddere, vt solent quidam male superstitiosi. Nobis satis fuit a mente auctoris nusquam recedere: quod satis, opinor, assecuti sumus. Anapæsti, & præterea Homeri atque Euripidis tria quatuorue loca, non sunt ex interpretatione nostra. Nescio enim quo fato libentius semper quouis alio sermone, quam Romano, versus scripsimus. Quod & fateri non pudet, &, vti inuitus conarer, nunquam mea interesse credidi.



CAROLI CANTOCLARI
Consiliarii Regii, & in Curia libellorum supplicum Magistri,

NOTAE

IN IVLIANI CAESARES.

Ornatissimo viro

VIDO FABRO

Sanctioris Regis Consilii Consiliario, & in Senatu Parisiensi Præsidi,

CAROLVS CANTOCLARVS

S.



Tsi, vir ornatissime, ab hoc studiorum genere mea me iamdudum suscepta vitæ ratio prohibet; non possum tamen me non ad mansuetiores Musas interdum, quoad per occupationes licet, referre. Neque vero, quamvis iam tum a prima pueritia in his multam curam ac diligentiam posuerim, vnquam ego quidquam, vt in publicum & vulgus ederem, persuaderi potui; sed omne meum tempus, ea quæ ex litteris percipitur animi delectatione traducendum putaui. Etenim quum minimum, immo nullum, hominibus doctrina ornatis honorem haberi aut præmium constitui viderem; si quid in eo genere conarer, me tempus & operam ludere & perdere existimabam. Accedit quod verebar, vt me in obtrectatorum sermones demitterem potius, quam nomini meo gratiam & decus conciliarem. Sunt enim plerumque hominum animi tanta maleuolentia suffusi, vt, quantum aliis detraxerint, tantum sibi laudis additum esse putent. Quamobrem quum ante aliquot annos hunc librum

brum nactus Latinum fecissem, me sustinebam, & in lucem proferre nolebam: Verum nescio quomodo tandem amicorum adhortationibus de mea vetere sententia depulsus cessi, & hanc meam lucubrationem in luce atque oculis hominum versari volui. Huic quum ego patronum quærerem, in cuius fidem & tutelam se reciperet, memoriam ad eam, qua me semper es complexus, humanitatem reuocaui. Itaque hanc nostram operam, quanti est, (tanti autem erit, quanti tu esse volueris) omnem ad te defero: quam vt suscipias, & vt susceptam tuearis, rogo. Vale.

LECTORI.

TOt tantisque mendis scatebat hic liber, studiose Lector, vt mirum nemini videri debeat, si in prima editione nonnulla sint, quæ tu fortasse non probes. Quatuor omnino in manus meas exemplaria venerunt. Quorum primum cuiusdam amici mei beneficio, quem heic nominatim certis de caussis appellare non libet, habui. Alterum vir optimus & veterum auctorum studiosus Petrus Daniel mihi commodauit. Tertium vero Petrus Pithoeus, Iurisconsultus doctisſimus & in restituendis antiquis auctoribus felix & ingeniosus, mutuo dedit. Quartum, cæteris sane non emendatius, nactus sum ex illustrisſimæ Heroinæ Catharinæ Mediceæ Reginæ, tot potentisſimorum Regum genitricis, bibliotheca. Neque vero exemplaribus istis tantum confidi, vt non quamplurima immutarim, quæ vel sententiæ vel Græci sermonis ratio non ferebat. Quod tamen parce & modice, nec nisi necessario, feci. Sed nec iudicio meo contentus, in consilium adsciui Renatum Marchalum Boismoræum, virum vtriusque linguæ peritisſimum, mihique a multis annis amicisſimum; qui multos locos deprauatos restituit, & in aliis etiam restituendis me adiuuit & confirmauit. Quorum omnium rationem reddere, & quædam obscuriora, quæ hoc libro continentur, paucis explicare libuit. Tu vero operam nostram æqui bonique consule. Vale.



CAROLI CANTOCLARI
NOTAE
IN IVLIANI CAESARES.



PAg. 306. Totum hoc principium in omnibus exemplaribus erat perturbatum: nec interlocutorum personæ vlla distinctione notatæ. Nos, vt est, restituimus.

Ibid. A. lin. 9. *παίζειν πεφροντισμένα*) Bosmoræus ita interpretatur, *res serias ludos facere*, vt & illud Luciani: *ἡ δὲ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων*, *Fortuna ludos facit hominum res.*

Ibid. lin. vlt. *τῆς ψυχῆς*) in exempl. Pithoei deest.

Ibid. B. lin. 2. *Ἀλλ' ἐμοὶ ἐ ταύτῃ ἔοικεν ἀπαντᾶν τὸ χρῆμα*) *Mea ratio abhorret ab hac ratione:* scilicet, otium quod datur nolo terere in rebus ridiculis. Nec enim reiicit honestam animi remissionem, aut relaxationem; sed eos reprehendit, qui putant animi remissionem versari in aliis deridendis, aut risu commovendo, atque huiusmodi nugis agendis, a quibus se maxime alienum esse dicit. Scilicet Ciceronis illud probat: *Itaque quum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, aut discere, cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene beateque viuendum necessariam ducimus.* Cæterum hic in quibusdam codicibus legitur, *Ἀλλ' ἐμοὶ τὀναντίον τὸ χρῆμα.*

Ibid. C. lin. vlt. *Ἀλλ' εἴτε πλάσμα*) In priori editione legi, *Ἀλλὰ ἐγὼ δὲ πλάσμα λέγω Ἑρμῆ*, propterea quod sermo ex persona Iuliani haberi debere mihi videbatur. Verum omnium exemplarium consensus meam quidem sententiam inflexit, sed non omnino immutauit.

Pag. 307. A. lin. 2. *εἴτε*) Al. *ὁ εἴτε.*

Ibid. lin. 5. *τὶ μὲν οὖν ἤδη*) Al. *τοῦτὶ γαρ ἤδη.*

Ibid. lin. 7. *ἀλλά μοι*) Al. *ἀλλ' εὖ μοι.*

Ibid. B. lin. 10. *πειθομένους*) Al. *πειθόμενος.*

Ibid. D. lin. 6. *ἀτενέστερον*) Al. *ἀθενέστερον.*

Pag. 308. A. lin. 5. *μεῖζον εἶναι λέγων αὐτὸ*) Quid si *μείζων εἶναι λόγων αὐτὸ*, ut R. M. Bosmoræus legit, & paullo post pro

Ibid. lin. 6. *νῷ θεατὸν*) *ἀθέατον.*

Ibid. lin. 7. *προσιέναι*) Forte *προσεῖναι* aut *προσοιχθῆναι.*

Ibid. lin. 11. *τῇ τῶν θεῶν ὄψει*) Al. *τῆς τῶν θεῶν ὄψεως.*

Ibid. D. lin. 8. *μή σε ὁ ἀνὴρ*) Al. *μή τί σε.* Versus ex Homero Iliados Φ vsurpatus a Domitiano Imp. in eo quem ad amicum quendam *de cura capillorum* scripsit libro. Sueton. in Domit. cap. 18.

Pag. 309. A. lin. 2. *Παίζοντος*) Sunt, qui addant post *παίζοντος* punctum, & aliam clausulam incipiunt *ἔτι δὲ τοιαῦτα.* Sed Silenus caluus fingitur: ideo similitudo Cæsaris cum Sileno ad caluitium referenda est, non ad ludentem Silenum.

Ibid. lin. 8. *γενόμενος*) Al. *γινόμενος.*

Ibid. lin. 10. *καὶ Χάριτας*) Al. *καὶ χάριν.*

Ibid.

Ibid. B. lin. 1. εἶναι δὲ) Vid. Sueton. in Augusto cap. 79.

Ibid. lin. 10. χρυσὸν ἀκήρατον) aurum obryzum.

Ibid. C. lin. 7. αὐλοί;) Al. αὐλῶν.

Ibid. lin. 8. σώφρων τε) Al. σώφρονα.

Ibid. lin. 11. καυτῆρες) Al. καυτῆραι.

Ibid. D. lin. 2. οἷον) in quibusdam omittitur.

Ibid. lin. 4.) Homeri versus Iliados Π.

Ibid. lin. 6. αὐτοῦ) Al. αὐτός.

Ibid. lin. 10. οὗτοσὶ, ὁ Σάτυρος) Credo post οὗτοσὶ tollendam virgulam, & post Σάτυρος adhibendam, hoc sensu: *Hic senex Satyrus me perterrefecit.* Vocat enim Tiberium per contumeliam *senem Satyrum*, propterea quod prouecta iam ætate salacissimus & impurissimus fuerit. Sic enim Suetonius: *In syluis quoque ac nemoribus passim venereos locos commentus est; prostantesque per antra & cauas rupes, ex vtriusque sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu, palamque iam & vulgato nomine insulæ abutentes, Caprineum dictitabant.*

Pag. 310. A. lin. 1. προβάλλεσθαι) vt in medium adferrem, proferrem.

Ibid. lin. 3. 4. γραμματιστήν τινα) Tiberium aures amputasse cuidam grammatico, nusquam legere me memini, & opinor nullo in auctore haberi. Itaque in prima editione ἐργάσασθαι interpretatus sum *male mulctasse*, deinde τοῦτο hoc nomine supple κακὰ aut διὰ, hoc sensu: Tiberium grammaticum quendam, quia præmeditata, quæ πεφροντισμένα Græci vocant, locutus fuisset, male mulctasse. Historia est de Seleuco grammatico apud Suetonium in Tiberio cap. 56. Sed quum a Græcorum verborum significatione hæc interpretatio paullo alienior esset, ab ea discessi, meque ad eam, quæ propius Græca verba adsequeretur, retuli. De hac re tamen Lectorem admonendum putaui.

Ibid. lin. 5. ἐν μονῇ νησιδίῳ) Hic locus in omnibus exemplaribus, præterquam in exemplari Pithoei, erat corruptus.

Ibid. lin. 6. ἄθλιον) Al. Ἄιλιον.

Ibid. B. lin. 5. 6. κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον.) Nonnulli hæc coniungunt cum præcedentibus, & orationem post Claudium puncto claudunt. Tum etiam ἀντὶ τοῦ δήμου vertunt *ex persona populi.* Hæc interpretatio & lectio meo quidem iudicio ferri non potest: quia initium illius Comœdiæ, vbi Demosthenes loquitur, non Δῆμος, non adulationem, sed deplorationem & contumeliam aperte continet. Sic enim ille:

Ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν Ἰατταταί.
Κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν
Αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.
Ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,
Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

quasi dicat,

Heu mala & calamitates!
Dii male perdant hunc sceleratum
Paphlagonem recenter emtum:
Ex quo enim in domum irrupit,
Semper plagas inurit & incutit domesticis.

Notat Claudium, quod ita addictus fuerit suis libertis, vt se ministrum, eorum non prin-

principem, gesserit. Sed & fere omnes ex sua familia, & sibi affinitate coniunctos, occidit: Appium & Lucium Syllanos, hunc generum, illum consocerum; Liuias & Pompeium, alterum generum. Atque adeo eum vocat νεώνητον, quia boletorum & eiusmodi ciborum erat auidissimus. Græci καταχύσματα vocant, quibus νεώνητοι pascebantur. Vide Ammonium. Quæ vero sequuntur apud Iulianum, specie ipsa adulationem, sed reuera mordacem ironiam continent.

Ibid. C. lin. 3. μικρᾶ δεῖ, ἄφωνον καὶ ἄψυχον) Versio nostra huic lectioni consentit: aut, μικρᾶ δέω φάναι, ἄφωνον καὶ ἄψυχον.

Ibid. D. lin. 3. ἀποςεφανωθέντα) Forte hoc rectius, quam ἀποςεφανέμενον, quod in vulgatis legitur.

Ibid. lin. 5. συνέδραμον) Al. συνέτρεχον.

Ibid. lin. vlt.) καὶ ὁ Ζεὺς) Quidam καὶ ὀξὺς.

Pag. 311. A. lin. 1. Σάραπιν) Eum alii Iouem, & ideo hic fortasse Iouis frater; alii Nilum; alii Iosephum; alii Apidem, quasi σορὸν Ἄπιδος esse volunt. Vide Suidam in dictione Σάραπις.

Ibid. lin. 1. & 2. Ὀυεσπασιανὸν) Al. Ουβεσπασιανὸν.

Ibid. lin. 3. σμικρίνην) Al. σμικρόλογον.

Ibid. lin. 7. τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμε) Alludit ad id, quod Suetonius ait: Titus cognomine paterno *Amor & delitiæ generis humani.*

Ibid. lin. 9.) κλοιῷ δῆσον) Al. κλοιοδῆσον, vno verbo: *iuxta Phalaridem ferreis vinculis vincito, aut supplicio afficito.*

Ibid. B. lin. 1. χρηματίσαι δικαιότατος) Hæc in solo exemplari Pithoei reperiuntur, & absunt a reliquis.

Ibid. lin. 5. 6. ἀνισότητος) Al. ἀρισότητος.

Ibid. lin. 6. φοινικῷ θηρίῳ) Al. φοινίκῳ, quod ferri potest, siue ad id referas, quod Domitianus vultu ruboris pleno fuerit, vt apud Suetonium in eius vita cap. 18. siue ad id, quod sanguinarius (eo enim verbo vtitur) fuit.

Ibid. D. lin. 5. μῶν Ἀντίνοον) Al. μῶν ἄν τινα. Cæterum nota est Antinoi historia ex Dione in Adriano.

Pag. 312. A. lin. 3. 4. τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον) Græci vno verbo vocant κυμινοπρίςας, *cuminisectores.* Vid. Aristotelem Eth. lib. 4. cap. 1. & Athenæum lib. 7.

Ibid. B. lin. 3. τὸν δὲ ὅτι) Al. τῷ δὲ ὅτι.

Ibid. C. lin. 3. ἵςασθαι καὶ συνομαρτεῖν) Al. ἵπτασθαι καὶ παρομαρτεῖν.

Ibid. lin. 7. χαρήσεσιν) Al. αἰνήσεσι.

Ibid. lin. 9. ἠδίκεις) Al. δοκεῖς, quæ lectio mihi videtur rectior. Nec enim quisquam auctorum absolute Pertinacem conscium cædis Commodi fuisse dicit. Sic enim Capitolinus: *Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit.* Itaque si legas δοκεῖς, ita interpretor: ὅσον ἐπὶ τοῖς σκέμμασι, *saltem animo & cogitatione.*

Ibid. D. lin. 7. καὶ τὰ παιδάρια) Al. καλὰ τὰ παδάρια, hoc sensu, *vt vero Seuerus se coniuncturus fuit cum filiis.*

Pag. 313. A. lin. 1. σοφὸς μιαιφόνος) Alii codices φυγάς. Nam & exul quoque Macrinus fuit. Sed quod in versione σοφὸς verti *cautus*, id quidem ei conuenire potest propter astutiam in celanda nece Caracallæ. Verum verti etiam potest *sapiens.* Nam & doctrinarum studiis floruisse dicitur. Sic enim Capitolinus: *Macrinum libertinum hominem, prostibulum seruilibus officiis occupatum in*

in domo|imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, a Seuero remotum etiam a miserrimis officiis, relegatumque in Africam, vbi, vt infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse, egisse caussulas, declamasse, ius postremo dixisse.

Ibid. lin. 5. Σύρ@) Al. Σεϐῆρ@. Nam & Alexander *Seuerus* dictus est.

Ibid. B. lin. 2. εἶπε ἡ Δίκη) Al. εἶπε τῇ Δίκῃ.

Ibid. lin. 3. μέλαίτιοι γεγόνασι) Al. μέλεγεγώνασι.

Ibid. C. lin. 3.) Versus Euripidis ex Phoenissis.

Ibid. lin. 6.) Hunc si velis, ita verte: *Aurum hic gestans delitiatur more puellæ*; vt exprimas verbum τρυφᾷ.

Ibid. lin. 8. Τούτῳ δὲ ὁ Ζεὺς εἶπε) Al. Τούτῳ δὲ ὁ Ζεὺς ὥσπερ τῆς ἐκεῖσε θοίνης ἐξέϐάτην, aut ἐξέϐη, siue ἐκϐῆθι.

Pag. 314. A. lin. 1. 2. Ἥλι@ δὲ ὁ ἐμοῦ) Aureliani mater erat sacerdos templi Solis: & magnificum templum extruxit Soli Aurelianus, postquam factus est Imperatur. Vide Vopiscum in vita Aureliani.

Ibid. lin. 10. 11. ἑϐδομήκοντα πόλεις ἀναστήσας) At Vopiscus non instaurasse, sed recepisse, in vno loco sexaginta, in alio septuaginta vrbes: & si Græca dictio ἀναστήσας ferre potuisset, *recepit*, aut *ab hostium captiuitate vindicauit*, vertissem.

Ibid. B. lin. 4. τοὺς φονέας) Posset hic locus ita verti: Probum sicarios, vel principum interfectores, scilicet Taciti & Aureliani, supplicio affecisse; de qua re vide Zosimum lib. 1. & Vopiscum in Probo. Cæterum ad nostram interpretationem facit, quod idem Vopiscus ait in Caro, *Carum Probi mortem acerrime & constantissime vindicasse.*

Ibid. D. lin. 5. ἐοικὼς) Al. ἔοικεν.

Pag. 315. A. lin. 1. σπουδαῖα) Præter Græca addidimus: *leuibus nonnunquam miscere*, quæ tollat qui volet.

Ibid. Ἔτι διαλεγομένων) *Quum adhuc illi inter se colloquerentur.*

Ibid. C. lin. 3. παντοίως) Al. παντοίαν.

Ibid. C. lin. 11. παραφύεται) Al. παραφέρεται.

Pag. 316. A. lin. 8. 9. διαπειρᾶσθαι) Al. διαπηρεῖσθαι supple ἡ παρασκευή.

Ibid. B. lin. 8. ἀποπειρασώμενοι) Al. ἀποπειρώμενοι.

Ibid. lin. 9. δεόμεθα) Al. τιθέμεθα. Hoc verbum absolute positum pro κρίσιν τιθέμεθα *indicium proponimus*, mihi insolens visum est. Itaque δεόμεθα, quod in duobus exemplaribus inueni, legere malui.

Ibid. C. lin. 1. 2. καταλαϐὼν) De Caracalla loquitur.

Ibid. D. lin. 1. τεθαυμάκασι) Al. τέλευκάαν, a τεύχω.

Ibid. lin. 9. 10. λέγων) Al. λέων.

Pag. 317. A. lin. 1. οἴχονται) Al. οἴχωνται in subiunctiuo.

Ibid. C. lin. 3. σεμνὸς) Al. σεμνὸς, ἔχων καὶ τὸ πρόσωπον.

Ibid. D. lin. 6. εἰσάγωμεν) Al. εἰσαγάγωμεν.

Pag. 318. C. lin. 2. ὅρα, ὦ Πόσειδον, μὴ νομίσαντες) Al. ἀλλ᾽ ὅπως μὴ νομίζοντες.

Ibid. D. lin. 4. ἐκήρυττεν) Præconia versibus fieri solita indicat Lucianus in Ioue tragœdo, his verbis: Ἀποσεμνῦναι φημὶ δεῖν τὸ κήρυγμα μέτροις τισὶ, καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. Sed præconium, quod apud Lucianum eo loco habetur, versibus hexametris constat. Hoc vero versibus anapæsticis, opinor, a variis auctoribus desumtis, & a Iuliano ad suum propositum accommodatis, quæ Græci παρῳδεῖν dicunt. Nam est versus scilicet καὶ πολέμοισι, δάϊον εἶχ@, quem obseruaui ab Euripide desumtum. Non omittendum, pleros-

plerosque in ea esse opinione, vt hi Anapæsti non quatuor constantes pedibus, sed duobus, legi debeant, hoc modo:

Ἄρχει μὲν ἀγὼν
Ὁ τῶν καλλίστων
Ἄθλων ταμίας·
Καιρὸς δὲ καλεῖ
Μηκέτι μέλλειν.
Ἀλλ' ἀκούοντες
Τὰν ἡμετέραν
Κήρυκα βοὰν,
Οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς
Δουλωσάμενοι
Ἔθνεα πολλὰ,
Καὶ πολέμοισιν
Δάϊον ἔγχος
Θήξαντες, ὁμοῦ
Γνώμης τε μέγαν
Πινυτόφρονα νοῦν,
Ἴτ' ἐς ἀντίπαλον
Ἵστατε κρίσιν,
Οἵ τε φρόνησιν
Τέλος ὀλβίστης
Θέμενοι βιοτῆς,
Οἷς τ' ἀντιβίους
Κακὰ πόλλ' ἔρξαι
Καὶ χρηστὰ φίλους
Τέκμαρ βιότου
Νενόμιστο καλοῦ
Τέλος, ἡδίστην
Τ' ἀπόλαυσιν ἔχειν
Τέρματα μόχθων,
Δαῖτάς τε γάμους
Ὄμμασι τερπνὰ,
Μαλακάς τε φέρειν
Ἐσθῆτας, ὁμοῦ
Λιθοκολλήτοις
Περὶ χεῖρας ἄκρας
Ψελίοισι, φάνη
Μακαριστότατον.
Νίκης δὲ τέλος
Ζηνὶ μελήσει.

Pag. 320. A. lin. 10. ἀπὸ τρισχιλίων) Sic Dionysius Halicarnass. lib. 2. Antiquitat. Roman. Cæterum numerus colonorum missorum magnus a principio ad paruum redactus est: tria millia peditum, trecenti equites.

Ibid. C. lin. 10. ἐν τῇ Καρῶν μοίρᾳ) Erat ignobile militum genus, calones nempe. Vnde prouerbium, *in Care periculum.*

Ibid. D. lin. 3. ἐτρέψαντο) Al. ἐτρέποντο.

Ibid. lin. 5. Ἰταλοὺς) Hæc vox deest in vno exempl.

Pag. 321. A. lin. 7. Ἰβήρων) Al. Ἑβραίων aut Ἐδούων, quæ lectio mihi satis probaretur. Reliqua quæ sequuntur nota sunt ex commentariis Iulii Cæsaris, & Plutarcho in Iulio.

Ibid. D. lin. 9. Καί τοι ἤ τί τοσοῦτον ἦν) Al. καί τοι ἢ τοσοῦτον, aut ἢ ταῦτο ἦν;

Pag. 322. A. lin. 2. τὸ λέγειν ἐξεμελέτησα) Al. ἐξεμέλησα. Fortasse non vult dicere, Cæsarem minime facultate dicendi valuisse: nam & inter oratores sui temporis est habitus, teste Cicerone in Bruto; sed, ad dicendum præmeditatum non accessisse.

Ibid. C. lin. 5. ἀκροώμενος) Sic & Plutarchus; sed Suetonius, animaduersa Alexandri magni imagine, cap. 7. in Iulio.

Ibid. lin. 8. μετὰ τοῦτο) Al. μέγας τοὔνομα.

Ibid. D. lin. 1. ὀνομαστότατος) Al. ὀνομαστότατον.

Ibid. lin. 6. Κράσσος καὶ Λούκιος) Al. Κράσσοι καὶ Λούκιοι. Scilicet Crassum & Lucium Gellium innuit. Vid. Plutarch. in Crasso & Appian. Bell. ciuil. lib. 1.

Pag. 323. A. lin. 3. μείονα) Al. μείζονα, hoc sensu, vt in prima editione vertimus, *comparatione alicuius eorum, qui ante eum fuerunt, maiorem.*

Ibid.

Ibid. lin. 11. ἐπεγράφη) Al. ὑπογραφήν.

Ibid. B. lin. 9. προὔδωκεν) Al. προέδωκεν.

Ibid. C. lin. 2. καὶ γὰρ ἐν ἐνδείᾳ) De pugna ad Dyrrachium commissa, vt lego, loqui videtur.

Ibid. γέγονας) Al. γέγονεν.

Ibid. lin. 5. ἡττήθης) Sensus, ita legendo, constare credo non potest.

Ibid. lin. 8. τρίβειν τὸν πόλεμον, ὑπερετίθετο τὴν μάχην) In prima versione ita transtulimus : *siue quando oportebat bellum ducere, prælio congressus est.* Atque hæc interpretatio magis sententiæ & historiæ conuenit, quam Græcorum verborum propriæ significationi. Certum enim est ex Appiano, & Plutarcho, & reliquis auctoribus, Pompeium non prudentis ducis officio functum, qui pugnandi copiam in Pharsalia Cæsari fecerit, quum Cæsar in his locis esset, in quibus penuria rerum necessariarum facile opprimi posset.

Ibid. D. lin. 4. ἐνέδοσαν) Al. ἐνέδησαν aut ἐνέβησαν.

Pag. 324. B. lin. 3. πολεμωθέντας) Al. πολεμηθέντας.

Ibid. lin. 8. 9. ἡνίκα ἤκμαζε) Al. ἡνίκα οὐκ ἤκμαζε, afflictis etiam Græcorum opibus, vt in prima versione.

Ibid. D. lin. 4. παρὰ σοῦ) Al. περὶ σοῦ.

Ibid. lin. vlt. ὑμνηθέντων) Al. ὑπομνηθέντων, ὅμως δέ.

Pag. 325. C. lin. 8. ἔλαττον) Al. ἕλκυσον. Cæterum vide Suetonium in Augusto cap. 16.

Pag. 326. A. lin. 5. ἐμαυτοῦ) Al. ἐπ' αὐτοῖς. Et ita lego. Quantum ad ea, quæ sequuntur de Athenodoro, vide Plutarchum in Apophthegmatis, Suidam in Ἀθηνοδώρου, Zosimum lib. 1. de Arrio, Plutarchum in Antonio, & eundem Iulianum in epistola ad Alexandrinos, quæ & a nobis edita & in Latinum versa est.

Ibid. C. lin. 3. ὄρεια) Eadem Suidas & Zosimus.

Ibid. D. lin. vlt. καὶ πολεμούμενος) Antonium notat.

Pag. 327. A. lin. 11. δυνάμενος λέγειν) In omnibus exemplaribus ita legitur: sed Græce dici δυνάμενος λέγειν non puto, mallem δεινός.

Ibid. B. lin. 2. Σούρα) Is fuit Traiani quæstor, cuius consilio rempublicam, & maxime quæ ad togam pertinebant, administrabat. Vide Dionem in vita Traiani.

Ibid. D. lin. 1. προσβάλλειν) Al. προσλαβεῖν.

Ibid. lin. 6. Ζάμολξις) De Zamolxide vide Suidam in dictione Ζάμολξις & Ὦχος.

Ibid. lin. 9. ἢ τὰς ἀποδημίας) Dubium non est, legendum οἱ τὰς ἀποδημίας, non ἤ. Nam alioquin sensus constare non potest; quamuis in omnibus exemplaribus ἤ legatur.

Ibid. ὑπομένουσιν) Al. ἀπομένουσιν.

Pag. 328. A. lin. 4. περὶ τούτων) Al. περὶ πάντων. etiam περὶ προτείων.

Ibid. B. lin. 11. ἀρχομένου) Ita legendum, non ἐρχομένου vel ἐχομένου.

Ibid. D. lin. 3. λέγειν δ' ὅπου χρὴ καὶ σιγᾶν ὅπη καλόν.) Versus Euripidis citatus a Plutarcho in libro περὶ τῆς ἀδολεσχίας & περὶ τῆς φυγῆς.

Pag. 329. A. lin. 5. *Φόρυς γὰρ ὥσπερ*) Pagani Conſtantinum inſectantur; quod ſe ad Chriſtianam religionem contulerat, & tria præcipue illi vitio vertunt: quod ab Ægyptio Epiſcopo perſuaſus, vt expiationem cædium vxoris & filii conſequeretur, Chriſtianam fidem fuerit amplexus; quod chryſargyron, tributi genus eſt, inſtituerit; & quod imperii opes in luxus profuderit. De his vide Zoſimum lib. 1. Euagrium lib. 3. cap. 39. Itaque in prima verſione interpretatus ſum *Φόρυς ἐτελέκει*, *tributa inſtituerat*, de chryſargyro nimirum locum intelligi volens. Putabat Marſchalus *τελῶ* hic ſignificare *ἀναλίσκω*, *conſumo*, *tributa conſumſerat*. Sed vt vulgarem verbi *τελῶ*, quod eſt *pendo*, ſignificationem ſequerer, duabus potiſſimum de cauſſis ſum adductus: Primum propter *ὥσπερ*, quod actum non perfectum denotat, id eſt, quodammodo. At chryſargyron inſtituit Conſtantinus, non fere, ſed omnino; quæ inſtitutio vsque ad Anaſtaſium ſecundum durauit, auctore Euagrio. Deinde certum eſt ex Zoſimo, Conſtantinum barbaros ad ſuum auxilium, & ſuarum partium præſidium acciuiſſe, hisque ſtipendia toto imperii tempore dediſſe, quod eſt fere illis tributa pendere.

Ibid. lin. 8. *περὶ τὰ αὐλῆ πρόθυρα*) Lege *αὐλῆς*, nam *αὐτῆ* ſubſiſtere non poteſt.

Ibid. lin. 9. *αὐλῆς*) Al. *αὐλικα*.

Ibid. B. lin. 1. *τῆς νίκης*) Al. *δίκης*.

Ibid. C. lin. 2. *προτιμηθεῖσιν*) Al. *προτέθεῖσο*.

Ibid. lin. 8. 9. *Ἀδώνιδος κῆποις*) Sic Suidas. Adonidis horti conſtabant lactuca & fœniculo, quæ in teſtis ſerebant. Vtuntur prouerbio de rebus immaturis, aut intempeſtiuis & leuibus, non radicatis, non diuturnis, & in ſuperficie tantum hærentibus. Vide Athenæum lib. 4. cap. 8. & Arriani Epictetum.

Pag. 330. A. lin. 4. *καὶ πάντων αὐτῶν καταβοῶσα*) Al. *καταλαβοῦσα*.

Ibid. lin. 7. *ἔλεγεν*) Al. *ἔλεγον*.

Ibid. *Ἔδοξεν*) Al. *ἔδοξαν*, *decreuerunt*.

Ibid. C. lin. 9. 10. *τῶν διαλεκτικῶν κιγκλίδων*) *κιγκλὶς* eſt *θύρα τοῦ δικαστηρίου*. Sed *κυκλῶν* fortaſſe legendum: *κύκλοι* enim ſunt argumentationis dialecticæ genus.

Pag. 331. A. lin. 4. *ἐτρώθης*) Al. *διέτρώθης*.

Ibid. lin. 11. *Ὁμηρικόν*) citatur Homerus Iliad. x.

Ibid. B. lin. 2. *πῶς σοί γε ἐφέπεσθαι*) Al. *ἐφέρεσθαι μικροῦ νεκροί*.

Ibid. lin. 4. *Εὐριπίδου*) citantur Euripidis verſus ex Andromache.

Ibid. C. lin. 10. *πρωτεύειν*) Al. *στρατεύειν*.

Ibid. D. lin. 4. 5. *πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἢ πολιτικὴν δύναμιν*) Forte *πολεμικὴν δύναμιν καὶ πολιτικὴν ἐμπειρίαν*.

Pag. 332. B. lin. 9. 10. *οὐ τὸν τυχόντα*) Ita reſtituimus, quum legeretur antea *ἤτοι τυχόντα*.

Ibid. D. lin. 1. *τόλμαν μὲν*) Plutarchus in Apophthegmatis diuerſe a Iuliano hoc refert, ſcilicet Octauianum precatum fuiſſe nepotibus beneuolentiam Pompeii, virtutem Alexandri, & ſuam fortunam.

Ibid. lin. 5. *δεόμενα*) Nos *δέοντα*: niſi forte quis velit interpretari *δεόμενα*, *imperfecta*, *impolita*, ſimulacra, opera.

Ibid. lin. 6. *κοροπλάστης*) Al. *κυροπλάθος*. Vide Suidam in dictione *κυροπλάθος*, & hoc loco lin. 4. etiam nonnulli pro *σωτήρων* legunt *δοτήρων*: ſed prius melius. Deos enim ſalutares & tutelares Cæſares exiſtimabant, vt Iulium, Aug-

Augustum, & reliquos. Tacitus lib. 1. ab excessu Augusti: *tua, Diue Auguste, cœlo recepta mens* &c. Quin & reges & principes σωτῆρες dicebantur. Cicero in Verrem 4. *Itaque C. Verrem non solum patronum istius insulæ, sed etiam σωτῆρα vidi inscriptum.* Sic & Antiochus σωτήρ. Quid si ironice istud ὅντως intelligas?

Pag. 333. A. lin. 7. ἡττήθης) Existimo legendum ἡττητήθην τι τῶν ἀγενεστέρων; *cur igitur ignobilissimis vos perturbationibus succubuistis? ille enim* &c.

Ibid. B. lin. 2. ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων) Al. ἀλλ' ἀπέχων ἔχε σοι. Al. ἐπ' ἐκείνων εἶχες χώραν. Nonnulli ἔχωσι. Duæ postremæ mendosæ sunt, prior tolerari potest.

Ibid. lin. 6. 7. τετράγωνος) Aristot. lib. 1. Eth. cap. 10. καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου, nec adiicit τετυγμένος. Versus est hic perfectus:

ἀνὴρ τετράγωνος ἄνευ ψόγου τετυγμένος.

Plato in Protagora sic ait Χερσί τε καὶ ποσὶ νόῳ τὸν τετράγωνον.

Ibid. lin. 9. σοβαρέ) Al. Σεβῆρε.

Ibid. D. lin. 8. ἀναθυμιάσεων) Intellige calidas & siccas. Vide Aristot. cap. 5. & 6. lib. 1. Meteor. & toto lib. 3. de his agit.

Pag. 334. A. lin. 1. ὑπέλαβον. ὀλίγον) Alii ὑπερβαλλόμενος ὀλίγον. & hic punctum addunt.

Ibid. lin. 8. οὐδενὸς ἐδέου) Al. οὐδὲν ἐδέου.

Ibid. B. lin. 2. τοῖς περὶ) Al. τῷ περὶ.

Ibid. lin. 8. Ὁμήρῳ) Locus ex Homero Iliad. ζ.

Ibid. C. lin. 4. πάλαι ἄν) Itidem locus ex Homero Iliad. ε. in fin.

Ibid. ἐβεβλήμην) pro ἐβεβλήσω restituimus.

Ibid. lin. 6. ἄλλως τε) Al. ἀλλ' ὥστε.

Pag. 335. A. lin. 2. ἐστὶν οὐκ εὔλογον) Al. οὐκ ἄλογον. Si ita legas, ἄρξασθαι interpretandum erit *imperare & moderari.* Hæc lectio diuersum efficit sensum, sicut & ea quæ sequuntur, τὸ δὲ πολλῶν γινόμενον. Nam forte notat eos, qui spretis suis, ad alienos imperia transmiserunt.

Ibid. B. lin. 6. 7. κομμωτείας) Al. κομμωτηείας.

Pag. 336.) Hæc refelluntur a Sozomeno lib. 5. Hist. ecclesiast. cap. 5. Euagrio lib. 3. cap. 40. & 41. & Cyrillo lib. 7. aduersus Iulianum.



CAROLI CANTOCLARI
PRAEFATIO

IVLIANI LIBRO περὶ τῶν Αὐτοκράτορος πράξεων, ἢ περὶ βασιλείας, præfixa; qui in hac editione ORATIONIS II. locum occupat, auctioris multum & emendatioris.

CANTOCLARVS LECTORI.



Uum mihi, optime Lector, ex bibliotheca illustrissimæ Reginæ, Catharinæ Mediceæ, Iuliani Cæsares desumendi potestas facta esset; quoniam coniunctum illi libro hunc περὶ τῶν Αὐτοκράτορος πράξεων, *seu* περὶ βασιλείας, *siue vt mihi videtur,* περὶ βασιλέως *librum reperi; vna quoque edendum censui. Latinum etiam, vt superiorem, feci, & Reginæ Mediceæ dicaui; sed eius editionem in aliud tempus distuli. Nam vnicum exemplar habebam, idque adeo deprauatum, vt in eo ne versum quidem a mendis saluum & incolumem deprehenderim; & sani & prudentis hominis esse non putabam, vnico exemplari existimationis suæ periculum credere atque committere. Ego initio in ea opinione & sententia fui, vt non existimarem librum Iuliano adscribi oportere, propterea quod nec Suidas ipse, qui Iuliani libros accurate recenset, nec vllus, quod sciam, auctor alius præter Zosimum, huius libri mentionem fecerit. Sed quum Zosimus dicat, Iulianum res a Constantio apud Nisibim, siue Antiochiam, gestas, quod huius libri præcipuum argumentum est, peculiari libro descripsisse; facile adducor, vt credam hunc esse. Nec vero nobis ab hac sententia desciscendum puto, quod huius opusculi phrasis a reliquorum Iuliani operum phrasi paullo alienior esse videatur. Hic enim encomiasten & oratorem, vel potius declamatorem, agit, vt illi pleniori & vberiori dicendi genere vtendum fuerit. Hæc sunt, candide Lector, quorum ego te admonendum duxi. Si quid posthac certius habuerimus, nos illud tibi non inuidebimus, sed quicquid id fuerit, in lucem proferemus. Interea nostram hancqualemcunque in hac oratione edenda operam æqui bonique consule. Vale.*

THEO-

THEODORI MARCILII
Epistola nuncupatoria
IVLIANI HYMNO IN SOLEM REGEM,
(qui ORATIONIS IV. locum tenet in hac editione) præmissa.

Illustrissimo & reuerendissimo
ARCHIEPISCOPO
IVLIANO MEDICEO
Albiensium Episcopo
amplissimo.



Uotiescunque Iuliani principis hymnum de Sole in manus sumo, IVLIANE MEDICEE, Archiepiscope amplissime, toties Pentheum aliquem direptum a Bacchis, aut Deiphobum

lacerum crudeliter ora
Ora manusque ambas,

videre mihi videor: sic eum librariorum vel inscientia, vel temeritas, vel vtrumque, pessime accepit. Quum tamen exemplar eius descriptum superioribus diebus accepissem Toleto ex Hispania, simulque intellexissem Lutetiæ libros Iuliani, non eos solum qui hactenus exierunt, sed etiam alios qui nunc primum ex rebus obliuiis eruti sunt, formis æneis elegantissime describi, egissentque nonnulli mecum, vt Solis regis hymnum iis adiungerem, feci non inuitus: vel quoniam res digna videbatur quæ in manus hominum perueniret; vel vt studia eorum, quibus bibliothecæ libris manuscriptis affluentes patent, ad perquirendum exemplar emendatius, incitarem. Etsi autem ista, quasi Absyrti membrorum collecta dispersio, idonea non est quæ tibi offeratur; qui quum sis omni dignitate princeps, nihil nisi perfectum ingenio numerosque

que omnes habens accipere debes; me tamen, ita vt facerem, multæ res impulerunt. Principio enim prætermittere non debui, quin pro eximia tua in me humanitate significationem aliquam tibi animi grati ac memoris darem. Itaque quum de meo non possem, a IVLIANO, vt loquitur Seneca, numerationem feci. Deinde autem cuinam rectius vigiliæ mitterentur, abundantis doctrina, incredibili quadam varietate rerum & copia principis IVLIANI, quam tibi, IULIANE MEDICEE; qui quum sis omni laude par summis, inferior nemine, tum vero in maximarum artium disciplinis ita præcellis, vt obtinere videaris ingenii doctrinæque totius principatum? Accessit eodem, quod fore speraui vt exemplar huiusce libri alterum, quod in Reginæ Matris bibliotheca est, auctoritate tua promeretur. Quod quidem vt effectum velis, maiorem in modum a te peto. Nam & optimarum artium studiosis pergratum feceris, & genti Mediceæ valde consentaneum, ex cuius bibliotheca locupletissimi auctores, tanquam ex equo Troiano Homeri principes, exierunt. Neque videri poterit munus alienum a persona Reginæ Matris, omnium quæ sunt, fuerunt, erunt virtute, sapientia ac gloria principis: ex cuius thesauris quid conuenientius depromi potest, quam scripta principis Romani, qui ad laudem bellicæ doctrinæ ingenii gloriam adiecit, claritatemque generis sui multis artium maximarum disciplinis ornauit? Præsertim vero quum is sit IVLIANVS, qui non plebeios tantum litteris deditos plurimum delectare possit, tum subtilitate tum copia; sed etiam cuius exemplo permoti principes, bonarum rerum disciplinas adamare incipiant & humanitatem: persuasi pro eo ac debent, parum esse principi, equum regere scienter, aut viribus & lacertis pugnare, nisi consilio sapientiæque opibus abundarit. Sed non faciam longius, ne πλεονεκτικῶς IVLIANO ipsi præripiam partes apud te dicendi. Vale. Lutetiæ IV Kal. Maji cIɔ Iɔ XXCIII.

Illustrisſimæ & reuerendisſimæ
Dominationi tuæ

deuinctisſimus

THEODORVS MARCILIVS.

THEO-

THEODORVS MARCILIVS PETRO PANTINO, IVRISC.

S. P. Dico.

Litteras tuas, PANTINE, deliciæ Musarum, eo ipso tempore accepi, quo spem earum propter diuturnitatem silentii tui deponere incipiebam. Itaque tanto iucundiores mihi, quanto minus expectatæ contigerunt. Credas mihi velim, earum lectione magnam partem doloris, quem ex rerum nostrarum perturbatione grauissimum capio, abstersam fuisse. Nam quid ego nunc de hymno Iuliani, hortulo Musarum, dicam, quo nihil amœnius ad delectationem fieri potest? Omnino quidem certe digna scriptio mihi visa est, quæ Latine conuersa emitteretur; sed me offensiones & vulnera quasi quædam exemplaris tui, quæ sanari a me posse diffidebam, deterruerunt. Si quid tamen paullo correctius mihi obuenerit, confido fore, vt me bonæ fidei debitorem fuisse non dubites. Vt enim Iuliani animum impium valde perhorresco, sic ingenio eius & litteris delector. Neque mihi barbari cuiusdam Thracii exemplum placet, qui quum, vt Herodes Atticus apud A. Gellium refert, in Græciam forte venisset, vitesque a rustico vicino suo putari cerneret, id imitari studens, suas ipse omnes, præ stultitia, penitus excidit. Sed his aliisque de rebus inter nos per litteras, vt spero, colloquemur sæpius. Nihil enim est quod mihi, vt in his malis, accidere possit iucundius, quam in tuo sermone & suauitate omnes animi mei curas & angores deponere. Cura vt valeas, animæ dimidium meæ. Lutetiæ IV. Kal. Maji cIↃ IↃ XXCIII.

THEODORI MARCILII *ANNOTATIONES* in Solis hymnum, siue Orationem IV.



PAgina 130. C. lin. 1. ὀπαδὸς) Vt in Cæsaribus: Ἥλιος δὲ ὁ ἐμὸς δεσπότης. & in Hymno hoc p. 157. A. lin. 8. seq. ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ἡμετέραν ἐξ ἀϊδίου ψυχὴν ὑπέστησεν, ὀπαδὸν ἀποφήνας αὐτοῦ.

Pag. 131. A. lin. 6. τὸ τηλικαῦτα) Fortasse τῷ τηνικαῦτα περὶ τῶν θεῶν. τηνικαῦτα vero intellige Iuliani ætatem vsque ad annum vicesimum. Sic enim ipse in epistola ad Alexandrinos: ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι.

Ibid. B. lin. 6. ἀναλαβὼν τι) ἀναλαβόντι.

Ibid. lin. 11. καινότερον) κοινοτέραν, scilicet μερίδα.

Ibid. C. lin. 4. ψυχὰς δὲ) Legendus Macrob. cap. 12. lib. 1. in Somn. Scip.

Ibid. lin. 5. περὶ τῶν) παρὰ τῶν.

Ibid. lin. 8. Κάλλισον μὲν οὖν) Κάλλισον μὲν οὖν εἴ τῳ συνηνέχθη προγόνων ἀπὸ πολλῶν, πάππων, καὶ προπατόρων, ἐφεξῆς τῷ Θεῷ δουλεῦσαι· μεμπτὸν δὲ οὐδὲν εἴ τις ἐπεγνωκὼς ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ τοῦδε θεράποντα φύσει &c. Deplorat enim miser, quod susceptus non fuerit ex parentibus profanis.

Ibid. D. lin. 6. βασιλεύουσα πόλις) Roma.

Ibid. lin. 7. ἐπετησίοις) Kal. Ian. qua de re infra pag. 155. seq.

Ibid. lin. vlt. λογισάμενος) Λογισαμένους scilicet. συνεῖναι περὶ αὐτοῦ λογισαμένους ὁπόσος. Sic infra pag. 133. C. lin. 11. ἐκ τῶν Φανομένων τὰ ἀφανῆ σκοποῦντι. & pag. 143. B. lin. 9. seq. ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ φανεροῦ τὴν ἀφανῆ πολυπραγμονοῦντες φύσιν. & pag. 151. A. lin. 2. ὁπινῆκα ἠξίουν ἐκ τῶν φαινομένων τὰ ἀφανῆ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ σκοπεῖν οὐσίαν.

Pag. 132. A. lin. 5. ἐπαίνοις) χαλεποῖς.

Ibid. lin. 10. ἐπεὶ καὶ αὐτῷ) vt infra pag. 143. 144.

Ibid. B. lin. 3. ἐπαίνων) ἐπαίνων;

Ibid. lin. 4. αὐτῶν) αὐτοῦ.

Ibid. lin. 4. περιῆλθον) περιῆλθεν. Aut si retinemus αὐτῶν & περιῆλθον, legendum erit inferius lin. 7. ποιοῦσι. Planior autem hic locus fieri potent iis, quæ sequuntur pag. 141. 142.

Ibid. lin. 8. τοὺς κόσμους) vt infra pag. 138. A. lin. 6. ἐυπονῆσαι τὸν παθητικὸν κόσμον. & pag. 148. A. lin. 10. τριῶν τῶν κόσμων. & pag. 141. B. lin. 7. 8. τὸν τελευταῖον κόσμον.

Ibid. C. lin. 2. ἀλύπου) ἀλύτου.

Ibid. lin. 3. γέγονεν ἀγεννήτως) Ad exemplar quod semper vnum & idem. Cicero in Timæo. Duplex enim exemplar: vnum, τὸ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως ἔχον. alterum, γεγονός. Plato in Timæo.

Ibid. lin. 6. πέμπτου σώματος) Ciceroni *quinta natura*, vt lib. 1. Tusculan. & Academ. quæst. 1.

Ibid. lin. 7. ἀκτὶς ἡλίου) vt infra pag. 134. A. lin. 8. τοῦ φωτὸς ἀκρότης καὶ ὥσπερ ἄνθος, ἀκτῖνες.

Ibid. lin. 9. διὰ τῶν πάντων) πρεσβυτέρα δὲ αἰτία ὁ τῶν πάντων βασιλεύς.

Ibid. lin. 10. περὶ ὃν πάντα ἐστὶν) Ex Platonis epistola 2. ad Dionysium: περὶ τὸν πάντων βασιλέα παντ' ἐστί. & sic inferius pag. 136. D. lin. 3. καὶ περὶ ὃν πάντα.

Ibid. lin. 11. τὸ ἐπέκεινα) εἴτε τὸν ἐπέκεινα νοῦν.

Ibid. D. lin. 2. πάντα) πάντων.

Ibid. lin. 3. δοκεῖται) δοκεῖ εἶναι.

Ibid. lin. 3. εἴτε ὁ Πλάτων) εἴτε ὡς ὁ Πλάτων.

Ibid. lin. 4. αὐτὴ δὴ) αὕτη δή.

Ibid. lin. 8. μέσον ἐκ μέσων) Qua de re infra pag. 138. 141. 142. 156.

Ibid. lin. vlt. ἐξ ἑαυτοῦ) ἀνέφηνεν ἐξ αὐτοῦ, πάντως ὅμοιον ἑαυτῷ.

Pag. 133. A. lin. 2. Πλάτων) Locus ex Platone lib. 6. de Republ. τοῦτον τοίνυν (ἦν δ' ἐγὼ) φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅτι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρὸς τὸν νοῦν καὶ &c.

Ibid. lin. 11. ὁ σύμπας) infra ὁ μέγιστος ἥλιος. Duplex enim ei Sol: ὁ νοερὸς & ὁ φαινόμενος, vt infra pag. 134.

Ibid. lin. 11. ὅτε) ἅτε.

Ibid. B. lin. 1. τῆς ἰδέας) καὶ μεγίστου τοῦ ἀγαθοῦ. Illud enim τῆς ἰδέας videtur glossema.

Ibid. lin. 2. ὑποστὰς αὐτοῦ) αὐτοῦ intelligo αὐτόθι.

Ibid.

Ibid. lin. 3. καὶ τὴν) etiam, siue, insuper.
Ibid. lin. 4. δυναστείαν.) δυναστείαν·
Ibid. lin. 6. αὐτοῖς) αὐτὸς.
Ibid. lin. 9. ἂυ) αὐτὰ.
Ibid. C. lin. 1. αὐτῷ) αὐτῶν.
Ibid. lin. 2. συνεπέστησεν) συνέστησεν.
Ibid. lin. 5. εὐθύνη) εὐθὺν.
Ibid. lin. 6. δίσκος) δίσκον appellare solitus orbem Solis, vt in Cæsaribus: ὅταν αὐτοῦ τῷ δίσκῳ τὶς ἀτενέστερον προσβλέπει. & infra pag. 148. A.
Ibid. D. lin. 7. οὐ ὁ) οὐ τὰς.
Ibid. lin. 8. ποιότητας) ποιότητας.
Ibid. lin. 9. οὐκοῦν ἰδίαις) ἰδίαν.

Pag. 134. A. lin. 10. ἄχραντος εἶναι ἐνέργεια) ἄχραντον εἶναι ἐνέργειαν.
Ibid. B. lin. 11. μετείως δὲ) μετείως ἡμῖν.
Ibid. C. lin. 2. αὐτῇ) pro τούτων αὐτῇ.
Ibid. lin. 3. τιμώμενον) ἔργόν τι μὲν οὐκ εἰ μὴ.
Ibid. lin. 4. ὁρατὸν δὲ) ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὅλως εἴη.
Ibid. lin. 5. ἄν τι μὴ) ἂν μὴ τῷ φωτὶ πρῶτον, ὥσπερ ὕλη τεχνίτῃ προαχθὲν, οἷον τὸ εἶδος δέξηται, ὥσπέρ τοι χρυσίον οὐ μὴν ἄγαλμα &c.
Ibid. D. lin. 3. τοῖς ὁρομένοις) τοῖς δὲ ὁρωμένοις.
Ibid. lin. 9. τὴν αὐτοῦ) τὴν τοῦ παντὸς.

Pag. 135. A. lin 2. ὑπάρχων) ὑπάρχοντος.
Ibid. lin. 6. ἀποπληροῦσαι) ἀποπληροῦται.
Ibid. lin. 7. δύναμιν) δυνάμεως.
Ibid. lin. 9. κυβερνωμένης) κυβερνωμένη.
Ibid. C. lin. 2. παντὸς) πάντως.
Ibid. lin. 6. ἓν ἑνὶ) ἐν ἑνὶ.
Ibid. D. lin. 3. τοιούτῳ) τούτῳ.
Ibid. lin. 6. αὐτοῖς) αὐτῆς.
Ibid. lin. 10. τὸν Ἀπόλλωνα συνιδρεύοντα) τὸν Ἀπόλλωνα συνεδρεύοντα.
Ibid. lin. vlt. ὁ θεὸς οὗτος) Apollo, vt infra pag. 144. A. lin. 3.

Pag. 136. A. lin. 1. Εἷς Ζεὺς) Iustinus in Exhortatione citauit ex Orpheo pag. 18.

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
Εἷς Θεὸς ἐν πάντεσσι· τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω;

& Macrob. in Saturnal. cap. 18. lib. 1. Εἷς Ζεὺς, εἷς ἅδης &c. Iulianus autem oraculum testatur esse Apollinis.
Ibid. lin. 5. καὶ Πλάτων) In Cratylo, vbi τέλεον σοφιστὴν vocauit, & Ἅδην esse nominatum ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι.
Ibid. lin. 7. καὶ Σάραπιν) Lege Macrobium in Saturnal. cap. 20. lib. 1.
Ibid. lin. 10. Μὴ γὰρ δή τις) ex Platonis Cratylo mutuatus.
Ibid. B. lin. 6. νοερὰ) νέα.
Ibid. C. lin. 1. Ὁ μὲν) Hesiodus in Theogonia.
Ibid. lin. 5. Ὑπερίων) Ὑπερίων.
Ibid. lin. 6. αὐτὴ) ἄυτη.

Ibid. lin. 6. 7. ἔτον) ἔτ☉ θειότατ☉.

Ibid. lin. 9. ὑπολαμβάνομεν) ὑπολαμβάνωμεν.

Ibid. D. lin. 1. νομίζομεν) νομίζωμεν.

Ibid. lin. 2. τ πάντων ἐπέκεινα) vt pag. 132. C. lin. 10. τὸν ἐπέκεινα νῦν.

Ibid. lin. 3. καὶ περὶ ὃν πάντα) vt pag. 132. C. lin. 9. περὶ ὃν πάντα ἐστίν.

Ibid. lin. 4. ἐστὶν) Deesse videtur ἔκγον☉, aut simile quidpiam.

Ibid. lin. 6. πάσης κρεῖττον) Deesse videtur βίας.

Ibid. lin. 8. 9. προσαναγκάζειν) προσαναγκάζει.

Ibid. lin. 9. τ θεῦ δὲ) τ θεῦ δὲ τούτου.

Ibid. lin. 10. δυσσέβειαν) Scriptum erat mendose εὐσέβειαν.

Pag. 137. ●. lin. 7. νομισθῆναι) κομισθῆναι.

Ibid. lin. 9. που καὶ ἄλλοθι) περὶ ἧς που καὶ ἄλλοθι.

Ibid. C. lin. 1. Πότνια πρός τε βαθὺν) Citatus fortasse locus ex Iliad. ε. de Iunonis equis:

περὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευε.

aut Iliados ο. Iupiter Iunoni:

σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλησι

Ἐκρέμω.

Sic Virgilius de Iunone lib. 12. Æneidos:

aut qua spe gelidis in nubibus hæres?

Ibid. D. lin. 3. οὔσης) οὐσίας.

Ibid. lin. 4. συνεχῶς δὲ) συνεχῶς δὲ ἀνελύετο εἰς αὐτήν.

Pag. 138. A. lin. 8. πρός γε) πρὸ γε.

Ibid. B. lin. 4. ἀμυδρὰ) ἀμυδραί.

Ibid. lin. 5. δύσεως) δυνάμεις.

Ibid. Εἶτα τί τοῦτο) Εἶτα τι τοῦτο;

Ibid. lin. 6. ἀπολυόμεν) ἀποδυόμεν.

Ibid. D. lin. 7. καὶ τίνα) καὶ κατὰ τίνα ἐστὶ μέσ☉;

Ibid. lin. 8. ἀφανῶν) ἐμφανῶν καὶ περικοσμίων θεῶν.

Pag. 139. A. lin. 2. ὥσπερ οὖν) ἐστιν ὥσπερ μεσότης.

Ibid. lin. 8. καὶ ὁποίαν) ὁποίαν οὖν.

Ibid. B. lin. 7. ὅλον δ' ὅλου) ὅλον δι' ὅλου ψυχῆς καὶ νοῦ πλήρες.

Ibid. C. lin. 11. ἀπορρέων) ἀπορρέον ἀπ' ἀλλήλων;

Ibid. D. lin. 1. Δύο ταύτας) Δύο δὲ ταύτας οὐσίας συνεχῆς αἰτίας.

Ibid. lin. 2. τὴν μὲν ἐν τοῖς φαινομένην) τὴν μὲν ἐν τοῖς νοητοῖς· τὴν δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς φαινομένην.

Ibid. lin. 7. τῆς τελευταίας) τῆς δὲ τελευταίας.

Ibid. lin. 8. Μήποτε οὖν) Μὴ πότε οὖν.

Pag. 140. A. lin. 10. γινόμενον) γόνιμον.

Ibid. B. lin. 9. εἰς τὴν ἐν τοῖς νοητοῖς) εἰ τὴν ἐν τοῖς νοητοῖς·

Ibid. lin. 11. μὲν οὐδενὸς) νοήσομεν οὐδενός.

Ibid. D. lin. 10. ὑποκείμενον ἀναφανήσεται) ὑποκείμενον. Ἀναφανήσεται πάλιν ἐνταῦθα.

Pag. 141. A. lin. 1. τῶν περὶ τὸν μὲν ἥλιον) τῶν περὶ τὸν μέγαν ἥλιον εἰδῶν.

Ibid. lin. 4. μήτε παρ' ἐκείνου) μὴ παρ' ἐκείνου.

Ibid. lin. 8. αὐτὸν μόνον) αὐτὰ μόνον, scilicet τὰ εἴδη.

Ibid. B. lin. 4. ἐστὶ) ἐπὶ.

Ibid. lin. 5. θεῶν, παρείσησιν) θεῶν παρείσησιν.

Ibid. C. lin. 7. ὅπου) ἐπεὶ.

Ibid. lin. 11. μέλλοντες) μέλλοντας. Refertur enim ad ἐπιθελέον.

Ibid. ἐφ' ἕτερα) ἐθ' ἕτερα.

Ibid. ὅσα) οὐκ.

Ibid. D. lin. 1. Τί οὖν) Ἔστι οὖν.

Ibid. lin. 4. ἐπιθείη(In exemplari manuscripto fuit ἐπεὶ οὖν θείη. Itaque fortasse legendum: ἐπὶ νοῦν θείη.

Pag. 142. A. lin. 4. τελειότητα) τελειότητος.

Ibid. lin. 11. καὶ τὴν ἀγέννητον) ἀλλὰ καὶ τὴν.

Ibid. B. lin. 3. 4. αἰτίαν, ἃ μὲν εἰπεῖν) αἰτίαν. Ἃ μὲν οὖν εἰπεῖν.

Ibid. lin. 5. ἐχρῆν τοῦ θεοῦ τοῦδε) ἐχρῆν περὶ τῆς θεοῦ τοῦδε οὐσίας.

Ibid. D. lin. 9. ἐπεὶ καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ) cap. 14. lib. 7. ad Nicomach. οὐκ αἰεὶ δ' οὐδὲν ἡδὺ τὸ αὐτὸ, διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν εἶναι ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνεῖναί τι καὶ ἕτερον, καθὸ φθαρτά· ὥστε ἄν τι θάτερον πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρᾳ φύσει παρὰ φύσιν· ὅταν δ' ἰσάζῃ, οὔτε λυπηρὸν δοκεῖ, οὔθ' ἡδὺ τὸ πραττόμενον. ἐπεὶ εἴ του ἡ φύσις ἁπλῆ εἴη, αἰεὶ ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἡδίστη ἔσται. Διὸ ὁ θεὸς αἰεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν.

Pag. 143. A. lin. 1. τὸ γὰρ θάτερον φησὶν) τὸ γὰρ θατέρᾳ φησὶ.

Ibid. lin. 2. αὐτῇ πρὸς ταύτην ἀντικειμένην) ἡδὺ, τοῦτο πρὸς τὴν ἀντικειμένην.

Ibid. lin. 9. ἐπεὶ δὲ) ἐπεὶ γὰρ.

Ibid. lin. 11. 12. ἐνεργειῶν· ἐφεξῆς) ἐνεργειῶν ἐφεξῆς.

Ibid. B. lin. 1. σκοπῶμεν) σκοπήσομεν.

Ibid. lin. 2. Εἰσὶ γὰρ οἱ) Εἰσὶ γάρ τοι.

Ibid. lin. 6. ἀκούετε) ἄκουε ταῦτα δή.

Ibid. lin. 7. οἱ τὸν οὐρανὸν) vt pag. 148. C. lin. 3. οἱ τὸν οὐρανὸν μὴ παρέργως, μηδὲ ὥσπερ τὰ βοσκήματα θεωροῦντες.

Ibid. lin. 11. ἔτι δὲ περὶ τούτων) ἔπι δὲ πρὸς τούτων.

Ibid. C. lin. 5. 6. ὅπερ γὰρ) ὥσπερ γάρ ἐστι.

Ibid. lin. 7. πυρὸς καὶ γῆς) πυρὸς κατὰ γῆς.

Ibid. lin. 8. 9. σύνδεσμον τοῦτον) σύνδεσμον δὲ τοῦτον.

Ibid. lin. 9. εἰκότοις [illegible]) εἰκότως (ἐπεὶ τῶν πρώτων σωμάτων οὐσίας κεχωρισμένης, ἡ τῆς γενέσεως ἔχει τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἔστι γένεσις) οὔτε διαλελάχθαι νομίσειεν.

Ibid. D. lin. 3. κεχορισμένας) κεχωρισμένας.

Ibid. lin. 8. πρότερον) πρότερον,

Ibid. lin. 9. κοινῇ) κοινῇ.

Ibid. lin. vlt. ἐμαρτυρώμεθα) ἐμαρτυρήμεθα, scilicet supra pag. 135. 136.

Pag. 144. A. lin. 1. ὂν) ὢν.

Ibid. lin. 11. Ὁπόσας) Ἐφ' ὅσον δὲ ἐν αὐτῷ περιέχει.

Ibid. B. lin. 9. ἀποχρῆν τῆς μὲν) ἀποχρῆν δὲ τῆς μὲν.

Ibid. lin. 10. 11. ἐπ' αὐτῶν) ἐτ' αὐτῶν.

Pag. 145. A. lin. 2. Φαινομένοις) Φαινομένης.

Ibid. B. lin. 11. ἥλιον) ἥλιον. ἡ

Ibid. C. lin. 1. κρείττον@) κρείττον@ φύσεως.

Ibid. ἐνδιδομένη) καὶ διδομένη.

Ibid. lin. 3. ψυχαῖς τε καὶ) ἥρωσί τε καὶ ψυχαῖς μερισαῖς.

Pag. 146. B. lin. 6. ψυχαῖς) ψιλῆς.

Ibid. lin. 7. ὡς ὁ κλεινὸς) ὡς abundat.

Ibid. C. lin. 3. ἀπεπληρώσατο) ἀπεκληρώσατο.

Pag. 147. A. lin. 6. ἑτερήμεροι) apud Homerum Odyss. λ.

Ibid. lin. 8. ἡμέρας; ἡμεῖς) ἡμέρας δὲ ὁποίας; ἔυδηλον ὅτι τῆς χθὲς καὶ τήμερον.

Ibid. lin. 9. εἶτα καὶ νοεῖ) εἶτα τί νοεῖ τοῦτο πρὸς αὐτῶν τῶν Διοσκούρων;

Ibid. lin. 10. 11. ἐφαρμώσωμεν) N. L.

Ibid. B. lin. 3. εἰρῆσθαί τινες) οὐ γὰρ ὡς ὑπέλαβόν τινες τῶν θεολόγων, εἰρῆσθαι πρὸς ἡμισφαίρια.

Ibid. lin. 6. αὐτὸν) αὐτῶν.

Ibid. lin. 9. παρ' αὐξήσεως) παραυξήσεως.

Ibid. lin. 11. τῆς αὐλῆς) δοκοῦμεν. Τῆς αὐλῆς.

Ibid. C. lin. 3. ὁρατῷ) ὁράτω.

Ibid. D. lin. 4. Ὠκεανὸς) Oceanus horizon apud Homerum & antiquos. Qua de re Strabo lib. 1. Eusťath. in Iliad. ε.

Pag. 149. A. lin. 5. ἀνδρῶν) ἀδρῶν.

Ibid. lin. 9. τελεσοῦν) τελεσοῦσι.

Ibid. B. lin. 11.) Versiculus videtur esse:

Ἷκετ' ἐπὶ πυθῶνα καὶ ἡ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Ibid. C. lin. 7.) apud Homerum Iliados 13.

Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων.

Pag. 151. A. lin. 2. καὶ πρότερον) Supra pag. 131. 133. 143.

Ibid. lin. 8. 9. περὶ τὴν ἀμέριστον) περὶ τὴν ἀμέριστον οὐσίαν.

Ibid. lin. 9. πλήθους) πλῆθ@ ἑνοειδῶς ἔχοντα τῶν θεῶν.

Ibid. lin. 10. εἰ δὲ ἐν τοῖς) οὕτω καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς.

Ibid. B. lin. 2. ἐνδιδόντα μὲν) Explendum esse videtur hoc modo: ἐνδιδόντα μὲν τὸ γόνιμον τῇ φύσει, ἀποπληροῦντα δὲ.

Ibid. lin. 5. ἄλλων τελεσοῦντες) ἄλλων. τελεσοῦνται δ' ἐξ αὐτοῦ.

Ibid. lin. 8. αὐτοὺς ἐκείνους) ὡς αὐτοὺς ἐκείνους.

Ibid. lin. 11. ἐπιβεβληκέναι) ἐπιβεβηκέναι.

Ibid. C. lin. 8. λαμπρότητι·) λαμπρότητι;

Ibid. lin. 10. 11. ἀναζωπυρεῖ·) ἀναζωπυρεῖ;

Ibid. D. lin. 1. ὁ τῆς) οὐ τῆς.

Ibid. lin. 2. αἴτι@) αἴτι@;

Pag. 152. A. lin. 4. τῶν ἐπεξίειμι) τῶν αὐτῶν ἐπέξειμι.

Ibid. B. lin. 8. οὐρανὸν φησι Πλάτων) in Epinomide: οὐρανὸς οὐδέποτε παύεται διδάσκων ἀνθρώπους ἕν τε καὶ δύο.

Ibid. C. lin. 1. τι) τοι.

Ibid. lin. 4. παρ' ἡλίῳ) παρ' ἡλίου. Μέλα.

Ibid. lin. 7. ὅπερ αὐτὸς πού φησιν) Principio lib. 2. de Legibus: Θεοὶ δὲ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο, τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ Μούσας, Ἀπόλλωνά τε μουσηγέτην, καὶ Διόνυσον. ξυνεορτάστας ἔδοσαν.

Pag.

Pag. 153. A. lin. 1. ἀπιϛίαν) εὐπιϛίαν.

Ibid. lin. 3. περὶ δὲ τούτοις) περὶ δὲ τούτοις καὶ πόλιν οὐδεμίας τῶν περὶ τὸν κόσμον ἄριστα πολιτευσαμένων πόλεων, ἐλάττονα κατασησαμένοις, ἑλληνίδα γένος τε καὶ πολιτείαν.

Ibid. lin. 11. ἔτι σοι) τί ἔτι σοι.

Ibid. B. lin. 2. Ἀσκληπιὸν·) Ἀσκληπιὸν;

Ibid. lin. 3. ὅπως δὲ ἀρετὴν) ὅπως δὲ ἄρα ἔδωκε τὴν Ἀφροδίτην

Ibid. lin. 5. κυδαίμονα) κηδεμόνα.

Ibid. lin. 11. Τί χρὴ) Τί δὲ χρὴ.

Ibid. C. lin. 3. ἄρα ἐννοεῖ) ἄρα ἐννοῇ τις,

Ibid. lin. 9. δίδωσιν.) δίδωσιν;

Ibid. D. lin. 6. πόλεως· ἐπεί γ' αὐτῆς) πόλεως. ἔχει γοῦν αὐτῆς.

Pag. 154. A. lin. 1. πάντι) πάντη καὶ πάντα προσήκουσιν.

Ibid. lin. 2. 3. ἔχω εἰπεῖν) ἔχων εἰπεῖν,

Ibid. B. lin. 3. προειπῶν) προειπὼν, scilicet pag. 150.

Ibid. lin. 9. γὰρ φησὶν) γάρ φησιν.

Ibid. lin. 10. δύω δεκάμηνα) δυωδεκάμηνα.

Ibid. D. lin. 2. 3. ἣν ἀπὸ) ὃν ἀπὸ.

Pag. 155. A. lin. 1. τοὔνομα) τοῦ Νουμᾶ.

Ibid. lin. 4. ἱερᾶς) ἱεραί.

Ibid. B. lin. 3. φαίη) φαίη τις

Ibid. lin. 5. ἀγῶνας) ἀγῶνας, ἐρῶν τι νεώτερον.

Ibid. lin. 6. εἴποι) ἕν τι.

Ibid. lin. 9. ἰσημερίαν) ἰσομοιρίαν.

Ibid. D. lin. 9. τοὔνομα) τοῦ Νουμᾶ.

Ibid. lin. 10. τὰς μὲν) τὰ μὲν.

Ibid. lin. vlt. διανοίαν) διάνοιαν.

Pag. 156. C. lin. 11. τἀγαθοῦ) τοῦ ἀγαθοῦ.

Ibid. D. lin. 1. πληρῶσαι) πληρώσας.

Pag. 157. D. lin. 1. ἔλαττον μὲν) ἔλαττόν μοι.

Pag. 158. A. lin. 4. ἐλθὼν) ἐθέλων.

Ibid. B. lin. 3. 4. ἀντὶ) ἀντὶ τῆς προθυμίας μοι.

Ibid. lin. 8. εἱμαρμένης) εἱμαρμένης.



DIONY-

DIONYSII PETAVII
NOTAE
IN IVLIANI OPERA.

Ad priores tres Iuliani Panegyricas Orationes

DIONYSII PETAVII PRAEFATIO,

AD AMPLISSIMVM VIRVM

D. NICOLAVM VERDVNVM,

Senatus Parisiensis Præsidem.



Olestum me interpellatorem dixerit aliquis, Præses amplissime, qui tibi, prolatis iam rebus, ac forensibus negotiis intermissis, otioso esse ne in communi quidem otio permittam. Verum qui & de dignitatis illius, quam sustines, amplitudine, & occupationum tuarum, quæ aliis temporibus summæ esse solent, magnitudine cogitarit, magis erit quod pudorem a me in adsciscendo patrono, quam in adeundo opportunitatem ac prudentiam requirat. Quorum illud vt abs te iudicatum iri existimem, neque egregia tua humanitas patitur, qua te infimis etiam admittendis audiendisque facilem præbes, & ingenii ac doctrinæ vis excellens prohibet; quæ ne ab eo quidem abhorret genere litterarum, a quo est illud, quod modo tibi consecramus, profectum. Quas profecto artes adhibere potissimum in cessatione & otio soletis: vt, in quibus rebus meditandis domicilium quoddam assidui laboris constituimus, eas non nisi in ludo & animi oblectatione numeretis. Erunt fortasse qui illud non improbent, quod tuo patrocinio ad lucubrationum nostrarum

rum auctoritatem vti decreuerim; sed hoc tamen existiment, quemuis potius, quam hunc Christianorum hostem, nomini tuo inscribendum fuisse. Contra quos plura hoc loco dicerem, si in ea te esse sententia putarem; quorum crimine aliquo notata & flagitiosa vita fuerit, eorum cum improbitate mentionem pariter ac memoriam proscribi oportere. Quod quia neque cum tuo hominis sapientissimi iudicio, neque cum rei veritate, aut quotidiano vsu, consentaneum est, & multa leguntur a contaminatis & impuris hominibus haud impure scripta; dabis hanc mihi facile veniam, vt innocentissimorum scriptorum integritas fauore tuo & gratia ab auctoris inuidia subleuetur. Tametsi eiusmodi illa sunt, quæ modo tibi damus, IVLIANI monimenta, vt nihil ad famam suam præstandam cuiusquam excusationem desiderent. Nam quum eo tempore scripta ab eodem esse constet, quo sanus adhuc atque incorruptus esset; nihil iis ex consecuta morum peruersitate contagionis ac labis adflatum est. Atque hoc nimirum habent præ cæteris editis hactenus illius operibus singulare ac præcipuum. Quæ quanquam implacabili Christiani nominis odio, & atrocissimis in Galilæos, vt ille vocat, conuitiis referta sint; tamen & studiose a clarissimis viris quæsita atque in lucem emissa sunt, & eadem quotidie non modo sine offensione vlla, sed etiam cum maxima approbatione ac voluptate tractantur. Quamobrem hoc tibi gratiora aliisque hæc nostra ac iucundiora putaui fore, quod neque iisdem, quibus illa, impietatis ac sceleris notis inusta sunt, neque eo carent, cuius hæc gratia adsciscuntur, doctrinæ elegantiæque fructu. Quod vero sepulta hactenus tenebris, nunc primum in tui luce nominis apparere incipiunt, eo maiorem ex nouitatis illecebra cupiditatem sui allatura confido. Etenim si vetusti lapides, numi, marmora, aliaque eiusmodi monimenta, non tam vtilitate placent, quæ plerumque nulla in iis est, quam ipso genere vetustatis: ob idque & eruuntur sedulo, & obscuris sæpe ambiguisque rebus auctoritas ex iis arcessitur; nemo erit tam a ratione relictus, opinor, qui non mutis illis atque inanimis rebus, veterum lucubrationes ac scripta, hoc est, pene ipsius antiquitatis vocem, anteponendam iudicet: quibus

quum multa ad sermonis proprietatem & ornatum, tum ad scientiam atque historicam lucem, & scitu digna & necessaria continentur. Hoc quidem in nostro plerasque res gestas commemoratas reperies multo quam ab iis illustrius, qui easdem commentariis suis atque historiis mandarunt. Eiusmodi sunt Magnentiana illa tempora, & receptum a nefariis Tyrannis ac recreatum Imperium: itemque longe celeberrima illa Nisibenæ ciuitatis obsidio: ac cætera a Constantio suscepta administrataque bella; quæ partim scriptorum paucitate, partim festinatione, paullo erant negligentius atque obscurius prodita; partim denique quod, qui illa eadem Panegyricis hisce a IVLIANO prærepta ac diligenter explicata legerant, ab iisdem iterandis suo iudicio sunt ac voluntate deterriti. Etenim Zosimus libro Historiarum tertio, quum ad Persicum bellum ac Nisibis oppugnationem venisset, superuacuum videri sibi ait rei gestæ narrationem ordinemque pertexere, quum iam Cæsar ipse peculiaribus hoc scriptis antea præstitisset. Quorum illud statim elogium adiecit: Ea vero si quis in manus sumserit, maximam in dicendo vim hominis ac facultatem intelliget. *Quæ omnia ad primam postremamque istarum Orationum, sed hanc potissimum, mea quidem sententia, pertinent: in qua de Barbarorum irrito ad eam vrbem conatu pari fide elegantiaque disseruit.*

Habes igitur, Præses amplissime, consilii in hoc edendo dicandoque tibi Scriptore mei rationem ac summam. Quod vt approbare, eique suffragari velis, quum a te tua, vt initio dixi, singularis humanitas, amorque erga has litteras impetrabit, tum in Societatem nostram propensus animus ad hoc agendum hortabitur. Mea enim caussa vt priuatim aliquid elaborem, neque ea fert, quæ in me est, obscuritas omnium rerum ac tenuitas; & qualiscunque sum, officio tibi malo ac reipsa esse, quam vllius prædicatione, præsertim propria, commendatus. Sed quum illud animo cogito, eiusmodi quiddam nuper a me Christianissimo Principi munus oblatum mirifice ei gratum ac iucundum accidisse, non possum non eundem a te mihi fructum laboris mei operæque polliceri. Et quoniam hæ sunt & a Principe scriptæ, & ad Principem habitæ olim Orationes, neminem ad earum patrocinium magis idoneum

com-

commodioremque esse duxi viro illo, qui quemadmodum aut apud Reges dicendum, aut Regibus loquendum esset, præclare cognosceret. Qui quum summi ordinis sit, publicique consilii princeps, ita in iure dicendo, æquitateque moderanda, regiam & personam & auctoritatem sustinet, vt eius vox quædam sit regiæ mentis ac voluntatis interpres, & purpureæ vestis fulgor ipse maiestatis illius amplitudinem demonstret. Quibus regiæ potestatis insignibus vt regiam æque, quum in admittendo hoc meo munere, tum in fouendis nostris subleuandisque, benignitatem adiicere pergas, magno abs te opere contendo. Vale. Fixæ Andegauorum, VIII Calend. Nouembr. Anno Domini cIↄ Iↄc XIII.

AD

IVLIANI OPERA

PRÆFATIO.

In qua de IVLIANI ipsius, & vniuerse de gentilium libris; tum de hac noua editione, disseritur.



VLIANI Imperatoris, impietate ac perfidia quam rebus cæteris notioris, opera indigna esse Christiani quæ legant, existimabit aliquis, nec nostrum de illis edendis consilium probabit. Sed idem tamen, si ad illum, vnde hæc nasci querela potest, pietatis ardorem iudicii paullulum addat ac prudentia, aliter profecto sentiet; atque ab auctoris inuidia librorum vsum vtilitatemque secernet. Etenim si ea nunc essent tempora, quibus dæmonum superstitio adhuc mentes occuparet hominum; cautionis id videri posset, hoc illi qualecunque negare præsidium: nec ea vulgare passim, quæ contumeliis in Christum, & Christianum nomen, adspersa sunt. Sed quum immortali Dei beneficio, salutiferæque vi Crucis ac virtute, sic illa pridem extincta sit, nihil iam vt ab ea peste metuatur; nulla satis idonea caussa superest, cur aduersus hæc monimenta Scriptorum infamium, pertinax bellum & implacabile vltra capiamus.

Est idem de his libris statuendum, quod de fanis ac simulacris Deorum veteres Christiani decreuerunt. Qui quidem initio, iis in prouinciis, vbi primum efferre se religio Christiana cœperat, templa funditus euertere, conflagrare statuas, ac comminuere solebant: ne quod impietatis vestigium ad tyronum oculos accideret, cuius aspectus recordationem pristini cultus amoremque renouaret. Post vero, constituta Christiana re, quum iam satis corroborati essent ad fidei constantiam animi; vtilius visum est, aris ac statuis inde submotis, parietibus templorum tectisque parcere; vt ea Christianis expiata ritibus, veri ad honorem numinis conuerterent. Simulacra

vero & idola non deinceps omnia confregerunt; sed elegantiora quæque reseruarunt & affabre facta: quæ in foris locisque publicis exponerent, ad vrbium ornatum ac spectaculum. Quæ quum intuerentur posteri, meminissent, quantis ipsorum maiores occæcati tenebris fuissent; & eius, a quo inde erant erepti, pluris in se beneficium ducerent.

De fanis idolorum, & quibusdam aliis, non, vt placuerat antea, perdendis, sed ab honore dæmonum Christianum ad vsum applicandis, legitur epistola Gregorii M. ad Mellitum Abbatem, qua id in recenti Anglorum Ecclesia facere tam hunc, quam Augustinum admonet: quos ambos ad importandam populo isti lucem Euangelii, ex Vrbe miserat. Ante Gregorium vero tribus fere seculis Constantinus magnus Deorum alias alibi statuas, Apollinis autem & Musarum nouem Constantinopolitano in foro constituit: quod in eius vita non sine facti commendatione narrat Eusebius. Post Constantinum deinde Theodosius, Magni & ipse cognomen haud minori, quam iste, iure consecutus, quum idololatriæ reliquias acerrimorum edictorum stilo depasceret, tales ex Orci principe manubias eximi, palamque collocari voluit. Quod Alexandriæ antistes Theophilus insigniter in ea vrbe fecisse dicitur. Quippe ex innumeris Deorum signis, quæ in tripodas aliaque vasa conflari iusserat, vnum reseruauit omnino turpius cæteris, quod ad posteritatis memoriam in loco celebri, ac propatulo defixit: Ne gentilibus, *inquit*, negare vnquam liceat, Deos se tales aliquando coluisse. *Ac de illius hoc facto gentilibus adeo displicuisse scribit Socrates* lib. V. cap. XVI. *vt Ammonius grammaticus, quo præceptore est vsus, dicere soleret: Male cum Deorum veneratoribus vna re hac actum esse, quorum ad ludibrium ac dedecus perpetuum id monimentum esset erectum.*

Hanc si vtilitatem afferre credebantur mutæ istæ Dæmonum effigies, quæ in idololatriæ naufragio, velut rostra quædam nauibus erepta, & in Ecclesiæ foro suspensa sunt: si nullum iis publice conspectis fore periculum viri sapientissimi iudicarunt: si non eos spirantis adhuc nec dum restinctæ pestis illius propinquitas absterruit, quin vtiliter ea seruari, ac palam erigi simulacra putarent, quæ quum imbecillitatem suorum & turpitudinem, tum Christi potentiam & gloriam statu ipso & aspectu proderent; dubitabimus quin scriptorum a gentilibus librorum par eademque caussa sit: vnde nec maior, quam ab idolis, pernicies; & certior, quam ab illis, emolumenti ratio proficiscitur? Nam & Deorum falsitas, & Christianæ religionis firmitas atque integritas harum litterarum præconio testata relinquitur. Licet hoc in IVLIANO nostro præ cæteris animaduertere. Hic enim denuo ab inferis excitata & instaurata superstitione gratulans, ac Christianis insultans, multa & pro suis, & aduersus istos mandauit his libris: ex quibus id illum vnice studuisse, & vero sperasse liquet, vt sublata Romano ex orbe Christi memoria, profanorum sacrorum & vbique diffusus & sempiternus cultus existeret. Quam illius præsagitionem ac spem vanam irritamque fuisse quum res ipsa docuerit; tum illa contemni scilicet, & irrisione omnium ludi consequens erit; probari vero amplius nostra; & auctorem sibi Deum minori contentione defendere.

Præterea veteris Ecclesiæ mores, & Christianorum disciplinam eadem IVLIANI scripta continent: quorum ritus & consuetudines, licet inuidens & obtrectans, adeo suspexit: vti dignos iudicaret, quos, si posset, in suas partes imitando transferret. Nam ad suos ille sacerdotes ac pontifices scribens Pontifex ipse maximus, postquam de templorum suorum solitudine, Christianorum autem incremento ac splendore questus est, eius rei caussam dissimilibus ambarum sectarum studiis & institutis

tutis non dubitauit adscribere: quod Christiani singularem pauperibus curam ac misericordiam tribuerent: pupillos & viduas alerent: agros ac caussarios fouerent: peregrinos exciperent, quamuis ignotos: mutuam inter se hospitii & officiorum omnium necessitudinem colerent: tum eadem caritate ac beneficentia alienos etiam hostesque comprehenderent. Hinc apud illos amplissima frequentissimaque domicilia, velut pratoria totidem ac basilicæ, quæ ab calamitosis ac miserabilibus inquilinis nomen acceperant; nosocomia, ptochotrophia, orphanotrophia. Hæc in Christianorum cœtibus. Apud gentiles vero contraria esse fatetur omnia; immanitatem in suos, superbiam, crudelitatem, barbariem: nullum inter ipsos esse aduenis & hospitibus receptum: contemni egenos & abiici: nulla publice priuatimque erga miseros gratuitæ humanitatis obsequia reperiri. Optare igitur hortarique pergit, vt illa de Christianorum moribus exprimant, æmulenturque sui: tum vt sacerdotes pari atque apud illos loco sint; hoc est honor iis ab omnibus adhibeatur, etiam magistratibus ac præfectis: vt sine maiorum antistitum litteris inferioris ordinis sacerdotes non ambulent: cum illis tam hi, quam cæteri quocunque perrexerint, benigne & humaniter habeantur. In quibus formatarum, & communicatoriarum speciem adumbrare studuit. Addit ad extremum anathematis excommunicationisque laruam: vt qui vehementius deliquerint, pro culpæ grauitate constituto tempore ab sacrorum commercio conuictuque cæterorum abstineant. Hæc & huius generis alia, priscarum Ecclesiæ consuetudinum non iniucundam memoriam offerunt; & eo quidem mirabiliorem, quod ab hoste Christianorum, & transfuga de iis ipsis testimonium dicitur.

Accedunt minora illa quidem, sed gratiora quibusdam, quæ ex his libris capiuntur, adiumenta doctrinæ; quæ ad historiam, antiquitatem, proprietatem sermonis & elegantiam, partesque reliquas attinent eruditionis eius, cui ab humanitate nomen tribuitur. Nam sunt hic aliqua, quæ vel nusquam leguntur alibi; vel plenius, quam ab aliis, nec sine scitu dignissimarum rerum accessione tractantur. De stirpis suæ stemmate quædam nos docet hactenus ignota. Magnentianæ tyrannidis & cladis historiam: obsidionis item Nisibenæ, illustriorem facit haud paucis additis, quæ Zosimus ideo a se prætermissa scribit, quod ea IVLIANVS Cæsar peculiaribus iam scriptis occupasset. Quibus verbis ad priores duas panegyricas respexit, in quibus res a Constantio gestas pene historico more descripsit. Iam de prima IVLIANI ipsius ætate, & educatione, primordiis, incrementis, ac reliquis omnibus, quæ ad priora illius tempora spectant: totam illam Galliarum administrationem: bellaque contra barbaros ab eo fortiter gesta: summum eidem delatum a militibus imperium: belli denique contra Constantium apparatum, nemo diligentius, quam ipsemet, epistola ea complexus est, quam ad S. P. Q. Atheniensem, viuo adhuc Constantio scripsit. Quo ex fonte Zosimus, Libanius, ac cæteri, qui IVLIANI acta celebrarunt litteris, sic hausisse profitentur; vt se multa præteriisse significent, quæ ex eodem actore rerum ac scriptore iubent repetere. Tot itaque litterarum subsidia comparamus hominibus nostris, dum IVLIANI, nefarii sane principis ac scelerati, sed docti ac diserti, & ad multarum rerum notitiam vtilis, immo necessarii, plenam copiam noua hac editione facimus.

Ac si genere de ipso gentilium librorum auctoritate res agitur; vt quid sequi Christianos oporteat, magnorum virorum exemplo doceamus; est in IVLIANI actis & historia memorabile imprimis & illustre, quod non paucorum antiquis e Patribus, sed Ecclesiæ pene totius iudicium quale fuerit ostendit. Quum enim gentiles legi Christiano-

stiano-

stianorum in scholis IVLIANVS edicto vetuisset; grauiter hoc & acerbe tulisse, florem omnem tempore illo sanctitatis & eruditionis accepimus: nec dubitasse, quin hæc una plaga Christianæ rei atrox ac vehemens esset illata. Deplorauit hoc præ cæteris Gregorius Nazianzenus, vir non solum pietate præstans, sed etiam doctrinarum studiis excultus omnium, præcipue diuinarum; quarum ab excellenti scientia Theologi nomen inuenit. Hic priore in IVLIANVM inuectiua decretum illud, quod vocat, ἀλογίας, totis eloquentiæ, qua plurimum valet, viribus insectatur, auctorique suo exprobrat: nec illud solum, vt inhumanum & crudele per sese; sed vt Ecclesiæ perniciosum execratur ac pestiferum. Fecerunt idem, quod Gregorius, & alii ingenii ac sanctimoniæ laude celebres: & hoc amplius; vt hanc litterarum calamitatem vtcunque pensarent, multa & ipsi gentilium veterum imitatione scripserunt, & eodem, qui in illis appetitur, lepore sermonis ac venustate condita. Atqui si ab ethnicis scriptoribus adeo magnum in Christianos redundaret periculum; nec iis detractis tantum esse querelarum debuit; nec illa rei vllius iactura potius, quam commoditas ducenda fuit: minime omnium certe, quomodo ista supplerent ac sarcirent, curare illos oportuit.

Vt ad IVLIANI nostri editionem reuertar, huius ea vel excusatio vel commendatio valere sola debet, quæ ab librorum eruditione elegantiaque sumitur; non illa tolerari quorundam, qui eius, a quo profecti sunt, laudandis virtutibus vendibiliorem operam suam facere student.

Quo in genere postremus editor IVLIANI Cæsarum nimis temere; ne quid asperius dicam, quod dici profecto potest; qui sic ornare IVLIANVM laudibus est ausus, vt non solum supra meritum efferret, sed eam laudationem cum sanctorum Patrum vituperatione, ac Christiani nominis iniuria, coniungeret. Nam in Præfatione, quam initio libelli de IVLIANO bene longam explicat, veteres illos ait studio partium occæcatos, & perquam acerbos *fuisse. Accidisse enim asserit,* vt quum de iis, qui olim vixere, principibus iudicium fertur, multum nos decipiat veterum quorundam, quos in Ecclesia Dei claros atque illustres fuisse scimus, auctoritas. *Tum interiectis quibusdam:* Itaque quibus infensi erant, eos, per se magnos sane & pene in cœlo positos, trahebant ad inferos; & aliis rursus, quos ornandos censuerunt, licet immerentibus, tantas laudes admensi sunt, vti posteritas virtutes eorum, quæ vix mediocres sunt, suspiciat, & lapidem e sepulcro veneretur pro Deo. *Pergit deinde, & Constantino IVLIANVM opponit; e quibus illum ait,* multa fecisse turpia: *IVLIANVM vero, longe scilicet eo præstantiorem, nequaquam pro dignitate ab illis sanctissimis Patribus habitum fuisse. Verba Præfationis:* IVLIANVM vero, laudatissimum principem, quem natura omnibus ornatum rebus excellere voluerat, tam indignis modis traduxere; vti iam illius nomen toti mortalitati res sit inuisa atque detestabilis. *Rursus:* Equidem ego quoties mecum agitabam, qualem quantumque esse oporteret, qui summum inter homines teneret fastigium; subiit animum meum IVLIANI veneratio, maiorque in eo atque altior spiritus esse videbatur, quam vti cum cætera Imperatorum plebe cogi in ordinem posset. *Subiicit de animi magnitudine, ac rerum humanarum despicientia; quod a militibus oblatum imperium ægre scilicet & coactus acceperit. Mox ista:* Quanquam nos hercle non vitæ, sed gloriæ, spatio metiri illum decet, quem & belli vsus iam tunc formidabilem hostibus, & pacis artes cunctis, non dicam ciuibus,

bus, sed mortalium sæculis, fecere venerandum. *Tanta tamque inuidiosa detestandi Apostatæ prædicatio digna Libanio aliquo est, vel Eunapio, vel Zosimo: Christiano vero homine nequaquam digna, neque his temporibus ferenda.* Subiisse *dicit* animum suum IVLIANI venerationem : *tum*, eundem sæculis omnibus esse venerandum. *De se, animoque suo, sane viderit : Christianis quidem omnibus sæculis fuit eritque semper execranda IVLIANI memoria; quam nemo, nisi qui Christum negasset, venerationi sibi esse dixit.*

Ad hunc ipsum, de quo agimus, Imperatorem supplices olim venere Donatistæ, cum libello, in quo id erat positum: solam iustitiam apud eum habere locum. *Hoc illorum dictum nactus Augustinus, vt exagitat! vt illudit! vt exprobrat! vt Christianos non decere significat! Atqui est ista sane mediocris vnius iustitiæ laus, quam Apostatæ Imperatori tribui Augustinus non patitur. Quid igitur de illa non iustitiæ, sed omnium virtutum, prædicatione diceret, quarum solidam possessionem IVLIANO Præfationis auctor addixit? Sequitur enim:* Noster, quod paucis fuit quodam Deorum munere concessum, virtutes dispares prudentia iunxit. *Impura vox, Deorum munere vel vlli concessas virtutes, vel IVLIANO concessas dicere. Quid deinde?* Hic quum in solidam, *ait*, virtutis possessionem primis adhuc annis & lubrico ætatis missus esset, animum semper supra fortunæ indulgentiam gessit. *At vnde, quæso, de tot illi tantisque IVLIANI virtutibus constat? Non, opinor, aliunde, quam ex ipsius de se IVLIANI testimonio, vel eorum, quos paullo ante retuli; Ethnicorum certe, qui pro amore in illum suo, in Christianos odio ac liuore, de eo sunt multa mentiti. At scriptor Præfationis domesticos istos suspectosque testes Latinis Græcisque Patribus anteponit omnibus; & hos etiam imprudentiæ imperitiæque condemnat. Nam sic demum loquitur:* Fuit profecto, fuit Græcorum quorundam, qui ea tempestate Ecclesiam rexere, magna imprudentia. Etenim vti caussæ suæ seruirent, principem Christianis infestum lacessebant, quem tolerare satius fuisset. Sunt in hominum manibus orationes eorum, in quibus, tanquam in scena, palam eum omnibus ludibrium fecere, & faciem illius, formamque corporis, atque gestus, tum alia fortuita, quæ vulgus & imperitissimus quisque notat, traxerunt in culpam. Qui viri si meminissent temporum, quibus nati erant, sane necessitati, quæ pertinax regnum tenet, sine contumacia paruissent, &, quod magnæ prudentiæ est, obsequio mitigassent imperia. *Hæc ille non solum imprudenter talibus de viris, sed etiam imperite. Etenim Græci illi Patres, quos imprudentia arguit, quorumque contra IVLIANVM extare orationes asserit, sunt omnino duo: Gregorius Nazianzenus, & Cyrillus; quorum alter haud paucis post IVLIANI obitum annis vixit, ac scripsit; alter æqualis quidem fuit illius, sed eo mortuo* στηλιτευτικὰς *illos duos conscripsit. Ex quibus, cæterisque fide dignioribus, liquet, fuisse Imperatorem istum multis verisque vitiis præditum; virtutem vero solidam habuisse nullam, sed nonnullarum imaginem adumbrasse, fuco & colore verarum ad speciem extrinsecus obductam; non solum quod qualescunque illos ad honestatem impetus vna turpissima perfidia & apostasia labes inquinauit; sed etiam quod ad fastum & ambitionem omnia, nihil decori & honesti caussa faciebat. Quocirca quæ de IVLIANI laudibus in illa Præfatione dicuntur, in ornandum Antichristum non minori iure conferri poterunt, in quo multa perinde maximarum erunt simulacra virtutum.*

Sed

Sed de IVLIANI moribus hic agere non est otii ac propositi nostri. Nam hæc pauca, quæ contra Præfationem istam disserui, Christianæ a me religionis studium, ac meus in sanctissimos Patres amor & cultus expressit.

Nunc, vt quæ sunt propriæ partes procemii huius absoluam; de hac editione nostra quæ te scire volumus, candide & erudite Lector, paucis accipe. Habes in ea IVLIANI, quæ vel edita sunt, vel ex bibliothecis ac scriptis codicibus excipi potuerunt, monimenta omnia. Ex his quæ ante vulgata fuerant, multis emendatiora locis, quædam etiam auctiora, protulimus; reliqua partim e Christianissimi Regis bibliotheca, partim ex Londinensi depromta sunt. Ex hac descriptas Orationes accepimus; quintam, quæ est in Deorum Matrem, & sextam, aduersus imperitos canes: tum epistolam ad S. P. Q. Atheniensem: item epistolas ad Iamblichum duas, LX, & LXI, vna cum LXII. accessit orationis tertiæ postrema pars: cum variis lectionibus quartæ; qui est hymnus in Solem. Qui quidem ex illis ita castigatus est, vt quum propter horrendam deprauationem legi absque fastidio vix posset, intelligi autem nullo modo posset; non solum a nobis intelligi, sed etiam Latine verti potuerit. Hæc omnia Londinensi ex bibliotheca misit ad nos Patricius Iunius, quæ totidem in manuscriptis codicibus bibliothecæ Christianissimi Regis inuenimus; vnde & cætera, quæ nondum publice erant edita, prodierunt.

In Latina interpretatione librorum illorum, qui in vulgus hactenus extabant, nihil admodum immutauimus, quamuis aliqua mendose reddita videbantur; quorum in Notis quædam obseruata sunt. Id eo monui, ne aliena nobis errata tribuant Soliniani Telchines; qui nihil norunt, nisi de nocte contra Solem meiere. Vale, candide & erudite Lector, & hoc nostro labore fruere.



DIONY

DIONYSII PETAVII
e Societate IESV,

NOTAE

AD IVLIANI IMPERATORIS OPERA.

AD ORATIONEM I.



Panegyricus iste Constantio Imperatori tum, vt apparet, dictus est, quum profligatis Tyrannis, pacatoque imperio, solus rerum potitus est. In quo quidem scholastico illo ac laudatorio genere ita eum Iulianus prædicat, vt a maioribus primum, a parentibus, a patria commendet: inde ab rebus præclare ac cum laude susceptis. Inter quas nobilis illa est aduersus Persas expeditio, liberataque ab obsidione Nisibis: nec non præclara de vtroque tyranno victoria: quorum alter eloquentiæ vi, atque oratione superatus, alter militaribus copiis, ac vi armorum expugnatus est. Secundum quæ ab egregiis & illustribus ornamentis animi ac virtutibus eum collaudat. Huius orationis initium imitatus est Libanius Orat. in Consul. Iuliani.

Pag. 1. τῆς μὲν λόγῳ) Vetranionem & Magnentium intelligit. Quorum ille sine vi atque armis redactus in ordinem; hic bello profligatus est. Zosimus lib. 2. Nazianzenus in Steliteut. I. vbi in Constantii laudes oratorio impetu stilum effundit, de iis ipsis tyrannis agens: καὶ τοὺς οἴκοι τυράννους χειρούμενος, τοὺς μὲν τοῖς λόγοις, τοὺς δὲ τοῖς ὅπλοις· καὶ τούτων ἑκάτερον ὡς μηδὲν ὑπὸ τοῦ ἑτέρου διοχλούμενος. *Et domesticos tyrannos potestati sua subiiciens, alios quidem oratione, alios armis;. & ita vnumquemque superans, quasi nihil molestia alter inferret.*

Pag. 5. C. lin. 10. οὐκοῦν ὡς τεκοῦσα τὴν σὴν μητέρα) Faustam nimirum Maximiani Herculii filiam. De qua Panegyricus Maximiano & Constantino dictus. Hanc Constantinus ob Crispi filii necem, ab ea procuratam, e medio sustulit anno CCCXXVII. At Zosimus lib. 2. alia ex coniuge, quam ex Fausta, susceptum esse Constantium diserte scribit. Quæ nimirum vxor ob adulterii suspicionem a Constantino interfecta sit. Sic enim de Constantini tribus filiis paterni Imperii hæredibus narrat: ἐτέχθησαν δὲ οὗτοι οὐκ ἀπὸ Φαύστης τῆς τοῦ Ἑρκουλίου Μαξιμιανοῦ θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης. ἣ μοιχείας ἐπαγαγὼν μέμψιν, ἀπέκτεινε. Sed errat sane scriptor iste, & cæterorum omnium consensione refellitur. Illud enim constat, quæ Constantini iussu necata est, eam Faustam appellatam fuisse. At nullam aliam eiusdem nominis, præter Maximiani filiam, duxisse Constantinum re-

perimus. Quin Iulianus hac oratione perſpicue e Maximiani filia natum indicat Imperatorem Conſtantium.

Ibid. D. lin. 4.5. *γεγονέναι δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ πατρός*) Plura ad eam rem Themiſtius Orat. 13.

Ibid. D. lin. 8. *Ἰλλυριοὶ δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῖς*) Zoſimus lib. 2. Arelate editum in lucem Conſtantium aſſerit. Sed pro *Κωνστάντιον* apud eundem *Κωνσταντῖνον* legere oportet: quum hunc ipſum dicat paucos ante dies natum cum Criſpo ac Liciniano, Licinii filio, Cæſarem eſſe factum. Quod ſine dubio ad Conſtantinum pertinet, qui ſecundus a Criſpo Conſtantini Imperatoris filius extitit. Quare Conſtantius merito in Illyrico natus eſſe dicitur: vnde & plerique Imperatores ortum acceperunt, ipſeq; adeo Conſtantii auus Iulius Conſtantius, & Diocletianus, ac Maximiani ambo, Herculius & Galerius: Aurelius Victor, Eutropius.

Pag. 6. A. lin. 4. *αὐτοὶ γάρ φασι τὴν τήθην*) Eutropiam Syram Maximiani Herculii coniugem. Ex qua Maxentium & Fauſtam ſuſtulit, Conſtantini vxorem: Aurelius Victor.

Ibid. A. lin. 8. *ἐκ παντὸς ἐγνώκεσαν*) Forte *ἐγνώκασι*.

Ibid. D. lin. 7. *Κλαυδίου μνησθέντα*) Claudii Imperatoris ex filia nepotem fuiſſe Conſtantium Chlorum, Conſtantini patrem, narrat Eutropius lib. 9, Zonaras & Cedrenus. At Trebellius Pollio in Claudio, ipſi Claudio liberos nullos fuiſſe memorat; ſed ex fratris eiusdem Criſpi filia Claudia, & Eutropio, nobiliſſimo gentis Dardanæ viro, Conſtantium Cæſarem eſſe genitum.

Ibid. D. lin. 10. *πρὸς τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον*) Memorabilem illam Barbarorum eruptionem attingit, quæ Claudio imperante facta eſt: quum Scytharum diuerſi populi, infinita multitudine (CCCXX millia erant, ac nauium duo millia) Græciam ac finitimas prouincias depopulati ſunt. De his Trebellius Pollio, Zoſimus, &c.

Pag. 7. A. lin. 3. *ἐπὶ τῶν εἰκόνων ὁρωμένην ἔτι*) Syneſius Orat. de Regno, de eiuſmodi Imperatoribus loquens, *οὓς ἐν ταῖς εἰκόσι*, ait, *θεώμενα γελᾷ τὰ μειράκια, καὶ οὐδὲ ὁ γέρων δῆμος εὐτυχεῖς ἡγοῦνται γεγονέναι*. *Quos in imaginibus intuentes adoleſcentes irrident; plebeii vero grandiores natu ne fortunatos quidem putant fuiſſe.*

Ibid. A. lin. 4. *Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων*) Maximianum Herculium, & Conſtantium Chlorum innuit. Etenim ille, vt proxime dictum eſt, Fauſtam Conſtantino filiam vxorem dedit. Quod vero ambo illi aui a Diocletiano in imperium adſciti fuiſſe memorantur, ſic accipe: vt ſolus quidem Maximianus Auguſtus atque Imperator ſit factus; Conſtantius vero, & Galerius Maximianus Armentarius, Cæſares duntaxat appellati: itaque in Vet. Inſcriptione. Appoſite hunc ad locum Aurelius Victor: *Sed horum*, inquit, *concordia maxime edocuit; virtuti ingenium, vſumque bonæ militiæ, quanta his Aureliani Probique inſtitutio fuit, pene ſat eſſe. Denique Valerium, vt parentem, ſeu Dei magni ſuſpiciebant modo.* Quibus poſtremis verbis ad Iouii cognomen alluſit. Sed pro *inſtitutio*, *inſtitutione* forſitan legendum eſt.

Ibid. D. lin. 5.6. *Τὴν μὲν οὖν βασιλείαν*) De militari illo ſuffragio Eumenius Paneg. *Illico enim atque ille terris fuerat exemtus, vniuerſus in te conſedit exercitus: te omnium mentes oculique ſignarunt.* Mox: *Purpuram ſtatim tibi, quum primus copiam tui fecit egreſſus, milites vtilitati publicæ magis, quam tuis affectibus ſeruientes, iniecere lacrymanti.* Hoc vero in Britannia inſula contigit. Itaque ſubiicit: *O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti!* Quare auctor Panegyrici in Maximianum & Conſtantinum,

tinum, quum de Constantio & Constantino sic loquitur: *Liberauit ille Britanniam seruitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti*; non de natiuitate ipsa, sed de imperii primordio intelligendus est, quemadmodum initio dixerat: *Constantine oriens Imperator*.

Pag.8. A. lin. 6. τῆς περὶ τὰς δωρεάς) Adeo vt tanquam profusus notetur, sed ab æmulis & obtrectatoribus, Zosimo, & hoc Iuliano in Cæsaribus.

Ibid. B. lin. 9. πόλιν τε ἐπώνυμον) Constantinopolim decem annis exædificatam haud temere scribit, qui hoc ignorare minime potuit, Iulianus. Atqui anno Christi CCCXXX absoluta est, quo & dedicata fuit; vt Idatius & Alexandr. Chron. post Eusebianum Chronic. memoriæ prodiderunt. Ante biennium autem inchoatam, Ianuario & Iusto Coss. idem Chronicon refert. Atque vt ante annos decem id esse factum ex Iuliani loco isto putemus; necesse est annum Christi circiter CCCXX, vel sequentem, designemus. Neutro autem potuit: adeoque non ante CCCXXIV; quo, victo Licinio, Byzantium in Constantini potestatem venit. Non dubium est, quin anno CCCXXVIII cœpta sit ædificari Constantinopolis, a quo ad Constantini mortem anni sunt οὐχ ὅλοι δέκα, vt loquitur Iulianus. Biennio itaque promota est vrbis exædificatio, sic vt incoli ac frequentari potuerit: reliquo tempore absoluta est, ac perpolita. Hæc Iuliani mens fuit.

Ibid. B. lin. 11. τοσούτῳ τῶν ἄλλων) Suidas hoc Constantinopolitanæ vrbis elogium hinc descripsit, auctoris, vt solet, nomine suppresso.

Ibid. C. lin. 9. στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίου) Desitis iam Archontibus, aut eorum potestate iam obliterata, Athenis στρατηγοὶ fuerunt. Vide Meursium lib. I. de Archontibus cap. 9. De eodem Magistratu, & vsurpatione vocis illius in hac formula ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα disputauimus, in velitatione nostra aduersus Plinianum Exercitatorem, cuius puerilem hoc in genere errorem exagitauimus.

Pag. 9. D. lin. I. ὧν ὁ μέν τις τῷ παιδί) Nullum ad alium, quam Constantinum, conuenire istud potest, si de Faustæ φύσει liberis capiendum est; quorum ille natu maximus. Cæterum ne in eum quidem quadrat. Qui enim potuit hic cum patre bellum aduersus Tyrannos gerere; quum Licinius Tyrannorum postremus anno CCCXXIV victus sit; Constantinus vero anno Christi CCCXVII in lucem editus, si quid Zosimo credendum est? Hic enim pace inter Licinium & Constantinum Imperatores stabilita, Crispum ait, & Constantinum, ac Licinianum Licinii filium Cæsares appellatos. καὶ Κωνσταντῖνον οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τῇ πόλει τεχθέντα. Sic enim restituendum puto, pro eo quod male vulgo Κωνσταντίῳ scribitur. Qui non Arelate, sed apud Illyricos natus est: vt paulo ante Noster meminit. Accedit & Aurelius Victor, qui hoc ipsum narrat his verbis: *Adsciti que imperio Cæsarum communes liberi, Crispus, Constantinusque Flauio geniti, Licinianus Licinio*. Cæterum de Crispo loqui Iulianum hoc loco nihil prohibere videtur aliud, quam quod hic ex alia coniuge, quam Fausta, susceptus est; Minetuina scilicet. Verum vt matris nomen pro nouerca etiam vsurpes, facile hoc ad eundem illum referetur, qui, auctore Eusebio, aduersus Licinium vna cum parente bellum administrauit.

Ibid. D. lin. 3. ὁ δὲ τὴν πρὸς τοὺς Γέτας) Vide quæ ad annum Christi CCCXXXII ex Anonymo, & Idatio, notauimus in Chronico nostro. Hæc igitur ad Constantinum iuniorem referenda sunt: proxima Constantem indicant: qui imperium suum contra barbaros, præsertimque Francos, tutatus est; & a Magnentio tyranno est oppressus, anno Christi CCCL.

Pag. 10. A. lin. 3. ὡς ὅτι τῶν μέν) Legendum ἀπόγονοι, & ἔκγονοι.

Ibid. B. lin. 5. τῆς ἡμετέρας οἰκιστοῦ πόλεως) Romuli, qui a lupa nutritus.

Ibid. D. lin. 3. τῇ τῶν λόγων) Scribendum coniecimus νόμων. quod ex pag. 16. confirmatur.

Ibid. D. lin. ult. τὴν θρυλλουμένην εὐεξίαν) In priori editione nostra corrupta lectio non integram nobis interpretationem expresserat. Vtramque ex MS. codicibus castigauimus. Docet igitur, aliam principis educationem esse oportere, quam pugilis vel athletæ: cuiusmodi homines saginari, minimeque probatum medicis ad corporis habitum, exacto morosoque cultu, perduci solebant. Hinc eleganter apud Eusebium lib. 5. προπαρασκ. Oenomaus Cynicus ἄνδρας πεφαλτευμένους vocat. hoc est *altiles*; vt recte P. Vigerus in nouissima editione reddit. οὓς οἱ θεοὶ φιλοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ οὓς οἱ ἀλφιτοποιοὶ πιαίνουσι βοῦς. *Quos Dii non minus amant, quam qui a molitoribus saginantur boues.* Huic porro Iuliani loco geminum est quod Plutarchus initio Philopœm. disserit; vbi athleticum vitæ exercitationisque genus cum militari confert.

Pag. 11. A. lin. 10. χορείαν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις) Recte. Nam & Pyrricha saltatio militaris genus exercitationis fuit. Ammian. lib. 16. de hoc nostro Iuliano. *Quum exercere præludia disciplinæ castrensis cogeretur, vt princeps; artemque modulatius incedendi per Pyrricham concinentibus doceret fistulis.* Ita & Narses milites suos exercebat apud Agathiam lib. 2. De cursu autem, quod alterum genus exercitationis fuit, vide Veget. lib. 2.

Ibid. D. lin. 5. καθάπερ ὁ γενναῖος ἠξίωσε Πλάτων) lib. 5. de Rep.

Pag. 12. D. lin. 10. 11. Ἀλλὰ τὸν μὲν οὐκ ἐβασίλευσε) Scio βασιλεύειν transitiue nonnunquam vsurpari, vt apud Greg. Nazianz. in Stelit. 1. sed difficile est ad huius loci accommodare sententiam. Itaque mendi iure suspectus est. & apparet ὧν ἐβασίλευε legendum cum aliis, quæ in interpretatione Latina probabiliter expressimus.

Pag. 14. A. lin. 2. τὴν γερουσίαν) Cor. τὴν ἐξουσίαν. atque ita sententia postulat.

Ibid. B. lin. 7. Ὄυτε τῶν βαρβάρων) Polyb. lib. 6. καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ' αὐτοῖς, καὶ τὸ γερόντιον εἶχε τὴν ἀριστοκρατικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων αὐτῷ. καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἁρμογὴν εἶχε παραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων τε, καὶ Λακεδαιμονίων. vide & Aristot. lib. 2 Politicon cap. 11.

Pag. 15. A. lin. 3. ἐντελεχῆ ὑπεροψίαν) Deest πέφυκε, vel simile quidpiam.

Pag. 16. B. lin. 5. ἐνδεέστερον μὲν αὐτός) Sane idem & Themist. Orat. 13. confirmat: Τὸ δὲ ἁπάντων ἐρωτικώτατόν τε, καὶ ἐμπυρώτατον, ὅτι ἥκιστα αὐτὸς τρυφῶν, χορηγεῖ τῇ πόλει τρυφῆς ἀφθονίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀποκλείων ταῖς ἡδοναῖς, συναλίζει ἡμῖν τὰς νομίμους ἁπανταχόθεν.

Ibid. C. lin. 11. πολὺ δὲ πλέον τοῦ μόνος) Mortuus iam erat Constantinus, quum ad eum Constantius peruenit. Sed illius obitus vsque in huius aduentum celatus est. Ruffinus lib. 1. cap. 11. Socrates lib. 1. cap. 39. At de honoribus ab eo parenti habitis adi Euseb. Encom. Constant.

Ibid. D. lin. 5. ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς) Scribe ἐξαρκεῖ.

Pag. 17. A. lin. 2. 3. πλὴν εἴπου βιασθείς) Callide & adulatorie Constantii parricidia dissimulat & excusat; qui mortuo patre Constantium patruum, inde Dalmatium Cæsarem, & Optatum Patritium, atque Ablauium Præfectum Prætorio, per milites necauit: nec non & Anaballianum, quum milites subiecisset, qui vociferarentur, nullius se alterius, quam Constantini filiorum imperium pati posse. Zosimus lib. 2. Quæ omnia inuito Constantio a militibus patrata hic Iulianus innuit. At in Epistola ad Sen. & Pop. Atheniens. p. 270 & seq. longe aliter sentit, dicitque vero ἑτέρους ἐξαμαρ

Ibid. B. lin. 2. τῆς ἴσης παρρησίας) Forte προσρησίας, aut, quod magis arridet, ἰσηγορίας.

Ibid

Ibid. B. lin. 6. ἐνδεὴς δόξει) Forte δόξαι.

Ibid. C. lin. 10. ὡς ἐκεῖνον ἥθοιντο τελευτηκότα) Hic ἀνιστορήτως multa confundit. Primum post Alexandri mortem Persas ait defecisse. Quod vt de Persis falsum est: ita Parthos constat anno demum ab Alexandri morte quarto & septuagesimo defecisse, Arsace duce, imperante Antiocho Θεῷ. Tum horum imperium annos circiter CCCCLXXXII tenuit, vsque ad duodecimum Alexandri Mammææ F. qui incidit in Christi CCXXXIII. quando Artaxerxes, interfecto Artabano Parthorum rege, Persicum imperium longo interuallo renouauit. At Iulianus Persas promiscue cum Parthis habuit. Quod interdum Græci scriptores solent. Sane Chrysostomus sæpenumero Persas pro Chaldæis, & Orientalibus aliis, vsurpat.

Ibid. D. lin. vlt. τοῦ καιροῦ πράξεων) Coniiciebam haud temere scribendum Κάρου. Carus enim Imperator multa contra Persas fortiter gessit. Nam, vt referr Vopiscus, aduersus eos profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamiam cepit, & ad Ctesiphontem vsque peruenit, occupatisque Persis domestica seditione, Imperatoris Persici nomen meruit. Idem & Eutropius narrat, & Aurelius Victor. Porro verba illa, quæ parenthesi inclusa sunt p. 18. A. lin. 1 & 2. ex Henr. Steph. codice suppleuimus: quæ si germana sunt, tum probabilius sit pro Κάρου legendum Ὀδενάτου, qui post Valeriani cladem pro Romanorum duce se gerens multa strenue contra Persas edidit. Trebell.

Pag. 18. A. lin. 2. ἀλλ' οἱ τὴν θαυμαστὴν) Diocletianum & Galerium Maximianum Cæsarem innuit. Quorum hic primo a Persis victus ad Diocletianum redit. Cui quum in itinere occurrisset, tanta ab eo arrogantia est exceptus, vt per aliquot passuum millia ad vehiculum cucurrerit. Mox tamen per Illyricum Mœsiamque contractis copiis, rursus cum Narseo pugnauit ingenti successu. Quare a Diocletiano, in Mesopotamia cum præsidiis tum morante, ingenti honore susceptus est. Hæc fere Eutrop. lib. 9. & Zonaras. Qui addit, Persas legatos ad Diocletianum, & Galerium misisse, ab iisque pacem iniquis conditionibus impetrasse.

Ibid. B. lin. 4. πρότερον τοῦ πατρὸς) In ipsa contra Persas expeditione mortuus est Constantinus, quum Soteropolin, siue Pythiam, delatus esset; ibique toxicum a fratribus accepisset. Vnde Nicomediam translatus in ea vrbe periit. Aurelius Victor.

Ibid. D. lin. 4. τὸν μὲν παλαιὸν σφῶν) Forte ἐκβοώντων, & ἐθελόντων.

Pag. 19. D. lin. 1. ὡς καλῶς μέν) Manca oratio: quæ expleri possit his, aut similibus voculis: καλῶς μὲν, ἀλυσιτελῶς δὲ τοῦτο πεποίηκε. ἀλυσιτελὲς μὲν γάρ, &c.

Pag. 23. A. lin. 11. τὸν περὶ τῶν Σιγγάρων) De hoc Singarensi prælio vide Eutropium, & inprimis Sextum Rufum. Contigit anno Christi CCCXLVIII, Philippo & Salia Coss. Hieron.

Pag. 24 C. lin. 7. γενόμενοι δὲ εἴσω) Sextus Rufus præ reliquis omnibus accurate hanc historiam explicat: quem omnino consule. Ex hoc enim corrigenda nostra versio est, & negatio delenda Quippe Constantii milites siti confecti, quum sub vesperam in hostium munitiones irrupissent, ac paullo se incautius ad aq[uandum] effudissent, ab hoste cladem acceperunt.

Pag. 27. B. lin. 4. 5. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς πολιορκίαν) Hæc Nisibenæ obsidionis historia acuto ac perattento lectore opus habet. Nam ex ea Chronicorum & Annalium ratiocinia castigari dirigique debent.

Hieronymus in Supplemento Eusebiani Chronici, ad annum proximum a morte Constantini Magni, qui primus est trium eius liberorum, hæc annotat: *Sapor rex Persarum, Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus, Nisibin obsidet.* Mox: *Iacobus Nisibenus agnoscitur: ad cuius preces sæpe vrbs discrimine liberata est.* Theodoretus in Philotheo, S. Iacobi gesta percensens, obsidionis illius meminit; quæ statim

 post

post Constantini obitum secuta est, quum Sapores illius liberos, tanquam imbecillos, contemneret. In eadem porro scribit ea contigisse omnia, quæ hic a Iuliano referuntur: & inter cætera, præterfluentis fluuii cursum aggeribus repressum: inde quum maiorem in modum collectis aquis intumuisset, interruptis molibus, magno cum impetu in muros emissum. Addit & culicum agmina diuini viri precibus in hostes immissa: nec non Imperatoris habitu quendam pro muris a Barbaro conspectum: quod ille miratus, eos, qui abesse Romanorum Imperatorem dixissent, & obsidionis illius auctores fuissent, capitali supplicio affecit. Idem vero Theodoretus lib. 2. Hist. Ec les. cap. 30. hanc ipsam obsessæ, atque a S. Iacobo seruatæ, Nisibis historiam latius prosequitur: vbi & ad ea, quæ in Philotheo scripserat, lectorem remittit. Refert autem, Saporem septuaginta diebus in ea obsidione consumtis, & inhibito flumine, ac mox in muros immisso, falsum spe sua domum rediisse. Sed quod ad annum attinet obsidionis, a seipso discrepat. Non enim subinde post Constantini obitum, atq; in ipso Constantii exordio, vt in Philotheo; sed diu postea contigisse demonstrat: nimirum post Ariminense & Seleuciense conciliabula; quæ anno Christi CCCLIX, Constantii XXIII. celebrata sunt, ac post Antiochenam sedem ab Eudoxio per vim occupatam, rescriptumque Constantii ad Antiochenos contra eundem Eudoxium editum: quod anno antecedente, Christi CCCLVIII accidit. Demum Antiochiæ per idem tempus, quo Nisibis obsidebatur, fuisse Constantium indicat Theodoretus cap. 31. At Theophanes anno a Constantini morte proximo Nisibenam illam obsidionem perscribit, quæ LXIII diebus tenuit, & S. Iacobi precibus in irritum cessit: neque culicum, ac cæterarum rerum, mentionem facit.

Zosimus lib. 3. de obsidione Nisibis agit, eius historiam a Iuliano ipso memoriæ proditam asserit, indeque lectorem petere iubet. Hanc autem accidisse scribit quum iam Cæsar esset Iulianus; postque Francos Salios, & Quados ab eo domitos; quum etiam paratis in Occidente rebus, Constantius in Oriente esset, ac totus in Persicum bellum incumberet. Itaque anno CCCLIX, vel CCCLX potius id euenerit, quando Persis Romani imperii fines incursantibus, Constantius Iuliani gloriæ inuidens, Celticas duas legiones e Galliis exciuit. Quæ res, militari seditione concitata, Iuliano viam ad imperium vsurpandum muniit.

Cum horum Scriptorum narrationibus conferamus ea modo, quæ Iulianus ipse hac oratione scripsit. Ita multa multorum errata patefaciemus, & huic historiæ, quæ hactenus ignota fuit, lucem dabimus. Omnium primo testis est Iulianus, allato nuncio de Constantis nece, & Magnentii ac Vetranionis tyrannide, Constantium munitis Syriæ oppidis in Occidentem esse profectum. Persas vero in eam occasionem intentos, occupato ciuilibus & occidentalibus bellis Imperatore, Nisibin aggressos esse, in qua menses quatuor exegerunt. Hæc obsidio non alia est ab ea, quam Theodoretus refert. Nam & retentum flumen magno deinde cum impetu mœnibus illisum esse scribit; & de machinis, ac cæteris, eadem fere percenset. Annus vero indicatur a Iuliano Christi CCCL, quo allata Constantis nece, Constantius in Occidentem profectus est. Triplex ergo tempus ex historicorum illorum, quos testes citauimus, comparatione colligitur: nempe annus CCCXXXVIII, CCCL & CCCLX, qui omnes eidem obsidioni præfiniuntur. Mihi non dubium est, quin Theodoretus & Zosimus grauissime aberrarint, atque ex hac Iuliani narratione corrigendi sint. Sic igitur habeto: Nisibin sæpius a Persis obsessam, atque a S. Iacobo propugnatam fuisse, vt indicat Hieronymus. Ter obsessam esse Rufus affirmat. Duæ porro præ cæteris insignes obsidiones fuerunt. Prior statim post

Con-

Conſtantini obitum contigit, cuius meminit Hieronymus & Theophanes: quæ duobus fere menſibus tenuit. Poſterior abſente Conſtantio, & in Occidentem contra tyrannos profecto, anno CCCL, quam Iulianus & Theodoretus deſcribunt; meminit vero Zoſimus. Has duas obſidiones in vnam eandemque conflauit Theodoretus; & Zoſimi prætereа errorem ſecutus eſt in eo, quod poſterioris ac celeberrimæ tempus pluribus annis tardius conſignauit. Nam obſidio illa, quam hic Iulianus exponit, & quam Zoſimus ac Theodoretus in animo habuerunt, anno CCCL tribuenda eſt; antequam non modo Iulianus, ſed ne Gallus quidem eius frater, Cæſar eſſet. Quare mirum non eſt ſi Ammianus Marcellinus, diligens & accuratus illorum temporum hiſtoricus, nullam obſidionis illius mentionem fecerit, quum priores hiſtoriæ illius libri perierint. Ex iis caſtigandi ſunt Annales, & Chronici libri, adeoque noſter, quatenus anno CCCXXXVIII, quum Niſibenam obſidionem adſcriberemus, Theodoretum aliosque ſecuti, ad idem ſaxum offendimus. Hæc vero Iuliani oratio tanto eruditis & hiſtoriæ ſtudioſis eſſe debet acceptior, cuius ope factum eſt, noua vt huius hiſtoriæ ratio, & hactenus ignota, conſtaret.

Pag. 27. B. lin. 7. *ἐπέῤῥει δὲ ὁ Μυγδόνιος*) Haud ſcio an ſponte ſua ſolito magis intumeſcens iſte fluuius inundaſſe dicatur; an vi coercitus, ac repente laxatus, ſeſe in campos effuderit. Quod poſterius in obſidione illa contigit; & videtur eo ſpectaſſe Iulianus.

Pag. 28. A. lin. 7. *οὐδὲν εἰδότας*) Altera ad marginem lectio ſuadet *οὐδὲν ἢ ἰδιώτας* ſcribendum eſſe.

Pag. 29. A. lin. 2. *ἀκμῆτας ἦγες τὸ ςράτευμα*) Forte *τοὺς ςρατιώτας*.

Pag. 30. A. lin. 1. *οὐδεμία τῶν ὅσαι.*) Scribe *οὐδεμίαν*.

Pag. 32. A. lin. 1. *ὀψέ ποτε τῇ Θετταλικῇ*) Prouerbium eſt *ἡ Θετταλικὴ πειθανάγκη*: quod Eunapius vſurpat in Chryſantho. De quo tamen Parœmiographi fere tacuerunt: certe quæ eſſet illius origo, apud iſtos non reperi.

Ibid. D. lin. 7. 8. *ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα*) Aurelius Victor: *Vetranio* (inquit) *litterarum prorſus expers, & ingenio ſtolidior, idcircoque agreſti vecordia peſſimus.* Ibidem & de Conſtantii eloquentia.

Pag. 34. D. lin. 7. *Φράγγοι καὶ Σάξονες*) Franci trans Rhenum, ac cis Albim fluuium habitabant. Ammianus lib. 20: *Rheno deinde transmiſſo regionem ſubito peruaſit Francorum, quos Anſuarios vocant.* Panegyricus Maximiani & Conſtantini; nec non alter ab Eumenio dictus, hoc ipſum indicant: quod ab aliis obſeruatum.

Pag. 35. C. lin. 7. 8. *ἐκ μικροῦ παντελῶς*) Quum ad Murſam oppidum Pannoniæ Magnentii ac Conſtantii copiæ conſtitiſſent, diſpoſitis ad Adranorum fauces inſidiis, Magnentius præliandi copiam ſe ad Sciſciam facturum eſſe Conſtantio denuntiauit. Qua re mirifice is gauiſus, quod equitatu præſtaret, profectus eſt. Sed dum temere, ac nullo ordine, & inermes progrediuntur, a Magnentianis pene omnes oppreſſi ſunt. Zoſimus lib. 2. ex quo totius belli accuratam deſcriptionem petere licet.

Pag. 36. B. lin. 9. *ἐφ᾽ αὐτῷ δεῖξαι*) Corrig. *ἐφ᾽ αὐτῶν*.

Pag. 37. B. lin. 2. *τοῦ πατρῴου λαμπρότερον*) Iisdem fere in locis a Conſtantino Licinius debellatus antea fuerat. Zoſimus.

Ibid. C. lin. 7. *Ἀπείρων γὰρ εἶχες*) De cataphractis equitibus loquitur, quos *clibanarios* vocant. Nazarius Paneg. Conſtant. *Quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies! quam atrox viſu! quam formidoloſa! operimento ferri equi atque homines pariter obſepti. Clibanariis in exercitu nomen eſt. Superne omnibus tectis equorũ pectoribus demiſſa lorica, & crurũ tenus pendens, ſine impedimento greſſus, a noxa vulneris vindicabat.* Ammian. lib. 16. *Sparſiq; cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſæ, thoracũ muniti tegminibus,*

nibus, & limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti, vt quocunque artus necessitas commouisset, vestitus congrueret, vinctura cohaerenter aptata.

Pag. 38. C. lin. 11. εἰς τὴν πλησίον πόλιν) Aquileiam intelligit, vt ex Oratione secunda plenius cognoscimus.

Ibid. D. lin. 9. ἀποτειχιζομένης ἐν κύκλῳ) Idem repetit Orat. 3. οὕτω δὲ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλαχθὲν ὄρεσί τε συνεχομένης λίαν δυσβάτοις, καὶ θαλάσσῃ τεναγώδει, ἅτε εἰσρεόντων ποταμῶν μυρίων, οἳ ποιοῦσιν ἕλος προσεχὲς τοῖς Αἰγυπτίων ἕλεσι. Quod de Italia proprie quidem dicta Iulianus intelligit. In ea porro parte Venetae sunt & Atrianorum paludes; quo se post cladem acceptam recepisse Magnentium, praeter Zosimum, scribit Aurelius Victor & Noster Orat. 2.

Pag. 39. D. lin. 7. οὕτως οὐδὲν πρὸς πονηρίαν) Manca & ἡμιτελὴς oratio.

Pag. 40. C. lin 5. τῶν ἀποστόλων τῶν ἐπὶ Καρχηδόνα) Victo in Pannonia Tyranno, Constantius in id intentus, omnia vt illi perfugia clauderet; in Italiam, Siciliam, Africam, Galliamque misit, qui harum prouinciarum aditu prohiberent. Iulianus Orat. 2. τῶν γε μὴν πρὸς τὸν τύραννον πραχθέντων ὅ, τε ἐπὶ Σικελίαν ἔκπλους, καὶ ἐς Καρχηδόνα, Ἠριδανοῦ τε αἱ προκαταλήψεις τῶν ἐκβολῶν.

Ibid. D. lin. 3. ἐπεὶ καὶ τὴν Ἀντιόχου πόλιν) Nonnihil haec obscura sunt, immo corrupta leuiter: quibus indicare videtur, Antiochiae cognomen a Constantio Imperatore partum: & eandem vrbem praeterea quum aliis rebus locupletatam & ornatam fuisse, tum portu praepete, quem ad Seleuciam Constantius extruxit: de quo Libanius in Antiochico, & qui nuper editus est Veteris mundi descriptionis auctor, Latinus is quidem, non Graecus; qui Seleuciensem portum istum a Constantio fabricatum refert; vt recte illius editor obseruat. Idem tamen in Libanii loco, quem ex Antiochico citat, perperam haec verba reddit: Ἀλλὰ τέτμηται μὲν ἐν Σελευκείᾳ· τέτμηται δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας τοσούτῳ χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γινόμενος. Haec ille sic vertit: *Verum sectus quidem est in Seleucia: sectus vero propter vrbem nostram tanta vi auri portus e saxo confectus.* Atqui non hoc Libanius sibi voluit, ingenti vi auri sectum illum fuisse portum; sed, ad tantam vim auri capiendam, quantam Croeso Pactolus non attulit, portum illum e saxo fuisse factum: vt non pretium, quo portus fabricatio constitit; sed opes ac diuitiae, quae ad eum conuehendae sunt, iis verbis exprimantur. De eiusdem porro Constantii in Constantinopolitanam vrbem munificentia, cuius hic Iulianus meminit, agit in Orat. 13. Themistius.

Pag. 42. C. lin. 8. χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα) Qui tandem congruit? Anno regni sui ineunte sexto traiecit in Graeciam Xerxes: neque tamen initio statim imperii de illa expeditione cogitauit; sed aegre tandem spectris horrendis, & perfugarum Pisistratidarum Aleuadarumque precibus adductus: quod biennio ad summum ante τὴν ἐκστρατείαν contigit; vt ex Herodoto liquet. Sed videtur Darii apparatum filio eius imputasse. Etenim victus ille Marathonio conflictu, nouum contra Graecos bellum adornauit, & iis consiliis immortuus est. Contigit Marathonia clades anno III Olympiadis LXXII. Inde ad primum ineuntem Olympiadis LXXV, anni sunt praeter propter decem.

Ibid. D. lin. 9. σεσωμέναις ἀπεδίδου) Immo ἀπεδίδους.

Pag. 44. C. lin. 1. 2. τῇ βεβαιότητι δέ) Demosthenes contra Leptinem, quae a rebuspublicis munera conferuntur, etsi minora sint, longe tamen praeferenda esse, admo-

admonet: παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις μείζων ἐστὶν ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος τῆς παρούσης χάριτος. παρὰ δὲ ὑμῖν ἀδεῶς ἃ ἂν λάβῃ τις ἔχειν ὑπῆρξε τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον. Cui Xenophonteum illud affine est in Hierone: ὅ, τι ἄν τις λάβῃ παρὰ τοῦ τυράννου, οὐδεὶς οὐδὲν αὐτοῦ νομίζει, πρὶν ἂν ἔξω τῆς τούτου ἐπικρατείας γένηται.

Ibid. D. lin. 8.9. τῆς βασιλείας ἕλοιο κοινωνόν) De seipso Iulianus loquitur. Nam post Galli necem hæc habita est oratio: vt ex Siluani historia constat, quam tangit pag. 48.

Pag. 46. A. lin. 10. ἀεὶ δὲ ἐν τοῖς κοινοῖς) Eutropius Constantinum ait inter Diuos relatum. De honoribus vero eidem a filio habitis Eusebius in Encomio Constantini. Aurelius Victor in Cæsaribus Constantium vocat *cultu genitoris satis pium*.

Pag. 47. B. lin. 1. φρονήσεως ἐπὶ πολύ) In Anglicano codice quædam erant inserta, quæ minus ad sententiam pertinere putauimus, ob idque minime recipienda. Sic enim legebatur: φρονήσεως πρὸς τοσοῦτον μέγεθος ἀφικέσθαι, καὶ κάλλος πράξεων· ἀγαπητὸν δὲ, εἰ καὶ τύχῃ μόνον δίχα φρονήσεως ἐπιτρεπομένη ἀνθήσαι.

Ibid. D. lin. 5.6. τὸν τοσούτων τοῖς κοινοῖς) Tollendi asterisci. Nam est integra sententia, quæ ita concipienda est: *Prudentia magis, quam viribus, cum tantarum calamitatum auctore debellasti.* Nam Siluani copias omnes quum ad suas partes oratione traxisset, iis ipsis ad opprimendum tyrannorum alterum Magnentium vsus est.

Pag. 48. C. lin 7. τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα) Sic Orat. 2. καὶ τέλος ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἀνελόμενος ἁλουργὲς ἱμάτιον. De Siluano loquitur, qui Constantii offensionem veritus imperium sumsit. Sed a militibus intra XXVIII diem oppressus est: Aurelius Victor, Ammianus lib. 15. Sed cur γυναικείαν ἁλουργίδα dixit? Nam e signis purpuram ab eo detractam, auctor est Ammianus: *Cultu purpureo Draconum & vexillorum insignibus ad tempus abstracto, ad culmen imperiale surrexit.* An eleuando, ac per contemtum sic appellat tumultuarie ac temere susceptum principalem habitum? Cogitent eruditi. Neque enim hoc mihi satisfacit.

AD ORATIONEM II.

DE auctore Orationis huius nihil est, quod dubitare quispiam iure debeat. Cuius idem omnino, quod primæ, est argumentum, in Constantii laudibus ac prædicatione positum. Quem vnum virtutis omnis perfectum absolutumque specimen proponit; itaque cum antiquis Imperatoribus comparat, vt longo eos interuallo ab illo superatos esse confirmet. Quæ vero ab eo contra tyrannos atque barbaros gesta sunt, præsertim quæ ad Nisibin contigerunt, auget extollitque magnifice. Quamobrem merito prior illa inscriptio περὶ Αὐτοκράτορος πράξεων, orationi præfixa est. Sed quod additum est, ἢ περὶ βασιλείας, inane & absurdum. Non enim de regno aut imperio quidquam præscribit: quemadmodum Synesius Orat. de Regno, Dio Chrysost. aliique fecerunt. Quod si pauca interim de Principis officio disputet, id nonnisi obiter & eo solum consilio pertractat, vt iis omnibus ornamentis Constantium præstare ac cæteris antecellere de-

 mon-

monſtret. Quare magna mihi ſuſpicio eſt, περὶ βασιλέως, pro βασιλείας, eſſe ſcribendum. Immo forte, vti inſcriptiones variant, etiam Κωνσταντίου additum fuit.

Pag. 49. D. lin. 7. ὑμνεῖν τὸν βασιλέα) Quem regem intelligat, equidem non video. Homeri verba ſunt Iliados ι.

Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπε, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Num igitur ſic concipienda lectio? ὑμνεῖν τὰ κλέα ἀνδρῶν, καὶ ᾄδειν. vel certe τὰ κλ. αν. καὶ καὶ. Niſi βασιλέα Achillem vocet.

Pag. 50. D. lin. 1. τὸν Πιττακὸν ἐπαινῶν) Apud Diog. dictum illud extat, Συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων.

Pag. 52. C. lin. 2. καὶ τὰ Φόρια τὰ ἐντεῦθεν) Hemiſtichium illud proxime allatum ex Iliados eſt Υ. vbi Æneas Erichtonium vnum ex maioribus ſuis tria equarum habuiſſe millia iactat: quarum amore captus Boreas celerrimos ex iis pullos genuerit.

Αἱ δ' ὑποκυσσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.

Itaque pro Φόρια, quæ vox nihil ſignificat, πωλία forte reponendum eſt.

Ibid. C. lin. 5. 6. καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅρματα) Malim ἐπ' αὐτοῖς.

Pag. 53. B. lin. 6. χρώμενον δὲ πρὸς θήραν) Olim ſagittariorum infima erat ac vilis conditio. Schol. Sophocl. ad hunc verſum Aiacis Maſtigoph.

Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.

ita ſcribit: διεβέβλητο ἡ τοξεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς μικροπρεπὴς τέχνη καὶ φαύλη, καὶ ἀξιόλογον οὐδὲν ἐργάσασθαι δυναμένη. Nec ab hoc Iuliani loco Ovidianum illud abhorret Metamorph. 1.

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis capreiſque fugacibus, vſus.

Ibid. C. lin. 8. 9. ἅρμασι γὰρ ἐχρῶντο) Euſtathius ad Odyſſ. ε, pag. 1539. ἰστέον δὲ ὡς οἶδε μὲν Ὅμηρος τὸν κέλητα, &c. οὐ ποιεῖ δὲ ἥρωας χρωμένους αὐτῷ, εἰ μὴ ἄρα κατ' ἀνάγκην τινά. *Sciendum Homerum Celetis, id eſt, ſingularis equi meminiſſe; non tamen Heroas apud illum vti, niſi in neceſſitate quapiam.*

Pag. 54. B. lin. 11. τοῦ Θεσπιᾶσιν Ἔρωτος) Pauſanias Bœoticis, pluribus de Amoris apud Theſpienſes ſimulacris diſſerit.

Ibid. C. lin. 9. 10. τῶν ἄλλων ἐκεῖνος) Videndum an ἕκαστος pro ἐκεῖνος ſit aptius.

Pag. 55. C. lin. 10. Ἀνὴρ ἄπιστος) Magnentianum bellum deſcribit. De quo Zoſimus, aliique Hiſtorici, tum Iulianus ipſe Orat. 1.

Ibid. D. lin. 7. Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν) Crediderunt veteres Deos non βάδην, ac promouendo pedes, ingredi, ſed continuo velut impetu fluere. Quam ad opinionem facit inprimis elegans Heliodori locus Æthiop. lib. 3. vbi Deos ait cognoſci minime τῷ βαδίσματι, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν, οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένων. Addit mox: propterea etiam & Homerum, qui Ægyptius eſſet, de Neptuno ita ceciniſſe:

Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν, ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ᾽. ἔγνων ἀπιόντος.

οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ῥεῖ ἀπιόντος, καὶ οὐχ ὥς τινες ἠπατήνται, ῥᾳδίως ἔγνων ὑπολαμβάνοντες. Quo etiam reſpexiſſe Virgilium arbitror quum Æneid. 1. de Venere ita loquitur:

Et vera inceſſu patuit Dea.

Pag.

Pag. 56. B. lin. 4. *ἣν εἴτε Ὠκεανὸν δεῖ*) Hunc locum ex MS. emendauimus. Quod de Atlantico mari dubitat, sitne Oceanus ille qui Germaniam alluit, parum id perite facit. Perinde enim est, ac si quis Æthiopico Oceano Hispanos aut Gallos allui dixerit.

Ibid. C. lin. 9. *μέθη καὶ κραιπάλη*) Recte hoc & *καθ᾽ ἱστορίαν*. Etenim per coniugii occasionem & comessationis Magnentius tyrannidem inuadit. Vide Zosimum lib. 2.

Pag. 57. D. lin. vlt. *τὸν ποιητὴν τοῦ τερατώδους*) Marcellinus iste forsitan erat Fisci præfectus, doli artifex; qui per speciem natalis filii sui celebrandi Magnentium ad tyrannidem perduxit.

Pag. 58. A. lin. 4. *καὶ τέως ἔχαιρε*) Dictum Orat. 1. Quæ sequuntur, vitiata ac parum integra sunt. Legerim sane, *τότε δὲ ἐφεστῶσα πᾶσι δίκη ποινάς.*

Ibid. C. lin. 6. *ὁ παιδοτρίβης τοῦ τυράννου*) Marcellinus ille, de quo supra.

Ibid. C. lin. 7. *Τὸ γὰρ μηδὲ ἐλπίσαι*) Forte *τῷ γάρ*. Sed quæ sequuntur corrupta nonnihil sunt.

Ibid. D. lin. 7. *τοὺς πρόσθεν ἀπονιπτόμενος*) Subaudiendum *φόνους*. Itaque vertendum *priorum cædium labem eluens*. Sic Orat. 1. p. 39. D. lin. 3. *τοὺς φόνους, καὶ τὰς πρόσθεν ἀδικίας ἐκκαθαιρόμενος.*

Pag. 59. B. lin. 2. *οὐκ οἶδα ὑπὸ τοῦ θεοῦ*) Scribo *ὑπὸ τοῦ θεῶν.*

Ibid. C. lin. 4. *Οὐ γὰρ δὴ ξὺν τῇ τῶν στρατηγῶν*) Atrocissimus hic conflictus fuit: vt, quemadmodum Victor refert, pene amplius Romanæ consumtæ sint vires, totiusque Imperii fortunæ pessumdatæ. Idem habet Eutropius lib. 10. Sed præ omnibus legendus Zosimus. Ex quo pauca tantum, quæ Iuliano consentanea maxime sunt, hic adscribam: *Πρὸς μείζονα* (inquit) *λύσσαν ἐπαρθέντες οἱ Μαγνεντίῳ συναγωνιζόμενοι, οὐδὲ νυκτὸς μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθούσης ἐπαύσαντο. ἐπέμεινάν τε αὐτοί γε οἱ στρατιωτῶν ἔργα πληροῦντες, καὶ τοῖς καθ᾽ ἕκαστον στρατιώταις ἐπικεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις ἐγκελευόμενοι.* Mox: *νυκτός τε βαθείας οὔσης, ἔπαιον ἀλλήλους δόρασί τε καὶ ξίφεσι, καὶ παντὶ τῷ προσπίπτοντι καὶ εἰς χεῖρας ἰόντι.*

Pag. 60. A. lin. 2. *ἀλλὰ καὶ ὅσοις ὑπό*) In vet. erat *τραυσμάτων*. At in vulgatis *θραυμάτων*. Ego *θραυσμάτων* excudendum censuerim. Hastas enim, siue contos equestres, fractos fuisse, ob idque inutiles redditos esse, significat. Sed transposita ac luxata nihilominus lectio est. Forte ita legendum: *Ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων ὅσοις ὑπὸ τῶν θραυσμάτων ἀχρεῖα παντελῶς ἐγεγόνει τὰ δόρατα.*

Pag. 61. B. lin. 5. *ὥσπερ ἐν ἀρχῇ περὶ ἀρωμάτων*) Extudimus vtcunque loci huius sententiam: in qua tamen nondum acquiescimus. Suspicati sumus in editione prima pro *περὶ ἀρωμάτων*, legendum *περιῃρημένων*. atque etiam post *ἀρχῇ*, addendum *λόγου*. Nemo autem est, qui de Areopagitarum hac in re instituto non audierit. Amplius eruditi cogitent.

Pag. 62. B. lin. 5. *ἡ δὲ Μυγδόνιος*) Mygdonia Macedoniæ regio: a cuius similitudine Mesopotamiæ pars appellata, quæ ad Euphratem & vtrumque Zeugma posita, ait Strabo lib. 16. In ea vrbs est Nisibis, quæ & Antiochia Mygdoniæ. Hanc alii ad Euphratem, aut non longe ab eo collocare videntur, ex eo quod Strabo prouinciam ipsam ad Euphratem esse sitam asserat. Ita ex recentioribus Dominicus Niger. Verum sine dubio non ad Tigrim illa quidem, sed haud longe tamen ab eo sita fuit: vt ex Ptolemæo constat, qui in Mesopotamia illam collocat,

ad gradum longitud. 75, 10'. latitud. 37. 15'. idque subinde Iulianus ipse significat. Plinius vero libro 6, cap. 13. etiam partem Assyriæ, hoc est Arbelitin, & Adiabenen, *Mygdoniæ* vocabulo comprehensam a Macedonibus scribit. Itaque videtur ἡ ἄνω Μεσοποταμία, ac totus ille superior tractus: cum Assyriæ parte, *Mygdoniæ* nomine censeri; vt ex Strabonis, & Plinii Ptolemæique comparatione constat. Stephanus: Νίσιβις πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς Τίγρητι ποταμῷ. *Nisibis vrbs in Peræa, quæ est ad Tigrim fluuium.* Peræam, opinor, Mesopotamiæ tractum appellat, quod trans Euphratem sit. Mox: καὶ ἔδει Νισιβίτης. ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λιβύης. ὁ δὲ διὰ τοῦ ηνος, παρὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὴν ἕω. *Oportebat inde formare, Nisibites. Sed hæc inflexio Ægypti & Africæ propria est: quæ vero fit per ηνος, Euphratensium & Orientalium.* Sane in Africa Nisibes sunt apud Ptolemæum: a quibus fit Νισιβήτης.

Ibid. B. lin. 9. καὶ ἕτερον ὄνομα) Est hoc *Nisibis*, vel *Nesibis*, aut *Nasibis*. Quæ vox Stephano Phœnicum lingua aceruatos lapides, vel τὰς στήλας, hoc est, cippos & columnas lapideas significat, estque pura puta Hebraica. Nam נציב est חרה, id est *cumulus*, & *tumulus*. Lapidum enim aceruî, vel cippi, ad itinera metanda regendaue a veteribus ponebantur. Hos vero aceruos Mercurios ἐνοδίους appellarunt, vt alibi obseruauimus.

Ibid. C. lin. 4. τὸν θαλάσσιον καρκῖνον) Vide Palæphatum.

Pag. 64. D. lin. 5. οὐδὲ αὐτοῦ παντελῶς) Manca lectio.

Pag. 66. B. lin. 1. Μάταιον γάρ) Aut δὲ pro γὰρ scribendum, aut deesse quippiam putandum est.

Pag. 67. C. lin. 8. οὐχὶ Γλαύκου τέχνη) Prouerbium est, Γλαύκου τέχνη, ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως κατεργαζομένων, apud Suidam; hoc est, de iis rebus, quæ nullo negotio conficiuntur: ab Glauco quodam Samio, ὃς πρῶτος σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρεν, ait idem; qui scilicet ferri glutinationem & ferruminationem reperit. Quam Vir doctus *conflationem* bis terque Latine reddidit: haud scio qua ratione inductus. Sane κόλλησις ferruminatio est. Et χώνευσιν legisse eum oportet. Zenobius, quem cum Diogeniano, aliisque Parœmiographis, P. Andreas Schottus vir eruditissimus vulgauit, prouerbium hoc dici annotat, ἢ ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως κατεργαζομένων, ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς καὶ ἐντέχνως εἰργασμένων. Cuius rationem fusius persequitur. Atque etiam Diogenianus, ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως κατεργαζομένων, ἢ τῶν τεχνικῶς κατεσκευασμένων. Marcellus Ancyranus apud Euseb. lib. 1. contra Marcell. cap. 3. quinque affert huius prouerbii origines, quæ omnes eo conspirant, vt de exquisito artificii genere dicatur. In quarta mendosa lectio est, quam hic resarciemus. Scribendum: οὕτω δημιουργήσαντα τῷ πάχει, ὥστε κρουομένου, &c.

Pag. 68. C. lin. 4. τὴν Πλάτωνος μικρά) Desunt hic non pauca. Aut certe, quod verisimilius arbitror, post hæc verba, τὸ διακόνημα εἶναι, subiungenda ea sunt, quæ pag. 70. extr. leguntur: Ταῦτά τοι καὶ ἐπαινοῦμεν. Vbi de Hectore institutum hoc loco sermonem pertexuit. Omnino insignis est huius loci perturbatio.

Pag. 71. D. lin. 5. Ἐνετοὶ δὲ οἶμαι) Aquileiam sub Venetia complectitur, vt & Plinius ex Augusti diuisione. At Strabo aliter, qui diserte lib. 5. ἔξω δέ ἐστι (scribit) τῶν Ἐνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληΐα. At Forojuliensi in Italiæ parte Geographi vulgo collocant, quæ a Venetia Liquentia flumine diuiditur. Neque Heneti in ea parte consedere, sed in Euganeorum sedibus: vbi & Troiam condiderunt.

Pag

Pag. 71. A. lin. 1. *καὶ χρῶνται ἀντὶ τοῦ Βῆτα*) Diligenter obseruandum quod ait, V Latinum perinde vt *Βῆτα* proferri. Cui tamen pronunciationis Græcæ magistri illi tantopere reclamant. Sed de V nostro sane haud immerito dubites; si in B Græcum mutari potuit, cur tam pertinaciter Græci omnes, qui Romana nomina perscripserunt, in *Ου* conuerterint. Ita enim passim, *Οὐολοῦσκοι*, *Οὐαλέριος*. Certe quidem, V consonantis vim apud Latinos olim habuisse, ex Varronis apud Priscianum auctoritate constat; quum id Grammaticus iste confirmat, V Romanum Æolico Digammo potestate par fuisse. *Vnde* (ait Priscianus libro 1.) *a plerisque nomen ei hoc datur, quod apud Æoles habuit olim F Digamma, id est Vau, ab ipsius voce profectum, teste Varrone & Didymo; qui id ei nomen esse ostendunt.* Igitur V vau quondam appellatum, eodem, quo Hebraica littera, nomine. Cæterum nemo istud, opinor, ignorat, quod ab Halicarnasseo proditum est lib. 1, Latinam linguam magna parte ex Æolica profluxisse. Quare ab eadem Digamma illud in Latium translatum est: quo vsi sunt non modo Æoles, sed & Græci antiquiores omnes, ea forma, qua F Latinum pingitur; potestate vero eadem, qua V Romanum, vel *ου* Græcanicum. Quod quia Iulianus non vidit, caussam affert minus expeditam, cur ex Ἑνετίᾳ Græcorum *Venetiam* Latini, non *Henetiam* fecerint. Idque asserit *προσπνεύσεως ἕνεκα*, hoc est, spiritus gratia, & quadam Latini sermonis proprietate, contigisse. Nec intellexit istud a Græcis ipsis, non a Latinis, profectum. Veteres quippe Græci ante vocabula omnia, quæ incipiunt a vocali, syllabam *ου* præfigere solebant, hoc est Digamma F: vt pro *ἑλία* *Ϝελία*, & pro *ἑνετοὶ* *Ϝενετοὶ* dicerent. Et quoniam V Latinum est *ου*, idcirco Veneti, & Velia Latine vsurparunt. Docet hoc libro Ἀρχαιολ. 1. Dionysius Halicarn. his verbis: *Σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ου συλλαβὴν, ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δὲ ἦν ὥσπερ γάμμα, διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Ϝελενη, καὶ Ϝάναξ, καὶ Ϝοῖκος, καὶ Ϝανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα.* Hæc ille. Verum si eodem modo quo *ου* diphthongus Digamma illud efferendum est, consonans esse non poterit; contra quam Grammatici omnes sentiunt. Inter quos Terentianus Maurus in Sotadeis id ita testatur:

Vnde Æolis littera fingitur Digammos;
Quæ de numero sit magis vna consonantum,
Vocalis in istum mage quam versa sit vsum.

Quin & Velius Longus libro de Orthographia, monet V totiens consonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Græcos dicitur Digamma. Priscianus lib. 1. Æolicum F Digamma interdum pro consonante simplici, alias pro duplici vsurpatum, scribit. Nam in hoc versu:

Οἰόμενος Ϝελέναν ἑλικώπιδα,

simplex est. In hoc vero duplex:

Νέστορα δὲ Ϝοῦ παιδὸς.

Qua ratione apud Latinos his in vocibus, *venus*, & *cupiui*, V consonans simplex est, ac duplex. Itaque minime verum est vsquequaque, quod Halicarnassensis docet, F Digamma sonare vt *ου* diphthongum. Ac si coniecturæ locus esse potest, crediderim Æolicum Digamma ante vocales lenes instar *ου* diphthongi prolatum; ante aspiratas vero, quibus potissimum præfixum est, consonantem fuisse, V Romani similem. Porro quod Iulianus affirmat, V sæpe ita vt *Βῆτα* pronun-

tiari, ex iis, quæ Priſcianus ſubiicit, illuſtrari poteſt. Ait enim, Digamma plerumque in B mutari: velut in hac voce Βρήτωρ, pro ῥήτωρ. Immo etiam Βρόδον pro ῥόδον. *Quod*, inquit, *Digamma nonniſi vocali præponi, & in principio ſyllabæ non poteſt. Ideo autem locum quoque transmutauit: quia B, vel Digamma, poſt & in eadem ſyllaba pronuntiari non poteſt.* Quæ verba ſatis arguunt, F Æolicum, non ου tantum diphthongi ſonum reddidiſſe. Alioqui nihil, puto, prohiberet ῥουήτωρ & ῥουόδον dici. Vnaque illud indicant, nonnunquam ſolus aſpirationis gratia præponi ſolitum conſonantibus maxime litteris. Verum hallucinari Grammaticus idem videtur, quum mutationis V in B ex Quintiliano exemplum affert *Bruges* & *Belena*. Neque enim in his B locum occupat V, ſed F & Φ. *Bruges*, inquam, pro *fruges*, & *Balena*, (ita enim apud Quintilianum legitur) pro Græco Φάλαινα in vſum venerunt. Quæ res ſuſpicionem præbere nonnullam poſſit, B Græci æque ac Latini quibusdam ſaltem in vocibus, aut certe Æolica proprietate, V conſonanti ſimilem & affinem ſonum extitiſſe: qui ab Φ, vel F Latini ſpiritu non multum adhorret. Denique hoc tanquam corollarium adiiciam: Digamma Æolicum in F Latinum eſſe conuerſum. Auctor eius rei Diomedes haud ignobilis Grammaticus lib. 2. quum ſcribit: *Huic item* (nimirum V litteræ) *Digamma adſcribi ſolet: vt quum ſibi ipſi præponitur; vt ſerfus, fulgus, pro ſeruus, vulgus. Nam V litteram geminari in vna ſyllaba poſſe plurimi negant.* Quo etiam pacto Germani hodie V conſonantem proferunt. Quintilianus libro 1. capite 5. idipſum confirmat his verbis: *Quin fœdum, fœdusque, pro aſpiratione V ſimili littera vtentes. Nam contra Græci aſpirare ſolent, vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius litteram dicere non poſſet, irridet.* Qui locus intelligi ita conceptus vix poteſt. Quamobrem pro *Fœdum*, *Fœdusque*, emendo *Vœdum*, *Vœdusque*. Hoc enim ſignificat, Veteres V litteram pro F quibusdam in vocibus expreſſiſſe: quum Græci denſiore ſpiritu pronuntient. Quare quum Græculus quidam teſtis Fundanii nomen ita efferret, quaſi eſſet Φουνδάνιος, non autem, vt vulgo tum conſueverant, *Vondanius*, vel *Vundanius*, a Cicerone eſt irriſus. Atque eadem, opinor, de cauſſa Græca aſpiratio ob Æolicum Digamma in F interdum tranſiit. Quare ab ὅρμιαι Latini *Formias* deducunt, vt Seruius annotat. Quod ſi quis, vt Criticorum fere mos eſt, argutari velit, næ is ex ea obſeruatione nouas multas, nec fortaſſis abſurdas, nominum origines excogitabit. Sic enim & *firmus* ab ἕρμα, & *focus* quaſi Fοῖκος, vt Halicarnaſſeus ſcribit, & *faueo* ab ἄω, id eſt ſpiro: vnde αὔραν & αὐλὴν Grammatici formant. Indidemque & *Fauonius*. Adde & *fœdum*; quod ab *hœdo* Iſidorus deriuat lib. 10. Poſſis & ab οἰδῶ deducere, hoc eſt, *intumeſco*. Quæ enim contra naturam tument, velut vlcera, papulæ, ἀποστήματα, ea aſpectu fœda ſunt. Et ſexcenta eiusdem generis.

Pag. 72. A. lin. 5. τῇ πόλει δὲ ἀετός) Igitur Aquileia ab Aquila: quod & Euſtathius teſtatur in Comment. ad Dionyſii Περιηγ. Hanc Romani contra barbarorum incurſiones condidere. Strabo lib. 5.

Ibid. B. lin. 1. ἣν δὴ τὸν Ἰόνιον εἶναι) Ita Strabo, qui, vt vocat, mare τὸ ἐντός, a Sicilia ad Iapygium vsque promontorium, & Cretam, Auſonium, ſiue Siculum appellat. Inde Aquileiam vsque, Ionium. Ptolemæus vero Tyrrhenum mare vsque ad Leucopetram producit: a qua ad Lacinium promontorium, Adriaticum. Inde ad Iapygium promontorium Tarentinum ſinum definit. Ab hoc ad Garganum montem, Ionium: deinceps Adriaticum. Etſi plerumque Ionium cum Auſonio & Siculo promiſcue haberi videas, præſertim apud Virgilium.

Ibid.

Ibid. C. lin. 5. τὰ δὲ ὑπὸ τὴν ἄρκτον) Nisi in scriptura ipsa vitium sit, in scriptoris animo fuerit necesse est, & Geographiæ situsque earum regionum ignoratio. Quid enim? Rhætos ait ad Occidentem cum Gallis habitare; ad Septentrionem vero, prope Rheni Danubiique fontes, barbaros alios. Atqui Rhætos ipsos ad vtriusque fontes Geographi omnes constituunt. E quibus Ptolemæus Rhætiam ita circumscribit, vt ab Occasu linea a Rheni fontibus ad Danubii æque fontes producta terminetur: a Septentrione Danubio: ab Oriente Oeno fluuio: a Meridie Alpibus. Vbi insuper Rhætiam propriam, & Vindeliciam distinguit. Quarum illa ad Lycum vsque, hæc inde ad Oenum porrigitur. Quibus limitibus & Canorum, quos Grisones vocant, regio, & Sueuia continetur. Nec de Rhætiæ situ discrepat Strabo. Quo fit vt manifesti erroris teneatur noster; nisi, καὶ Ῥῆτοι, inducendum censeas, & post πλησίον mox reponendum. Quod ad orthographiam spectat, Ptolemæus & Strabo Ῥαῖτοι, non Ῥῆτοι, scribunt.

Pag. 73. A. lin. 4. οἳ τὴν πέτραν ἐκείνην) Petras complures ab Alexandro expugnatas scribit Strabo lib. 2. Sed præcipua extitit Sogdiana, altitudinis, vt ait Curtius, stadiorum XXX, ambitu CXL. De qua hic Iulianus loquitur. Sed eam in India collocare videtur. A qua tamen Imao monte Sogdiana discernitur. Porro cum Petram illam tentaret Alexander, quæsiere per iocum Barbari, num volare posset? Qui se proxima nocte effecturum dixit, vt crederent Macedones etiam volare. Curtius lib. 7.

Ibid. C. lin. 8. ὀλίγα ἅπαντα) Mendosa hæc plane sunt.

Pag. 74. B. lin. 5. ἀγῶνες * * * ἀνεγράφη) Quæ sequuntur parum sincera sunt, nec a me nisi ariolando possunt corrigi.

Ibid. B. lin. 11. τὴν εἴσω Τίγριδος) Assyriæ fluuius est Lycus, Ptolemæo Λεῦκος, qui in Tigrin influit. Oritur ex Niphate monte.

Ibid. C. lin. 5. 6. δυνάμεις ἀφελόμενος) Forte ἀφελόμεναι.

Ibid. C. lin. 7. 8. Σκολίους Ἄλπεσιν) Legendum omnino Κοτίαις. Per eas Magnentius Lugdunum perrexit; vbi & diem obiit.

Pag. 77. B. lin. 9. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην) Lacedæmoniorum ἄδακρυς νίκη quid esset, dixi ad Themistii Orat. 14. Quæ quidem Oratio easdem res a Constantio gestas exornat.

Ibid. C. lin. 10. Τοῦτο γὰρ ἔοικε) Scribe, vt est apud Hom. Iliad. ω.

Τοιούτῳ γὰρ ἔοικεν, ἐπεὶ λῦσαι τε, φάγῃ τε.

Pag. 78. D. lin. 1. 2. ὥσπερ ἐσθῆτι ποικίλῃ) Translatio hæc frigida & puerilis, σκιαγραφεῖν τῇ ἐσθῆτι: quasi dicas, veste delineare ac depingere.

Ibid. D. lin. 11. τὸν Ἀθηναῖον ἐνενόησα) Apud Platonem in Gorgia.

Pag. 79. A. lin. 11. καὶ σαγηνεύοντας) Ad Darium pertinere istud ipsum potest: cuius iussu Datis præfectus cum ingenti exercitu aduersus Eretrienses & Athenienses profectus est; cum mandatis, ne cui effugiendi locus esset. Quod vt accurate perficeret, milites suos iunctis inter se manibus Eretriensem agrum amplecti, atque ita vniuersum percurrere iussit. Plato Menexeno: διηρευνήσαντο δὲ αὐτῶν πᾶσαν τὴν χώραν, ἵνα μηδεὶς ἀποφύγοι, τοιούτῳ τρόπῳ· ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες τῆς

τῆς Ἐρετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν διαστάντες, συνάψαντες τὰς χεῖρας διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. Hinc Hesychius: *σαγηνεύειν αἰχμαλωτίζειν.* &, τοὺς πολιορκηθέντας ἔθος ἦν καὶ σαγηνεύειν. Herodotus in Erato, quum de Eretriensium clade meminit, mentionem istius rei nullam, quod sciam, facit; sed de ture, de quo hoc loco Iulianus, ea refert, quæ huic loco consentanea sint: nisi quod talentorum librarumue numerus non respondet. Ait igitur: Datin in ara Delii Apollinis turis libras trecentas adoleuisse. *μετὰ δὲ λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα καταννήσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐθυμίησε.* Idem tamen p. 391 scribit, insulas quasdam a Persis captas, & sagena inclusas fuisse.

Pag. 80. A. lin. 10. Κολοφώνιον ἔχουσαν) Prouerbium hoc vide apud Zenobium & Suidam.

Ibid. D. lin. 9. *αὐτὴν καὶ ἡμέρας*) Corr. *αὐγῆς.*

Pag. 81. A. lin. 4. *πᾶς γάρ ὅ τε ὑπὸ γῆς*) Transtulit eandem ex Platone sententiam Oratione 1. Themistius.

Ibid. B. lin. 3. *φασὶ γὰρ οἱ πολλοὶ*) Aristot. lib. de Nobilit. *Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι. διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι.* Tu hoc fragmentum consule.

Ibid. C. lin. 9. *λόγχῃ δὲ λέγεται*) Gregorius Nazianzenus Epist. ad Themist. *Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει· ὦμος τοὺς Πελοπίδας· λόγοι τὸν μέγαν Θεμίστιον.* Appellantur Σπαρτοὶ, & Σπαρτιᾶται. Sic Lactantius lib. 3. capite 4. *Pereunt igitur vniuersi hoc modo: & tanquam Spartiatæ illi Poetarum, sic se inuicem iugulant, vt nemo ex omnibus restet.* Legendum *αὐτὰς* pro *αὐτὴν* apud Iulianum.

Ibid. D. lin. 6. Ὑπάρχειν δέ φασι) Nota historia. Claudian.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Nonnus lib. 23.

Ῥῆνος Ἴβηρ βρεφέεσσι κορύσσεται, ἀλλὰ δικάζων,
Καὶ κρυφίην ὠδῖνα διασχίζων τοκήοιο,
Κτείνει ξεῖνα γένεθλα.

Vbi Rhenum *Iberum* appellat perperam. Libanius Paneg. in Iulianum Cos. p. 238. *καὶ διαβὰς Ῥῆνον ποταμὸν, ὕδωρ ἔλεγχον ἐκ τῶν γεννωμένων ἀδικίαν μητέρων.* Ita enim legendum.

Pag. 82. A. lin. 3. 4. Ἡμᾶς δὲ δικάζει) Præclare ad eam mentem Seneca epist. 74. *Quemadmodum stultus est, qui equum emturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, æstimat.* Idem epist. 76. sane egregie: *Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur: quod neminem æstimamus eo quod est, sed adiicimus illi & ea, quibus adornatus est. Atqui quum voles veram hominis æstimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice. Ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus.*

Pag. 83. C. lin. 5. 6. *καὶ διανοίας ὑπὸ φιλοτιμίας*) Huc pertinet, quod Plinius lib. 36. cap. 12. Pyramidas *Regum pecuniæ stultam atque otiosam ostentationem* appellat.

Pag. 84. B. lin. 10. 11. *Φόρους ἀπαιτεῖν*) Forte *ἀπολύειν.*

Ibid. D. lin. 1. κατὰ τοὺς ταύρους) Respexit ad Homericum illud Troianis exprobratum:

Οὐ γὰρ παρδάλιος τόσσον μένος, οὐδὲ λέοντος.

Pag. 85. C. lin. 8. μισθωτὸν οὐ παντάπασιν) Forte μὲν pro οὐ substituendum.

Pag. 86. A. lin. 1. 2. Ἔστι δὲ πρῶτον μὲν εὐσεβὴς) Sequuntur notæ aliquot, siue χαρακτῆρες optimi Principis; qui eo spectant, vt ea omnia in Constantio inesse demonstret. Confer cum his quæ Synesius Orat. de Regno disputat: vbi pleraque iis consentanea reperies. Mirum autem, Iulianum coram Constantio θεραπείαν θεῶν, ac de Diis tam multa dicere. An postea, quum edidit, ita commutauit?

Pag. 90. C. lin. 8. μετὰ ξυνέσεως στρατιωτικῆς) Emendanda hæc lectio: ita vt primum στρατιωτικὰς scribas; tum post ξυνέσεως distinctionis notam appingas.

Pag. 91. B. lin. 10. κριτὴς τῶν λιθογνωμόνων) Trium horum probationes & βασανιστήρια Themistius quoque Orat. 1. numerat: Καὶ διὰ τοῦτο ἐξεύρηται ὑμῖν πολλὰ μὲν τοῦ χρυσοῦ, πολλὰ δὲ ὑακίνθων βασανιστήρια. Scribe, τ ολλα δὲ λίθων, pro ὑακίνθων. Totidem enim probandas merces paullo ante recensuerat. Adde facilem lapsum Librarii fuisse, vt pro ων, υα scriberet.

Pag. 92. B. lin. 9. χορευτήν τινα αὐτῶν) Leg. συγχορευτήν. Et alludit ad Platonis figmentum: qui in Phædro choreas illas Deorum animorumque describit, vbi regum animos cum Diis pariter circumagi docet.

Pag. 93. C. lin. 11. 12. τὴν κτῆσιν ὑπὸ τῆς) Terent. Heaut.

Atque hæc perinde sunt vt illius animus, qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur recte, mala.

Pag. 94. A. lin. 6. ὅτι πρᾶγμα ὢν λίαν) Indicat Constantini in Crispum sæuitiam.

Pag. 95. B. lin. 8. τῆς μὲν γε λίαν ἀρχαίων) Quæ deinceps sunt, vitio laborant. Nos vtcunque sententiam expressimus.

Ibid. C. lin. 6. νεαρὰ τὰ ἐνδικήματα) Scrib. ἀδικήματα.

Pag. 96. A. lin. 2. 3. οὐδὲ μὴν εἴ τις ἐκείνῳ) Titianum Senatorem significat a Magnentio missum, qui insolentius erga Imperatorem sese gesserit. Zosimus lib. 2.

Ibid. D. lin. vlt. λοιδορίαν τρεψάμενον) Malo δεξάμενον.

Pag. 97. B. lin. 6. ἄνδρες τῆς γερουσίας) Propterea Orat. 1. Romam in Pannoniam translatam esse dixit.

Ibid. D. lin. 7. ἐξ ἀπειλῆς νεφῶν) Forte ἐξαπίνης.

Pag. 98. C. lin. 1. διηγεῖσθαι βούλεσθαι) Forte διηγήσαιτο βούλεσθαι. Vel ante, τὸ καὶ τὴν εὔνοιαν.

Ibid. C. lin. 3. 4. Ἀνὴρ τῶν ἐπιταχθέντων) Syluanum intelligit. De quo Orat. 1.

Pag. 100. D. lin. 5. 6. βούλεσθαι περ ἐπιεικῶς) Deprauatus nonnihil locus. Cæterum de hoc prouerbio: *Pinus in morem*, adi Parœmiographum.

Pag. 101. C. lin. 7. καὶ ὡς οὐδὲ ὢν ὥρα) Simillima est eiusdem Constantii apud Themistium laus Orat. 14. Βασιλεὺς δὲ ὁ φιλονεικεῖ πρὸς τὰς ὥρας, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ ἕπεται τῷ θεῷ. οὐδὲ γὰρ ὅσα αὐτὴ ἡ ὥρα φύει πρὸς ἑαυτὴν ἀτέχνασα καὶ ἕτοιμα παραμύθια, οὐδὲ τούτων ἀλίσκεται κατὰ τὸ ξυμφέρον.

Ibid. D. lin. 2. 3. ἀντέχων καὶ πρὸς τὸ κρύος) Sic idem Themist. Ὅτι δὴ τὸ

τὸ σῶμα βασιλικὸν στερεώτερόν ἐστιν ἀδάμαντος ὑπὸ τῶν πόνων. οὕτω ῥᾳδίως αὐτὸ καὶ εὐκόλως ἐμπιέζει μὲν ἐνδεία, δέψη δ᾽ ἀνιᾷ, θυραυλία δὲ ἐπότρυνει, προσβάλλει δὲ χειμῶνι, καύματι δὲ ἐπιδίδωσιν.

Ibid. D. lin. vlt. πρὸς ἔργον τρέπεσθαι) Quod opus illud est? An ab hoc ludicro & vmbratili litterarum otio, ad alias, vt puta armorum, exercitationes transferre se oportere dicit? Nempe quia Cæsar, & prouinciis atque exercitibus præfectus erat.

AD ORATIONEM III.

GAllo Cæsare, Iuliani fratre, a Constantio vita & dignitate ob immanitatem exuto, de eius propinquis ac necessariis atrocissimæ quæstiones habitæ. Ac parum omnino abfuit, quin Iulianus ipse, nonnullorum præsertim calumniis in odium atque inuidiam adductus, interficeretur. Sed ab Eusebia Imperatoris coniuge defensus ac seruatus est. Auctor Zosimus initio lib. 3. & Ammianus lib. 15. Atque eadem annitente postea Cæsar a Constantio dictus est. Horum igitur in se meritorum ac beneficiorum gratias hac oratione refert, quæ Eusebiæ commendationem ac præconium complectitur.

Pag. 102. B. lin. 6. 7. ὅστις οὐ δρᾷ κακῶς) Delenda negatio.

Pag. 104. A. lin. 9. 10. καὶ τοὺς ἐπαίνους ξυγγράφων) Posses & ita vertere *laudationes scribens non erubescebat.*

Pag. 105. A. lin. 7. ἀλλ᾽ ἄνωθεν) Delenda vox ἀλλά.

Ibid. A. lin. 8. ἔχει δὲ αὐτῷ τὰ ὑπὲρ) Homer. Odyss. η.

Pag. 107. B. lin. 1. πρὸς ἑσπέραν τὸ Ὠρικον) Ita Dionysius ὁ περιηγητὴς Græciæ limitem ab Occidente circumscripsit: vt Eustathius animaduertit. Nempe ab Oriente Thraciam: ab Occidente Oriciam, ab vrbe Orico dictam, statuit.

Pag. 108. A. lin. 1. μεταβαλοῦσαν δὲ διά) Perplexe & implicate dictum. Hoc enim sibi vult: regiam apud Romanos potestatem, commutato duntaxat nomine, penes Coss. resedisse. At illud verba ipsa significant: Consulari potestati nomen aliud inditum. Quod falsum est. De Consulari dignitate suo tempore Cassiodorus libro 1. epist. 2. vbi *fastigium dignitatum* illum vocat.

Ibid. D. lin. 2. οὐ τῷ παντὶ καταδεέστερον) Vitium huius lectionis nemo non videt. Desiderantur hæc verba, τοῦ διδόναι τῷ παντί. At veteres codices habent, ἢ τῷ παντί.

Pag. 109. A. lin. 11. ὅς ἐπειδὴ πατρῴαν οὐσίαν) Hæc si vera sunt, tum demum Eusebiam duxisse Constantium necesse est, quum mortuis fratribus solus orbi pene vniuerso, vt hic noster loquitur, imperare cœpit. Neque enim aut ante illorum obitum ἁπάσης τῆς οἰκουμένης κύριος, hoc est, orbis totius dominus esse potuit: aut vero ab eo, qui inuasisset, paternum Imperium recipere. Quid igitur historicis illis facias, qui diu antea Eusebiam illum habuisse coniugem narrant? Sic enim ferunt: statim post Constantini obitum Arii erroribus imbutam Constantii vxorem Eusebiam ab nefario illo Presbytero, cui Constantinus testamentum suum commiserat: eamque virum suum secum in præceps traxisse. Eusebius quoque lib. 4. de Vita Constantini, Constantio ait matrimonium a

Patre

Patre procuratum: qui illum & manu sua deduxit, & splendidum ac lautissimum conuiuium instruxit; in quo & virorum cœtus ac mulierum separati fuerunt, & in populos ac ciuitates amplissima sunt munera distributa. Quocirca dubitari non potest, quin prior illa Constantii coniux alia quam Eusebia fuerit. Victor in Epitome: *Ex coniugibus*, inquit, *quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit.* At vulgo primam Eusebiam, secundam & vltimam Faustinam memorant; e qua nata est Constantia postuma, quæ Gratiano nupsit. Ammian. lib. 21. Vide Epistolam ad S.P.Q. Atheniensem pag. 272. D. vbi quænam prior illa coniux fuerit adnotauimus.

Pag. 110. A. lin. 9. *καθάπερ οὐκ ἔχοντας*) *διελθεῖν* ad *ἐγκώμιον* pertinere puto, vt hic sensus sit: quasi proprium illius præconium instituere ac persequi nequeamus, de qua hæc habetur oratio.

Pag. 111. D. lin. 10. *γελοιότερον νομίζει*) Alia lectio *ἀποτορνεύειν* habet. Apud Suidam voce *γελοῖος*, ita legitur: *Καὶ παροιμία, γελοιότερον ἀπεργάζῃ τῶν τὰς κέγχρους ἀποτορνεύειν ἐπιχειρούντων, ἢ καθάπερ τὸν Μυρμηκίδην ἀντιπαρατιθέμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ.* Quæ verba ex hoc loco translata sunt, sed mendose, vt alia multa. Ex quibus tamen scribendum hic videtur, *ἢ καθάπερ.*

Pag. 112. A. lin. 1. *τὸν Μυρμηκίδην*) Plin. lib. 7. cap. 21. *Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: a quo quadrigam ex eadem materia*, (ebore) *quam musca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pinnis absconderet.*

Pag. 113. C. lin. 10. *ἐν τῇ σαυτῷ χερδίᾳ*) Nihil hac lectione vanius. Coniiciebam, eam in has voces resoluendam, *ἐν νήσῳ Σχερίᾳ.* Quod Phæacum insulæ, siue Corcyræ nomen est. Stephanus. Mox vero *ἐθελήσας*, pro *ἠθελήσας* legendum.

Pag. 114. D. lin. 1. *Ἀθήνησι μὲν οὖν*) Illustris locus, & ad prouerbii huius sententiam intelligendam plane necessarius. Illud enim perperam hactenus explicatum est. Nec recte Parœmiographus ad stupidum & nullius iudicii hominem refert.

Pag. 117. B. lin. 1. 2. *Πυνθάνομαι γὰρ δὴ καὶ Δαρεῖον*) Sylosontis historiam refert Herodotus Thalia. Meminit & Iulianus Epist. 29. pag. 402.

Ibid. D. lin. 3. 4. *τῇδε σφόδρα*) Scrib. *τόδε.*

Pag. 118. B. lin. 1. *ἡ δὲ ἐπειδὴ*) Ammianus: *Qui quidem nefando assentatorum cœtu vrgente perisset, nisi aspiratione superni numinis, Eusebia suffragante regina, ductus ad Comum oppidum Mediolano vicinum, ibique paulisper moratus, pro colendi ingenii caussa, vt cupidine flagrauit, ad Græciam ire permissus esset.*

Pag. 119. C. lin. 5. *τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Μάσητα*) Pausanias Corinth. *Μάσητι δὲ οὔσῃ πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀργείων καταλόγῳ πεποίηκεν, ἐπινείῳ καθ' ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς.* Stephano vero vrbs est Argiæ. Addit & paludem eiusdem esse nominis, & pagum.

Ibid. C. lin. 5. 6. *τὴν Πειρήνην δὲ αὐτὴν*) Quid hic sibi velit, diuinandum est. Pirene quidem fons est ad Acrocorinthum Corintho proximus. A qua tamen haud procul abest Sicyon. Ac Sicyonem a philosophiæ, ac reliquarum artium, maxime poetices, studio commendare videtur. Nam per eadem tempora sapientiæ professorum fama & auctoritate ciuitas ista floruit. Siquidem Themistius Orat. 14. Iamblichi discipulum quendam mirifice collaudat, qui sua ætate, hoc est, etiam Iuliani ipsius, philosophiæ scholis summa cum dignitate præfuerit.

Ibid. C. lin. 7. τῶν Ἀθηνῶν δὲ) De Athenarum illis temporibus statu, propensissimoque in litteras studio, ac philosophiæ & eloquentiæ scholis, multa accurate Nazianzenus Epiced. D. Basilii. At Synesius ætate sua queritur exoleuisse illas, ac refrixisse, nec aliud præter vmbram & vestigia superesse, Epist. 135.

Pag. 121. B. lin. 6. 7. κυρουμένης τε γάρ ἐπ' ἐμοί) Immo suggerente ipsa, & auctore, factum illud est, Zosimus lib. 3.

Ibid. D. lin. 9. ἀλλὰ δυνάμεις τινας) Eadem Synes. Orat. de Regno.

Pag. 122. C. lin. 7. Ὁ δέ, οἶμαι, παραμυθούμενος) Hac allegoria ideo se in communionem imperii adscitum indicat, vt Gallias pacaret. Quod testatur Zosimus & Ammianus.

Pag. 124. A. lin. 9. Γαλατίαν, καὶ τὴν Κελτίδα) Γαλατίας *nomine* Gallia nostra, Κελτίδος vero Germania designatur. Ita Dio quum alibi, tum perspicue lib. 39. Ὁ δὲ Ῥῆνος ἀναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτικῶν, ὀλίγον ἔξω τῆς Ῥαιτίας. προχωρῶν δὲ ἐπὶ δυσμῶν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τήν τε Γαλατίαν, καὶ τοὺς ἐποικοῦντας αὐτήν ἐν δεξιᾷ δὲ τοὺς Κελτοὺς ἀποτέμνεται, καὶ τελευτῶν ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐμβάλλει. At Cæsari contra Celtica ea est, quæ Lugdunensis ab Augusto nominata.

Ibid. B. lin. 4. 5. Πολλὰ γὰρ δή) Huius rei ac librorum vtilitatis exemplum habes in Lucullo, qui iisdem legendis *in Asiam factus Imperator venit, quum esset Roma profectus rei militaris rudis.* Cic. 4. Acad.

Pag. 126. D. lin. 8. 9. Ἀσσυρίας γυναικός) Philostrat. lib. 1. cap. 18.

Pag. 127. A. lin. 11. Νίτοκρις δέ) De Nitocri Herodotus in Clio. Rhodogunes vero Xerxis meminit Ctesias.

Pag. 129. C. lin. 11. τῶν φυλῶν τοῖς ἐπιστάταις) Insignis locus, in quo Tribuum apud Romanos, & curatorum illarum per id tempus, vestigium apparet.

AD ORATIONEM IV.

Edita est hæc Oratio primum a Theodoro Marcilio ante annos ferme quatuor & quadraginta: sed adeo mendosa, vti vix vni alteriue versui sententia constaret. Quæ res & illum, & prudentem deinceps quemlibet, ab illius interpretatione deterruit. Nos eandem partim ex regiæ Bibliothecæ, partim ex Anglicanis codicibus, ita in integrum restituimus, vt non modo sine offensione, sed etiam cum voluptate legi possit. Quamuis aliqua sunt sic affecta, ægre vt ex illis expedire nos vlla coniectura potuerit. De quibus, vt & cæteris, quæ obseruatione digna visa sunt, paucis hæc accipe. Ac primum illud sciendum est, ab Eustathio in lib. 1. Iliados pag. 38. hanc orationem citari sub nomine Iuliani.

Pag. 130. C. lin. 1. τοῦ βασιλέως ὀπαδός) Ita passim Iulianus Solis se obsequio & amore plurimum effert: vt in Cæsaribus, vt alias sæpe. Est autem βασιλέως vocabulum proprium Solis epitheton, quod ei sæpe ab Iuliano tribuitur. Philo lib. περὶ κοσμοποιίας· τῆς μὲν ἡμέρας τὸ κράτος ὁ πατὴρ ἀνεδίδου ἡλίῳ, οἷα μεγάλῳ βασιλεῖ. Sic & ὀπαδοῦ nomen quum sibi, tum ψυχαῖς aliorum Iulianus accommodat. Iamblichus etiam in vita Pythagoræ lib. 1. cap. 2. τὸ μὲν τοι τὴν Πυθαγόρου ψυχὴν ἀπὸ τῆς Ἀπόλλωνος ἡγεμονίας οὖσαν, εἴτε συνοπαδόν. εἴτε καὶ ἄλλως οἰκειότερον ἔτι πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον συντεταγμένην κατα-

καταπεπέμφθαι εἰς ἀνθρώπους οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε. Vide infra pag. 293.

Ibid. D. lin. 5. ἐδόκουν τε περιεργότερον) Proprie. Nam περίεργοι sunt magi, & curiosi. Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 16. *Respondeant theurgi, vel potius periergi. Hoc enim sunt illæ omnes artes vocabulo digniores.* Vulgo *periurgi*; in quo Viues frustra conflictatur.

Pag. 131. B. lin. 11. κοινότερον μέν) Vox ista κοινότερον si absit, planior erit sententia.

Pag. 132. B. lin. 11. Ὁ θεῷ οὗτος) Vanissimæ huius & loquacissimæ disputationis mysterium est: a principe ac primario Deo νοητὸν quendam, & archetypum Solem editum fuisse; qui eandem prorsus σχέσιν & τάξιν in genere τῶν νοητῶν habeat, quam in αἰσθητοῖς ille, quem videmus, Solaris globus obtinet. Tria itaque discernenda sunt: princeps ille Deus, qui τἀγαθὸν a Platone dicitur, ὁ νοητὸς ἥλιος, ὁ φαινόμενος δίσκος. Vide Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 2. Nazianzenus vero Orat. 34, quæ est 2 de Theologia, Platonis locum elegantissime tractat; de quo mox Iulianus. At Philo libro περὶ κοσμοποιΐας de Sole aspectabili & νοητῷ loquitur.

Pag. 136. A. lin. 1. Εἷς Ζεύς) Versus iste ex Orpheo petitus est. Vide Macrob. lib. 1. cap. 18. & cap. 20. de Sarapide.

Pag. 141. B. lin. 8. τῶν ἡλιακῶν ἀγγέλων) Meminit Iamblichus in vita Pythag. Proclus in 2 Hesiodi librum.

Pag. 142. D. lin. 9. ἐπεὶ καὶ Ἀριστοτέλης) Locus est Ethic. ad Nicom. 7. in calce libri: ex quo mendosum hunc Iuliani locum castigare potuimus, si quid mutare animus fuisset. Legendum porro videtur: τὸ γὰρ θάτερα, φησὶ, τῶν ἐν ἡμῖν φύσεων ἡδὺ, τῇ περὶς ταύτην, &c.

Pag. 146. A. lin. 6. τὸν Χαλκιδέα, φημί) Scripsit Iamblichus librum de mysteriis Ægyptiorum; in quo sub Ægyptii sacerdotis persona Porphyrii pistolæ ad Anebonem respondet. Ex illo libro multa Iulianus in hunc transtulit. Capite porro 17 disserit Iamblichus περὶ τῶν ἐμφανῶν θεῶν, id est Sole, Luna, & cæteris. Vertit hunc e Græco librum Nicolaus Scutellius Tridentinus: sed adeo imperite & absurde, nulla vti periodus veram auctoris sententiam exprimat. Editus est Romæ liber anno MDLVI. At Marsilius Ficinus antea non tam Latine opus ipsum, quam ex opere illo selecta quædam interpretatus erat, & tamen sic quasi integer esset, Iamblichi de mysteriis librum inscripsit: quod consilium nemo prudens laudare, nedum imitari debeat.

Pag. 149. B. lin. 8. καὶ τοῦτο δὲ αὐτό) Eustathius in Comment. ad Iliad. α, pag. 83. hunc ipsum e Iuliano locum citat; cuius verba libet hic adscribere: Ὁ δὲ παραβάτης ἐν οἷς Δία νοεῖ τὸν ἥλιον ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι λέγει τὴν Ἀθηνᾶν, ἤτοι τὴν πρόνοιαν. Διό φησι, καὶ θεία μοῖρα Ὅμηρος ἀπεμαντεύσατο τὸ,

Τιοίμην ὡς τίετ' Ἀθηναίη, καὶ Ἀπόλλων.

γεννᾷ δέ φησιν, οὐκ ἐξ ἀκροτάτου μέρους, ἀλλὰ ὅλην ἐξ ὅλου. ὅτι δὲ Ἀθηνᾶ πρόνοια λέγεται, φέρει ἐκεῖνος καὶ χρῆσιν τοιαύτην·

Ἵκετο δ' ἐς Πυθὼ, καὶ ἐς Γλαυκῶπα προνοίην.

Quibus ex verbis desperatissimus alioqui versus emendatur; vti & ex MS. codicibus, in quibus pro Γλαυκῶπα legitur Γλαυκῶνα. Pausanias in Phocicis meminit, ædem sacram apud Delphos esse τῇ Ἀθηνᾷ προνοίᾳ, cui Crœsus clypeum aureum consecrauit. Ac de variis Solis appellationibus, cæterisque quæ ad Iulia-

num illuſtrandum pertinent, erudite copioſeque ſcripſit Hieronymus Aleander vir doctiſſimus in Explicatione Heliacæ tabulæ.

Pag. 154. C. lin. 10. *σύνοδος ἀκελεῆς*) Ad illud reſpexit, quod a Dionyſio, Plutarcho, aliiſque proditum eſt; ſub ipſum Romuli conceptum, & obitum, Solem defeciſſe. De qua re vide quæ lib. 9. de Doctrina temporum, cap. 48. & lib. 10. cap. 21. diſputamus.

Pag. 155. A. lin. 2. *ἄσβεστον ἐξ ἡλίου*). De Veſtalibus loquitur: atque hic locus obſeruatione dignus eſt. Etenim ex eo plane conſtat, ignem illum perpetuum, ſi forte reſtinctus eſſet, e Sole recuperatum. Feſtus tamen igniarium e felicis materiæ tabula ad id aſſumtum 'eſſe refert: quam tamdiu terebrabant, dum ignem conciperet. At Plutarchus in Numa ab Iuliano facit. Quippe ſi quando ignis extinctus eſt, negare Romanos ait alio ex igne fas eſſe ſuccendi, ſed nouum ex ipſo Sole parandum: quod ſcaphiis, ſiue vaſculis adhibitis præſtant, quorum latera trianguli æquilateri ac rectanguli ſpecie conſtant: quæ in vnum centrum a circumferentia ita coeunt, vt exceptis a Sole radiis, & in anguſtum coactis, ignem concipiant. Hæc non in Græcia, ſed Romæ fieri, diſerte Plutarchus aſſerit: etſi leue mendum ſubeſt. Legendum enim: *ἐὰν δὲ ὑπὸ τύχης τινὸς ἐκλίπῃ, καθάπερ Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Ἀριστίωνος λέγεται τυραννίδος ἀποσβεσθῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον· ἐν Δελφοῖς δὲ, τοῦ ναοῦ καταπρησθέντος ὑπὸ τῶν Μήδων· περὶ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ, καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίοις πόλεμον, ἅμα τῷ βωμῷ τὸ πῦρ ἠφανίσθη· οὔ φασι δεῖν ἀπὸ ἑτέρου πυρὸς ἐναύεσθαι.* vulgo legitur, *ὅ φασι μὴ δεῖν*, &c. Sed ſuſpenſa ſententia eſt, & *ἀνακόλουθος*, niſi ita, vti nos facimus, hunc locum concipias. Et Lipſium eruditiſſimum virum corrupta illa lectio in eam ſententiam induxit, vt Plutarchum crederet morem illum ignis e Sole ſuſcitandi Græcis ſolis, non Romanis adſcribere: quos idem ille non Solis, ſed igniarii beneficio idipſum curare ſolitos putat. Verum non eſt quod de Romanis Plutarchum loqui dubitemus; ſi recte illius orationem expendimus. Atenim obſcure ſane Iulianus rem explicat, & mendoſus hic locus videtur. Primum quid eſt, quod *κατὰ τὰς διαφόρους ὥρας* ignem ait a Veſtalibus aſſeruari? An quia per vices excubabant? vt ex Liuio idem Lipſius obſeruat cap. 8. Quid illud porro; ignem a Veſtalibus eum cuſtodiri, qui a Luna circa terram, & ab eodem illo Deo proficiſcatur? Forte an expungenda ſunt iſta, *ὑπὸ τῆς σελήνης*. Nam ſententiam turbant.

Ibid. A. lin. 9. *οἱ μῆνες ἅπασι μὲν τοῖς*) Hic locus arguit Iuliani tempore, præter Romanos & Ægyptios, reliquas nationes lunares menſes & annos vſurpaſſe. Quod commode capiendum eſt; vt pleræque, non omnes, id fecerint. Vide lib. 4. Var. Diſſert. cap. 12.

Ibid. B. lin. 4. *καὶ ἄγομεν ἡλίῳ τετραετηρικούς*) Euſebius Chronic. anno MMCCXC. Primus, inquit, agon Solis ab Aureliano inſtitutus eſt.

Pag. 156. A. lin. 11. *Οὐ γὰρ, οἶμαι, καθ' ἣν ἡμέραν*) Attente legendus hic locus. Solis feſtum eo die celebrari ſcribit, non quo Sol conuertitur, id eſt, Septentriones verſus curſum ſuum inflectit, ſed aliquanto poſtea: hoc eſt, non in diem ipſum ſolſtitii feſtum illud incidere. Celebrabatur autem, vti mox dicetur, octauo Kalend. Ianuar. quo die ſolſtitium a Iulio Cæſare conſtitutum eſt, ſiue brumæ dies: ,idemque vulgo octauus habebatur ab eo, quo Sol Capricornum erat ingreſſus: propterea quod cardines temporum in octauis ſignorum partibus fieri putabant. Hac ratione Solis *πάροδος* in Capricornum incidet in XVIII Decem-

cembris diem. Quod in aliis itidem mensibus, signisue continget: Vt puta Solis ingressus in Arietem XV Kalend. April. congruet: æquinoctium vero VIII Kalend. Idque ex Ouidii Fastis, Varrone, Columella, Plinio, aliisque constat. Vide quæ lib. 4. de Doctrina Temporum cap. 27. diximus, & lib. 2. Variar. Dissertat. cap. 5. Hæc mens Iuliani fuit: non, quod suspicari aliquis posset, existimasse ipsum, quod res erat, solstitium, siue potius ingressionem Solis in Capricornum ante diem illum accidere.

Pag. 156. B. lin. 10. 11. περὶ τῆς νεομηνίας) Insignis locus, idemque perobscurus. Ludi in honorem *Solis Inuicti* celebrabantur VIII Kalend. Ianuar. hoc est, ipso die Natalis Christi Domini. In Kalendario Romano, quod ad Constantini tempora directum edidit Georgius Herwartus, vir eruditissimus, & nos in Auctario excudendum curauimus, Decembri mense, ad VIII Kalend. Ianuar. adscriptum est: *N. Inuicti C. M. XXIV*, hoc est, *Natalis Inuicti, Circenses, Missus XXIV.* Qui sunt vnius diei Circenses, ait Seruius ad hæc Virgilii lib. 3. Georg.

Centum quadriiugos agitabo ad littora currus.

Erat & in veteri Romano Kalendario *Inuicto Ioui* festus dies Eid. Iun. Sed & Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 11. inter Iouis cognomina recenset, *Inuictum*. Sed mirum quod illos ipsos ludos celebratos esse refert post vltimum mensem Saturni, hoc est, Decembrem: quum eiusdem XXV die notentur. Si quis coniecturæ locus est, crediderim vocem μῆνα, e glossemate esse, quod ignarus aliquis sententiæ verioris adnotarat: itaque legendum, μετὰ τὸν τελευταῖον τοῦ Κρόνου ποιοῦμεν Ἡλίῳ τὸν περιφανέστατον ἀγῶνα. Ita vox ἀγὼν communis erit tam muneribus, siue gladiatoriis spectaculis, quæ per Saturnaliorum dies præbebantur, quam ludis Circensibus. Ait Iulianus, statim post vltimum Saturnaliorum spectaculum celebrari, splendidissimum Solis agonem. Saturnalia septem diebus olim agebantur: vt ex Macrobio lib. 1. cap. 10. viri docti pridem obseruarunt. Eadem post emendatos a Iulio Cæsare Romanos Fastos XVI Kalend. Ianuar. cœperunt; quum antea XIV Kalend. inirent. Hoc modo vnus amplius dies Constantini tempore Saturnalibus accessit. Nam a XVI Kalend. ad IX, octo numerantur.

Ibid. C. lin. 2. 3. μεθ' ὃν οὐδὲν θέμις) Hujus loci sententiam nobis R. P. Iacobus Sirmondus εὐθυβόλως aperuit. Obseruauit enim, in Kalendario illo Constantiniano nullo alio mense, præterquam Decembri, Muneris nomen adscriptum esse: quod est gladiatorum spectaculum, vel bestiariorum. Ita, posterius hoc insigniit S. Prosper lib. de glor. Sanct. in Perorat. vbi ludorum genera omnia spiritalem ad sensum visumque transferens, inter alia: *In munere*, inquit, *habes Danielem sanctum, leonum vim non ferro, sed oratione vincentem.* Ab ante diem octauum Kalend. Ianuar. deinceps nullum munus exhibebatur. Hoc Iulianus voluit.

Pag. 157. B. lin. 2. τὴν ἐνδεχομένην ἀϊδιότητα) Nam Roma *Vrbs æterna* proprie dicta.

AD ORATIONEM V.

SCripſit hanc orationem Iulianus eo tempore, quo contra Perſas profectus per Phrygiam iter habuit, ac Peſſinuntem deflectens matris Deûm delubra veneratus eſt. Ammian. lib. 22. Ac tum ſacris illius reſtitutis Callixenem præfecit antiſtitem, vt ex epiſt. 21. eiusdem Iuliani conſtat. Teſtis eſt huius rei Libanius Orat. Panegyr. in Iuliani Conſulatum, (tomo II. pag. 247.) quam anno ſequente Antiochiæ habuit; & in funebri 2. quæ ordine 10. ponitur, pag. 300. vbi hanc ipſam Orationem vna nocte elucubratam eſſe ſcribit, quod & Iulianus profitetur. Id autem æſtate ſub ipſum ſolſtitium feciſſe ſequentis initio demonſtrat.

Pag. 159. B. lin. 9. *καὶ ἀνέςη, φασὶ, ἐπὶ τούτῳ τὸ Μητρῷον*) Vt Romæ in æde Saturni ærarium ac tabularium fuit, vt in Rom. Quæſt. Plutarchus refert; ſic Athenis in Metroo, id eſt, Deorum matris æde, publicæ tabulæ ac leges cuſtodiebantur. Athenæus de Apellicone Teio homine locuplete, & antiquitatis ſtudioſo lib. 5. ſcribit, ipſum e Metroo pſephiſmata clatorum quondam virorum ſcripta manu ſuffuratum eſſe. Meminit Harpocratio, Pollux, Suidas. Demoſthenes *περὶ παραπρεσβείας*. *Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς ἐξωμοσίας, ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ἡμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ Μητρῴῳ ταῦτ' ἐςὶν, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται.* Metroo dicit, in quo ciuitatis erant tabularia, præfectum fuiſſe *τὸν δημόσιον*, id eſt, publicum officialem, & actuarium. Fallitur enim Vlpianus, qui *οἶκον* ſignificari putat.

Pag. 161. C. lin. 1. *παρ' αὐτὸν τὸν τῆς ἁγιςείας*) *Caſtum* Latini vocant, hoc eſt, ritum illum, quo ſe certorum ciborum delectu, & aliorum abſtinentia, purgatiores faciebant. Cuiuſmodi in ſacris Iſidis & Cybeles mos fuit. In his quidem pane ac vino temperabant; quum interim phaſianis & turturibus indulgerent, vti lib. 2. contra Iouinianum ſcribit Hieronymus. Arnobius lib. 5. *Quid temperatis ab alimonio panis, cui rei dediſtis nomen caſtus; nonne illius temporis imitatio eſt, quo ſe numen ab Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit?* Apud Suidam in voce Μητρωακαὶ, incertus Auctor *μητρωακὰς καςείας* vocat. *τὰς δὲ μητρωακὰς παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ, πουδασθείσας καςείας ἑκάςου μηνὸς ἥγνευε.* *Matrales caſtimonias, quæ a Romanis, & ante hos a Phrygibus obſeruabantur, ſingulis ſibi menſibus indicebat.* Ergo ſingulis menſibus caſtimoniæ aliquid vſurpabatur.

Ibid. C. lin. 1. 2. *ἀκούω μὲν ἔγωγε*) Scripſerat Porphyrius librum de allegoriis Græcæ & Ægyptiacæ Theologiæ, *περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας*, vt ex Euſebio colligitur lib. 3. de Præparat. vbi multa ex illo libro teſtimonia producit: quibus Stoicorum more, quæ de Diis fabuloſe prodita ſunt, naturales ad cauſſas referre nitebatur. Hunc librum negat ſe vidiſſe Iulianus, neque ſcire, vtrum in eandem cum illo interpretationem incurrat. Ac diverſa ſane eſt vtriusque ratio. Etenim Porphyrius apud eundem Euſebium, de Præparat. lib. 3. pag. 66. Attin flores ſignificare dicit, qui vere germinant & ante fructuum maturitatem excidunt. Vnde & virilia ſibi amputaſſe Attis. Quam eius ſententiam Auguſtinus expreſſit lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 25. *Propter vernalem quippe faciem terræ, quæ cæteris temporibus eſt pulcrior, Porphyrius philoſophus nobilis Atyn flores ſignificare perhibuit; & ideo abſciſum, quia flos decidit ante fructum.*

Po-

Fulgentius Mythologico idem refert: *Athis enim*, inquit, *Græce flos dicitur.* Nempe quasi ἄνθ☉. Arnobius vero lib. 5. Atyn scribit ex eo nominatum, quod Lydi *s tulos* sic vocant, *vel quia hircos Phryges suis Atagos elocutionibus nuncupant.* Quod confirmat Eustathius ad Odyss. 1. vbi ab Ionibus quibusdam ἄτληγας vocari ait hircos. Quam varie vox illa Græce Latineque scribatur, ignorat nemo. Nam Ἄτλις, Ἄτυς, Ἄτης, vel Ἄτλης dicitur; & hoc postremum a Laconibus cum alpiratione vsurpari scribit Hesychius; sic enim verba eius interpretor: ἄτλην, τὸν ἄτλην φασὶ Λάκωνες. Ad illam ἄνθες notionem fortean alludens noster postea τὸ ἀνθῆσαι verbum ad Atyn accommodat: ὃν δέ φησιν ὁ μῦθ☉ ἀνθῆσαι μὲν ἐκτεθέντα παρὰ Γάλλε ποταμᾶ ταῖς δίναις. Quum autem multiplex sit rerum principium, quod tertium locum obtinet, genitalem quandam vim ab astris delapsam ad infimas mundi partes deriuat. Hanc ipsam vim Attin esse nugatur Iulianus. Confer cum his quæ in oratione de Sole de triplici perinde principio differit. Vide & Iulianum Firmicum lib. de errore profan. relig. cap. 3.

Pag. 162. A. lin. 10. 11. Ἀλλ' ὁρῶμεν, φησὶ Περιπατητικός τις) Xenarchus iste Peripateticus quispiam fuerit ætate Iuliani, cuius hic testimonium affert: sed obscure sane, & minus intelligenter loquitur. Etenim Xenarchus, vt apparet, rerum omnium caussas adscribebat quinto, & orbiculari corpori. Sed verum idem mihi vltra quærendum arbitraretur, neque intelligibilem aliquam perscrutandam esse substantiam, adeoque Aristotelem ac Theophrastum ob eam curiositatem argueret, id vero non satis liquido constat. Hæc igitur, γελοῖον δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, &c. tanquam a Xenarcho dicta, an a seipso, Iulianus proferat, non plane dixerim. Et videntur potius esse Xenarchi, quam Iuliani: quibus ille statuat, in quinto corpore sistendum esse, quum caussas rerum inquirimus, nec vlterius esse tendendum. Notissimum illud est Peripateticæ scholæ decretum: Deum, siue primum motorem, primæ sphæræ insidere, nec vltra hanc illius prouidentiam extendi; quod Laertius asserit. Plutarchus quoque in Philosoph. Placitis cap. 3. Aristotelem præter tria principia, & elementa quatuor, quintum quoddam statuere corpus air. Itaque nusquam Deus inter principia numeratur: quemadmodum primus Anaxagoras materiæ effectorem atque artificem adiunxit Deum, hoc est, mentem; quam & Pythagoras, & Zeno, & Plato, rerum omnium molitioni præfecerunt. Ideo cum Platonis Philosophia coniungendam esse Peripateticam Iulianus affirmat. Feruntur tamen & Aristotelis aliquot sententiæ, quibus Deum omnium rerum principium esse significat: vt lib. 1. Metaph. cap. 2. ὅ, τε γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρχή τις. Qua de re plura Franciscus Patricius Tomo 2. Discuss. Peripater. lib. 3. & Tomo 9. lib. 4.

Pag. 168. C. lin. 9. Τέμνεσθαι γάρ φασι) Arnobius lib. 5. *Fluore de sanguinis viola flos nascitur, & redimitur ex hac arbos. Inde natum & ortum est, nunc etiam sacras velarier & coronarier pinos.* Et postea: *Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deum matris intermittitis sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus & infelix adolescens intulit, & genitrix Diuum in solatium sui vulneris consecrauit?*

Ibid. D. lin. 1. τῇ τρίτῃ δὲ τέμνεσθαι) Quid aliud putem, quam illo die exsecari quempiam solitum, qui inter Gallos adscriberetur? Indicat Augustin. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 96. *Huic monstro nec Iani monstrositas comparatur. Ille in simulacris habebat solam deformitatem; ista in sacris deformem crudelitatem. Ille membra in lapidibus addita; hæc in hominibus perdita.* Lactantius lib. 1. cap. 21: *Ab isto genere sacrorum non*

minoris insaniæ iudicanda sunt publica illa sacra. quorum alia sunt matri [illegible] *quibus homines suis ipsi virilibus litant; amputato enim sexu, nec viros* [illegible] *minas faciunt. Alia virtutis, quam eandem Bellonam vocant, in qu*[illegible] *dotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, &* [illegible] *manu districtos gladios exerentes currunt, efferuntur, insaniunt.* In vtrisq[illegible] tam Bellonæ, quam matris Deum, corpora sua lancinabant, & sanguinem [illegible] bant; vt Tertullianus in Apologetico significat. Idem & in libro de Palli[illegible] nariorum fanaticam discursionem de qua Lactantius, his verbis e[illegible]at *qu*[illegible] *diuersam affectionem tenebricæ vestis, & tetrici supra caput ve*[illegible]*eris, in* [illegible] *fugantur?* Erant haud procul Carthagine, qu[illegible]um suspicari licet, mo[illegible] minati; forte quod Bellonæ, ac Bellonariis sacrati; in quibus insanis il[illegible]s cu[illegible] tionibus operabantur. Vnius horum mentio fit in Gestis purgation[illegible] Cæcilia[illegible] Felicis, quæ post Acta Collationis Carthagine habitæ, inter Catholicos & Do[illegible] tistas, edita sunt: *Victor respondit: Fugeram hanc tempestatem & , si men*[illegible] *eam. Quum incursum pateremur repentinæ persecutionis fug*[illegible]*mus in m*[illegible] *lonæ.* At Salmasius in Notis ad Tertullianum de Pallio pag. 120. negat vsp[illegible] gi montes ita dictos, & Interpretes irridet, qui horum rationem habuerint. V[illegible] ba hic illius adscribam, vt quam verum sit Thucydideum illud dictum omn[illegible]s [illegible] telligant, *ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηρὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπε*[illegible] [illegible] peritia fieri temerarios ac præcipites homines, prudentia vero tard[illegible] & [illegible] tores. *Belle*, ait Salmasius, *fecerunt eruditi commentatores, qui mo*[illegible]*tes* [illegible] *B*[illegible] *næ tanquam scopulos aliquos vitauerunt. Illi cautiores: sed* [illegible] *ita & fortasse feliciores, qui montes istos in planum redegimu*[illegible]. *De B*[illegible] *bus, in quos fugarentur Bellonarii, nihil legisse bellos interpretes certo* [illegible] *sane legere memini.* Vides confidentiam: cui par inopia iudicii, dum pro hi[illegible] verbis, *in Bellonæ montes fugantur*, scribi imperat, *in Bellonæ, mentis fugantur. Quod* inquit, *indubitate verum est.* Hic primus temeritatis gradu[illegible]. Proxi[illegible]us est, quod hanc bonæ mentis inanem ariolationem in contex[illegible] impe[illegible] no[illegible] ed[illegible] nis, quam ex veteribus adornauit: vt ex eo cognoscas, q[illegible] [illegible] centia, si per agnatos ac gentiles impune & [illegible] vagari B[illegible]nariis illis C[illegible] cis liceat.

Ibid. D. lin. 3. *ἐπὶ τούτοις Ἱλάρια*) Hilaria in honorem matris Deorum VIII Kal. April. celebrata sunt, postridie eius diei, quo sanguis mittebatur; qui erat I[illegible] Kal. Tertull. in Apolog. In Kal[illegible]dario Herwartii eo die notatur, *Sanguen, dies Ægyptiacus.* De Hilaribus Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 21. Herodianus lib. 1. L[illegible] dius in Alexandro; Vopiscus Aureliano; Damascius apud Photium Cod. C[illegible] col. 1054. edit. græcolat.

Pag. 172. D. lin. 7. *ἦν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἐπτάκτινα*) Chaldæum m[illegible]m scriptorem eundem esse puto, cuius de purgatione animarum sententiam Por[illegible]rius affert apud Augustin. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 9. vbi de purgatione a[illegible]mæ per *theurgiam*, vel *theurgicas teletas*, siue consecrationes, hoc est, *magiam*, vel *goe*[illegible]

Pag. 173. A. lin. 9. *Τελεῖται γὰρ περὶ τὸν ζυγόν*) Duplex myste[illegible] [illegible]lebritas fuit. Nam alia maiora Boedromione peracta sunt, sub [illegible] [illegible] æquinoctii tempus: alia minora Anthesterione, sub æquinoctium vernum, de q[illegible] bus alibi scripsimus.

Ibid. C. lin. 12. *καὶ ὁ τούτων ἐξάρχων*) Hierophanta, qui mysteriis præerat, ab re vxoria penitus abstinebat. Hieron. contra Iouin. lib. 1. Vide [illegible] in [illegible] sin. cap. 13.

Pag. 174. B. lin. 9. Τᾶυτα ἀνηκοως μυνεαζόντων) Ad Christianos ista sine dubio pertinent, qui superstitiosas istas castimonias traducebant: quorum e numero se fuisse aliquando fatetur.

Pag. 175. D. lin. 2. ἐῤῥίζωταν δὲ ὥσπερ) Hic locus mendosus videtur; neque quid καλαμης vox istic faciat, satis apparet. Deesse nonnulla puto, quibus tritici seminis mentio fiat; quod quidem καλάμη sustinet.

Pag. 176. A. lin. 7. μῆλα μὲν, ὡς ἱερά) Significat ita mala in his sacris adhiberi, vti vesci non liceret. Sane hæc amoris symbola sunt, & Matris Deum fabulæ hac ratione congruunt.

Ibid. C. lin. 1. Δοκεῖ δὲ ἔμοι γε δοιοῖν ἕνεκεν) Vide Porphyrium lib. 4. περὶ ἀποχῆς. Plutar. hum Sympos.

Ibid. D. lin. 2. ὡς ἵππον Ῥωμαῖοι) Mense Octobri equus Marti sacrificabatur, qui October dictus. Vide Festum, & Plutarchum Quæst. Rom. Iidem & Robigalibus rutilam canem immolabant. Quod a d. VII Kal. Maias fiebat. Ouidius lib. 4. Fastorum:

Est canis; (Icarium dicunt) quo sidere moto
Tosta sitit tellus, præripiturque seges.
Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ:
Et quare fiat, nil nisi nomen habet.

Festus: *Rutilæ canes non procul a rubro colore immolantur, vt ait Ateius Capito, canario sacrificio pro frugibus, deprecandæ sæuitiæ caussa sideris caniculæ.* Plinii hac de re locus eximius est libro 18. cap. 29. *Rubigalia*, inquit, *Numa constituit anno regni sui XI, quæ nunc aguntur ad VII Kal. Maji, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, sole tauri partem decimam obtinente; sicut tunc ferebat ratio. Sed vera caussa est, quod post dies vndeuiginti ab æquinoctio, per id quatriduum, varia gentium obseruatione, in IV Kal. Maji canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui praeoccidere caniculam necesse sit.* Alludit ad canarium sacrificium, quod sub occasum caniculæ fiebat, ad procurandum sideris illius satis noxiabilem afflatum. Huic ergo præoccidere caniculam oportet; hoc est, canem qui immolatur: non vsque Procynis stellam, vt imperitissime scripsit Solinianus Exercitator. Sed vide Variarum nostrarum Dissertationum lib. 2. cap. 10. & lib. 7. cap. 1.

Pag. 177. C. lin. 1. τοῦτον δὲ, ὡς χθόνιον) Huc ea pertinent, quæ a plerisque de suillo genere disputata sunt; quum rationem redderent, quare Iudæi, aliiue, ab illis carnibus abstinerent. De quo Clemens Alexandr. lib. 3. Pædag. & Strom. 2. ac 7. Porphyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς falsam caussam prodidit, quare Iudæi & Phœnices abstinerent: nimirum, quod apud illos sues non essent. Φοίνικες δὲ καὶ Ἰουδαῖοι ἀπέσχοντο, ὅτι οὐδ᾽ ὅλως ἐν τοῖς τόποις ἐφύετο. Sed falsitatem arguit historia illa porcorum, in quos dæmones immissi sunt; Matth. 8. Marci 5. Lucæ 8.

Pag. 180. C. lin. 1. καὶ τὸ τοῦ βίου πέρας) Quam secundum voti illius sui exitum habuerit ineptissimus declamator, & perfidus apostata, euentus docuit. Nam sequenti anno, VI Kal. Iul. misere periit. Quare hoc epiphonema in Anglicano codice ad oram adscriptum erat: Ἀξίως οὖν τοῦ τρόπου, καὶ τῆς εὐχῆς τὸν θεοστυγῆ τοῦ βίου καταστρέψας, ἀσεβέστατε.

AD ORATIONEM VI.

Meminit Orationis huius Libanius Orat. 10. Tomi secundi; vbi in ipsa contra Persas expeditione tam hanc, quam superiorem in honorem Matris Deorum, a Iuliano scriptam esse testatur, singulis noctibus singulas. δύο γοῦν εὐθὺς τότε ἔδειξεν ἔργον μιᾶς ἡμέρας, μᾶλλον δὲ νυκτὸς ἑκάτερον· ὧν ὁ μὲν ἐπάταξεν ἄνθρωπον, νόθον Ἀντισθένους μιμητὴν, ἀλογίστῳ θράσει τὸ πρᾶγμα ὁριζόμενον· ὁ δὲ πολλά τε, καὶ καλὰ λέγει περὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. *Duas igitur* (orationes) *tunc edidit, vnius opus diei, immo noctis, singulas: quarum altera certum hominem feriit, adulterinum Antisthenis imitatorem, qui professionem istam inconsiderata quadam audacia metiebatur; altera vero de Deorum matre multa & praeclara disputat.* Quibus ex verbis orationis huius argumentum colligitur. Scripta est videlicet contra Cynicum, nescio quem, qui Diogenis victu seueritate ac duritia damnata, delicias consectabatur & luxum.

Pag. 180. D. lin. 1. Ἄνω πωλαμῶν) Alludit ad Xeniadis, a quo emtus est Diogenes, dictum illud; cuius meminit Laertius in Diogene.

Pag. 181. A. lin. 2. καὶ ταῦτα τοῦ θεοῦ) ὁ θεὸς per antonomasiam Sol. Vide eruditissimum Aleandrum in Heliaca Tabula. Hinc autem colligas, sub aestiuum solstitium & hanc & superiorem a Iuliano scriptam.

Ibid. A. lin. 3. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδὴν) Athenaeus lib. 8. Διογένης ὁ κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς ἀπέθανε. *Diogenes canis quum polypum crudum deuorasset, citata aluo mortuus est.* Laertius polypum quidem morbi illi caussam attulisse refert, sed eo quod, quum canibus illum carpere ac partiri vellet, eorum morsibus appetitus sit. Verba Diogenis: ἄλλοι φασὶ πολύπουν κυσὶ συμμερίσασθαι βουλόμενον οὕτω δηχθῆναι τοῦ ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ καταστρέψαι. Interpres συμμερίσασθαι vertit *partiri canibus*; quasi diuidere vellet in canes. Sed est, *participem esse cum canibus.*

Ibid. A. lin. 11. ἀλλὰ καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον Διογένης) Expungenda vox Ἀντισθένης. Huius porro historiae Diogenis & Antisthenis meminit Laertius.

Ibid. B. lin. 8. τοῦ κείνου γυμνότεροις) Prouerbium est hactenus, quod equidem nouerim, a Paroemiographis omissum. Eodem pertinet, quod κείνου de πτωχῷ dici refert Hesychius & Suidas. Quanquam aliter in Euangelio veritas ipsa; quae lilia sic vestita esse dicit, vt ne Salomon quidem ita coopertus fuerit.

Ibid. C. lin. 8. οἷς εἰ μὲν πείθειν) Forte πείθονται.

Pag. 183. A. lin. 9. Ἀρξώμεθα δὲ) De hoc Sapientis dicto, *Nosce teipsum*, vide Ciceronem lib. 5. de Finibus.

Pag. 184. B. lin. 10. Ἐπιστήμη γὰρ οἱ θεοί) Eadem apud Synesium legas initio libri de Insomniis.

Ibid. C. lin. 7. 8. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀλήθεια) Vide Lucianum in Hermotimo.

Ibid. D. lin. 7. 8. κατὰ τὸν Πύλιον γέροντα) Odyss. γ.

Ibid. 186. C. lin. 1. αἴτε γὰρ θρυλλούμεναι) Diogenes Laertius Philiscum Aeginetam Diogenis Cynici discipulum tragoediarum illarum facit auctorem, quibus Diogenis nomen erat inscriptum. Vide Suidam. Citatur ab Athenaeo lib. 4. Diogenes Tragicus in Semele. Itaque pro Φιλίσου rescribendum hic est Φιλίσκου

Quo-

Quanquam in sequenti oratione Φίλιστον vocat. De quo lepidam historiam referunt ii, quos nominaui, Laertius & Suidas.

Pag. 187. A. lin. 6. Φημὶ γὰρ δὴ τὴν Κυνικὴν) Plato in Sympos.

Ibid. C. lin. 2.3. τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος) Cynicus acer & insignis, a quo multa contra oracula disputata apud Eusebium extant in libris de Præparat. Euangel.

Ibid. C. lin. 5. Λέγουσι μὲν γὰρ) Vide Laertium, & Ciceronem lib. 3. de Orat.

Pag. 188. A. lin. 3. καὶ παραχάραξον τὸ νόμισμα) Quod & facere ipsum hortatus est Delphicus dæmon, & reipsa cum patre perfecit in patria; vnde & fugere coactus Athenas, ibidem philosophari instituit. Ab eo quod est παραχαράττειν, paracharaximum numum, aut signum, populari consuetudine dici auctor est Cassianus Collat. 1. cap. 20. & Collat. 2. cap. 9.

Ibid. B. lin. 3. 4. Τὸ γὰρ, γνῶθι σεαυτὸν) Plutarchus de εἰ apud Delphos: ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἕκαστον ἡμῶν ἐνταῦθα προσιόντα οἷον ἀσπαζόμενος προσαγορεύει τὸ, γνῶθι σεαυτόν. *Deus vnumquemque nostrum huc adeuntem velut salutans compellat his vocibus: Nosce teipsum.*

Pag. 195. B. lin. 7. ἀνὴρ ἄπολις, ἄοικος) Cujusmodi sunt execrationes, & ἀραὶ Scenicæ, quas euenisse sibi Canis iste gloriari solebat. Laertius.

Pag. 198. C. lin. 4. 5. ὑπὸ τὴν Χάρυβδιν) Diogenes, vt refert Laertius, γαστέρα Χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ βίου.

Ibid. D. lin. vlt. οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων) Meminit Diogeniani huius dicti Porphyr. lib. 1. περὶ ἀποχῆς.

Pag. 199. D. lin. 2. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς) Hi sunt Cratetis versus, quos ille, tanquam parodiam ad Solonis elegos accommodauit. Eosdem & sequenti Oratione repetit p. 213.

Pag. 200. D. lin. 3. Ἐπεὶ καὶ τῶν ταύρων) Virgilius lib. 3. Georg.

Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernox instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, &c.

AD ORATIONEM VII.

Altera hæc est contra Pseudocynicos oratio, & ex eo grege nebulonem quendam Heraclium: qui coram Iuliano, & ejus amicis, orationem habuerat, in qua de Diis parum prudenter ac religiose locutus videbatur; tum de Cynica professione quædam imperite iactauerat. Maxime vero Iouis atque Panos vocabulis abusus erat Cynicus ille, vt ex Iuliani verbis colligitur. Hæc loquacissimo & ineptissimo vanæ superstitionis patrono caussa fuit orationis huius elucubrandæ: cuius præcipuum argumentum est in explicanda origine, natura, atque fabulæ; quod de ea sermonem idem ille Cynicus instituerat.

Pag. 205. D. lin. 2. 3. τοξόται δὲ) Nam arundines, e quibus sagittæ fiebant, in Creta, & in India præsertim, optimæ proueniunt. Plinius lib. 16. cap. 35. Theophrastus lib. 4. Hist. Plant. cap. 12. genus quoddam arundinis τοξικὸν appellat, idem κνωσσικον nominari dicit.

Pag. 207. A. lin. 4. ὅς τοῦ μύθου διαφέρει) Quid sit αἶνος, aliter explicat Eustathius Iliad. θ: & idem esse ait atque αἴνιγμα, siue γρῖφον. Sed ad Iliad. λ [illegible] tatur μυθώδη λόγον, ἢ παραίνεσιν. quod cum Iuliano congruit. De fabulæ eius origine, vide Aphthonium. Sed nimis anguste τὸν μῦθον accipit noster. Nam & Æsopi, qui princeps huius rei fuisse creditur, fabulæ μῦθοι simul & αἶνοι sunt & illo sæpius, quam hoc vocabulo, censentur. Nihilominus μύθους intelligit, quales sunt poeticæ fabulæ.

Pag. 209. B. lin. 2. εἴ τί σοι τοῦ ταῦτα γοῦν) Oenomai librum aduersus Oracula laudat identidem Eusebius in libris de Præparat. Verum præter hunc alium [illegible] scripserit, sub illa inscriptione quam hic Iulianus exprimit: ἡ τοῦ κυνὸς αὐτοφωνία: an id ea verba significent, quod in versione posuimus, non temere dixerim.

Pag. 210. D. lin. 9. 10. κἂν τὰ Μαγνήτων κακά) Sumtum id ex Archilocho, vt e Strabone colligitur lib. 16. Vide vtrumque prouerbium apud Suidam, & Parœmiographum. Apud Suidam sine auctoris nomine Iuliani locus iste legitur.

Pag. 212. D. lin. 7. ἐλόμενον γὰρ αὐτόν) Vide Laertium.

Pag. 214. A. lin. 2. 3. ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χιλιομβη) De hac Chiliombe nihil alibi legi.

Ibid. C. lin. 6. ὅτι τῷ Διῒ συμβασιλεύειν) Nam Cynici crebro id sermone referebant: de felicitate cum Ioue se contendere.

Pag. 217. B. lin. 9. ἴχνεσιν ἀνδρός) Iamblichum intelligit.

Pag. 220. C. lin. 10. οὐδ' Ἄβδηρος) Abderus videtur Herculis famulus fuisse: quo cum Diomedem Thraciæ regem vicit, & occidit. Hyginus Fabula 30.

Pag. 223. B. lin. 1. εἴτε Ἀνατόλιος οὑτοσί) Fuit Anatolius iste Officiorum Magister, quo tempore cum Iuliano Imperatore in acie contra Persas occubuit. Ammianus lib. 25. Memorius vero Præses fuit Ciliciæ: cuius idem meminit lib. 23. De Salustio frequens in Iuliani scriptis, & historia mentio. Isti omnes cum Iuliano Cynici declamationi interfuisse videntur.

Pag. 224. A. lin. 11. ἀποτακτιστάς τινας) Verissima est coniectura nostra, ἀποτακτιστάς hoc loco scribendum. Proprie *renunciatores* vel *renunciantes* Latini Patres appellarunt: vt Cassianus. Cum his perditus Apostata Cynicos suos comparat.

Pag. 227. A. lin. 7. Πλουτάρχου δὲ εἰ τὰ μυθικά) Huius a Plutarcho scripti operis nulla mentio in Catalogo Lampriæ.

Ibid. B. lin. 11. Πλουσίῳ ἀνδρὶ πρόβατα ἦν) Sequentis fabulæ interpretatio Oedipum non desiderat. Nihil enim facilius est, quam quo illa spectet intelligere. Quippe de Constantino, eiusque filiis, ac Iuliano illorum consobrino, [illegible]da est.

Pag. 228. C. lin. 4. παλαιὰ καὶ νέα μνήματα) Ita martyrum memorias & basilicas sceleratus Apostata nominat.

Pag. 232. B. lin. 3. ὁ μέν μοι ἔφη) Constantium perstringit.

Pag. 235. D. lin. 7. σὺ δὲ ἀρετῆς) Potest & ἀφελῶν retineri: vt ipsum [illegible] Cynicum iubeat, inuidiosis verbis ablatis, quod deest supplere per sese. Reliqua ad marginalem notam exigenda sunt.

Pag. 238. D. lin. 9. ὥσπερ Σωκράτης) Credo expungendas voces istas ὡς Ἀριστοτέλης. Nam de Socrate quæ sequuntur accipienda sunt.

AD

AD ORATIONEM VIII.

PRopempticon est Sallustii e Gallia proficiscentis in Illyricum & Thraciam: quem quidem Iulianus in paucis carum & consiliorum omnium participem habuit. Scripsit autem hanc orationem superstite Constantio, quum Cæsaris titulo Gallias administraret: vt ex pag. 252. 253. colligitur. Vnde etiam constat, Sallustium e Gallis ortum accepisse. Cæterum tempus illud, quo digredientem Sallustium prosecutus est hac oratione Iulianus, significari arbitror pag. 282. Epistolæ ad S. P. Q. Atheniens. vbi a Constantio translatum e Gallus esse Sallustium refert, quod Iuliani esset amicus.

IN EPISTOLAM,

quæ est

AD THEMISTIVM.

SCripserat ad Iulianum Themistius Philosophus sub id fortasse tempus, quo mortuo Constantio, solus rerum potitus est: & ingentibus Heroum propositis exemplis, ad eandem in imperio virtutem & animi magnitudinem explicandam hortatus erat. Cui hac epistola respondet Iulianus, & consequendæ tantæ felicitatis ac gloriæ difficultatem prædicat: præsertim quod incertos exitus rerum ac vicissitudines nemo præstare possit, quodque hominem hominibus imperare difficillimum sit, vt Plato, & Aristoteles, ille libro de Legibus quarto, iste in Politicis, testantur.

Pag. 254. C. lin. 8. *τὸν πορθμὸν τὸν παρ' ὑμῖν*) Difficile est, quo de freto loquatur, coniicere. Suspicor tamen Bosporum intelligi, ac Byzantii tum fuisse Themistium.

Pag. 255. D. lin. 9. *Χρύσιππ⊕ δὲ ἐῴκει*) Nam Stoici felicitatem sola virtute metiebantur: contra quam Peripatetici.

Pag. 256. C. lin. 9. *καὶ πεποιήκασι καὶ στρατηγόν*) Ante hæc asteriscos posuimus. Nam desunt aliqua. Sed in codicibus nostris inculcatum erat Fragmentum quoddam alterius epistolæ, quam ad Arsacium, nisi fallor, Pontificem scripsit; in qua res ad religionem ac Deorum cultum spectantes ordinauit: quod nos alieno loco detractum separatim edidimus; quæ sequuntur autem ad Themistium scripta videntur.

Pag. 257. D. lin. 9. 10. *Θεὸς μὲν πάντα*) Totus hic locus e lib. 4. Platonis de Legibus exscriptus est, quem e Platone ipso aliquot locis emendauimus: cætera; quæ Iulianus ipse aliter concepisse videri potest ad marginem adnotauimus.

Pag. 258. D. lin. 8. *τούτων δεομένην*) Post *δεομένην* apud Platonem ista leguntur *στέγουσαν δὲ οὐδέν· ἀλλ' ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ νοσήματι ξυνεχομένην ἄρξει δή*, &c. Quæ fortasse breuitatis studio Iulianus omiserit.

Pag. 259. C. lin. 10. 11. *περὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν ἀφικόμεν⊕ Ἀράξιον*) Araxii meminit Ammianus lib. 26. sub finem; & Procopii partes secutum, eo cæso in insulam deportatum, ac postea liberatum refert.

IN

IN EPISTOLAM
AD S. P. Q. ATHENIENSEM.

SCripſit hanc epiſtolam Iulianus paullo poſt id tempus, quo in Gallis Imperator acclamatus, a Conſtantio defecit, & aduerſus eum cum exercitu profectus eſt. Teſtis eſt enim Libanius, tunc illum varias ad ciuitates Græciæ literas dediſſe, vt per illas ſe apud reliquas nationes de ſuſcepto imperio purgaret. Οὕτω δὲ (ait in Panegyrico in Conſulatum Iuliani pag. 242.) πλείω λόγον τȣ μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν, ἢ τῆς νίκης αὐτῆς ἐπεποίητο, ὡς ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς ἐμβεβηκὼς, δι᾽ Ἑλλήνων ἅπασιν ἀνθρώποις ἀπελογεῖτο, πέμπων ἐπιςολὰς ἐκεῖσε κατὰ τȣ̀ς ἑκάςων τρόπȣς, μείζȣς, ἐλάττȣς, τὸ μέσον ἐχȣ́σας· ὡς ἔμελλον τοῖς δεξομένοις ἁρμόσειν. *Adeo vero maior illi cura erat iniuriæ purgandæ, quam obtinendæ victoriæ; vt cum mediis ipſis in periculis verſaretur, per Græcos ſe apud mortales omnes purgare inſtitueret, ſcriptis illuc epiſtolis pro cuiusque ciuitatis more, aliis longioribus, aliis breuioribus, aliis mediocribus, pro eo atque conſentaneum erat iis ad quos illæ dabantur.*

Exponit igitur hac epiſtola rationem conſilii ſui, & quibus a Conſtantio prouocatus iniuriis patienter hactenus tulerit: ac quemadmodum militari confuſione inuitus ac renitens ad imperium euectus ſit, vberrime deſcribit. Equidem ex omnibus Apoſtatæ illius monimentis, nullum eſſe publica luce, atque eruditorum hominum, præſertim vero hiſtoriæ ſtudioſorum, lectione dignius arbitror. Nam quum totam illius geſtæ rei narrationem accurate perſequitur: tum pleriſque ab Ammiano cæteriſque ſuper hac re memoriæ proditis lucem affert: ac denique complures hiſtoriæ particulas & περιςάσεις continet, quæ haud alibi leguntur. Athenas autem & Athenienſes quantum Iulianus adamauerit, ac quibus de cauſſis eo ſe contulerit, declarat Gregor. Nazianzenus Orat. 2. ςηλιτ.

Pag. 270. C. lin. 9. ἐξ μὲν ἀνεψιȣ̀ς) Sex a Conſtantio patrueles, aut conſobrinos, interfectos ait; patruos duos. Hos quidem in hiſtoria illorum temporum inuenio: Conſtantium Iuliani patrem, & Dalmatium, quem Anaballianum alii vocant, ambos Chlori filios, ex Theodora Maximiani Herculii priuigna; Conſtantini fratres. Patrueles vero conſobrinosue tantummodo tres exhibent hiſtorici: Dalmatium, & Anaballianum Dalmatii, & Nepotianum Eutropiæ ſororis Conſtantini filios: quorum cæteri ſubinde poſt Conſtantini obitum militari conſpiratione cæſi; Nepotianus poſt Conſtantis necem oppreſſus eſt, non tamen a Conſtantio, ſed a Magnentio tyranno. Hæc Socrates lib. 3. cap. 1. Zoſimus, Eutropius, Victor. Itaque duos tantum ἀνεψιȣ̀ς a Conſtantio interfectos lego, cæteros diligens atque eruditus lector inquiret.

Ibid. D. lin. 1. ἀδελφόν τε ἐμόν) Ex hoc loco diſcimus, quod a nullo, quantum quidem meminerim, Scriptore proditum eſt, præter Gallum Cæſarem, alterum fratrem, & quidem natu iſto maiorem, habuiſſe Iulianum: quem hic manifeſte a Gallo diuerſum facit, & a Conſtantio ante quam Cæſar iſte fieret interfectum ſignificat. Quis autem, quoue nomine appellatus fuerit, neſcire me fateor. Sed neque Socrates nouit.

Ibid. D. lin. 3. ἐμὲ δὲ καὶ ἕτερον ἀδελφόν) Socrates lib. 3. cap. 1. ſcribit Gallum,

lum, quod affecta valetudine haud diu victurus putabatur, Iulianum, quod octennis esset, viuere permisisse. Minus a Socrate id quidem accurate. Neque enim octennis, sed quinquennis fuit. Nam mortuus est anno ætatis altero & tricesimo, Christi vero CCCLXIII. Constantinus autem obiit CCCXXXVII.

Pag. 171. B. lin. 5. ἐν ἀγρῷ τινι) Ammianus lib. 15. accusatum refert Iulianum, quod a Macelli fundo in Cappadocia posito ad Asiam demigrarat, liberalium desiderio doctrinarum, & per Constantinopolim transeuntem viderat fratrem. Hunc ἀγρὸν seu fundum mox κτῆμα vocat: atque ita apud Latinos *possessio* pro fundo. Paschasius Lilybetanus Epist. ad Leonem P. *Quædam vilissima possessio Meltinas appellatur in montibus arduis*, &c. Glossarium: κτῆμα *prædium, fundus, possessio*, κτηματοφύλαξ *saltuarius*. Eam Iurisconsulti *massam* appellant. Sed & Ammianus lib. 14. de Gallo: *Natus apud Tuscos in massa Veternensi*. Septuaginta Interpretes Oseæ capite 2. versu 15. pro eo quod in Hebræo legitur: ונתתי לה את כרמיה *& dabo ei vineas eius*, vertunt: καὶ δώσω αὐτῇ τὰ κτήματα αὐτῆς.

Ibid. B. lin. 7. τὸν μὲν ϗπό * * * φυγῆς) In scripto codice vox erat τρατ quam diuinare nequiuimus.

Ibid. D. lin. 7. καὶ γὰρ εἴ τι περὶ τὸν τρόπον) Expressit hanc Iuliani de fratre sententiam Libanius in Panegyrico de Iuliani Consulatu pag. 234. vbi & litterarum meminit, quibus ille priuatus Gallum iam Cæsarem officii monuit: εἰ μὲν οὖν περιῆγε τὸν νῦν τοῖς τῆδε γράμμασιν ὁ ἀδελφός, ἣν ἂν νῦν συζυγία πρεσβυτέρων. καὶ γὰρ ἦν οἷος οὐ βασιλεύων, βασιλεύοντα νουθετεῖν. ὡς δὲ ὁ μὲν ἀκρατῶς ἀπεληλύθει, λέγειν ἔχων τι περὶ τῶν πεπραγμένων· ἐπὶ δὲ τοῦτον ἐκλεῖναι τὰς μέμψεις, ὁ ἐκεῖνον ἀπεκτονὼς ἐβούλετο μὲν, ἠπόρει δέ· φόνου μὲν ἔσχε, πλάναις δὲ ἑκάστου, δίκας λαμβάνων ὧν ἐγκαλεῖν οὐκ εἶχεν. *Ac si huius quidem litteris animum suum frater accommodasset, par nunc principum haberemus. Erat enim eiusmodi, vt regnantem monere priuatus auderet. Verum postquam ille indicta causa necatus est, qui factorum suorum excusationem afferre posset aliquam; & in eum criminationes transferre, qui alterum occiderat, vellet; sed id facere non posset, ita cæde eius abstinuit, vt in varia loca transportando fatigaret, atque ita quorum accusare illum non poterat, eorum pœnas repeteret.* In his Libanii verbis legendum apparet, ἐκλεῖναι τὰς μέμψεις, alioqui nulla sententia est. De indole Galli testatur & Nazianzenus in Steliteut. 1. καὶ γὰρ ἦν, εἰ καὶ τὴν φύσιν θερμότερος, ἀλλ' οὖν γνήσιος εἰς εὐσέβειαν. *Erat enim tametsi natura feruidioris, pietatis tamen minime simulatæ.*

Pag. 272. A. lin. 2. 3. καὶ ἐξαίφνης τοῦδε) Sensum, quem potuimus, iis verbis expressimus: quæ mihi haud integra videntur.

Ibid. D. lin. 4. τὸν τῆς ἀδελφῆς ἄνδρα) Constantiam Constantini filiam, Constantii sororem, duxerat Gallus. Ex hac susceptam esse filiam Iulianus significat tum Galli sororem Constantio ante nupsisse. Quæ posteriora duo ab hoc vno, quod sciam, auctore prodita, hactenus erant ignora. Horum prius illud Iuliani ex oratione leuiter castigata deducitur. Nam ἀδελφιδῆς pro ἀδελφιδοῦς apparet esse scribendum. Natus est Gallus eodem, quo Iulianus, patre, matre Galla, Rufini & Cerealis sorore: quos trabeæ Consulares nobilitarunt, ait Ammianus lib. 14. Huius Gallæ filiam ante Eusebiam videtur duxisse Constantius. Atque haud scio, an hæc ipsa sit, qua cum, patre superstite, ac conciliatore, Constantius nuptias celebrauit; vt refert Eusebius in Vita Constantini. Sane plures illum vxores habuisse testis est Ammianus: quod ad tertiam Orationem obseruauimus.

Pag. 273. D. lin. 1. ἴσε δήπυθεν ἀκοῇ) Horum nominum sparsim apud Ammianum extat mentio: sed vtrum illi ipsi viri sint, quos hic Iulianus appellat, non facile dixerim. De Dynamio certo pronunciari potest, cuius ille meminit lib. 15.

Ibid. D. lin. 7. 8. ὅσον ὅπω ἢ Νείλυ) Hæc non intelligo: sensum tamen, vtcunque licuit, expressi. De sequenti historia plenius Ammianus & Zosimus. Vide & Orat. III. in Eusebiam.

Pag. 274. A. lin. 8. ἀλλ' ὁ θεοῖς ἐχθρός) Eusebius cubicularius, spado; quem Iulianus ad imperium euectus occidit.

Pag. 275. A. lin. 1 2. Πηγὰς μὲν ἦν ὁπόσας) Eadem Libanius Orat. Panegyr. in Iuliani Consulatum pag. 235. C. qui & nonnulla totidem fere verbis hac ex oratione transtulit.

Pag. 277. A. lin. 6. Καὶ τὸ μὲν ὄνομά μοι) Ammianus lib. 15. *Dixit moxque indutum purpura Iulianum, & Cæsarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contractiore vultu submæstum.* Purpuram igitur intelligit, quæ Cæsari cum Augusto communis fuit. Apud Capitolinum in Clodio Albino, Commodus in epistola ad Albinum scripta, quum hunc Cæsarem faceret, purpuram ei permittit, sed sine auro. *Quia*, inquit, *ita & proauus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Adriano, qui eum adoptauit, accepit.* Quod *proauum* appellat Verum Commodus, præsertim quem *puerum* dicit; variis modis explicare student. Mihi duæ voculæ expungendæ videntur, vt sententia constet. Notatum ab imperita manu fuerat ad oram codicis, *proauus meus*, ad nomen *Verus*, quod Verum hunc putabat Annium esse Verum, auumque Marci. Sed est Ælius Verus adoptatus ab Adriano, paulloque post vita functus: quem proauum Commodi nullo idoneo sensu dici arbitror. Et nugæ sunt quicquid ad hunc locum Salmasius annotauit. Libanius Orat. Paneg. in Iuliani Imper. Consulatum, quum de eius ad summum imperium prouectione loquitur: περὶ ταξις ἧκεν ἀδελφῇ τῆς πρoτέρας, προσθεῖσα θαλασσίῳ χλαμύδι βαφῇ λιθοκόλλητον ταινίαν. Ad thalassii coloris purpuram, id est ἁλυργίδα, quam Cæsar acceperat, additum militari suffragio diadema refert.

Ibid. C. lin. 2. καὶ φίλων πιστῶν, εἷς ἰατρός) Fuit hic Oribasius, qui apud Photium Cod. 217. in Præfatione ad Iulianum significat, se cum illo in Gallia degisse, atque opus quoddam suum absoluisse.

Ibid. D. lin. 1. 2. τετρακοσίους ἐξήκοντα) Libanius Paneg. in Iuliani Consulat. eadem narrat, minus CCCC illi datos esse milites, ἐν ἀκμῇ ἢ χειμῶνος & reliqua, quæ ex hac oratione, vt iam dictum est, exscripsit. Ammianus lib. 15. scribit, Iulianum Cæsarem renunciatum VIII Eid. Nouembr. paullo post Helenam ei coniugem datam. Kalendis vero Decembr. in Gallias profectum. Quocirca perperam legitur hic περὶ τροπὰς θερινὰς pro χειμερινάς. Cum Iuliano missi sunt Marcellus & Sallustius, quibus omnis prouinciæ ac belli administratio commissa, ne quid Iulianus nouarum rerum moliretur.

Pag. 278. A. lin. 7. κακῶς δέ, ὡς ἀκηκόατε) Iulianus Cæsar factus est Arbetione & Lolliano Coss. anno Christi CCCLV. Eodem anno exeunte missus est in Galliam, ac Viennæ hiemauit, vbi & Consulatum primum adiit cum collega Constantio VIII, anno ineunte CCCLVI. qui primus annus fuit Gallicanæ administrationis. Hunc infeliciter collocatum queritur Iulianus, nec vllum in eo pretium operæ factum. Atqui si Ammianum legas, intelliges minus quidem, quam pro Iuliani voluntate atque impetu, sed multum tamen contra Barbaros fuisse gestum. Viennæ quum esset autem

Germa-

Germanos in Galliam populabundos excurrere, atque ab Augustoduno ægre depulsos esse, eos persequi instituit. Quibus & superatis, ac disiectis, Coloniam Agrippinam recuperauit: Francorum quoque reges ita terruit, vt ad pacem adigeret. *Quibus* (addit Ammianus) *vincendi primitiis lætus per Treueros biematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abscessit.* Quocirca scripsisse puto Iulianum, *ȣ̓ κακῶς δὲ, ὡς ἀκηκόατε*: ac mox, *πραχθέντος τινὸς σπουδαίου.* Quum autem apud Senonas hibernaret cum paucis militibus, repente hostes aduolant, & vrbem obsident; quum Marcellus magister militum agens in stationibus proximis dissimularet interim, nec opem ferret. Verum post vicesimum tandem diem abiere Barbari. Hæc Ammianus lib. 16.

Ibid. B. lin. 9. *ὡς δὲ καὶ ὁ στρατοπέδων ἄρχων*) Constantius vt ea, quæ ad Senonas perfide a Marcello erant gesta, didicit, *eum sacramento solutum abire iussit in larem*; (verba sunt Ammiani) *qui tanquam iniuria graui perculsus, quædam in Iulianum moliebatur, auribus Augusti confisus in omne patentibus crimen.* Sed Eutherius spado, præpositus cubiculi longe fidelissimus, a Iuliano missus hanc calumniam discussit. Erat autem Marcellus iste Serdica oriundus, quo & exauctoratus abiit. Ita Ammianus, vt quidem a nobis emendatus est. Nam vulgata lectio neque integra est, neque illam sententiam exhibet. Quippe post longum super Eutherio spadone de Eunuchorum improbitate sermonem Ammianus ad Marcellum rediens, ita scribit: *Nunc redeam vnde diuerti. Superato, vt dixi, Marcello, euersaque Serdica, vnde oriebatur*, &c. Leg. *reuersoque Serdicam.*

Ibid. C. lin. 8. 9. *ἅπαξ δὲ, καὶ δεύτερον*) Videtur legendum *ȣ̓ καθηκόντως.* vti dicat, se deinceps quieuisse, quod semel iterumue esset tractatus indigne.

Ibid. D. lin. 7. 8. *δίδωσί μοι τῶν στρατοπέδων τὴν ἡγεμονίαν*) Quandonam exercitibus præfectus sit Iulianus, & quo iure in eos imperium habuerit; quæstione digna res est. Etenim post exauctoratum Marcellum, & in Sardicam remissum, id accidisse Iulianus ipse testatur. At idem significat, postquam imperium hoc nactus est, se & Coloniam Agrippinam, & aliud oppidum, quod Tabernas esse post paullo demonstrabimus, instaurasse cum aliis Galliæ vrbibus, ita vt ad XLV a Barbaris receperit. Atqui longe ab his diuersa ex historia Marcellini colligunt. Nam Coloniam nondum primo, quo in Gallias missus est, anno verrenre recuperasse Iulianum asserit, hoc est Constantio VIII, & Iuliano Coss. Christi CCCLVI, antequam Marcellus a Constantio missionem acciperet, quæ eodem exeunte anno, vel ineunte altero, contigit. Marcello suffectus est Seuerus vir militaris rei scientissimus, & neque discors, neque arrogans; quem se nactum esse mirifice gauisus est Iulianus, *& eum recta praeuntem* (ait Ammianus) *secuturus, vt ductorem morigerum miles.* Postulat sententia *morigerus.* Cum hoc & Barbatio missus est, qui ex altera parte Barbaros opprimeret cum XXV millibus. Hic erat Magister peditum, Seuerus autem equitum; vt docet Ammianus lib. 16. Ac si quis Iuliani verba cum Ammiani historia comparet, intelliget anno quam erat profectus in Gallias secundo, illud sibi in exercitus imperium esse delatum, nimirum Christi CCCLVII, quo cum Alemannis & Chodonomario rege conflixit, maturis iam segetibus. Nam isto ipso anno pro duce se gessit illius saltem exercitus, cui Seuerus præerat. Etenim Barbatio, qui alterũ regebat, tantum abfuit vt illi pareret, vt ab eo se subduceret, neque periclitanti ferret opem. Quare quod ait, *δίδωσί μοι τὴν ἡγεμονίαν*

τῶν ϛρατοπέδων de omnibus verum non puto. Sed nec illud prætermiserim, primo ipso anno, quum adhuc Marcellus in Gallia versaretur, Iulianum Cæsarem non sic ducibus obnoxium fuisse, vt non imperium aliquod exerceret. Refert enim Ammian. lib. 16. anno illo, qui erat Christi CCCLVI, Remos profectum Iulianum, congregatum in vnum exercitum iussisse operiri præsentiam suam: cui tum exercitui præsidebat Vrsicini successor Marcellus; nec non Vrsicinus ipse, iisdem in locis adusque finem expeditionis illius agere iussus. Verum etsi titulo tenus pro potestate prouinciam administraret, ac rem bellicam tractaret; Magistri tamen militum, vti Constantius mandarat, non illi penitus obtemperabant, sed in plerisque refragabantur. Adde, Iulianum hic oratorio more conditionem illam suam infra veritatem deprimere: quasi nulla fuerit eius tunc altera curatio, quam circumferendæ imaginis principalis. Sane Zosimus lib. 3. scribit, in digressu Constantium Iuliano permisisse, vti Gallias, pro eo atque expedire visum esset, ordinaret. Quod vt palam fecisse Constantius, ac præ se tulisse videtur; ita clam Præfectos suos consilia omnia factaque illius obseruare iussit, ac maligne interdum obtemperare. Vide Libanium Orat. in Iuliani Consul.

Pag. 279. A. lin. 1. 2. *Τὸ μὲν ὂν πλῆθος τῶν πόλεων*) Quadraginta vrbes in Gallia, quas euerterant Barbari, instauratas a Iuliano scribit Zosimus lib. 3. vbi &, iidem illi quam late Galliam obtinuerint, refert. Libanius totidem, quot Iulianus, enumerat. Nam ex hac epistola totam illam historiam expressit.

Ibid. A. lin. 4. *δίχα τῶν πύργων*) Burgos vertimus. Glossarium Henrici Stephani Πύργος, *Turris, burgus.*

Ibid. B. lin. 7. *πόλιν τε ἀνέλαβον*) Agrippinam Coloniam recepit anno primo, quo in Galliam venit, & Consulatum primum gessit.

Ibid. B. lin. 9. 10. *καὶ τεῖχος Ἀγέντορα*) Oppidum illud intelligit, quod Ammianus *tres Tabernas* vocat: alii *Tabernas*. Id enim haud procul Argentorato distat. Argentoratum Iulianus nominat Ἀγέντορα; vel, vt opinor, Ἀργέντορα, quomodo & Zosimus: vt ex amborum consensione non facile mendi notanda sit hæc appellatio, tametsi *Argentoratum* sæpius nominetur. Iulianus anno secundo Gallicanæ administrationis, quo Consul ipse II fuit, & Constantius IX, quum Germani Gallicani limitis ad Rhenum partem maximam occuparent, secundis aliquot præliis factis, *ad reparandas tres Tabernas sese conuertit*, (ait Ammianus lib. 16.) *munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subuersum hostili: quo ædificato, constabat ad intima Galliarum, vt consueuerant adire, Germanos arceri.* Sed quum plura sint illius tractus oppida, quibus *Tabernarum* nomen congruit, de his ab Iuliano refectis quæritur. Philippus Cluuerius lib. 2. Germaniæ antiquæ cap. 12. suspicatur apud Ammianum mendose scriptum esse *tres Tabernas*, ac legendum videri *Rheni Tabernas*. Nam ad Rhenum in Nemetibus Tabernas esse sitas, quas hodie *Rhein Zabern* vocant: non autem illas esse, quas in Triboccis positas, quæ est hodie Alsatia, commemorat Itinerarium Antonini, quum ab Argentorato per Tabernas, Decempagos, & Diuodorum ad Treueros iter designat. Sed in eo fallitur. Nam Tabernæ, quas Iulianus instaurauit, sine dubio sunt Alsaticæ ad Vosegi radices sitæ. Nam pro *Barsego*, quæ vox nihili est, subsituendus est *Vosegus*, vel *Vosagus* mons, ad cuius radices hodieque Tabernæ collocatæ sunt. Quare non possunt illæ esse Rhenanæ, vt putat Cluuerius. Neque vero firma satis argumentatione coniecturam suam affirmat. Nam, inquit, ideo ab Iuliano Tabernæ instauratæ sunt, vt aditus ad Gallias intercluderetur hosti. At *stultum fuisset*,

& tamen

& amentiæ plenum, ad Alsaticas Tabernas expectare hostem: atque hinc demum e Gallia eum repellere: quum multo satius foret, in ipso limite, id est in Rheni ripa, ei obstare transituque eum arcere. Verum ante prælium illud, quo Germani victi, & eorum dux Chodonomarius captus est, limitem ipsum Galliæ, ac Cisrhenanum illum tractum, qui Argentoraro vicinus est, obtinebant Barbari, nec nisi post victoriam multis denique aliis præliis inde pulsi. Quare non id Tabernarum instauratione quærebat Iulianus, vt ab limitis aditu, ac Cisrhenana regione barbaros arceret: quod nondum poterat; sed ne ad intima Galliarum penetrare possent, id efficere studebat: nimirum in Mediomatricos, ac Treuiros, interioresque reliquas Galliæ prouincias, quibus muniendis opportunum erat Tabernarum oppidum. De hac Germanorum clade, ac Iuliani victoria, deque Tabernarum istarum refectione, loqui putat Ausonium Scaliger initio elegantissimi carminis, quo Mosellam describit: sed insigniter hallucinatum esse, recte Cluuerius demonstrat capite undecimo libri eiusdem.

Ibid. C. lin. 2. 3. *Ἔνθα τῶν θεῶν δοῦλον μοι*) Chodonomarium intelligit, qui in fuga ipsa prolapsus in cœnulentam voraginem, captusque, ad Constantium est missus. Zosimus lib. 3. per hallucinationem vocat hunc Vadomarium. Sed alius, & a Chodonomario diuersus iste fuit, de quo Ammianum consule: qui & stolidam super hac Iuliani victoria Constantii ambitionem in fine libri 16. narrat.

Ibid. D. lin. vlt. *ἑξακοσίων νηῶν*) Zosimus octingentas numerat, quas e materia ad Rheni ripam quæsita fabricatas esse refert; vt in Britanniam nauigantes frumentum & annonam præsidiis aduelierent. De tot nauibus extructis haud scio an meminerit Ammianus. Scribit quidem lib. 18. Iulianum ciuitates excisas a Barbaris communiisse, horreaque pro incensis extruxisse, vbi condi posset annona a Britannis sueta transferri.

Pag. 280. B. lin. 7. 8. *ὑπεδεξάμην μὲν μοῖραν*) Ammianus lib. 17. scribit, anno illo, quo Darianus & Cerealis Coss. fuerunt, Iulianum contra Francos Salios expeditionem sumsisse, qui olim apud Toxoandriam sedem sibi fixerant: quos adventu subito perterritos deditionem facere coegit. Exinde Chamauos deuicit. Zosimus lib. 3. vt solet, hallucinatur, & Quados pro Chamauis ponit, quos ait Saxonici generis fuisse, & a suis trans Rhenum in Galliam missos Francos Salios ex insula Rheni Batauia, in quam a Saxonibus compulsi fuerant, expulisse: qui necessitate coacti in Romanum limitem sese receperunt. At Iulianus, Saliis benigne receptis, in Quados exercitum duxit; quos & mira quadam ratione per latrocinia, vt ipsi consueuerant, duce quodam Chariettone, profligauit. Ac tum memorabile illud accidit de reguli Chamauorum filio, quod ex Eunapii historia in Legationum Excerptis legitur, & ab Zosimo breuius exponitur.

Ibid. C. lin. 7. *τρίτον ἐπεραιώθην Καῖσαρ ἔτι*) Ter omnino, quum Cæsar adhuc esset, trans Rhenum profectus est, anno Christi CCCLVI, CCCLVIII, & CCCLIX. De duobus posterioribus diserte scribit Ammianus. Primæ non meminit: sed colligitur ex iis, quæ lib. 16. refert, quum anni CCCLVII gesta perscribens, ait Iulianum ad prælium cum Germanis & Chodonomario faciendum eo præsertim incitatum fuisse, quod *anno nuper emenso, Romanis per transrhenana spatia fusius volitantibus, nec visus est quisquam laris sui defensor, nec obuius stetit: sed concæde arborum densa vndique semitis clausis, sidere vrente brumali, ægre vixere Barbari longius amandati.* Quæ verba anno, quem dixi, Iulianum trans

nnn 3 Rhe-

Rhenum bellum Germanis intulisse significant, adeoque instante iam hieme. Quod sub illud tempus accidit, quo Agrippinam recuperauit.

Ibid. C. lin. 8. δισμυρίας ἀπήτησα) Rem omnem fuse declarat Zosimus. Vide Legationum Excerpta ex Eunapio.

Pag. 281. A. lin. 6. Λουπικῖνον, φησί) Lupicinus iste in Britanniam profectus erat per id tempus, quo Iulianus a militibus Imperator est factus: ac ne quid contra nouum Imperatorem moueret homo superbæ mentis & turgidus, missus est notarius Bononiam, qui oram illam obseruaret. Ammianus lib. 20. De aliis tribus nihil certi pronunciare licet. Horum vnus videtur esse Florentius: qui, vt idem refert, sub ipsa Iuliani principatus exordia Vienna, vbi tum erat, fugit ad Constantium. Iulianus *caritates omnes cum re familiari intacta, publici cursus vsu permisso, ad Orientem redire tutius imperauit.*

Ibid. D. lin. 4. 5. Ὡς δὲ ὁ μὲν εἷς ὁ πονηρότατος) Marcellum intellige: de quo supra.

Pag. 282. A. lin. 10. 11. γραπτὰς ἡμῖν δὸς) Proficiscenti Iuliano libellum Constantius dedit, quo non modo quæ erant agenda præscribebat, sed etiam victus ac quotidiani sumtus rationem taxabat. Ammianus lib. 16. *Denique quum legeret libellum assidue, quem Constantius, vt priuignum ad studia mittens, manu sua conscripserat, prælicenter disponens quid in conuiuio Cæsaris impendi deberet*, &c.

Ibid. B. lin. 6. Ὅσα μὲν οὖν ἐπεχείρησεν) De Pentadio quod queritur, valde miror. Nam Pentadii meminit Ammianus lib. 20. quem ait Officiorum magistrum fuisse Iuliani, & ab eodem Imperatore iam facto cum Eutherio cubiculi præposito ad Constantium missum. Non potest igitur is esse, quem sibi, quum Cæsar adhuc esset, infensum hic Iulianus fuisse dicit.

Ibid. C. lin. 1. 2. Παῦλον, Γαυδέντιον) Paulus notarius cruentis delationibus insignis sub Constantio fuit, qui cum Apodemio viuus exustus est, rerum potiente Iuliano. Vide Ammianum lib. 19. & 22. Gaudentius quoque notarius, & ad exploranda Iuliani acta missus in Gallias, ab eodem postea necatus est. Ammian. lib. 22.

Ibid. C. lin. 3. 4. Σαλούστιον μὲν, ὡς ἐμοὶ φίλον) Cuius in digressu querelæ plenam epistolam scripsit.

Ibid. D. lin. 7. ἐπιτάξας τοῦτο τὸ ἔργον) Decentio tribuno & notario ad deportandos e Galliis exercitus comes adscriptus est a Constantio Sintula, Cæsaris stabuli tunc tribunus, ait Ammianus lib. 20. De Gintonio legere non memini. De hac autem historia plura vide apud Ammianum & Zosimum: nec non Libanium Orat. in Consul. Iuliani.

Pag. 283. C. lin. 4. 5. Νεβρίδιος, Πεντάδιος,) Mendum subest huic loco. Neque enim isti vel tunc aberant, vel Iuliano fauebant: immo vero a Constantio stabant. Nebridius ex Quæstore Iuliani Præfectus Prætorio Galliarum factus erat a Constantio in Florentii locum. Decentius vero tribunus & notarius ab eodem missus ad milites abstrahendos. De Pentadio paullo ante dixi.

Pag. 284. B. lin. 11. 12. τῆς γαμετῆς ζώσης) Paullo post eodem anno obiit Helena. Ammianus lib. 21.

Pag. 285. D. lin. 4. 5. οὔπω καὶ τήμερον ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς) De his epistolis vide Ammian. lib. 20.

Pag. 286. B. lin. 7. καὶ γὰρ ἃς γέγραφεν) Litteras intelligit, de quibus Ammianus lib. 20.

Ibid.

Ibid. C. lin. 2. 3. Ἀλλ' Ἐπίκλητόν τινα) Fuit eo nomine insignis quidam Arianæ sectæ fautor Episcopus, qui vt Constantio gratificaretur magna in Catholicos sæuitia grassatus est: de quo Athanasius ad Solit. Sed is Centumcellensis Episcopus in Thuscia fuit, non in Gallia. Forte Κεντυμκελλῶν, pro τῶν Γαλλιῶν scripsit Iulianus. At Ammianus, qui hæc ad Iulianum mandata perferret, Leonem Quæstorem in Gallias missum refert.

AD FRAGMENTVM EPISTOLAE.

HÆc illa lacinia est, quæ epistolæ ad Themistium intexta erat, vt ad illam monuimus: quam ideo separatam edidimus. Est autem epistolæ pars, quam ad Pontificem aliquem scripsit, vt in ea, qualem se domi forisque præstare eius ordinis homines deberent, exemplar statueret. Ac multa sunt in hoc Fragmento, quæ ad Christianorum imitationem a suis obseruari voluit. Quanquam aduersus sanctos Prophetas, & Christianos ipsos, quædam impie stolideque iaciat.

Pag. 295. B. lin. 2. καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον) Huius meminit in Cæsaribus. Vide Suidam.

Pag. 297. C. lin. 6. Θεοῦ τοῦ Διδυμαίου) Apollinis Didymæi: de quo Strabo, Plinius, Lucianus de Astrologia.

Pag. 301. B. lin. 9. 10. Καθάπερ γὰρ οὐδὲ ὁδοὺς) De hoc ritu insignis est Athenæi locus in fine sexti; vbi de antiquæ frugalitatis ac parsimoniæ vestigiis, quæ in sacris adhuc retinebantur: Ὁδούς τε γὰρ πορευόμεθα τετριμμένας καὶ ὡρισμένας, καὶ τετριμμένα φέρομεν καὶ λέγομεν ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ δρῶμεν ἐν ταῖς ἱερουργίαις, ἀφελῆ τε ταῦτα καὶ λιτά· καὶ οὐδὲν πλέον τῶν κατὰ φύσιν· οὔτε ἠμφιεσμένοι, καὶ περὶ τὰ σώματα ἔχοντες· οὔτε ἀπαρχόμενοι· ἐσθῆτάς τε ἔχομεν καὶ ὑποδέσεις εὐτελεῖς· πίλους τε ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα προβατείων δερμάτων δασεῖς· κεράμεα δὲ καὶ χαλκᾶ τὰ διακονήματα κομίζομεν.

AD CAESARES.

QVidam hunc librum eum esse suspicati sunt, qui & Κρόνια dictus sit: quos refellit Suidas, qui non solum distinguit, sed etiam e Croniis de Empedotimo locum affert, qui in Cæsaribus minime reperitur. Codex Henrici Stephani, qui in Londinensi bibliotheca seruatur, in Catalogo librorum eius recenset Συμπόσιον, ἢ Κρόνια. neque porro Cæsarum meminit.

Pag. 306. A. lin. 5. τὸ μὴ καταγέλαστα φράσαι) Huius loci sententia, quam non adeo retrusa sit, minime ab Interpretibus expressa est. Est autem eiusmodi *Quum Saturnalia sint, & hoc ipso tempore ridendi ac dicta iaciendi licentia tribuatur: tamen quod faceti nihil ac iocosi nouerim, res esse cura digna videtur, nil vt ridiculum ac frigidum in iocando mihi excidat.* γελοῖον hic pro iocoso sumitur: at καταγέλαστον pro frigido & inepto. quod Græci ψυχρὸν vocant. in quod incurrunt proprie, qui ἀφυῶς & inepte iocantur. Cicero in Oratore ad Bru-

Brutum de iocis scribens: *Vitabit etiam quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerumque sunt frigida.*

Ibid. B. lin. 2. ἀλλ' ἐμοὶ δὲ ἐ ταύτῃ) Quod alioqui vsuuenit, vt ludi ac ioci a cura ac solicitudine sint alieni, id in me secus accidit. Quum enim natura non sim factus ad iocandum, adhibenda mihi cura est, id vt non inepte faciam.

Ibid. D. lin. vlt. ἀλλ' εἴτε πλάσμα) Leg. ἀλλ' εἴτε πλάσμα λεγῃς Ερμῆ· πεπ. γ. ε. σ. Φράσω· εἴτε ἀληθές, &c. Perspicua sententia. Aut enim πλάσμα est, aut vera, aut ex vtroque ficta narratio.

Pag. 310. C. lin. 9. ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν) Vide Themistium Oratione V pag. 137.

Pag. 311. A. lin. 6. παίζειν κέλευε) Non quia *amor & deliciæ generis humani* dictus sit; id enim alienius est; sed quod in luxum ac libidinem pronior aliquando sit visus: atque inprimis Berenicen adamarit. Vide Sueton. cap. 7

Ibid. A. lin. 9. κλοιῷ δήσον) Male Interpres: qui & seipsum in Notis iam castigauit.

Ibid. B. lin. 7. τρὶς πέντε νείμαντες) Ergo XV annos imperauit Domitianus, non XIV. Quod in libro 11. cap. 19. de Doctrina Temporum adstruximus.

Ibid. D. lin. vlt. ἐ τὰ εἰς Ἀφροδίτην) Oblique capella noster Antoninum Pium libidinis arguit: quod in eum non cadit, quem constat frugi & laudatum Imperatorem fuisse. Auaritiæ quidem ac sordium, etsi non merito, ex co tamen insimulare videtur, quod priuatam in imperio seueritatem victus ac parsimoniam expresserit. Capitolinus.

Pag. 312. A. lin. 6. Βῆρε καὶ Λεκίε) Prior est Marcus; posterior Lucius Verus, qui cum Marco imperauit, eiusque gener fuit.

Ibid. B. lin. 4. 5. σπεδαῖον κηδεςὴν) Pompeianum Marci generum.

Pag. 314. A. lin. 2. Ἥλιός τε ὁ ἐμός δεσπότης) Vicem Aureliano rependit. Hic enim Templum Solis magnificum Romæ condidit, & opulentis donariis ornauit. Aurelius Victor, Zosimus, & alii.

Ibid. A. lin. 11. 12. ἐν ἐδὲ ὅλοις ἐνιαυτοῖς) Vide lib. 11. de Doctrina Temporum cap. 27.

Pag. 315. B. lin. 9. 10. Δεινῶς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανὸν) De Herculio, an Armentario loquitur? De priore crediderim: quem ardentem libidine fuisse tradit Aurelius Victor: reliqua vitia, quæ Iulianus hic memorat, non defuisse, fans historia testatur.

Ibid. D. lin. 2. Τὼ μὲν ἐν δύω) Maxentium & Maximinum interpretor

Pag. 316. B. lin. 2 τί γὰρ ἐχὶ κοινῇ) Οὐ νῦς: Cur enim Alexandrum excludemus? Nonne promiscue, ac sine generis discrimine, periculum virorum facturum instituturi præstantiorem quærimus? Ea nono est verbi δεόμεθα, vel aliis τιθέμεθα, quod in hac syntaxi non absurdum, neque peregrinum.

Pag. 318. D. lin. 5. Ἄρχει μὲν ἀγων) Hos versus recte in Scholiis ordinauit Cantoclarus. Vide Lucianum in fine Demonactis.

Pag. 320. D. lin. 11. Γερμανικὸν ἂν τῦτο) Ibi claudenda sententia. De Gallicis victoriis egerat, & de Rheno bis traiecto mentionem iniecerat quod est, inquit, Germanicum illud meum facinus. Tum antithesis pars altera. Alexandro

dro isti nemo in Getica expeditione se oppōsuit, adeocque impune grassatus est; mihi vero Ariouistus restitit.

Pag. 321. A. lin. 9. *πλέον ἢ τελακοσίας*) Vide Plutarchum.

Ibid. D. lin. 1. *Ὅτι ἐν περὶ τῶν πρωτείων*) Cor. *ἔτι*: ac mox; *καὶ ἐκ αὐτόθεν*: vt cum *δεινώσει* & stomacho proferantur ista. *Etiamne de principatu mecum certare perges; neque in præsentia cedes?* &c.

Pag. 323. B. lin. 1. *μικρὰ κονιάσας τὸν τοῖχον*) Prætermisit Interpres; Verte; *quum paululum tectorii parieti induxerit.*

Ibid. C. lin. 7. 8. *ἐδὲ ἡνίκα ἔδει*) Verte, *neque quum bellum ducere oporteret, prælium distulit.*

Pag. 325. C. lin 9. *ἄλλως τε καὶ μνησικακῶν*) Sueton. Aug. cap. 16. *Alii dictum factumque eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamauerit: etiam inuito Neptuno victoriam se adepturum. Ac die Circensium proximo solenni pompæ simulacrum dei detraxit.*

Pag. 327. C. lin. 8. *ὑπὸ δὲ τῆς οἴκοι*) Expunge particulam *δέ*.

Ibid. D. lin. 9. *ἢ τὰς ἀποδημίας*) Omnino ita legendum: nec audiendus Interpres, qui *ἐι* rescribit. Sensus est: promtius & libentius Getas mortem, quam peregrinationem suscipere.

Pag. 330. D. lin. 7. 8. *ὀργῆς, ἢ λύπης*) Legendum *ὑπ' ὀργῆς*.

Pag. 331. B. lin. 2. *πῶς οἴγε ἐΦέρεσθαι*) Cor. *ἐΦέρεσθε*. *qui exportamini pene mortui.*

Pag. 336. A. lin. 10. *Ὅστις Φθορεὺς*) Baptismum ac Pœnitentiam; duo peccatorum piacula, notat impius apostata. De quibus vulgarem paganorum querelam vide apud Augustinum libro quinquaginta Homiliarum, homilia vicesima septima sub finem.

AD MISOPOGONEM.

Irrisus ab Antiochensibus Iulianus, ac præcipue iactis in eius barbam dicteriis; hoc se Satyrico libello vltus est; quo, figurata sui reprehensione, in Antiochenorum mores ac luxum mordacem stilum exacuit. Meminerunt huius operis & argumenti Marcellinus lib. 22. Zosimus lib. 3. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Iulian. Socrates lib. 3. cap. 17.

Pag. 337. B. lin. 10. *ἢ πάλαι πολὲ ἐδόκει*) Antea legebatur, *ἢ πάλαι πολὲ ἀνετίθετο τοῖς πλεῖςτιν ἀδίκως*. Nos ex veteribus membranis emendauimus. Nam priora illa vix interpretari possis.

Pag. 338. A. lin. 6. *ὅπερ ὁ Ἰσμηνίας*) Cicero in Bruto cap. 50. id Antigenidam discipulo suo frigenti ad populum dixisse refert.

Ibid. D. lin. 4. 5. *ὅπερ ἤδη τις ἔΦη*) Theocritus Eidyll. 12.

Ibid. D. lin. 9. 10. *καὶ μὴ τὰς ἀτρίπτες ὑμῶν*) Odyss. Φ.

Οὐδέ μιν ἐκλάνυσε· πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων
Ἀτρίπτες, ἁπαλάς.

Themistius Orat. 11. pag. 253.

Pag. 339. B. lin. 5. 6. *ὑπὸ τῶν καλάμων*) Ita ex Anglicano codice. Legebatur hactenus *πλοκάμων*. Quæ vox si cui præferenda videtur, *πλόκαμον* pro pilis

ſumetur, qui manibus & brachiis innaſcuntur. Quæ ſententia vti loco huic apprime conuenit, (nam de hirſutie membrorum ſuorum loquitur) ita πλοκάμυς hac ſignificatione inſolens eſt acceptio.

Ibid. C. lin. 9. 10. ἔξω τῆς νεομηνίας τȣ̃ ἔτȣς) Calendæ Ianuariæ & apud ethnicos veteres omni laſciuiæ & hilaritatis publicæ genere celebratæ ſunt, & a Chriſtianis perdiu non abſimili voluptate tranſactæ. Herodianus lib. 1. S. Maximus Orat. de Calendis Ian. Auguſt. Epiſt. 64. Prudentius:

- - - Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpiciis, epuliſque ſacris: quas inueterato
Heu! miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta Calendarum.

Tertull. de Idololat. cap. 14. *Nobis, quibus Sabbata extranea ſunt, & Neomenia, & feriæ aliquando a Deo dilectæ, Saturnalia, & Ianuaria, & Bruma, & Matronales frequentantur; munera commeant; ſtrenæ conſonant; luſus, conuiuia conſtrepunt.* His addendus eſt & Canon 62. Trullanæ Synodi: τὰς ȣ̃τω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλȣ́μενα Βρȣμάλια, καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τȣ̃ Μαρτίȣ μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελȣμένην πανήγυριν, καθάπαξ ἐκ τῆς πιςῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βȣλόμεθα. *Calendas, quæ ſic appellantur, & quæ vocantur Brumalia; tum celebritatem illam, quæ Calendis Martiis agitari ſolet, funditus ex fidelium vſu & inſtituto abrogari volumus.* Brumalia ſunt Saturnalia. *Vota* porro certus hilaritatis publicæ dies: ac fortaſſe III Non. Ian. qui votorum nuncupationi dictus L. 233. de Verb. ſignific. vt olim ab eruditis viris obſeruatum eſt. In Calendario Conſtantini ad eum diem adſcribitur: *Votorum nuncupatio.* Alioqui *Vota* pro conuiuiis, maxime nuptialibus, ipſiſque adeo nuptiis, vſurpantur. Ambroſius Serm. 25. *Solent autem homines, ſicut mos eſt, in votis ſuis, hoc eſt nuptiis, præcipue ſaltare, vel canere.* Idem in Epiſt. ad Epheſ. capite 3. *In magna vota maxima dantur apophoreta.* Auguſtin. lib. 11. de Geneſ. ad lit. cap. 41. *Niſi forte ſponſa erat a patre tradenda, & expectanda erat votorum ſolemnitas, & conuiuii celebritas.*

Ibid. D. lin. 5. καθάπερ ὕπαρχος) Mihi haud integer hic locus videtur, etſi vtcumque ſententiam exprimo: ſed non penitus cohæret.

Ibid. D. lin. 8. 9. ἀναμιμνήσκεσθε νῦν ἥβης ἐκείνης) De Conſtantio ita loquitur, non de ſe; vt putauit Interpres.

Pag. 340. A. lin. 9. ἐξ δὲ τȣ̀ς πάντας θεώμενος δρόμȣς) De quatuor & viginti, qui erant ordinarii.

Pag. 344. C. lin. 7. 8. ἀναπίμπλανται τὰ ἱερὰ) Leg. ἀναπίμπλατε.

Pag. 346. C. lin. 9. καὶ ὧν ἔξεσι μετέχειν) Ludos intelligit & ſpectacula, quibus Chriſtiani non minus, quam gentiles, aderant; magna ſanctiſſimorum Præſulum querela: quam toties inter alios Chryſoſtomus replicat.

Pag. 348. A. lin. 8 9. ὁ δὲ αὐλικὰ μὲν ἠρνήσατο) Aliter Plutarchus in Demetrio. Nam ſuperſtite adhuc parente nouercam duxiſſe refert Antiochum Demetrii Poliorcetæ filium.

Ibid. D. lin. 3. Ὅθεν δὴ καὶ τὸ γένος) Significat ex Myſia ſe originem accepiſſe.

Pag. 349. D. lin. 5. Μύκωνος ἀγροικία τις) Leg. videtur Μυκόνιος ab inſula Mycono. De hoc prouerbio Euſtath. in Odyſſ. ρ. Suidas, Zenobius.

Pag. 350. A. lin. 4. Οἱ δὲ τȣ̀ς κεκλημένȣς τὴν γῆν αἰτιῶνται) Obſcurus hic Iuliani

liani locus eſt: de quo ſic accipe. Scribit Ammianus lib. 22. Iulianum *nulla probabili ratione, ſuſcepta popularitatis amore, vilitati ſtuduiſſe venalium rerum; quæ nonnunquam ſecus, quam conuenit, ordinata inopiam gignere ſolet & famem.* Neque ab Antiochenis magiſtratibus deterreri potuiſſe. Igitur, quod venalibus rebus vilius pretium edicto ſuo ſtatuiſſet, propterea inſtitores ſibi infenſos reddidit. (Nam κάπηλος generalius hic vſurpatur, quam ratus eſt Interpres, qui *cauponem* vertit.) Quumque inſtitores illi iniquitatem taxati pretii cauſſarentur, quod fruges atque prouentus carius ab agrorum dominis emerent; & iſtos etiam officium facere eodem edicto compulit. Quæ in hominum genera duo decreta feueritas ac diſciplina, in primores ciuitatis ac magiſtratus redundauit, qui & inſtituram faciebant, & agros poſſidebant. Ita dupliciter mulctabantur. Suſpicor autem lin. 8. 9. expungendam vocem τῶν ζημίαν, vt ſit oratio perſpicua magis.

Ibid. D. lin. 3. 4. ἀλλ' Ἀχαρνέα) Alludit ad Acharnenſes illos Ariſtophanis in eius nominis Comœdia.

Pag. 352. A. lin. 10. ὁμώνυμος δὲ τοῦ τὸν Ξέρξην) Mardonius appellatus eſt vterque.

Ibid. B. lin. 1. 2. περὶ μηνῶν μὲν εἴκοσι) De Euſebio Conſtantii cubiculario præcipue loquitur: qui illo imperante rerum potiebatur. Ammianus lib. 21. refert, obiiſſe Conſtantium III Non. Octobr. Tauro & Florentio Coſſ. qui eſt Chriſti CCCLXI. Idem ſequenti libro ſub exitum anni CCCLXII Iulianum Miſopogonem ſuum elucubraſſe prodit: egreſſum autem Antiochia contra Perſas III Non. Mart. anni CCCLXIII. Interuallum ab obitu Conſtantii ad tempus, quo Miſopogonem ſcripſit, menſes non pleni XV. At Iulianus εἴκοσι numerat. Neſcio an mendum ſit.

Pag. 354. A. lin. 7. 8. δυνατὰ μὴ μόνον αὐτὸν ἔχειν) Scribe, καὶ δύναται μὴ μόνος αὐτὸς ἔχειν. Alioquin abſona videtur lectio.

Ibid. C. lin. 6. ὡς δὲ καὶ πολίτης ὑμέτερος) Libanium ſignificat.

Ibid. D. lin. 6. ἐπὶ ταῖς μεσιτείαις αὐτὸ ἐταξάμην) Hæc non ſatis explicata ſunt.

Ibid. D. lin. 10. τί τοῦτο, ὦ μωρέ, πρὸς σὲ κοινωνεῖ) Scribe πρὸς σέ; κοινωνεῖν ἐξὸν, &c. ἀφεὶς τὸ κέρδος ἔχθραν ἐπαναιρῇ. Nam in prima editione legitur ἀφεῖσθαι κέρδος. Recepta autem lectio boni ſenſus inanis eſt.

Pag. 358. A. lin. 3. 4. Ἀλλ' ὁ Ῥωμαῖος Κάτων) Plutarchus in Pompeio.

Ibid. C. lin. 9. Δαμοφίλῳ τῷ Βιθυνῷ) Hic ille videtur eſſe Damophilus, qui Marco Imperatore floruit. De quo vide Suidam.

Pag. 360. A. lin. 6. 7. ὡς ἐνεδήησεν ἔτι κοτυλιστοῦ) Verum κοτυλιστὴς ad illud genus ludi pertineat, de quo Pollux, Athenæus, Euſtathius, non temere dixerim.

Ibid. D. lin. 4. 5. ὅτι παρ' ἐμοῦ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἀνατέτραπται) Alludit ad effigiem numis impreſſam. Nam taurus erat in ara reſupinus; quo ſymbolo mundum ab Iuliano ſubuerſum Antiochenſes ſignificari dicebant. Vide Socrat. lib. 3. cap. 17.

Pag. 361. A. lin. 1. τὰς ἀστυγείτονας ἐσυκοφαντήσατε) Syriæ Palæſtinæque vrbes intelligit: quod edictum Iuliani de templis Deorum aperiendis, ac ſacrificiis inſtaurandis, in Chriſtianorum eccleſias ac ſepulcra, ipſoſque adeo Chriſtianos, omni crudelitate graſſatæ ſunt; vt Heliopolitani, Gazenſes, Arethuſii, aliæque ciuitates: de quibus Socrates, Theodoretus, Sozomenus.

Ibid. B. lin. 6. 7. τὸν νεκρὸν τῆς Δάφνης) S. Babylæ martyris reliquias, quas auferri inde iussit: vt iidem illi Historiæ ecclesiasticæ Scriptores, aliique memorant.

Ibid. D. lin. 3. 4. Δεκάτῳ γάρ τοῦ μηνί) Immo ἑνδεκάτῳ. Nam Lais vndecimus est mensis a primo, qui est Hyperberetæus.

Pag. 362. D. lin. 2. τὰς ἑορτὰς τοῦ Μαιουμᾶ) De hoc festo vide Suidam. Theophanes in anno III Leonis filii Copronymi: ὁ δὲ βασιλεὺς ποιήσας Μαιουμᾶν ἐν Σοφιαναῖς ἐκάθισεν ἐπὶ σένσου, μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Paulus Diaconus lib. 23. *Praeterea Maiuma facta Imperator in Sophianis sedit in solio cum filio suo.* Vide lib. 11. Cod. Iust. Leg. vnica tit. 45. de Maiuma.

Pag. 363. C. lin. 7. 8. τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν) Non satis explicatum mihi est, quinam sint κρατοῦντες illi; nisi custodes loci genios intelligit. quorum se dulitatem ac vim diuina potentia frustrata est, quæ, vt Antiochenses vlcisceretur, incendium illud immiserit.

Pag 364. C. lin. 9. ἐμαυτὸν ἐπιδείξας) Leg. ἐπέδειξα, vt & infra.

Pag. 365. A. lin. 6. οὐδὲ ἐνεμάμεθα τὰς προστασίας) Interpres, *Praefecturas depasti sumus.* Melius verteris, *patrocinia distribuimus.* Nempe certorum ordinum corporumue tutelam ac defensionem indicat; vel rerum ac negotiorum apud Imperatorem curationem, cuiusmodi suffragationes principibus viris quæstuosæ sunt.

Ibid. A. lin. 7. οὐδὲ παραδυναστεύειν ὑμῖν) Scrib. ἡμῖν. Et eodem, quo proxime superior, sententia pertinet. Tantum, inquit, primoribus ac Magistratibus gratiæ apud nos & auctoritatis tribuere noluimus, vt ea potestate freti pro Imperatore se gererent, ac vos opprimerent.

Pag. 366. C. lin. 9. ἵνα μὲ καὶ ὑμεῖς) Deest aliquid. Forte pro ἵνα με ἔγραψα δέ· καὶ ὑμεῖς, &c. vt significet, se neque facto neque scripto læsisse ipsos.

Pag. 367. B. lin. 10. 11. καὶ τῆς ἀναφροδισίας) *Veneris odium* Interpres, haud recte. τὸ ἀναφρόδιτον opponitur τῷ ἐπαφροδίτῳ. Hoc autem *scitum*, & *elegans* significat. Illud ergo *infacetum*, & *absonum*, atque *inelegans* est. & ἀναφροδισία *rusticitas*, *inurbanitas.*

Ibid. D. lin. 5. 6. ἔπειτα τοῦ βουλευτηρίου τὸν κατάλογον) Zosimus lib. 3. ὁ δὲ βασιλεὺς βοηθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθος πολὺ παραδοὺς βουλευτῶν ἐκ πατρὸς εἰς τοῦτο καταγομένων, καὶ ἔτι ὅσους ἔτυχον τεκοῦσαι βουλευτῶν θυγατέρες· (ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν, &c.) *Imperator vrbem, vt æquum is ferebat, subleuata, eique magno Senatorum concesso numero, qui a parentibus ex eo ordine genus ducerent, quos Senatorum filiæ peperissent. quod paucis ciuitatibus tributum scimus.*) Hoc vero non tam iis, qui adscribebantur, quam ciuitati ipsi gratum erat & honorificum. Illis enim oneri potius fuit in Senatum referri: quod & plerique defugiebant propter collationum ac præstationum onera, de quibus ad Epistolam XI plenius dicetur. Ideo mox ait, se ducentos illos in Senatum allegisse *nulli parcentem*, φεισάμενος, inquit, οὐδενός, nullius *bonunus* habita ratione, non *rei*, vt male Interpres. Nam potentiores quique ac locupletiores, id, vt dictum est, oneri sibi ducebant. Quare cogendi fuerunt.

Ibid. D. lin. 10. 11. ἀπὸ τῶν ἐπιτροπευσάντων τοὺς θησαυρούς) Præfectos thesaurorum, & Comites intelligit: de quibus Notitia; qui sub dispositione Comitis sacrarum largitionum erant: sic οἱ ἐργασάμενοι τὸ νόμισμα sunt Procuratores mone-

monetales. De vtrisque, præter Notitiam, vide quæ accurate & erudite nuper explicauit Iacobus Gutherius noster lib. 3. de Officiis domus Augustæ.

Pag. 368. A. lin. 11. 12. *καὶ λειτουργίᾳ τῶν ἀνθρώπων*) Mendosa erat antea lectio: cui tamen deesse nonnihil arbitror. Forte *ὑπεβάλετε λειτουργίᾳ τὸν ἄνθρωπον. ἄλλον ἐπ' ἀγορᾶς*, &c. Duo licentiæ popularis exempla memorat: Alterum, quod quum ex duplici illo ordine delectum eorum facere, quos in Senatum adscriberent, permisisset; illi quempiam, simulatque nominatus est, renitentem vtique, & caussas suas allegantem, pendente adhuc lite, functioni subiecerunt, quum expectari sententia debuerit. Alterum, quod quum e locupletibus duntaxat optandi Senatores copiam fecisset, iidem pauperem hominem vi in eam conditionem intruserint. Sed manca, vt apparet, sequentia sunt. Sententiam quidem ipsam propemodum expressimus: a qua plurimum abhorret Interpres. Finge ita scripsisse Iulianum: *ἄλλον ἐπ' ἀγορᾶς εἱλκύσατε πένητα. οὕτως ἐκ τῶν ἀπανταχοῦ μὲν*, &c. Mox: *πρὸς χρυσίον, συρφετὸν ἀπορούντα μετρίας οὐσίας, εἵλεσθε κοινωνόν*. Vbi *συρφετὸν* itidem vocat, vt Latini *fæcem*. Antiochenses, ait, istiusmodi homines egestate pressos, quos ciuitates aliæ contemnunt ac destituunt, auro contra permutare, & in pretio habere.

Ibid. C. lin. 7. 8. *Πάντα γέμει· πάντα πολλοῦ*) Omnia plena sunt, id est, abundant; & nihilo secius caro væneunt.

Pag. 369. B. lin. 8. 9. *εἰ δὲ τοσαῦτα μέτρα*) Difficilis est totius huius loci sententia, quam nos ita concepimus: Erat Antiochiæ, vti cæterarum rerum, puta vini, olei, penes diuites satis magna copia; ita frumenti ingens inopia. Hanc vt leuaret Imperator, e Chalcide, & Hierapoli, atque oppidis aliis, frumentum curauit: quo consumto, quidquid priuatim sibi ex Ægypto erat aduectum, Antiochenis vili pretio addixit. Nam XV modios aureo numo vendidit. Qua re animaduersa, diuites nouum omne frumentum, quod in agris erat, peregrinis vendiderunt; vti carius, quam in vrbe, distraherent. Ita famis periculum patriæ suæ obiecerunt. Etenim si æstate XV modii aureo constabant; plane hieme, & quidem asperrima, quæ subinde æstatem illam excepit, pauciores quindecim, nimirum quinque, eodem pretio vænire oportuit. Ita Iulianus.

Ibid. C. lin. 9. *καὶ οὐχὶ πόλις μόνον*) Credo aliquid omissum. Nam abrupta videtur ac pendens nonnihil sententia. De qua sic habeto: Iulianus frumenti solius ac panificii vilem fecit annonam: id est solos frumenti XV modios solido vno vendidit. Antiocheni vero præter frumentum, vini quoque, olerum, & fructuum vbertatem & copiam optabant. Confer hunc cum altero loco pag. 350. vbi querelas de se Antiochenorum exponit, quod panis solius copiam, non etiam vini, piscium, & auium præstitisset. Hic autem probris affectum se dicit, quod vinum, & olea, fructusque non siuisset *ἀποδίδοσθαι χρυσοῦ*, auro vendi. Vbi *χρυσοῦ*, id est *aurum*, non *χρυσοῦν*, id est, *aureum nummum* intelligi puto. Quum enim a diuitibus immani hactenus pretio tam frumentum, quam vinum, cæteraque minus, quam frumentum, ad victum necessaria plebs emeret; Iulianus frumenti solius suppeditata copia, hac ex parte penuriam subleuauit. Verum quum edicto suo carnium, vini, rerumque cæterarum pretia viliora statuisset; diuites illi publice ista vendere desierunt: quæ quum ab Imperatore curata non essent, inde plebis ortæ querelæ.

Pag. 370. D. lin. 5. *γῆς κλήρους ἔφατε*) Aliud ingrati animi specimen exprobrat Antiochenis. Nam quum agri *κλῆροι*; id est *sortes*, ad tria millia vacarent, caducæque essent, mortuis hæredibus; eas postulanti ciuitati Iulianus attribuit.

 Sed

Sed quum pauci locupletes illas inter se diuisissent, mox ademtas idem ad sumtus ludorum ac spectaculorum, præsertim Circensium, publico restituit: quod per Iulianum patruum suum administratum esse dicit.

AD EPISTOLAS IVLIANI NOTAE.

AD EPISTOLAM I.

PAg. 372. A. lin. 8. ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος) Nihil mutandum est; neque ἐνιαυτὸς pro ἐκεῖνος, vt quidam nuper recensuit, scribendum. Neque absurdum est, Nilum dici ea suppeditare, quæcunque tandem suppeditat: vt quasi contemtim id referat.

Ibid. C. lin. 1. μὴ ἂν ἄλλα τὰς χρείας) Subaudi, immo adscribe, γενέσθαι. Nam si subaudiatur, minus erit tolerabilis oratio. Ex leporibus ac veneribus, quæ in eius oratione ac verbis apparebant, certo se auctorem agnouisse refert. Nihil aliud sibi Iulianus voluit.

Ibid. C. lin. vlt. εἰ τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτὴν) Mirum quid in mentem venerit erudito viro, vt ita vertendum putaret: *Lætabar, quod cupidam tui patriam vel breui tempore agniturus esses.* Quasi ζηλωτὴ cupidam significare posset: tum ἀπέφηνας *agniturus esses*. Nihil alienius. Sententia planissima est: ex Ægypto reditum in patriam gratulatur, tametsi breuem in ea moram esset acturus; quod vel tantillo tempore beatam præsentia sua facturus esset.

Pag. 373. A. lin. 3. 4. τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα) Nihilo melius idem ille *inimicum capiti aerem* dici contendit τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα. Recte enim interpres cœlum, id est, aerem, qui supra caput diffusus est, intellexit.

Ibid. D. lin. 2. καὶ παίδων πατέρα) Male alteram lectionem reponit idem, πατρίδα, pro πατέρα, neque tolerabilius interpretatur.

AD EPISTOLAM II.

IBid. D. lin. 3. Προαιρεσίῳ) Baroccianus codex addit Σοφιστῇ.

Ibid. D. lin. 8. ἐφ' ἅπασι) Idem Baroccianus ἐπαφιᾶσι, rectissime. Vnde & castiganda versio.

Ibid. D. lin. 9. καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα) *Æmulantem Periclem*, non *eloquentia Pericli parem*; quod Interpres posuit. De Prohæresii eloquentia copiose scripsit Eunapius. Huic tamen antepositum a Iuliano Libanium scribit Suidas, vt illum vreret: nimirum, quod Christianus esset; vt in Chronico refert Hieronymus, & Eunapius in calce vitæ eius.

Pag. 374. A. lin. 9. τὰς αἰτίας) Baroccianus τῆς καθόδου τὰς αἰτίας, & mox πάντα ἀπαγγελῶ σοι. Idem καὶ ἀποδείξεις.

AD EPISTOLAM III.

IBid. C. lin. 8. πρὸς Ἑρμοῦ, καὶ Μούσης) Baroccianus Μουσῶν ταχέως. ἔπει καὶ. Quod longe est aptius.

Ibid.

Ibid. D. lin. 7. 8. καί μοι καὶ τὴν γλῶτlαν) Scribe ex eodem, καί τοι μοι.

AD EPISTOLAM IV.

PAg. 375. A. lin. 1. Ἀρισομένει) Baroccianus Ἀρισοξένῳ.

Ibid. A. lin. 8. παρὰ τῶν ἀπλῶν) Immo ex Barocciano ἁπλῶς.

Ibid. C. lin. 4. περὶ Διὸς ξενίε) Baroc. Φιλίε.

AD EPISTOLAM VI.

PAg. 376. B. lin. 7. 8. καὶ τῇ αὐτῇ χειρὶ) Scribe αὐτῇ. *Et eadem manu*: quod passim in epistolis legitur, quum finita epistola aliquid additur.

AD EPISTOLAM VIII.

IBid. D. lin. 6. Γεωργίῳ) Baroc. addit καθολικῷ. quod nomen erat Procuratoris Cæsaris.

Ibid. D. lin. vlt. καὶ εἶδον ἤδη) Baroc. ἰδών.

Pag. 377. A. lin. 7. 8. ἀλλ' ἤδη καὶ μικρῷ) Corr. ex Barocciano ἤδει. Ita legendum fuerit ἐγκλεῖσαι. Mox idem codex recte habet αὐτε pro αὐτὸν, versu sequente, lin. 10.

Ibid. B. lin. 3. τῇ τέχνῃ ἐψύχωσlαι) Baroccianus ἀλλὰ τὴν τέχνην ἐμψύχωσαι.

Ibid. B. lin. 10. 11. τὸ θαῦμα τῆς τέχνης ἔχεlαι) Baroc. κέχυlαι.

Ibid. D. lin. 2. 3. τε δὲ καλά σε Φιλικε δέη) Addit Baroc. καπνε.

AD EPISTOLAM IX.

PAg. 378. A. lin. 6. περὶ δὲ καὶ ταῦlα) Non recte vertit Interpres. Scribe: *qui & istos facile suffurari clanculum moliuntur.* Non contenti, inquit, auro, quod ex Georgii bonorum direptione compararunt; librariam etiam supellectilem compilare student. De hoc Georgio vide omnino Epiphanium Hæresi LXXVI.

AD EPISTOLAM X.

HAnc epistolam describit Socrates lib. 3. cap. 3.

Pag. 379. A. lin. 11. ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπlε) Scrib. ὁ ςρατηγός. vel ἔπαρχος. Sed priorem vocem scripti codices apud Socratem exhibent. Iidem & συλήσας pro ἀποσύλας habent.

Ibid. B. lin. 10. 11. ἑαυlὸν παρεΦύλατlεν) Veteres codices apud Socratem ὅς αὐτόν. Quod ad ςρατηγὸν refertur. Sed πόρρωθεν non est, quod putauit Interpres, *absens*; sed aliud quiddam, quod vna voce declarari Latine non potest. Nimirum cum ipsa administrandi ratione, & omni occasione, præ se ferunt Præfecti cujusmodi esse velint.

Pag. 380. B. lin. 4. τὰ κοινὰ γεν ἐυνομεῖσθαι) Vet. ἐυλαβεῖσθαι.

AD EPISTOLAM XI.

IBid. D. lin. 8. Τὰς βελευlὰς πάνlας) Senatorum prædia, quas *glebas* Iurisconsulti vocant, descriptionibus & collationibus erant obnoxia. Cuius instituti auctor Constantinus M. vt refert Zosimus lib. 2. qui & tributi genus illud *follem* vocatum esse scribit. Propterea Senatores possessiones suas profiteri iubebantur: ac si quis

si quis aliquid occultasset, id ipsum fisco vindicabatur. *Leg. 11. Cod. Si quis Senatorium.* Ac qui nullas possessiones habebant, ii folles duos præstabant; si ad Consularem dignitatem, aut sublimiorem potestatem prouecti essent, *Leg. ead.* Postea ad septem solidos pauperiorum redacta præstatio est. De qua re vide quæ in Epiphanianis Animaduersionibus obseruauimus pag. 432. & 433. Porro tributum illud, quod prædiis imponebatur, *aurum glebale* dicebatur, vt & possessio ipsa, *gleba Senatoria.* quam pensitationis onus sequebatur. Lib. 6. Cod. Theodos. Tit. 2. Leg. 10. *Glebam possessionum, non personarum esse perspicimus; ac propterea necesse est, vt illis immineat exactio, qui ex eadem re reditus consequuntur.* Quare tametsi possessiones alienarentur, ad quoscunque translatæ essent, nihilominus fisco erant obnoxiæ. Synesius Epist. 38. Herodem cognatum suum Aureliano commendans, ὅς τις, inquit, ἐκ προγόνων λαμπρότατος ὤν, καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος, ἐπειδὴ γέγονεν ἡγεμὼν, ἀξιοῦται συντελεῖν, ὥσπερ οἱ νεόβουλοι, καὶ γενέσθαι διπλοῦς λειτουργὸς, τὸ μέν τι διὰ τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ δι' ἣν ἦρξεν ἀρχήν. *Qui clarissimis ortus maioribus, postquam in paternam glebam Senatui obnoxiam succesit, ac deinde Dux factus est, in eundem, in quem noui Senatores, collationis modum includitur, vt duplici præstatione fungatur; altera possessionis nomine, altera propter eum, quem gessit Magistratum.* Πατρῴαν βῶλον nominat, *glebam paternam*; quam Senatui obnoxiam fuisse dicit, quod Senatoria collatione teneretur. Ex quo hic apud Iulianum nostrum legendum coniecimus πατροβώλους, pro πατροκόλους. Hæc enim vox nihili est: quæ tamen hactenus viros eruditos admodum torsit, & in absurdas diuinationes opinionesque distraxit. At πατρόβωλοι, sunt qui πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ nacti sunt, vt loquitur Synesius. Eam nobis coniecturam affirmauit Anglicani codicis lectio, quæ πατροβόλους habebat: sed πατροβώλους omnino legendum est. Iulianus ergo Senatores omnes, nec non eos, qui obnoxiam glebam possidebant, ac Senatorium ordinem ideo defugerant, a se retractos ait, & ad legitimæ pensitationis onera compulsos; iis exceptis, qui in vrbe primaria militauerant. Nam & functos publico aliquo magistratu ab ista necessitate liberatos indicat Lex 2. Tit. 2. lib. 6. Cod. Theod. nempe, *quos Palatinæ honore militiæ & stipendiis approbatos, debita potius, quam postulata Senatorii ordinis societas adno auerit.* Sed hæc Iuliani tempore posteriora sunt. Ad quod potius spectat lex 2 Cod. Theod. de Honorariis codicillis, qua Constantius mulctari iussit eos, qui *fugientes obsequia curiarum, vmbras [illegible] omina affectauerint dignitatum.* Vnde constat, ab Senatoriis oneribus immunes fuisse, qui reuera splendidam illam militiam obierant. Quinetiam Iulianus idem epist. 25. medicinæ professores, qui emeriti in Senatorium ordinem adscripti fuerant, a Senatoriis functionibus liberat.

AD EPISTOLAM XII.

PAg. 381. D. lin. 6. ὥσπερ Ἀσυδάμας) Vide Suidam, & Parœmiographum.

AD EPISTOLAM XIV.

PAg. 382. C. lin. 9. Λιβανίῳ) Barocciaus addidit Κυαίστωρι.

Ibid. D. lin. 4 5. προστατεύω (προσταπέδωκα) τῆς ἀναγνώσεως) Baroccianus τῇ ἀναγνώσει.

AD

AD EPISTOLAM XV.

PAg. 383. A. lin. 6. 7. τοῖς πολεμικοῖς ὁμιλῇ συνθήμασιν) Martinius *bellica signa*. Editores epistolarum Græcarum *bellicas res*. Nos *præcepta rei militaris* maluimus. Hesychius συνθήματα, μαθήματα, ποιήματα.

AD EPISTOLAM XVI.

Ibid. D. lin. 1. τὴν σὴν ἀκοήν) Baroccianus τὴν σὴν ἀκτῖνα.

AD EPISTOLAM XVII.

SCripsit, opinor, hanc epistolam Iulianus illo tempore, quo Imperio sumto, contra Constantium e Gallia profectus est. Nam suspensus adhuc de rei totius exitu, de Eusebio eunucho queritur: ac se, vti commissam sibi prouinciam ab illius iniuriis ac vexatione liberaret, in apertam defectionem erupisse memorat. Ad hæc Eusebium eundem significat commentarios quosdam contra se Constantio dedisse.

AD EPISTOLAM XIIX.

EUgenium hunc, ad quem scribit Iulianus, Themistii patrem fuisse, coniectura non leuis est. Fuit enim & iste Philosophus, & quidem insignis; si filio de patre prædicanti fides adhibetur. Vide enim Orationem Themistii secundam.

AD EPISTOLAM XIX.

PAg. 387. B. lin. 1. εἰκάσειεν εἰς σὲ πρέπειν) Forte εἰκάσειεν ἄν τις πρέπειν.

AD EPISTOLAM XX.

PAg. 388. B. lin. 5. 6. καὶ παρίππῳ) Meminit parhippi Iulianus ipse ad Mamertinum rescribens lib. 8. Cod Theodos. Tit. 5. lege 14. his verbis: *Et quanquam, quid sit parhippus, & intelligere & discernere sit procliue, tamen ne forte interpretatio deprauata aliter hoc significet, Sublimitas tua noscat, parhippum eum videri, & habendum esse, si quis vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat.* Quæ verba extant lib. 12. Cod. Iustin. Tit. 51. lege 4. Quem ad locum Bartolus & Alciatus πάριππον eum dici putant, qui præter numerum veredorum, qui diplomate, siue euectione, permittitur, vnum insuper vsurpat: quod & rescripti verba ipsa declarare videntur. Verum non potest ista vocabuli significatio ad hunc Iuliani locum transferri. Quippe nominatim in tractoria copiam facit Eustochio vehiculi vnius, & parhippi: quemadmodum & epist. 31. ad Aetium. Præterea Theodoricus rex, apud Casiodorum lib. 5. epist. 5. ad Manniam Saionem, perspicue aliud esse parhippum docet, quam quod magni isti Iurisconsulti volunt. Nam ita scribit: *Et de illis quoque pari seueritate censemus, qui supra euectionum numerum cursuales equos vsurpare præsumunt. Parhippis quinetiam non vltra quam centum libras iubemus imponi.* quod & epist. 47. libri 4. præceperat. Quibus verbis liquet, parhippum neque eum appellari hominem, qui supra numerum euectione finitum cursualem vnum vsurpat; neque crimini perpetuo dari. Quocirca πάριππον interpretor equum singularem, qui præter duos illos, quibus vehiculum trahitur, tertius adhibetur: cui, vt expeditior sit, supra centenas libras Theodoricus imponi

vetat. Neque vero aliter in Iuliani rescripto illo vtriusque Codicis vocem eandem acceperim. Quippe quum ita scribit: *Parhippum eum videri, & habendum esse, si quis vsurpato vno*, &c. sic intelligendum est, quasi diceret, parhippum esse veredum, qui extra ordinem commouetur. Nam ex facto ipso, quæ sit nominis proprietas, explicare voluit. Vt si quis, quid fœnus esset exponens, ita loqueretur: Fœnus est, si quis mutuo data pecunia supra sortem aliquid accipit: minime ex eo consequens sit, hominem ipsum, qui vsuram capit, fœnus appellari. Eodem modo parhippi vsum interpretor in illa Iuliani lege: sed ita tamen, vt quum parhippus alias licitus fuerit, quum diplomate potestas eius fieret; alias illicitus: de hoc posteriore mentionem lex ista faciat; priorem Iuliani epistola contineat.

Ibid. B. lin. 8. *τὴν Ἐυοδίαν ἐυμενῆ*) Vide quæ ad Themistii Orat. 13. obseruauimus pag. 669.

AD EPISTOLAM XXII.

PAg. 389. C. lin. 7. 8. *γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ὁπλοφορησάντων*) Symmachus Epist. 67. libri 3. *Huiusmodi quippe veteranis prærogatiua debetur, vt illis protectorum dignitas, tanquam pretium longi laboris, accedat.* Vide Procopium in Ἀνεκδότοις, pag. 106.

AD EPISTOLAM XXIII.

Ibid. D. lin. 5. *ὅτι δ' ἀπέφυγον*) Vetus, *ὅτι διαπέφευγας.*

AD EPISTOLAM XXIV.

PAg. 390. B. lin. 10. *τὰ μακροκένλους ἐκαλόν*) Varia potest esse vocabuli huius acceptio. Interpres *oblongas* vertit: quod haud scio an rectum sit. Suspicabamur ab eo, quod est *κέντρον*, *μακροκένλρους* appellari, quæ longiore sunt pediculo: *κέντρον* enim paullo post pediculum vocat. Plinius vero lib. 15. cap. 18. inter ficuum genera porphyritidas nominat, longissimo pediculo.

Pag. 391. A. lin. 4. *Καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησίν*) Etsi non verbis, reipsa tamen & sententia, idipsum libro de Internis affectionibus scripsit Hippocrates; sed de cocto. *Τὸ γὰρ μέλι τὸ ἑφθὸν, καυματῶδές ἐστι, καὶ προσπλάσσεται τῇ κοιλίῃ. ἔπειτα ὁκόταν καλεψηθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναζέεται, καὶ ἐξαπίνης ἡ γαστὴρ ἀείρεται, καὶ πίμπραται, καὶ δοκέει διαῤῥήσσεσθαι. Mel coctum æstuosum est, & ventri adhæret. Postea quum concoctum fuerit in ventre, efferuescit; & venter derepente attollitur, & ardet, ac dirumpi videtur.* Hæc attuli, vt intelligeretur quid sit apud Iulianum *πικρὸν τὴν ἀνάδοσιν.* Non enim audiendus Interpres, qui vertit *odore amarum.* Ἀνάδοσις *cibi confectio* ac *digestio*, siue, per omnes corporis partes alimenti distributio. Galenus libro tertio de facultate alimentorum, capite de melle, scribit mel suapte natura esse *λεπτομερὲς*, *tenue*, ac ventrem insita quadam acrimonia proritare, ante vt egeratur, quam percoqui digerique possit. *τοῦτο οὖν ἀφαιροῦντες αὐτῷ, πρός: ἀνάδοσίν τε, καὶ πέψιν ἐπιτηδειότερον ἐργαζόμεθα. Hoc igitur detrahentes ipsi, ad digestionem & concoctionem aptius reddimus.* Id vero aquæ mistione, & vtriusque coctione, perfici. Tum enim, ubi despumauerit, *ἀναδίδοται οὐ βραδέως.*

Ibid. B. lin. 4. 5. *Σῦκον δὲ οὐκ αἰσθήσει μόνον ἡδύ*) Vide Galenum lib. 2. de aliment. facult. & Athenæum lib. 3.

Ibid. C. lin. 9. 10. Θεόφραςος δὲ ὁ καλὸς) De ficubus, & earum insitione, Theophr. lib. 2. Hist. Plant. cap. 1. & 7. nec non lib. 1. de causis cap. 6.

Pag. 392. C. lin. 3. κρατῶν μὲν ὡς εἰκὸς) Forte οἷς εἰκος.

Pag. 393. B. lin. 3. 4. τοιῶτον αὐτῷ) Forte τοσῶτον αὐτῷ.

AD EPISTOLAM XXV.

PAg. 397. C. lin. 1. τὸν ἀδελφὸν Ἴυλον) Prohibet hoc rescripto Iulianus præstationes, & tributa, quæ per Apostolos Patriarchæ Iudæorum exigere solebant. De Iudæorum Patriarchis vide lib. 16. Cod. Theod. Tit. 8. præsertim leg. 14. in qua idem, quod hoc loco Iulianus, vetant Arcadius & Honorius Impp. Itaque eandem rursus exigendi licentiam a Patriarchis vsurpatam esse liquet: vel nouo aliquo Principis rescripto denuo concessam. Quemadmodum superior illa lex ab Arcadio & Honorio Theodoro Consule, id est, anno Christi CCCXCIX. edita, anno sexto postea, id est Christi CDIV, Honorio VI, & Aristæneto Coss. abrogata est noua sanctione, quæ est XVII eiusdem Tituli. Erat & aliunde quæstuosus Iudæorum Patriarchatus, ex Archisynagogorum mutatione, vt Epiphanius indicat Hær. 30. & Palladius Dial. de Vita S. Chrysostomi.

AD LEGEM DE MEDICIS.

PAg. 398. B. lin. 1. Τὴν ἰατρικὴν) Ipsissima sanctio Iuliani extat in Cod. Theodos. lib. 13. Tit. 3. de medicis & professoribus, lege 4. edita Mamertino & Neuita Coss. qui est annus Christi CCCLX.

Ibid. B. lin. 6. 7. καὶ τὰ τῶν συμβαινόντων) Baroccianus ἵνα τὰ ἀῤῥωςήματα ἐπανορθῶνται διὰ τέχνης. ὅθεν καλά.

AD EPISTOLAM XXVII.

PAg. 399. B. lin. 2. Μέχρι τῶν Λιτάρβων) Meminit Euagrius lib. 5. cap. 12. ac locum esse dicit Antiochia dissitum stadiis CCC.

Pag. 400. C. lin. 5. χωρίον ἐςὶν Ἑλληνικόν) Legebatur τυρίον. Vnde Interpres absurdam sententiam exsculpsit.

AD EPISTOLAM XXVIII.

PAg. 402. C. lin. 7. τὰς τῶν ἑταίρων) Baroc. ἑτέρων.

AD EPISTOLAM XXX.

PAg. 403. D. lin. 3. τὸν Βυτάλιον) Baroc. τὴν Βυτάλιον.

AD EPISTOLAM XXXII.

PAg. 404. D. lin. 1. Γράφω) Baroccianus: καὶ γράφω. Mox: τὰ ὅμοια παθῶν. rectissime.

AD EPISTOLAM XXXIII.

IBid. D. lin. vlt. ἐφ' ἡμῖν τὔνομα Corr. ex Boroc. εὐφημεῖν.

Pag. 405. A. lin. 7. σαυτῷ δὲ ὅτι) Baroc. ὅτε.

AD EPISTOLAM XXXIV.

IBid. B. lin. 7. Ἐγὼ δὲ ὐδ' ἂν ἄνθρωπον) Baroccianus ὐδ' ἐν ἀνθρώποις φαίην ἂν εἶναι ὅλως, ἕως ἄν.

Ibid. B. lin. 9. ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι) Baroc. addit σός.

Ibid. B. lin. 10. 11. τῦ Τηλεμάχυ) Abeſt a Baroc. vox πατήρ.

Ibid. D. lin. 1. 2. αὐτῷ σοι φοιτώντων) Baroc. αὐτῷ σοι τῶν ἀνδρῶν μετεῖναι. quomodo legendum. Nam vulgata ſenſum nullum habet.

Pag. 406. A. lin. 5. φύλακα καθαρσῖς) Scribe ex Barocciano μυείοις παιδεύσεως.

Ibid. C. lin. 1. μείων εἶ, καὶ μὴ μᾶλλον) Lego ex Baroc. εἰ καὶ μὴ μᾶλλον εἰς ἀρετὴν ἄκραν τελεσθεὶς, ὧν ἔχεις.

Ibid. C. lin. 4. ἀκτῖνας συ) Baroc. ἀκτῖνας σοφίας.

Ibid. D. lin. 4. 5. δύναιτο ἐπὶ σοι) Baroc. pro δύναιτο habet ἄν.

Ibid. D. lin. 8. τὸ γὰρ πῦρ) Leg. ex Baroccian. τῷ γὰρ ὄντι, & expunge vocem πῦρ.

Pag. 407. A. lin. 1. καὶ Ἑρμῆ ἄγιε) Baroc. λόγιε.

Ibid. B. lin. 1. ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς) Baroc. ἐφ' ὁμοίαις.

AD EPISTOLAM XXXV.

ARgiuos a Corinthiis oppreſſos, & nouis exactionibus præter ius ſubiectos, Proconſuli, vt opinor, Achaiæ commendat Iulianus; iniquum eſſe dicens, vrbem olim florentiſſimam, & ob impenſas ſacrorum certaminum a tributis immunem, Corintho in Amphitheatrales venationes vectigal pendere. Erat Corinthus Romanorum colonia ab Auguſto facta: qui ex Iulii Cæſaris voluntate vrbem illam a ruinis excitauit. Quo nomine ius in pleraſque, quæ coloniæ non erant, vrbes ſibi vindicabat. Non eſſe Imperatoris hoc reſcriptum, ſed priuati adhuc Iuliani ſupplicationem, ex pag. 410. B. lin. 4. in Notis colligimus.

Ibid. C. lin. 1. Τῦ τε γὰρ Τρωϊκῦ) Mirum cur Troiani belli præcipuas partes eodem modo Argiuis tribuat, quo poſtea Lacedæmoniis & Athenienſibus. Neque enim aduerſus Troianos quidquam iſti ipſi poſtea moliti ſunt. Sed Trojanæ expeditionis nomine alias complectitur, quæ contra Barbaros ac Perſas a Græcis ſuſceptæ ſunt: quaſi Τρωϊκῦ idem ſit quod Βαρβαρικῦ.

Ibid. C. lin. 11. καὶ ὡς τῷ πρεσβύτατῳ) Temeno. Vide quæ de Heraclidis Lib. 9. de Doct. Temp. cap. 30. tradidimus. Capite vero 36. Macedonici regni originem ab Argiuis repetimus, auctore Carano, Phidonis Argiuorum regis fratre. Ob quæ Philippi & Alexandri maiores Argis oriundos facit. Liuius lib. 27. de Philippo rege Macedoniæ: *Profectus ipſe non cum paucis equitum, leuiſque armaturæ, Argos venit. Ibi curatione Hereorum Nemeorumque, ſuffragiis populi, ad eum delata; quia ſe Macedonum reges ex ea ciuitate oriundos referunt*, &c.

Pag. 408. A. lin. 7. Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν) Argos Corintho contributam eſſe dicit, ex auctoritate dominæ rerum ciuitatis. Nimirum quod Achæis a Mummio victis, euerſaque Corintho, Græcia omnis Achaiæ nomine cenſita Magiſtratum accepit a Populo Romano, qui ſub Imperatoribus Proconſul appellatus eſt, & Corinthi degebat: quæ fuit Achaiæ, immo Peloponneſi, adeoque totius Græciæ, metropolis. Vide Pauſaniam in Achaicis pag. 222. Plinium Epiſt. vlt. libri octaui. Ante annos porro ſeptem, quam hæc ſcriberet Iulianus, Corinthii tributum

tum Argiuis imperare cœperant, in bestias ac venationes. Id Græcum verbum συντελεῖν significat. Glossæ veteres: συντέλεια τὸ ἐπίταγμα *Tributum*. συντελεστής *Tributarius*. Neque vero recentiori cuidam assentior, qui βασιλεύουσαν πόλιν de Constantinopoli interpretatur. Cuius & reliqua parum probabilis opinio post paulo discutietur.

Ibid. B. lin. 3. ὥστε τὴν Ἠλείων συντέλειαν) Lego ἀτέλειαν. quod & sententia postulat. Nam Argiuos eodem iure esse immunes oportere dicit, ac Delphos, & Elidenses: quum nihilo minus, quam isti, sacrorum ludorum procurationem habeant.

Ibid. C. lin. 5. 6. πρὸς δὲ τούτοις Ἠλεῖοι) Olympici agones & Pythici semel quinto quoque anno celebrati sunt. Nemeaci & Isthmiaci, bis in quaque pentaeteride, hoc est διὰ τριετηρίδος, vt ait Scholiastes Pindari. Nemea quippe anno primo labente tetraeteridos, & tertio similiter exeunte peracta sunt: quorum alia erant æstiua, alia hiberna, vti Lib. 1. de Doct. Temp. cap. 33. diximus. Anno illo, quo clades ad Thrasumenum lacum accepta est; qui fuit Vrbis conditæ DXXXVII, Olympiadis centesimæ quadragesimæ tertius desinens, & iniens quartus; Nemea celebrata sunt: quibus quum interesset Philippus, nuncium accepit de Romanorum clade, vt scribit Polybius. Ea porro clades verno tempore contigit. Nemea vero æstate, hoc est Panemo mense, qui Iunio circiter respondet. Itaque tertium annum Olympiacæ tetraeteridos clausere Nemea. Rursus anno Vrbis conditæ DXLVI Crispino & Marcello Coss. quo cœpit annus primus Olymp. CXLIII, incidere Nemea, quorum curatio Philippo regi delata est, vt refert Liuius lib. 27. Qui insuper lib. 34. scribit, Coss. M. Portio Catone & Valerio Flacco, id est anno Vrbis DLIX, celeberrimum festorum dierum, ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermissum, in aduentum Romani exercitus ac ducis indictum fuisse, præfectumque ludis ipsum imperatorem. Habuit hic annus finem primi anni, & initium secundi Olympiadis CXLVI. Quocirca verisimile est, statum ac legitimum tempus fuisse primum annum Olympiacæ tetraeteridos, appetente iam hieme. Præter duplicia Nemea, Herea quoque iisdem ab Argiuis obita sunt: quæ vtrum alterum sint ex duobus illis festis adiectitiis, non temere dixerim. Quatuor igitur in totum solennia ab Argiuis indicta sunt: ob quæ merito immunes esse debuerunt.

Ibid. C. lin. 6. 7. διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πεντετηρίδος) Interuallo annorum quatuor vertentium & solidorum Elidenses vnos tantum ludos celebrabant, Olympicos: vt & Delphi Pythios. Argiui autem quaternos; nempe bis Nemeacos instaurabant, & alios prætera duos: qui omnes erant trieterici: hoc est, biennio solido interposito peragebantur. Hanc enim notionem habet vocabulum πεντετηρὶς, τριετηρὶς, & similia. Quod Iulianus mox demonstrat, quum illud ipsum explicans, quod dixerat, διὰ πεντετηρίδος, subiicit: ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοὺς τέσσαρσι. Vt non plures, quam quatuor integri anni concipiendi sint. Quemadmodum notissima hodie res est, πεντετηρίδα, τριετηρίδα, & hæc Latina nomina, *quinquennes*, vel *quinquennales ludos*: item ista, διὰ πέμπτου, διὰ τρίτου ἔτους, quatuor, ac tres tantummodo expletos & vertentes annos exprimere: hoc est, vno minus quam numeralis vox significat: vt nemini hac in re, præterquam Alphonso Caranzæ, & similibus, hæsitare liceat; ita vicissim cauendum, ne in contrarium incidamus errorem, & quinquennii spatium, quod certis rebus attribuitur, in quadriennium contrahamus. Hoc eo dixerim, quod viros

quosdam eruditos minus ad id attentos esse video, qui lustrum Romanum quinquennale cum Olympico quadriennali paria fecisse sentiunt. Ita Budæus in Annotat. ad Pandectas ad L. Si quis. De rebus creditis. vbi sic Vlpianus loquitur: *Nam & si colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat.* Budæus hic lustrum idem censet esse cum Olympiade, & quadriennio exacto quintum quemque ineuntem annum exprimere. Sed fallitur. Nam lustrum apud Iurisconsultos quinque annos solidos significat; vt in Cod. Theod. l. vn. de quinquennii præscriptione: *Competitorem quinquennii possessor eliminet.* quæ sic Anianus interpretatur: *Quicunque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita vt exinde a nullo fuerit expulsus, & hanc ipsam rem aliquis sibi petere a Principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, vt etiam tuitionem ferre possessori iudicem sufferit, & competitionis constitutionem ordinauerit rescindendam, si tamen ille, qui possedit, sine vlla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum excludi iussit.* Non potest in illis verbis quinquennium nisi de quinque integris annis vsurpari. Atqui lex eadem Honorii ac Theodosii illam ipsam quinquennii possessionem *lustralem* nominat: *quibus tamen*, inquit, *lustralis aderit absque interpellatione possessio.* Sic in aliis legibus. Ex quibus constat, tam priuatorum prædia, quam publica, vt & vectigalia, in quinque annos locari solita. D. XLIX. de iure fisci. Callistratus: *Quum quinquennium, in quo quis pro publica conducta re se obligauit, excessit; sequentis temporis nomine non tenetur.* Subiicitur Hadriani rescriptum in hæc verba: *Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, & agrorum, si tantidem locari non possint. Nam & facilius inueniuntur conductores, si scierint fore, vt, si peracto lustro decedere voluerint, non teneantur.* Quis non videt, lustrum nequaquam quatuor esse solidos annos, sed quinque? Sic & D. XXXII. de legatis & fidei commissis, Labeo: *Qui hortos publicos a republica conductos habebat, eorum hortorum fructus vsque ad lustrum, quo conducti essent, Aufidio legauerat*, &c. Tum apertissime D. de Administrat. rerum ad ciuitat. pertin. Papinianus: *Prædium publicum in quinque annos, idonea cautione non exacta, curator reipublicæ locauit.* Nec aliter in legibus cæteris, in quibus de locatione priuatarum publicarumue rerum agitur. Sed & lustrum annos quinque complecti demonstrat his verbis Apuleius in Apologia: *Consules legat, annos computet: quos sexaginta mulieri assignabat, probet quinque & quinquaginta. Lustro mentitus est.* Lustrum Romanum a censione populi Romani originem habuit. Ea vero post quinque vertentes annos ex legis præscripto apud Censores fieri debebat. Asconius in 3. Orat. contra Verrem, ad hæc verba: *Neque census esset*; sic adnotat: *hoc est, neque census eius in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census solet apud Censores, quorum administratio per lustrum, hoc est, quinquennium, extenditur.* Atque huius moris vestigium in Fastorum Capitolinorum reliquiis apparet; in quibus lustra nonnulla continuis quinquenniis interiectis condita visuntur. Quod & Romanarum antiquitatum peritissimi docent, Sigonius, Onufrius, Pighius. Ad hæc Cicero libro 3. de leg. legem de Censoribus ferens, inter alia, *Magistratum*, inquit, *quinquennium habento*: quod quidem de quatuor solis integris non potest intelligi. Hinc illa consuetudo, quam dixi, nata videtur, vti locationes publicæ priuatæque in quinquennium, hoc est lustrum, fierent; quod a Censoribus in totidem annos olim publica vectigalia locarentur. quot videlicet in annos initio Magistratus gerebatur. Quæ res vincit, interuallo quin-

quinque ſolidorum annorum Romanum conſtare luſtrum. At enim, obiicit Budæus, Plinius lib. 2. cap. 47. luſtrum vocat quadriennium, vbi de Eudoxi tetraeteride loquitur. Tum Ouidius lib. 4. de Ponto Eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt:
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Sed nimirum Latini ſcriptores interdum ob duarum iſtarum periodorum annalium propinquitatem, luſtri Romani, & πενταετηρίδος Olympicæ, promiſcue illas acceperunt; ſic vt quadriennio luſtri vocabulum imputauerint. Olympiadicus agon ineunte anno quinto fiebat: luſtrum Romanum quinque vertentes obtinebat annos. Quum in eiusdem anni altera initio, altera fine, periodus clauderetur, ſi vnaquæque ſeorſim, & extra reliquarum ſeriem & ὁμάδα conſideretur; facile eas inuicem vſus auctorum permiſcuit minus exacte de iſtis loquentium. Sic intelligendus eſt Cenſorinus, qui cap. 18. luſtrum vetus Romanum cum Olympiade, & luſtro Domitiani, quod Olympiadum more quadriennio conſtabat, numero confundit annorum: nimirum quia modico inuicem diſcrepant. Eodem modo & Iſidorus lib. 5. Orig. cap. 57. luſtrum a Romanis propter Olympiadas adhibitum putat. Nam quod Ouidium ſpectat, is *quinquennis* epitheton addidiſſe nonnullis propterea videtur, ne quis Græcorum ad modum Olympiadas iſtas expenderet.

Ibid. D. lin. vlt. ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια) Scrib. ἐν τοῖς θεάτροις. Amphitheatrales venationes intelligit: quæ & θεάτρου κυνηγία, & θηρίων θέα, vel ἀναίρεσις, dicuntur. Nouella 105. Locus ipſe θέατρον κυνηγετικὸν a Dione, aliisque Græcis, paſſim nominatur. Nec aliter ampitheatrum Dio, quam θέατρον vocat. Quare haud ſcio an probanda ſit Antonii Auguſtini eruditiſſimi Iuriſconſulti ratio: qui in Onomaſtico ad Nouellas ſcribit, κυνήγιον θεάτρου Nouella 105, eſſe *theatri venationem*, & diſtingui a venatione ferarum, de qua lib. 2. Cod. Iuſt. & lib. 15. Cod. Theod. de Venatione ferarum. *Illa enim*, inquit, *in amphitheatro fiebat*, *hæc in theatro: illa ferarum*, *hæc cicurum fuit.* Hæc ille. Atqui & θέατρον, vti dixi, apud Græcos eſt amphitheatrum. & κυνηγία θεάτρου in Nouella 105. θηρίων θέα, καὶ ἀναίρεσις ibidem dicitur. Quinetiam Iulianus hoc loco vrſarum ac pantherarum venationem vocat, τὰ κυνηγέσια τὰ ἐν τοῖς θεάτροις. In Cod. vero vtroque, venatio ferarum, non illa eſt, qua de agimus, ludicra & theatralis; ſed feria, qua in ſiluis feræ captantur.

Pag. 409. A. lin. 7. ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος) Vt ſe habet hæc lectio, ſenſus eſt: confidentia & ſuperbia, qua immunes ciuitates opprimunt, oblectationem iſtam redimunt. Interpres dum aliud vidit, nihil vidit.

Ibid. B. lin. 5. 6. οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο) Sic apud Ælianum libro 9. Var. cap. 28.

Ibid. C. lin. 4. 5. ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος) Dilemmate Corinthiorum iniuſtitiam ac πλεονεξίαν reuincit. Nam aut antiquo iure nituntur, quod florente ac libera Græcia, antequam Romanorum colonia eſſet ea ciuitas, extitit: aut recenti potius, ex quo colonia facta eſt. Si prius allegant, nihilo verius eſt Argiuos Corinthiis, quam Corinthios Argiuis contribui; ſin poſterius placet, non debent ea, quæ in conſtituenda noua ciuitate & colonia a maioribus præſcripta ſunt, violare. Romani autem, quum eam coloniam condiderunt, nunquam Argiuos Corinthiis vectigales eſſe voluerunt: tametſi, quod Achaiæ Proconſul Corinthi reſide-

resideret, ad eam vrbem, tanquam prouinciæ metropolin, iuris impetrandi causſa, reliquæ fere confluerent. Sed ea non priuatim ciuitatis ipsius in cæteras, sed magistratus Romani potestas ac dignitas fuit. Aduerbium ἔναγχος laxius hic vsurpatur, pro eo quod ante quadringentos circiter annos accidit. Neque enim nuperum aliquod beneficium, aut prærogatiuam, significari puto; sed ἀνάθεσις est veteris Græciæ, & sua libertate multatæ: quod statum indicat, quum tempus hoc extendit eo vsque, quum primum coloniæ ius illi concessum est.

Ibid. D. lin. 1. ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαίων) Mirifice nuper hunc locum quidam enarrauit. Ius enim Italicum Corintho coloniæ ab vrbe Constantinopoli concessum sub Constantio intelligit: quasi ἀποικία ius sit Italicæ coloniæ. Sic autem disputat: Iura omnia & πρεσβεῖα Romæ veteris in nouam a Constantino transfusa sunt. Inter hæc autem ius Italicum fuit; quod ratione duplici percepit. Nam & ius Italicum priuatim ei tributum est, quo ipsa frueretur: & eiusdem iuris in alios populos deriuandi potestas illi facta est. Horum prius a Constantino consecuta est, qui illam in omnibus Romæ veteri exæquauit; posterius autem sub Constantio Imperatore obtinuit, vti cæteras vrbes Italico iure donare posset. Atque hoc isto ipso Iuliani loco demonstrari putat. Verum quum idem ius ademtum postea fuisset, a Valente restitutum est *L. vn. C. Th. de iure Italico Vrbis Constant.* Hæc ille. Quæ quidem neque vera sunt, neque ad huius loci sententiam vllo modo pertinent. Perspicuum est enim, loqui Iulianum de colonia Romana Corinthum deducta: quod Augusto Imperatore factum est. Deinde quum eos hortatur, vt, si iure illo niti velint, quod ex eo tempore adepti sunt, quo coloniam Romanam admiserunt, ne parentibus suis maiores spiritus gerant; neque nouo decreto, quo illis Argiuorum ciuitas adiudicata est, plus deferant quam maiorum suorum auctoritati & consuetudini, quæ ab initio fundatæ coloniæ propagata est; non obscure significat, antiquiorem Constantii temporibus rem illam fuisse. Ac de recentiore illo decreto paullo post. De Italico iure quod noua coniectura pugnat, id hactenus sibi soli Constantinopolin habuisse, minime procedit. Nam ex ea lege Theodosiani Cod. quam proxime citauimus, apparet Valentem Italicum ius primitus ei ciuitati restituisse; quod, vt opinio fert, Seuerus ademerat, propterea quod Pescennii Nigri partes pertinacius defenderat: quando & Byzantium mœnibus ac priuilegiis omnibus spoliatum Perinthiis adiudicauit: vt Herodianus, & Dio, aliique testantur. Credibile est itaque Byzantium, itidem vt alias ciuitates, quarum nonnullas Vlpianus percenset *lib. 1. D. de Censibus*, iure Italico prius donatum, & a Seuero postea multatum, in idem a Valente restitutum fuisse. Neque valde nos mouet, quod opponitur, Constantinum omnibus priuilegiis, quibus prædita erat vetus Roma, Constantinopolin affecisse; inter quæ ius illud fuit. Quippe hæc ipsa vis argumenti contra nouam illam coniecturam retorqueri potest. Nam si iura omnia Romæ veteris in nouam transfusa sunt, etiam illud ipsum, quod a Valente restitutum fatetur, communicandi aliis ciuitatibus iuris Italici eidem attributum est. Hoc enim penes antiquam Romam fuisse, nemo dubitat: immo hac sola ratione ius Italicum ad eam pertinet. Neque enim Roma iure Italico prædita proprie dicitur: quum longe excellentiori statu esset, qui iura & priuilegia omnia continebat, quæ indidem velut a fonte manabant. Sane ius Italicum nemo appellet ius communicandi iuris Italici. Minime omnium lege illa vnica Cod. Theod. cuius verba sunt: *Italici iuris auxilium, arbitra æquitate, renouamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus intimetur, & incisa tabulis*

bulis debita solennitate permaneat. Hæc verba, *Italici iuris auxilium*, admonent, eiusmodi fuisse ius illud, quod ad vsum fructumque suum ciuitas ipsa referret, non quod alienis tantum impertiretur: præsertim quum iuris Italici dandi potestas penes Imperatores potius, quam ciuitatem ipsam, resideret. Sed neque necesse est, omnia penitus priuilegia Romæ veteris in nouam a Constantino fuisse translata; sic vt re nulla discreparent. Ne longe exempla requiramus; Præfectus Vrbis ecce, qui magistratus Romanam vrbem administrabat, sero Constantinopolin est inuectus, nec ante annum CCCLIX. Postremo quemadmodum Italici iuris communicandi potestas ab recentiore illo scriptore Constantinopoli detracta, & a Valente restituta putatur; ita nos ius ipsum priuatim fruendum primum ademtum, deinde renouatum fuisse, multo verisimilius diceremus, si id nobis placeret, postquam Constantinopolis a Constantino fundata est, iure illo fuisse priuatam. Quod non credimus. Porro ius illud Italicum a Valente primum in integrum restitutum esse, sanctionis illius verba fidem faciunt. Quod ab Theodosio iuniore anno Christi CCCCXXI, Eustathio & Agricola Coss. confirmatum est L. vn. Cod. Iustin. de priuil. vrbis Constant. *Vrbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur.* Sozom. lib. 7. Histor. ecclesiast. cap. 9. scribit, Constantinopolin per omnia veteri Romæ exæquatam fuisse: atque inter cætera ius ibi secundum Romanas leges dici solitum: καὶ τὰ σύμβολα καὶ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκείνετο. Hoc est, *Et iudicia de contractibus secundum Romanas leges exercebantur.* Neque recte vertit Interpres: *& insignia quoque eadem Romano ritu praferebat.* Quod recentior ille scriptor animaduertit. Qui nihilo tamen rectius σύμβολα hic esse vult τὰς συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, *pacta conuenta, quæ publice inter se ciuitates constituunt, secundum quæ ius mutuo ciuibus dicant.* Cuiusmodi sunt ea σύμβολα, de quibus Demosthenes, vel alius quis auctor Oratione de Haloneso loquitur: quæ Scholiastes ita declarat.

Ibid. D. lin. 9.10. ἄλλως τε καὶ νεωτέρᾳ) Perobscurus locus, cui marginali coniectura nostra lucem attulimus. Sic igitur habendum est: Constantio Imperatore controuersiam illam Corinthiorum & Argiuorum disceptatam fuisse, & hos caussa cecidisse; quod publicus eorum patronus & syndicus forensium negotiorum imperitus esset. Quare legendum putamus, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τοῦ λαχόντος ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως, &c. Non decet, inquit, Corinthios vetera Græciæ iura insuper habere; quum nupero tantummodo interdicto nitantur, & ex eius, cui iuris Argiuorum prosecutio sortito obtigerat, simplicitate ac ruditate cupiditas illorum compendium fecerit. Hæc apud Latinum Interpretem inextricabilia sunt. Coniecturam nostram affirmat Iulianus paullo post pag. 410. D lin. 7. 8. ita loquens: καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτοῦ τότε συνειπόντος τῇ πόλει, &c.

Ibid. D. lin. vlt. & Pag. 410. A. lin. 1. ἢ γὰρ ἂν ἐφῆκεν) Legendum εἰ γὰρ ἄν.

Pag. 410. A. lin. 7. προστιθεμένου καὶ τοῦ) Legebatur προστιθέμενον. Nos ex veteribus emendauimus. Malim tamen ita scribere, προστιθεμένου καὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν.

Ibid. B. lin. 4. ὅτι δὲ χρὴ καὶ τοῖς πρεσβείαν) Non hic *legationem* cum Interprete πρεσβείαν esse puto, sed *suffragationem & supplicationem.* Quare ex hoc loco liquet, Iulianum adhuc priuatum ab Argiuis interpellatum esse, vt apud Pro- consu-

consulem Achaiæ pro se auctoritatem suam interponeret. Hoc ni ita esset, uiberet pro potestate, non supplicationem allegaret: aut ipse litem dirimeret.

Ibid. C. lin. 8. *βοηθεῖν αἰτίᾳ τῶ δικαίω*) Haud satis ista Græce dicuntur, *αἰτίᾳ τῶ δικαίω*, *iustitiæ caussa*.

Ibid. D. lin. 5. 6. *λέγειν δὲ ἐκ ἔνι μὴ τότε ἐφεῖλας*) In priore iudicio damnatus Arguorum syndicus non appellauerat. Ideo noua ciuitati actio non competebat; neque iudicium instaurare licebat.

AD EPISTOLAM XXXVII.

PAg. 412. A. lin. 1. *Ἀμερίῳ*) Baroc. perpetuo legit *Ἱμερίῳ*, & inscriptioni addit, *ἐπάρχῳ Αἰγύπτε ἐπὶ τῇ γυναικί.*

Ibid. B. lin. 2. *δᾷδα ἡμμένην*) Barocc. *λαμπρῶς ἡμμένην*.

Ibid. B. lin. 11. *ᾧ γράφειν ἐπὶ τέτων*) Baroc. *περὶ*.

Ibid. C. lin. 9. *τὰς ἄλλας νεθετεῖν*) Baroc. *νεθετεῖν εἰδότα*. Mox idem, *ὡς χρὴ τὰς εἰδότας*.

Ibid. D. lin. vlt. *ὀρέξασθαι πιςεύετε*) Baroc. *ὀρέξαι*.

Pag. 413. A. lin. 1. *Φασὶ καὶ Δημώνακτα*) Simili fabella mœrentem Herodem Philosophum consolatus est Demonax; vt in eius vita scribit Lucianus.

Ibid. A. lin. 9. *μὴ φείσασθαι*) Baroc. addit *μηδενός*.

Ibid. C. lin. 6. 7. *ἔτι ὦ πάντων*) Baroc. *τί ἂν ὦ* &c. Mox: *ἀνέδην*.

AD EPISTOLAM XXXIIII.

PAg. 414. C. lin. 4. 5. *Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βισεντίωνα*) Vesontionem in Sequanis ad Dubin, vel Adduasdubin. De cuius arce in edito monte posita Cæsar libro prim .

Pag. 415. A. lin. 8. 9. *ὁ γὰρ ὑπέμενον*) Maximum Cynicum in discrimen adductum sub Constantio indicat: negatque se Deos ipsum de Maximo consulere sustinuisse, ne quid sinistri de illo audire cogeretur; quale verisimile erat accidisse.

AD EPISTOLAM XL.

PAg. 419. A. lin. 9. *ὐδὲ ἀποκρίνῃ τῶ περὶ τὴν ἴγλην*) Corruptus locus & mutilus.

Pag. 420. A. lin. 5. *μαθητὴν ἐκείνε*) Delenda vox *μαθητήν*.

AD EPISTOLAM XLI.

IBid. B. lin. 5. 6. *ἀνδρὸς ἀκοαῖς*) Baroc. *ἀκοῆς*.

Ibid. C. lin. 3. *κἂν Ἀερισαῖος ᾖ*) Baroc. *ἄεισος*. Mox: *ἠρεμοίη*.

Ibid. C. lin. 8. *καὶ τὸ ἐ χεῖρον*) Expungenda vox *χεῖρον*, & *μὴ* pro *ἐ* ex veteri codice substituendum: *si, quod sibi consentaneum est, aut non, velit agnoscere.*

Ibid. C. lin. 9. *ἐνθέσμῳ μεσικῇ*) Baroc. *ἐνθέῳ*. Idem mox, *θνητὸν ἀνθαρμόσαι μέλος*.

Ibid. D. lin. 2. *Θαμύριδος ὁ Θρᾳκός*) Baroc. *Θαμύρες*.

Ibid. D. lin. 4. 5. *Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας*) De Sirenum pennis Ælianus libro 17 Hist. Anim. cap. 23.

Pag. 421. A. lin. 5. καὶ οἷον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ) Addit Baroc. τῷ παρὰ σαυτοῦ λογων κωεῖς, &c.

Ibid. A. lin. 9. τὸν θύασον κρούσαντι) Idem codex, θύρσον κρούσαντι. alias κρούσαντες.

Ibid. B. lin. 5. πρὸς τὴν ἀοίδιμον) An de Hellespento a Xerxe iuncto loquitur? Mox Baroc. ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι τὸ δοκοῦν.

Ibid. B. lin. 8. τοῖς παρά σου) Scribe, vt est in Baroc. τῶν παρά σου. Item χαλκᾶ χρυσῶν.

AD EPISTOLAM XLII.

PAg. 422. C. lin. 11. ἐπὶ νέοις τοῖς λόγοις) Inuerte, ac lege, ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συντυγχάνοντας.

Pag. 423. A. lin. 8. Οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο) Deesse quædam suspicor ad sententiæ & orationis integritatem.

Ibid. D. lin. 10. ἐξαναγεννηθῆναι τούτων) Christianis illudit vsu trito apud eos vsurpato vocabulo: ἀναγέννησις de baptismo, & noui hominis reformatione, passim accipitur, ac studiorum morumque mutatione. Itaque Christianis gentilium lectione librorum interdicens, ait, illos se velle aures ac linguas ab eiusmodi scriptorum consuetudine purgatas habere, vt ea deposita quodammodo renascantur.

AD EPISTOLAM XLIV.

PAg. 425. B. lin. 1. Λιβανίῳ) Baroc. Πείσκῳ.

Ibid. D. lin. 2. καὶ φιλικώτατε ἀδελφέ) Baroc. hæc addit: ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος θεοῦ. ἴδοιμί σε ἐμὸν ἀγαθόν. καὶ ἰδίᾳ χειρί· νὴ τὴν σωτηρίαν, (forte τὴν σὴν) καὶ τὴν ἐμήν· νὴ τὸν πάντα ἐφορῶντα θεὸν, ὡς φρονῶ γέγραφα· ἀγαθώτατε πότε σε ἴδω, καὶ περιλάβωμαι; νῦν γάρ σου καὶ τοὔνομα, καθάπερ οἱ δυσέρωτες, φιλῶ.

AD EPISTOLAM XLV.

ZEnonem medicum, & huius artis professorem, a Georgio Alexandria pulsum reuocat, & in integrum restituit. In Baroc. addit inscriptio ἀρχιητρῷ.

Pag. 426. A. lin. 6. καὶ βίου σωφροσύνης) Baroc. σώφρονος.

Ibid. C. lin. 3. 4. εἰ γὰρ διὰ Γεωργίας) Corrig. Γεώργιον, vel Γεωργίου. Baroc. Γεώργιον.

AD EPISTOLAM XLVI.

IBid. D. lin. 2. Οὐ κτησείδιον) Scribe, expuncta negatiua particula, Κτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέν μοι λαβὼν, &c. Baroc. δοθέντων.

Pag. 427. A. lin. 1. ἔχον δὲ ὡς οὐδέ) Vetus cod. Reg. ἔχον δὲ οὐδέ. forte, ἔχον δὲ ὅς. vt ὡς idem sit, ac *nihilominus*.

Ibid. B. lin. 9. 10. καὶ οὐδὲ ὀνομαζομένων) Reg. ὀνομάζειν ἐπιτηδείων λυμάτων. Forte ὀνομάζεσθαι.

Ibid. C. lin. 5. θυρίδιον ἐδόκει) Scribe, vt est in Regio, πεδίον.

Ibid. C. lin. 10. 11. οὐκ ἔξω λόγου ἡ σύνοδος) λόγων.

AD EPISTOLAM XLVII.

REliqua tributorum ad certum tempus remittit, nempe ad Indictionem

vsque tertiam, quæ anno Christi CCCLIX cœpta est. Quæ *indulgentia* nominari solet. Vide Cod. Theod. lib. XI. Tit. XXVIII *de Indulgentiis debitorum*. In Barocciano inscripta est hæc epistola Θρᾳξί. Clausula item hoc modo se habet: ἐῤῥωμένους ὑμᾶς οἱ θεοὶ σώζοιεν τὸν ἅπαντα χρόνον.

AD EPISTOLAM XLIX.

Extat hæc epistola apud Sozom. lib. 5. cap. 15.

PAg. 419. D. lin. 1. 2. Τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ) Scrib. Τίς γάρ. & addendum verbum ἐλπίζειν, aut eiusmodi aliud.

AD EPISTOLAM L.

NIli incrementum, eiusque modum, Ecdicio Ægypti Præfecto significat. Quem XX Septembris die ad cubitos XV creuisse deprehensum refert. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. & accuratissimam Diatribam P. Ioannis Baptistæ Scortiæ nostri, de natura & incremento Nili.

AD EPISTOLAM LII.

De hac epistola vide Baronium Tomo quarto.

AD EPISTOLAM LIX.

PAg. 444. B. lin. 3. Τὸν μῦθον ἀκήκοας) Baroccianus codex addit τὸν Γαβείου.

Ibid. D. lin. 4. 5. ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης) Idem codex adiicit ἔφη.

Pag. 445. D. lin. 2. 3. Ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας) Baroccianus ὑπὲρ δὲ ὧν.

Pag. 446. A. lin. 10. 11. ὥσπερ σὺ νῦν ἐπί) Leg. ex Barocc. νῦν. ἐπεὶ τὰς ἄλλας σοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας οὐδεὶς, &c. Ac B. lin. 2. pro ἐξελθεῖν, forte διεξελθεῖν.

Ibid. B. lin. 6. Οὐ γὰρ τοὺς ἐξ ἑτοίμου) Barocc. ἐξ ἑτοίμου φῂς ἡκούσας. Ac subinde, καὶ κατὰ τοῦτο τὸ δέον αἰρουμένους: nihil vt desit.



IVLIANI

IVLIANI EPISTOLARVM FRAGMENTA QVÆDAM,

e SVIDA huc translata.

In voce Ἀμφίων.

ΠΕρίεσι γάρ σοι καὶ σχολή· καὶ φύσεως ἔχεις εὖ· καὶ φιλοσοφίας ἐρᾷς, εἴπερ τις ἄλλος τῶν πώποτε. τρία δὲ ἅμα ταῦτα ξυνελθόντα ἤρκεσεν ἀποφῆναι τὸν Ἀμφίονα, τῆς παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετὴν, χρόνος, θεοῦ πνεῦμα, ἔρως ὑμνῳδίας. οὐδὲ γὰρ ἡ τῶν ὀργάνων ἔνδεια πρὸς ταῦτα πέφυκεν ἀντιτάττεσθαι. καὶ ταῦτα ῥᾳδίως ἂν ὁ τῶν τριῶν τούτων μέτοχος ἐξεύροι. ἢ γὰρ οὐχὶ τοῦτον αὐτὸν ἀκοῇ παραδεδέγμεθα, οὐ τὰς ἁρμονίας μόνον, αὐτὴν δὲ ἐπ' αὐταῖς ἐξευρεῖν τὴν λύραν, εἴτε δαιμονιωτέρᾳ χρησάμενον ἐπινοίᾳ· εἴτε τινὶ θείᾳ δόσει, διά τινα συμμαχίαν ἀμήχανον; καὶ τῶν παλαιῶν οἱ πλεῖστοι τοῖς τρισὶ τούτοις ἐοίκασι μάλιστα προσχόντες, οὕτι πλαστῶς φιλοσοφῆσαι, οὐδενὸς ἄλλου δεόμενοι.

NAm & otium tibi suppetit; & a natura egregie comparatus es; & philosophiæ, si quis vnquam alius, amore captus es. Quæ tria in vnum collecta satis esse potuerunt, vt Amphionem Musicæ veteris inuentorem efficerent: nimirum tempus, Dei spiritus, canticorum amor. Non enim instrumentorum penuria aduersus illa potest obsistere: cum qui trium istorum particeps erit, facile illa reperiet. An non Amphionem ipsum accepimus, non concentus modo, sed lyram ipsam insuper excogitasse; siue præstantiore animi solertia, siue diuino beneficio, & inusitata quadam ope numinis? Ac veteres plerique in illa tria potissimum intenti, sincere ac sine fuco philosophati videntur, rei præterea nullius indigi.

In voce Ἡρόδοτος.

ΤΙς οὖν ἀγνοεῖ τῶν Αἰθιόπων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἡμῖν τροφιμωτάτου σιτίου λόγον; ἀψάμενοι γὰρ τῆς μάζης, θαυμάζειν ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν· εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. ἰχθυοφάγων δὲ καὶ σαρκοφάγων ἀνθρώπων γένη, μηδ' ὄναρ ἰδόντα τὴν παρ' ἡμῖν δίαιταν, οἱ τὴν οἰκουμένην περιηγούμενοι γῆν ἱστοροῦσιν. ὧν εἴ τις παρ' ἡμῖν ζηλῶσαι τὴν δίαιταν ἐπιχειρήσει, οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται τῶν τὸ κώνειον προσενεγκαμένων, ἢ τὴν ἀκόνιτον, ἢ τὴν ἐλλέβορον.

QVis igitur super cibo apud nos valentissimo dictum illud Æthiopum nescit? Qui quum mazam degustassent, mirari se dixerunt, quomodo stercoribus victitare possemus: si qua Herodoto historico fides est ista narranti. Esse præterea nationes hominum piscibus carnibusque vescentes asserunt, qui de situ orbis commentati sunt, qui victus nostri rationem ne per somnium quidem viderunt. E quorum numero si quis vsitatum illud nobis viuendi genus vsurpare voluerit, nihilo iis melius habebit, qui cicuta, vel aconito, vel helleboro vescantur.

In voce Μυσώνιος.

CONtumeliam, quam nobis Helladis præfectus imposuit, ita grauiter constanterque passus es, nihil hæc ad te pertinere putans. Quod autem ciuitati illi impense opem ferre voluisti, in qua versatus es; dignam philosopho mentem præ te illo facto tulisti. Itaque prius illud conuenire Socrati, alterum Musonio videtur. Nam ille nefas esse viro bono dicebat, vllum ab deterioribus capere detrimentum. Nam turrium curator tum erat, quum exulare a Nerone iussus est.

ΤΗν παροινίαν, ἣν ἡμᾶς ὁ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμὼν πεπαρῴνηκεν, οὕτω βαθέως ἤνεγκας, οὐδὲν ἡγούμενος τούτων εἰς σὲ γεγονέναι. τό γε μὴν τῇ πόλει βοηθεῖν ἐκείνῃ βούλεσθαι, καὶ προθυμεῖσθαι, περὶ ἣν ἐποιήσω τὰς διατριβάς, φιλοσόφου ψυχῆς ἐστι τεκμήριον. ὥστέ μοι δοκεῖ τὸ μὲν πρότερον Σωκράτει προσήκειν, τὸ δεύτερον δὲ, οἶμαι, Μουσωνίῳ. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔφη, ὅτι μὴ θεμιτὸν ἄνδρα σπουδαῖον πρός του τῶν χειρόνων βλαβῆναι. ἐπεμέλετο γὰρ βαρῶν, ὁπηνίκα φεύγειν αὐτὸν ἐπέταττε Νέρων.

In voce Χρῆμα.

AD Hercyniam siluam currebamus. Ac rem vidi tum plane stupendam. Itaque tibi sine vlla cunctatione pollicebor, nihil unquam te tale vidisse; quamlibet multa in orbe Romano eius generis esse sciamus. Nam siue Thessalica Tempe prærupta & inaccessa putat aliquis: siue quæ ad Thermopylas sunt: siue ingentem Taurum, & arduum: quodcumque ex iis sumferis, ad Hercynii saltus asperitatem minimum illud esse videbitur.

ΠΡὸς τὴν Ἑρκυνίαν ὕλην ἐθεόμεν· καὶ εἶδον ἐγὼ χρῆμα ἐξαίσιον. ἰδοὺ γοῦν σοι θαῤῥῶν ἐγὼ ἐγγυῶμαι, μή σε ὦφθαι τοιοῦτον, μηδὲ ὅσα πολλά γε ἡμεῖς ἴσμεν ἐν τῇ Ῥωμαίων. ἀλλ᾽ εἴτε τὰ Θετταλικὰ Τέμπη δύσβατα νομίζει τις· εἴτε τὰ ἐν Θερμοπύλαις· εἴτε τὸν μέγαν καὶ διωλύγιον Ταῦρον, ἐλάχιστον ἔσω χαλεπότητος ἕνεκα πρὸς τὸν Ἑρκύνιον τοὔνομα.



INDEX I.

eorum ad quos IVLIANVS epiſtolas ſcripſit.

Numerus epiſtolas notat.

INDEX II.

Auctorum, qui a IVLIANO, & in NOTIS ad illum antea editis, nec non in libris CYRILLI contra Iulianum, citantur & illuſtrantur.

Littera I *Iulianum*, C *Cyrillum*, N *Notas*, *numerus paginam*, & *adiecta litterulæ paginæ partem ſignificant.*

A.

Marcus

INDEX III.

LOCORVM SCRIPTVRÆ

quæ in CYRILLI contra Iulianum libris citantur, illustrantur, & vindicantur.

VI.

INDEX IV.

RERVM MEMORABILIVM

quæ in operibus IVLIANI,& NOTIS ad illa antea editis, nec non CYRILLI libris contra Iulianum continentur.

A

B.

C.

Con-

D.

Dionysii

Hostibus

Σαγηνιυαι

Verus

FINIS.



EZECHIELIS SPANHEMII
OBSERVATIONES
AD
IVLIANI IMPERATORIS
O P E R A.



EZECHIELIS SPANHEMII
OBSERVATIONES
AD
IVLIANI IMPERATORIS
O P E R A.

AD ORATIONEM I.



Vantum in oratoria facultate haud minus, ac in philosophiæ disciplinis, operæ studiique dederit IVLIANVS, idque tam ante Imperium, quam vbi esset illud adeptus, dictum iam a nobis, & veterum eiusdem æui Scriptorum testimoniis abunde declaratum, in Præfatione ad hoc opus. Quod luculentius adhuc Hellenismi veterisque eloquentiæ studiosis, hanc & sequentes eius Orationes versantibus, fiet continuo manifestum. Est quidem prima hæc, & quæ eam excipit, Oratio vnius argumenti; quibus nempe CONSTANTII, patruelis sui, & tum rerum potientis, virtutes ac res pace aut bello gestas celebrare adgressus est Iulianus: vt vel ipsum vtriusque Panegyrici lemma satis arguit, ac monuit etiam in Notarum ad vtrumque limine doctissimus Petauius. Quando autem, vel qua occasione id factum, non obiter tantum, aut citra vllam certam temporis notationem, sed paullo plenius & accuratius; ac an a priuato adhuc, vel a CAESARE tum Iuliano; quo proinde, si de posteriori constet, Cæsarei principatus vulgarisque Aeræ anno, ambo iidem Panegyrici sint scripti; obseruari itidem & expendi ante omnia merebatur. Id enim & fieri vulgo, ac opportune quidem, solet a primis ac eruditis id genus operum editoribus, & ab ipsomet Petauio ad Themistium, laudabiliter, vbi id res exegit, est præstitum. Quod proinde eo magis hic flagitare videbatur rerum, quæ vtroque hoc Panegyrico enarrantur, a CONSTANTIO, contra Tyrannos nempe, qui Imperatoris nomen aut vim simul inuaserant, vel contra Persas gestarum, multiplex quædam & confusa sæpe, ac in temporum notatione haud parum discrepans, apud auctores, qui easdem litteris mandarunt, varietas. Quamquam haud omissa sit (ne merita cæteroquin laude eum in limine harum Obseruationum, vel alibi, sciens defraudem) a Petauio, iam tum Chronologicis, quibus defunctus erat, laboribus inclyto, omnis harum rerum, alibi in Notis ad hasce Orationes, vbi id ei operæ pretium videbatur, adtentio quædam & obseruatio. Quod vtique, vt alia iam mittam, de quibus suis locis videbitur, ad Nisibenæ obsidionis historiam, perperam aut confuse ab aliis traditam, & ex hac ipsa ac sequenti insuper Iuliani Oratione plenius elucidandam, ab eo-

 dem

dem Petauio, vbi ea de re agitur, vere ac opportune est præstitum. Vnde etiam (vt de tempore aut occasione scriptæ huiusce Orationis hic agamus) ad illa, quæ in eadem leguntur circa finem paginæ 44. Iuliani verba, de Constantio nempe, qui *Imperii consortem adsciuerit*, (καὶ βασιλείας ἐλάττω κοινωνὸν,) vno verbo monet Petauius, de se ibidem loqui Iulianum, elaboratamque ab eo post Galli fratris cædem hanc Orationem, vt ex Siluani historia constat, quæ sub finem eiusdem tangitur. Adeo, vt non a priuato amplius, sed iam a CAESARE Iuliano, conditum hunc Panegyricum, ipsemet haud obscure paucis iis, quæ modo adtuli, verbis videatur indicasse. Quamquam si rerum ibidem dictarum series propius inspiciatur, haud adeo liquidum videri continuo possit, an ad se ibi, prout notauit ad eum locum doctissimus Petauius, an vero ad fratrem Gallum, CAESAREM aliquot ante annis a Constantio declaratum, licet fato iam functum, respexerit Iulianus. Adsumptus enim fuerat Gallus *Imperii consors*, quo tempore, eo in Orientem eum illo Cæsaris imperio ablegato, amoto autem iam altero e duobus Tyrannis, Vetranione, solus contra Magnentium, minus ideo formidandum, profectus est Constantius: atque ita, vt in nullam certaminis illius, quod ibi a Iuliano dicitur, contra Tyrannos suscepti, ac laudis proinde, quam ex iisdem deiectis aut debellatis tulit Constantius, societatem venerit idem CAESAR Gallus. Non primus proinde ad illud *Imperii consortium* a Constantio *adscitus* est Iulianus; nec etiam ibidem aut alibi in hac Oratione, vlla de se aut eorum, quæ pro delata sibi illa CAESARIS dignitate (quod fit obiter in fine sequentis Panegyrici) sibi forent obeunda, fuiue inde in Constantium, vt Augustum ac illius beneficii auctorem, obsequit ac pietatis fit cæteroquin ab eo mentio. Accedit, quod scriptas etiam ante Imperium, easque luculentas, ab eodem Iuliano (quod & alibi obseruamus) ORATIONES, tradiderit haud vno loco Libanius: quibus tamen eius verbis incertum relinquitur, priuatusne adhuc Iulianus, vel CAESAR quidem, sed nondum AVGVSTVS ac solus rerum Dominus, designetur. Certe e reliquis, quæ adhuc prostant, & hoc opere exhibentur, Iuliani Orationibus, eas ab eo partim iam CAESARE, vti duæ quæ hanc sequuntur, & Consolatoria in discessu Sallustii; partim AVGVSTO, idque tum ante, tum post obitum Constantii, vt ad singulas suis locis videbitur, & antea a nobis dictum est, scriptas liquet. Vnde etiam non ad hanc quidem Orationem, vt ab eruditis ad Zozimum vid[illegible], sed ad sequentem respexit ille H[illegible] Iuliani laudator, vbi superuacan[illegible] de Nisibena obsidione, rebusque [illegible] Constantio gestis, narrationem in[illegible]quum, vt i[illegible]dem addit, *singula peculiari scripto CAESAR Iulianus fuerit complexus*, αὐτῷ τῷ ΚΑΙ[illegible]ΑΡΟΣ ἐν ἰδίᾳ συγγραφῇ πάντα ἀφηγησαμένου. Quod vtique ab eo plenius & accuratius, quam in hac prima Oration[illegible], vbi leuius rem illam adtigit, in sequenti Pa[illegible]rico factum constat, & agnoscit quoque to[illegible] præfatione primæ harum Orationum editioni præfixa doctissimus Petauius. Adeo, vt e[illegible] statuendum videretur, scri[illegible]tam a I[illegible]lia[illegible] primam, de qua hic agimus, Orationem, post Tyrannorum, & quidem ipsius Siluani recentem, quem ille sub finem demum & quidem paucis valde ac ἀπολέμως tangit, interitum; ac proinde anno Aeræ Christianæ CCCLV. Eo enim anno, vt ex Ammiano, qui inter cædis il[illegible]us vel ministros vel conscios a Constantio missos exstitit, potissimum constat, exstinctus idem Siluanus: ipse autem Iulianus Athenis adhuc post Galli fratris obitum, literarum ac philosophiæ studiis immersus, breui inde iussu Constantii & Eusebiæ Augustæ suasu accitus, ac demum IIX. Idib. Nouembr. illius anni CCCLV, ab eodem CAESAR declaratus. Inter quod proinde temporis, ceu aliquot mensium, interuallum, a Siluani cæde, quo ad hoc Imperii consortium c[illegible] ille a Constantio adscitus, & priuatus adhuc intra spem metumque ageret Iulianus, hæc Oratio scripta haud immerito videri possit: qua & Imperatoris, antea sibi infensi aut diffidentis haud parum, gratiam aucuparetur; sibique beneuolum ac propitium, hoc obsequii adulationisque haud protritæ genere, eundem continuo redderet. Cui præterea rei occasionem opportune suppeditaret Vicennalium cum Augusti fastigio Imperii festiuitas; quæ nempe eodem hoc anno CCCLV a Constantio celebrata, obseruat eruditiss[illegible]us Ant. Pagi in Critica ad Annales Baronii p.t63. & quæ id genus solemnia, vt aliunde notum, ac vel Eusebii in Constantii Tricennalibus, a[illegible]t Themistii in Valentis Imp. Quinquennalibus ac Decennalibus habitæ, aliosue, quæ adhue prostant, Orationes abunde ostendunt) Panegyricis, Augustorum laudi & glo[illegible]iæ [illegible]catis, solebant decorari. Adde, qu[illegible] mox, vbi CAESAR nempe, ceu *Imperii consors*, a Constantio declaratus esset Iulianus, [illegible]b eo denuo idem argument[illegible]m, CONSTANTII nempe, ceu *rerum ab hoc Imperatore*, vt p[illegible]fert eius inscriptio, *gestarum* laudatio, iisde[illegible] quamquam e fontibus, plenius adhuc & v[illegible]nus

rius sit ab eo pertractatum. Verum hisce, quæ hactenus de scripta a Iuliano oondum purpurato hac Oratione diximus, obstare continuo videtur, quod anno superiori CCCLIV non exutus solum purpura fuerat Constantii iussu Gallus Cæsar, sed insuper neci addictus, eoque præterea casu ipse Iuliaous in præsens periculum, e quo vix Eusebiæ Augustæ precibus ac sollicitudine evaserit, adductus. Adeo, vt vix calamitatis illius, fratrisque Constantio exosi, & per calumniam (vt de eo alibi Iulianus) indictaque caussa oppressi, memoriam videatur intempestiue voluisse hic refricare; suspicacemque iam plus satis Imperatoris animum præteriti illius *in Imperio*, & exitialis quidem eidem Gallo, *consortus* mentione, haud leuiter perstringere. Vt alia nunc mittam, quæ de superstite etiamnum eoque recens a Constantio adscito *Imperii consorte* videntur ibidem a Iuliano dicta, & de quibus suo loco plenius. Vnde statuere potius licet, quod non de Gallo fratre, sed de se Iulianus sit locutus iis verbis, quibus illius in Imperio com Constantio societatis, in hoc illius Imperatoris Panegyrico meminit. Ita, vt haud eo minus eodem anno CCCLV. Arbetione & Lolliano Coss. moxque post adsumptam illam VIII. Nouembris, vti diximus, & qua de re alibi suo loco, CAESARIS dignitatem, ac proinde adhuc ante anni illius exitum, hæc Oratio fuerit a Iuliano, eoque eriamnum ex vmbraticis apud Athenienses in dicendi arte studiis recenti, elaborata: quumque recens itidem foret, cæsi nempe aliquot ante mensibus, cuius ideo in fine eiusdem Orationis suppresso cæteroquin nomine meminit, Silvaoi Tyranni interitus.

Primus autem hanc Orationem, sicuti eam, qua EVSEBIAE Augustæ laudes complexus est Iulianus, e MSStis Bibliothecæ Regiæ, vna cum interpretatione ac notis, additoque qui iam ante, sed Græce tantum ac præterea mutilus haud parum ac vitiosus prodierat, altero CONSTANTII Panegyrico, vulgauit anno M DC XIV doctissimus Petavius: a qua deio Oratione integræ Iuliani operum editioni, quam laudabiliter ille multis post annis suscepit, auspicium itidem est ab eo factum. Quod hic etiam nobis haud vno nomine faciendum duximus. Quamquam in MSto (de quo alibi & sæpius a nobis agetur) viri ingenio & doctrina præc[illegible]entis, Isaaci Vossii, alio ordine eædem Iuliani Orationes procedant: vt nempe prima in eo occurrat oratio ceu in REGEM S[illegible]LEM hymnus; dein in MATREM DEVM; tum de IMPERATORIS, Constantini nempe, REBVS GESTIS Panegyricus; quarto autem demum loco hoc eiusdem CONSTANTII ENCOMIVM subsequatur. De quo tamen, quin ante eundem Panegyricum sit illud a Iuliaoo conscriptum, ex vtriusque lectione, iisque quæ ad sequeotem illam Orationem dicenda veoient, erit abunde, vt opinor, manifestum.

Pag. 1. ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ) *Laudatio* proprie est, vt illud ἐπιδεικτικὸν orationum apud Græcos genus interpretatur Cicero de Oratore & alibi, qua CONSTANTII IMP. virtutes & res gestas, sibi, vt ante diximus, ex Atticis Rhetorum spatiis adhuc recenti, ad eorum etiam præceptiones & exempla, celebrandas suscepit Iulianus. Dictum quidem antiquitus, si ratio nominis habeatur, ἘΓΚΩΜΙΟΝ, quod, vt a priscis etiam Grammaticis ac Rhetoribus traditum, ἐν κώμαις, seu, vt iidem explicant, ἐν στενωποῖς vel ἀμφόδοις *in vicis* ceu *compitis* præconia id genus canerentur; vel vt statuit Græcus & Aoooymus Aphthonii, a quo illud & præterea ab Etymologi auctore dictum, Enarrator, (qui idem, vt obiter hoc addam, cum eo qui in Hermogenem de Inuentione & Formis orationis scripsit) διὰ τὸ τηνικαῦτα τὴν Ἑλλάδα κατὰ ΚΩΜΑΣ οἰκεῖσθαι, *quod tum VICATIM Græcia habitaretur.* Quod postremum adstruit etiam Hesychius: Ἐγκώμιον, ἔνδημον· κῶμαι γὰρ τὰ δύο δήμου συστήματα, hoc est, *Encomium*, *populare*: κῶμαι *enim sunt populi cœtus.* A quo rursus abeunt, qui iuxta eundem Anonymum Sch oliasten Ἐγκώμιον dictum volunt ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς ΚΩΜΟΙΣ καὶ συμποσίοις ᾄδεσθαι, *quod ea in comessationibus & epulis canerentur;* prout istud tradit etiam Theo in Progymnasmatis pag. 75. Ἐγκώμιον δὲ λέγεται, τοὺς παλαιοὺς ἐν ΚΩΜΩ τινὶ &c. *dictum Encomium, quod veteres in quadam epularum hilaritate* Deos, vt addit, celebrarent. Quibus equidem suffragatur frequens iam olim apud Pindarum vsus vocum κῶμος & κωμάζειν, pro *athletarum*, qui in sacris Græcorum agonibus vicerant, *laudationibus* ceu *cantilenis*, quibus illi celebrari ab iis consueuerant; qui inde κώμων τέκτονες, ceu eiusmodi *laudationum fabri* ab eodem Lyrico vocantur Nem. Od. III. ac inde ἐγκώμιος τεθμὸς, *laudatrix lex*, Olymp. Od. XIII. & ἐγκώμιοι ὕμνοι, Pyth. od. X. ac similiter ἐπικώμια, & ἐπικώμιος ὕμνος, Nem. Od. VI. & VII. appellantur. Nempe iuxta veteres eiusdem Pindari Enarratores p. 380. Ἐπικώμια τὰ εἰς ΚΩΜΟΝ ὑμνεῖσθαι ἐπιτήδεια τῆς νίκης· μετὰ γὰρ νικῆσαι, ΕΚΩΜΑΖΟΝ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, hoc est, Ἐπικώμια, *quæ apta sunt cantari in victoriæ*, seu propter victoriam, *EPVLIS; postquam enim vicerant*

cerant athletæ, *EPVLABANTVR cum coætaneis.* Quæ proinde antiqua & primigenia exſtitit ἘΓΚΩΜΙΟΝ ita a Græcis dictorum ratio, & quidem horum ex lege; prout adductus modo ex eodem Pindaro στεφάνων ἐγκώμιος τεθμὸς, *coronarum* ceu victoriæ *laudatio ex lege*, vel, vt ad verbum Interpres, *laudatoria lex*, (vt alia huius generis apud eum, ſicut ὕμνων τεθμὸς, Olymp. Od. VII. & ἱππικοὶ νόμοι, Olymp. Od. I. nunc mittam) ſatis arguit. Vnde inter varia Poematum genera recenſentur quoque ab Alexandro M. apud Dionem Chryſoſt. Orat. II. p. 18. ἘΓΚΩΜΙΑ ἀθλητῶν τε καὶ ἵππων, *LAVDATIONES athletarum & equorum*, qui victoriam ſunt adepti: στεφανηφόροι quippe iidem, (equi nempe) de quibus nos alibi, appellati. Ad quas idcirco, aut ſimiles clarorum virorum decantatas in epulis aliisue hilariorum ſolemnibus laudationes, reſpexit Plato, vbi de poetis diuinitus adflatis agens in Ione, ait p. 534. Part. I. quod alius Muſæ impulſu dithyrambos, alius vero laudationes, ὁ δὲ ἘΓΚΩΜΙΑ pangat. Immo quem, vt antiquum etiam, eumque latius diffuſum, apud Romanos Laudationum ceu Ἐγκωμίων morem tangit itidem Cicero in Bruto cap. XIX. *Atque vtinam exſtarent illa carmina, quæ multis ſeculis ante ſuam ætatem in EPVLIS eſſe cantitata a ſingulis conuiuis, de clarorum virorum LAVDIBVS, in Originibus ſcriptum reliquit Cato.* Quod iterum ab eo traditur Tuſculanarum libro primo capite ſecundo.

Hæc proinde vt prima ἘΓΚΩΜΙΩΝ a Græcis dictorum origo ſtatuatur; ita ad aliud poſtea peculiare magisque artificioſum orationis genus, certisque præceptis ac obſeruationibus comprehenſum, eſt a dicendi apud Græcos magiſtris traductum paullatim hoc nomen. Ariſtoteles quidem lib. I. Rhetoric. cap. IX. in quendam *Hippolochum* ſcriptum primo Ἐγκώμιον tradit; quale tamen illud fuerit, a quo præterea, aut quando id factum, reticet: nec vero, quis ille Hippolochus exſtiterit, an vnus forte e duobus, quorum facta ab Homero mentio, vno nempe Bellerophontis, altero Antimachi filio; an vero alius quispiam heroicis illis temporibus recentior; vel ex eodem Ariſtotele, aut Græco præclari illius operis Enarratore, vel aliunde etiam conſtat: nec proinde an pro *Hippolocho*, vt eruditis quibusdam viſum, vel *Hipponici*, Calliæ patris, vel alterius Herois Homerici, *Antilochi* nempe, Neſtoris filii, quique quod pro parente ſe morti obiecerit Φιλοπάτωρ ſit dictus, reponendum ſit ibi apud Philoſophum nomen. Verum hæc quum valde dubia ſint ac incerta, illud vtique conſtat, duobus aliis dicendi generibus, quæ in iudiciis & in deliberationibus, [illegible] ea de re Cicero lib. II. de Oratore cap. X. *in lite ordinanda, aut in dando conſilio* verſabantur, occupatam primitus exſtitiſſe veterum apud Græcos Oratorum induſtriam. Neque enim ad τὸ Ἐγκωμιαστικὸν dicendi genus referri continuo debent *Panegyrica* veterum Græcorum orationes, quæ hoc nomen demum ſunt nactæ, vt vel docebit breuis Dionyſii Halicarnaſſenſis in principio Artis περὶ τῶν Πανηγυρικῶν commentarius, quod in Quinquennalibus Græcorum agonibus, ceu in Olympica vel Pythica aliaue id genus ſtata ſolemniue panegyri, eædem haberentur quibusque Panegyricis, de iis, quæ ad communem Græcorum vtilitatem & gloriam ſpectarent, agi ab Oratoribus conſueuerat. Id vtique quum celebris illius habitæ a Gorgia Rhetore Olympicæ, ceu qua Græcos ille ad concordiam hortabatur, argumentum exſtitiſſe, tradit Plutarchus coniugal. præcept. p. 144. ac Philoſtratus de Vit. Sophiſt. Lib. I. p. 497; tum oſtendit etiamnum vel inſcriptus Lyſiæ *in Dionyſium* Siciliæ *tyrannum Panegyricus*, quo Græcis concordiam itidem ſuadet, vt Tyrannum illum communibus conſiliis ac viribus ſubuertant: aut decennalis ille Iſocratis *Panegyricus* in Olympica panegyri, vt de eo Philoſtratus de vit. Soph. p. 507. itidem habitus; quo, etſi cum laude Athenienſium coniuncto, Græcos ſimiliter ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam compellere intendit Iſocrates, qui propterea inter illius Oratoris συμβουλευτικοὺς, ceu *ſuaſorias* orationes, referri haud immerito conſueuit. Exſtant quidem eiusdem Iſocratis, vt de *Panathenaico*, qui totus in laudatione Athenienſium, eorumque cum Lacedæmoniis comparatione, eſt poſitus, ſileam, inſcripta proprio nomine, vt *Euagoræ*, Cypriæ Salaminis regis, aut *Helenæ* etiam, vel *Buſiridis* (quæ duo ſcripſit ad ſpecimen artis, erudiendumue, qui ſimile argumentum, laudandi nempe Buſiridem, tractauerat, quendam Polycraten) ἘΓΚΩΜΙΑ. Vnde etiam primum ſcriptum ab Iſocrate Ἐγκώμιον, quum antea [illegible]o in genere, vti modo vidimus, ſitum foret panegyricum apud veteres orationis genus, tradit de eo agens Anonymus Hermogenis Enarrator p. 413. Καὶ οἱ παλαιοὶ Ῥήτορες τὸ παρ' ἐκείνοις [illegible] αὐτῷ τῷ τρόπῳ, ᾧ νῦν κέχρηνται. ΠΡΩΤΟΣ Ἰσοκράτης νεώτερον ἔγραψεν Ἐγκώμιον. *Et priſci quidem oratores plane eo*, panegyrico nempe, *non ſunt vſi ad eum modum, quo nunc vtuntur: PRIMVS Iſocrates recentius ſcripſit Encomium.* Quod ab ipſo Iſocrate adſtrui & explicari videas in eo *Euagora*, de q[u]o modo

modo diximus, *Encomio*; in cuius proœmio difficultatem rei, quam ille adgrediebatur, inde tangit, quod quum alia dicendi genera a viris eruditis aut Philosophiam professis essent pertractata, de hoc tamen Orationis genere, (etsi laudatam iam ante a Gorgia Rhetore Helenam idem memoret, in huius Encomio pag. 210. edit. H. Stephani) quod in laudatione viri alicuius virtute præstantis positum est, nihil sit ab iis in litteras relatum. Quamquam Græcos in eo laudandi genere plurimum versatos, legendasque quas iidem scriptitauerint *Laudationes*, quodque exstarent suo æuo *libri quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander, aliique laudantur*, tradit Cicero lib. II. de Oratore cap. LXXXIV. De Gorgia autem ait ille in Bruto cap. XLVII. eum *singularum RERVM laudationes, vituperationesque conscripsisse*; & addita quidem eius rei caussa, *quod iudicaret hoc Oratori esse maxime proprium, REM AVGERE posse laudando, vituperandoque rursus adfligere*. Sed præterquam quod careamus hodie illis Gorgiæ, quæque non tam in personis, quam in *rebus*, ut ibi dicitur, laudandis vel vituperandis versarentur, declamationibus; aut iis etiam ferme Græcorum libris, in quibus æuo Ciceronis illæ, quas priori loco memorat, *Themistoclis &c, Laudationes* continebantur, vt liquido hodie statuamus, quæ ratio earundem fuerit; ita vel ex iisdem eius verbis constare potius videtur, non agi adeo de Orationibus scriptis vel habitis in illo genere, quod tradiderunt Rhetores, ἐπιδεικτικῷ, & ex artis, quæ postea in iis obtinuit, legibus ac præceptis; quam de id genus *Encomiis*, quæ præstantium apud Græcos vel Macedonas ducum aut regum virtutibus aut rebus gestis in libris, qui easdem enarrarent, & qualis exstat etiamnum Xenophontis Agesilaus, vt de Cyri non tam Institutione, quam perpetua velut Laudatione silentium, tribuebantur. Ne ea jam hic tangam Ἐγκώμια sive Ἐπίνικια, de quibus iam ante, quibus victores in sacris Græcorum agonibus ex lege celebrari consueuerant: aut vero ea, quæ a Lysia scripta dicit Plutarchus in eius vita, ac ibidem a concionibus eius funebribus distinguuntur, Ἐγκώμια καὶ Ἐπιτάφιοι, & de quibus eius Ἐγκωμίοις, qualia illa exstiterint, aliunde nobis non liquet, nec de iis nominatim quidpiam a Dionysio Halicarnassensi traditur; qui vnum e dicto paullo ante Lysiæ Panegyrico, vt eius in ἐπιδεικτικῷ (verius, vt vidimus, συμβουλευτικῷ) genere, specimen exhibet. Adeo vt & ipsæ Orationes veterum Græcorum funebres, qualis vel eiusdem Lysiæ adhuc exstat; ac Demosthenis illa in cæsos, dum Corinthiis opem ferrent, Athenienses qui ad Chæroneam ceciderant; aut qualis in simili argumento vel a Gorgia Leontino olim habita, apud Philostratum de Vit. Sophist. p. 497. dicitur; aut vero Pericli, apud Thucydidem lib. II. pag. 121. aut Aspasiæ, apud Platonem in Menexemo tribuitur: ex inquam, a priscis dicendi magistris, vt Dionysio in Arte, Theone in Progymnasmatis, & dicto de Lysia apud Plutarchum loco, ab Ἐγκωμίοις distingui soleant. Quamquam hoc ita enarrat Menander Rhetor, Græce apud Aldum cum aliis Græcis Rhetoribus editus, nec vulgo obuius, περὶ Ἐπιταφίου pag. 631. vt funebres conciones diu post mortem eorum, qui illis celebrantur, habitas, non dici debere Ἐγκώμια statuat: si vero non diu ab eorum obitu, aut septem octoue denum elapsis mensibus, *deberi eum easdem* Ἐγκώμια *appellare*, ἐγκώμιον μὲν λέγω δεῖ. Quum tamen de funebribus apud Romanos concionibus, aliisue etiam laudationibus, id iudicium ferat Cicero dicto iam loco: *nostra LAVDATIONES, quibus in foro vtimur, aut testimonii breuitatem habent nudam atque inornatam, aut scribuntur AD FVNEBREM CONCIONEM, quæ ad ORATIONIS laudem MINIME accommodata est*. Vt proinde minus adhuc ad illud Orationum, quale hoc Iuliani ad Constantium ΕΓΚΩΜΙΟΝ, genus referenda veniant, non iam dicam vel a Dione Chrysostomo scriptum *Comæ*, teste Synesio; aut ab ipso Synesio, quod etiamnum exstat, *Caluitiei*; sed ipsum quoque *Demosthenis* apud Lucianum, Ἐγκώμιον. Vt ea itidem mittam, quæ a recentioribus Sophistis aut Declamatoribus, ipsoque, qui Iulianum in dicendi arte erudiuit, Libanio, inscripta occurrunt inter eius Progymnasmata, & quæ idcirco veram hujus nominis, seu Panegyricæ, sub Ἐγκωμίου nomine, Orationis mensuram haud implent, breuia quædam Ἐγκώμια, vti vel eiusdem *Demosthenis*, aut veterum etiam Heroum *Vlyssis, Achillis, Diomedis* &c. Discrimen enim Ἐγκωμίου & Ἐπαίνου, quod tradunt veteres dicendi apud Græcos artifices, Aristoteles lib. I. Rhetor. cap. IX. & alibi, Theo præterea, Aphthonius, eiusque Enarrator anonymus, plenius autem, de quo paullo ante, Menander Rhetor p. 610, haud multis hic adtingam: quod nempe ΕΓΚΩΜΙΟΝ viuentium foret (vt nonnulli ex iis volunt, refellit autem adductum paullo ante ex Isocrate Euagoræ fato iam functi Ἐγκώμιον) non mortuorum; vel vnius singularis virtutis, vt Iustitiæ in Aristide; aut rerum gestarum solum, non autem virtutum illius, de quo agitur, laudatio; quod simplex aut breuis eadem; aut vera adeo potius, quam verisimilis; ac opinionis magis & celebritatis, quam veræ solidæque laudis testimonium. Quodque

que postremum inter vtrumque Ἐγκώμιον & Ἔπαινον discrimen, cæteris modo adductis præfert dicto loco Menander Rhetor, & hoc vtique CONSTANTII ENCOMIO abunde comprobat Iulianus: dum eas in illo virtutes, mansuetudinem, clementiam, animum ab omni ambitione ac regnandi etiam cupiditate vacuum, ab omni præterea ob prosperos & insperatos rerum euentus elatione vel arrogantia remotum, prædicat & extollit. A quibus tamen virtutibus eum, vt longe alienum, idem alibi in his Operibus, sicut in Epistola ad Athenienses, ac in Cæsaribus, aut ea quam ad Senatum post adsumptum Augusti titulum scripserat, teste Ammiano lib. XXI. cap. X. quæque hodie non exstat, *Oratione, probra in eum* (nempe Constantium) *explanante & vitia*; neque id citra similia aliorum eiusdem æui Scriptorum de illo Imperatore iudicia, haud parum perstringit & exagitat.

Ex eo cæteroquin, vt vel lemma eius abunde arguit, Orationum genere hoc CONSTANTII ENCOMIVM, quæ Βασιλικοὶ λόγοι a Græcis Rhetoribus appellantur, ac prout de iis Menander Rhetor ait ab initio capitis περὶ Ἐπιδεικτικῶν p. 612. ὁ βασιλικὸς λόγος ΕΓΚΩΜΙΟΝ ἐστι βασιλέως, quomodo inscribitur Libanii in eundem hunc Constantium, fratremque eius Constantem, Imperatores ΛΟΓΟΣ ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ. Cuius generis, ut alia nunc mittam, legitur Aristidis Rhetoris, non iam Vrbis gentium dominæ, seu editum ab eo ΡΩΜΗΣ ΕΝΚΩΜΙΟΝ, sed alia Oratio ΕΙΣ ΒΑΣΙΛΕΑ, qua nempe M. Antonini Imperat. laudatione defungitur. Meminit etiam, vt hoc addam, scripti a Callinico Sophista seu Rhetore sub Antonino Pio μεγάλου Βασιλικοῦ, eiusque vt *Laudationis* idem, de quo modo, Menander Rhetor περὶ Ἐπιδεικτικῶν p. 613. quæ ab hoc Callinico conscripta, sub finem, vbi de eo loquitur, tradit Suidas, καὶ ἄλλα τινὰ Ἐγκώμια καὶ λόγους, *& alias quasdam Laudationes & Orationes*. Προσφωνητικὴ vero hæc Oratio, qua nempe ab ipso limine, vt statim videbitur, ad eius exitum, CONSTANTIVM vt præsentem perpetuo adloquitur Iulianus. Vnde etiam eadem, non vt in illo Romæ apud Aristidem, aut Euagoræ fato iam functi, vel Helenæ apud Isocratem Encomio, aliisque exemplis paullo ante adductis, ita hic *Constantii Encomium*; sed ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ, *ENCOMIVM AD IMP. CONSTANTIVM*, inscribitur. Eodem vero redit, quod in MSto Vossiano εἰς pro πρὸς hic legatur; ac prout inscripta Themistii in Iuliani successorem Iouianum, qua eum ab eiusdem limine Βασιλεῦ &c. compellat, Oratio; nempe ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΒΙΑΝΟΝ, *IN IMP. IOVIANVM*. Sed de his plus satis: quamquam eadem haud alieno certe loco, & quæ præterea ad lemma seu argumentum huius & sequentis Panegyrici plenius elucidandum faciunt, cum Lectoris, vt opinor, venia adtulimus; quum viri etiam doctissimi, qui artis oratoriæ præceptiones nobis hactenus consignarunt, hæc aut parce admodum, aut vero penitus non adtigerint.

Pag. 1. lin. 5. ὦ μέγιστε Βασιλεῦ) Haud pro consueta adeo, qua nempe rebus gestis inclyti Principes ornari cæteroquin ab eorum laudatoribus solent, appellatione, eo Μεγίστε, *Maximi Imperatoris* elogio compellatur hic a Iuliano Constantius: sed magis pro inducto iam tum ea ætate more, vt hoc MAXIMI cognomen publice ferrent Imperatores; illudque, vt iis proprium, ante ipsum etiam AVGVSTI titulum, horum nominibus, idque ad expressas signatasue publica auctoritate eorundem imagines, continuo adderetur. Cuius rei vtique, ne longius abeam, obuium ac illustre documentum præbent superstites adhuc huiusce Constantii, vel parentis Constantini, sub quo primum moris illius eo æuo recepti in iisdem occurrunt documenta, nummi: repetito cæteroquin, quod alibi pridem docuimus, vsu ex antiquo more, quo Marci, Commodi, Seueri, Antonini Caracallæ, MAXIMI ARMENIACI, MAXIMI PARTHICI, MAXIMI GETICI, in eorundem Nummis vel Inscriptionibus vocantur. Vnde, & quo præsens huius rei ratio ac fides hic etiam constet, duo sequentes aurei neque facile obuii, quos hoc Electorale Cimeliarchium mihi opportune suppeditat, nummi id continuo ante oculos ponent: prior quidem cum Constantini effigie & inscriptione CONSTANTINVS MAX. AVG. seu *Maximus Augustus*; alter cum ipsius Constantii, cui dicatus est hic Panegyricus, vultu, isque eius Tricennalibus, vt ex auersa parte liquet, signatus. In priori nempe D. N. CONSTANTIVS MAX. AVGVSTVS; in altera autem duæ mulieres, siue Roma & Constantinopolis, sedentes, quæ clypeum tenent, cui inscriptum VOT. XXX. MVLT. XXXX. infra TES, circum autem GLORIA REIPVBLICAE. Cui Constantii nummo, vt hoc addam, haud dissimilem exhibet e Bauarico Gazophylacio Gretserus de Cruce Tom. III. lib. I. cap. IX. ac inter nummos Byzantinos retulit quoque eruditissimus Du Cange Famil. Byzant. Tab. XI. nisi quod in anteriori nummi area non MAX. seu *Maximi* elogium, quod aperte hic præfert, aliusque ab illustrissimo Comite Mezzobarba, & cum iisdem ferme typis aut inscr. in Constantio adductus p. 491. sed P. F. tantum, seu *Pius Felix* legatur. Adde quod Gretserus vnam e duabus figuris Crucem præferre notet: qualis

qualis etiam & in hoc Electorali nummo, non vero in eo, quem vulgauit laudatus modo Du Cange, comparet, eaque iuxta consuetum in aliis Constantinopolitanorum Imperatorum nummis Crucis typum, ac inter litteras TES, quæ forte *Thessalonicam* notant, quamquam absit littera H. Quæ singula eiusdem nummi adspectus luculenter euincet, cum addito MAXIMI, in anteriori nummi area, quod pater eius iam ante tulerat, & arguit etiam prioris nummi effigies, elogio.

Immo quam postremi nummi iconem eo lubentius proferimus, quo & illius Imperatoris, de quo tota hac Oratione agitur, effigies hic in limine Lectori eadem opera exhibeatur; ac præterea, quod celebrata iam forent, quum elaborata fuit a Iuliano, anno nempe, vt antea vidimus, CCCLV, hæc Oratio, illa Constantii, quæ in auersa nummi parte signantur, Tricennalia; ab adsumpta non AVGVSTI quidem (vt bene iam discrimen illud ex Ammiano, in Critica ad Baronii Annales p. 159. adnotavit de hoc omni eruditionis genere præclare meritus Antonius Pagi) sed CAESARIS dignitate; ac proinde biennio ante, seu anno CCCLIII, quo habita hæc Tricennalia, percussus foret, pro more, in illius festiuitatis memoriam, idem nummus. Qua etiam occasione ac solemnitate, postque debellatum iam in Pannonia Magnentium, ac in ordinem redactum Vetranionem, amotosque ita e medio aut profligatos tum Tyrannos, Persas autem iam ante a Nisibena obsidione depulsos, illud MAXIMI cognomen eidem CONSTANTIO ad Patris imitationem, post victorias de Tyrannis itidem aut Barbaris relatas, fuerit inditum.

Ibid. lin. 6. 7. τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ τὰς πράξεις) Nempe e quibus duabus vera laus summi Imperatoris, qualis hic dicitur, vt modo vidimus, Constantius, demum conficitur; vt hoc ipsum haud vno huius & sequentis Panegyrici loco pluribus a Iuliano tangitur: atque adeo vt potiorem longe prioris, *Virtutis* nempe, rationem habendam ducat; vtpote quæ propria sit ac solida siue tota illius, cuius præterea πράξεις, seu *res gestæ*, sed in quarum communionem Fortuna & Milites veniunt, celebrantur. Hinc eadem laus *Virtutis* priori loco hic ab eo posita: quamquam immutandum sibi illum ordinem, ac primo de REBVS a Constantio GESTIS, postea de ipsius VIRTVTIBVS, seu animi adfectione, qua ad eas gerendas fuerit ille impulsus, dicendum sibi statuerit Iulianus, vt videre licet infra p. 4. item pag. 17. & 41. huiusce Orationis. Ἀρετὴν vero hic dicit, quod iis in locis & alibi adhuc ἕξιν vel ἕξεις vocat, *animi adfectionem* seu *habitus*; ac in Cæsaribus, vbi ea de re itidem agit, προαίρεσιν, *destinatum propositum*: vnde vnice, prout fit etiam, vti infra videbitur, ab Aristotele in Rhetoricis & ad Nicomachum, de actione, an eadem bona vel mala sit, quoque loco sit ille habendus a quo ea proficiscitur, diiudicandum statuit Iulianus. Quamobrem in limine hujus Panegyrici, se haud minus Philosophiæ, e cuius nempe præceptionibus petenda est omnis illa distincta & accurata virtutum cognitio, (de qua Cicero lib II. de Oratore cap. LXXXV.) quam Eloquentiæ disciplinis, penitus exercitum voluit Iulianus profiteri; vti hoc adhuc in sequentibus, neque vno loco, plenius constabit. Adeo etiam, vt ille paullo infra, nempe pag. 4. hanc esse veterem Philosophiæ legem tradat, vt in omni orationis genere nihil dicatur, nisi quod *ad virtutem ac philosophiam referre* continuo liceat. Mitto hic vero illud, quod inter Ἐγκώμιον & Ἔπαινον discrimen statuit in Rhetoricis Aristoteles lib. I. cap. IX. vt nempe hujus sit, virtutis magnitudinem declarare, ac res ad eius normam gestas ostendere; illius autem, facta ipsa celebrare. Quid enim ea de re statuendum sit, abunde iam diximus ad lemma huius Orationis: neque angustis illis finibus Oratorum Ἐγκώμια seu *Laudationes* coerceri; multo minus ab iis *Virtutum* tractationem, quod, vt alia iam mittam, vel adductus modo Tullii locus satis redarguit, excludi ostendimus. Inmo tenendum, quod aperte statuit Auctor Rhetoricæ, qui vulgo (sed male) Aristoteles creditur, ad Alexandrum cap. IV vbi ait: Συλλήβδην μὲν οὖν ἐστι Ἐγκωμιαστικὸν εἶδος προαιρέσεων καὶ πράξεων, *Vt compendio enim dicam, est illud encomiasticum orationis genus, animi adfectionum* (id enim ibi προαιρέσεις notant) *& gestorum.*

Ibid. lin. 7. ὑμνῆσαι) Quod verbum alioquin in rebus etiam mali ominis, nec laude dignis, subinde a veteribus Tragicis adhibetur: sicut in luctu, a Sophocle Electra v. 385.

ὑμνήσεις κακὰ, *decantabis mala*, & juxta Criticorum glossam ad Euripidis Medeæ v. 425. καὶ ἐπὶ κακῷ τὸ ὑμνεῦσαι. Ita etiam ἐφυμνεῖν vsurpat alibi Sophocles, nempe Oedip. Tyr. v. 1299. τοιαῦτ' ἐφυμνῶν πολλάκις, *talia vociferans sæpius*, Oedipus nempe dum oculos propriis manibus dilaniaret. Immo ὕμνος etiam ab Euripide de *vituperio*, non *de laude* dictus, Dramatis modo citati seu Medeæ versu 425.

ἐπεὶ ἀν-
τάχησ' ἂν ΥΜΝΟΝ
ἀρσένων γένει,

quasi vicissim cecinissent HYMNVM (nempe mulieres) *in virorum genus*, hoc est, juxta Grammaticos ibidem, τοὺς ἄνδρας καὶ ψέγομεν, *viros etiam vituperamus*. Immo prout iam ante apud Aeschylum ὕμνον ὑμνεῖν & ὑμνῆσαι, de *infausto cantu*, vel infesti Atridarum domui Genii, vel ipsarum Furiarum, legitur Agam. v. 1200. & 1421. E quo autem priori Euripidis loco liquet, haud semper comprobari, vti mox adhuc dicetur, Thomæ Magistri glossam, qui ὕμνον de *Diis* solum dici obseruat: verius autem, quod addit, ὑμνεῖν tam de *Diis*, quam de *hominibus*; & adducto quidem posterioris huiusce significationis exemplo ex Aeschylo Sept. Theb. v. 7. vbi de Eteocle Thebanorum rege, & quidem vbi forte contigerit aliqua Thebanis calamitas, ac proinde in sequiorem partem, dicitur:

ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις,

proclamabitur ciuium tumultuosis vocibus seu *cantilenis*; non vero, sicut ibi veteres aliquot Critici, ἐπαινοῖτο ἐπαίνοις παμπόλλοις, *celebretur multis* ciuium *laudibus*, quod totius loci contextus abunde ibidem redarguit. Adeo vt eadem sit ibi illius vocis ὑμνοῖθ' seu ὑμνοῖτο, quæ alibi apud eundem, vti modo vidimus, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, nempe ἐπὶ κακῷ, vt ad eosdem notant Critici, significatio. Ὕμνους alioquin & Ἐγκώμια, illos nempe vt Deorum, hæc vt hominum laudationes, conjungit Aristoteles in Poetica cap. IV. sicut passim alii, qui dicendi apud Græcos præcepta tradidere, & præ aliis Menander Rhetor, ab Aldo, vt ante vidimus, editus, qui ab initio tractatus *de divisione* τῶν ἐπιδεικτικῶν p. 594. de ὕμνοις seu *Deorum laudationibus* continuo agit, variisque earum, quas ibi tangit ac dein enarrat nominatim, speciebus. Quamquam ὕμνος quum iam olim, vt passim apud Pindarum (sicut ab eo dictus, vt ante vidimus, ἐπικώμιος ὕμνος, alibi autem ὕμνων πτυχαὶ, ὕμνων θησαυρὸς, ὕμνων ἄωτος, ὕμνων ἄνθεα, ὕμνων πυρσὸς &c.) pro ipsis Athletarum ἐπινικίοις seu ἐγκωμίοις dicatur; tum pro scriptis etiam soluto serne Laudationibus; vt, ne longius abeam, apud Themistium in Laudatione huius Imp. Constantii, quam vocat Orat. IV. p. 55. ὕμνον τοῦ βασιλέως, hoc est, de quo supra ad huius Orationis lemma, βασιλικὸν λόγον.

Ibid. lin. 11. τῆς μὲν λόγῳ καὶ πειθοῖ) Quibus verbis de redacto in ordinem sine armis Vetranione agi, monuit iam Petauius; quamque rem, quomodo nempe Oratione Constantii pro tribunali, quod ille cum hoc Vetranione conscenderat, iste delato ei paullo antea militibus imperio continuo fuerit exutus, pluribus infra memorat pag. 31. iis verbis, quæ hunc locum plenius interpretantur: Ἀκμαζούσης δὲ τῆς δημηγορίας, συνενθουσιῶντες ΤΩι ΛΟΓΩι πάντες ἐπεκρότουν, *Iam vero in ipso concionis feruore, diuino quodam impetu, audita ORATIONE tua, correpti, plausum dedere vniuersi.* Et mox: τέλος δὲ ὑπὸ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ἀναπειθόμενοι, μόνον ἐκάλουν βασιλέα, μόνον ἄρχειν ἠξίουν ἁπάντων, *ac denique ORATIONE tua persuasi, solum Imperatorem appellare, solum qui omnibus præesset dignum iudicare*. Quibus adde eadem de re ab hoc Iuliano rursus dicta Orat. II. p. 76. ac Libanium insuper de Vita sua p. 29. Tom. II. Μετὰ γὰρ τὴν τῶν Τυράννων κατάλυσιν, ὧν τὸν μὲν ΛΟΓΩι, τὸν δὲ χειρὶ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ἔπαυσε, *Post euersos enim Tyrannos, quorum hunc quidem Oratione*, seu *eloquio, alterum vero manu CONSTANTIVS compescuit.* De priori facto similiter Themistius Orat. IV. p. 56. Οὐ γὰρ αἰχμῇ, ἀλλ' ὑπὸ ΛΟΓΟΥ ἠνδραποδίσθη, *non enim bello captus, sed ORATIONE in potestatem redactus est* Vetranio. Quod vero addit hic Iulianus, λόγῳ καὶ πειθοῖ, vtrumque etiam, vbi ea de re, seu Vetranione, Oratione Constantii amoto, agitur, tangit infra p. 33. a. Τίς οὖν ἡ ῥώμη γέγονε ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ; τίς δὲ ἡ ΠΕΙΘΩ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη; *quænam itaque fuit vis illa ORATIONIS, aut quæ SVADA illa labiis tuis insidens?* Quamquam paullo ante p. 32. a. non tam πειθοῖ, cuius Rhetorica δημιουργὸς a Platone dicitur in Gorgia p. 452. quam πειθανάγκῃ, ceu, vt eam ibidem innuit, τῇ Θετταλικῇ, *Thessalica cum necessitate persuasioni* tribuit; qua scilicet adactus fuerit Vetranio, vt detractam sibi purpuram ad Constantii pedes continuo deponeret. Qualis autem fuerit hæc Constantii, quæ illud efficere potuit, Suada; quam peritus ille, & quo quidem in genere dicendi, artifex; quam apta, quæ in animos eruditorum ac prudentium iuxta & rudium ac imperitorum penetraret oratio, refert infra Iulianus Orat. II. p. 77. Quin etiam in hac ip[illegible] Oratione p. 10. 11. Constantium dicit animum τῇ τῶν λόγων μελέτῃ, *eloquentiæ doctrinarumue meditatione* excoluisse. Vt mirum sit, omnem hanc facundiæ laudem eidem Constantio, a grauissimo & qui sub eo meruit auctore, Ammiano nempe Marcellino, adimi Libr. XXI. cap. XVI. Sed hac de re infra oppor[illegible]ius. Vt hoc tantum addam, quod c[illegible]m laudem deiecti imperio Tyranni vna Constantii *oratione* ac *suada*, vt genere ipso ac nouitate singularem, totamque eidem propriam, primo etiam loco hic tangat Iulianus; siue ante alteram, qua debellatum prostratumque armis Magnentium

tu[illegible]m, & quod postea demum contigit, continuo eid[illegible] conne[illegible]t.

Ibid. lin. 12. τῆς δὲ τοῖς ὅπλοις κρατήσας) Vt ita vtraque laude præstantem Constantium hic in Orationis limine declararet Julianus, [illegible] in Vlysse prædicat filius Telemachus [illegible] odyss. π. v. 242;

χ[illegible] τ' αἰχμητὴν ἔμεναι, καὶ ἐπίφρονα βουλήν,
manibusque bellicosum esse, & prudentem consilio.

Vt eni[illegible] [illegible]erti vnius Constantii consilio ab imperio depulsum, de quo modo, Vetranionem hic & infra, vti vidimus, prædicat; ita vi armorum, ceu bello, prostratum ab eo trucem M[illegible]gnentium hic si[illegible]militer innuit. Vnde etiam de Constantio vtraque hac laude inclyto infra ait p. 32. b. Καὶ τοι πῶς ἄξιον ἐπαινεῖν ἐστιν ἀγαθὸν γενόμενον ἅμα καὶ στρατηγὸν, ἢ βασιλέα χρηστὸν καὶ γενναῖον ὁπλίτην προσαγορεύοντας; *Etsi quomodo pro dignitate possumus te laudare; quamuis Oratorem simul ac Imperatorem, vel optimum Principem & fortissimum Militem nuncupemus?*

Ibid. lin 13. τὸ μέγεθος ὑπερβαλεῖ) Nempe vnde tale procemium, quale istud, in Imperatoris Ἐγκωμίῳ petendum docet Menander Rhetor p. 612. Μέγεθος περιστιθεὶς τῇ ὑποθέσει, ὅτι δυσέφικτον, *magnitudinem circumponens, seu prætexens, argumento, quod difficulter possit pertentari.* Quale cæteroquin exordium in laudationibus magnorum Principum vsitatum, nempe ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ τῶν πεπραγμένων, *rerum gestarum MAGNITVDINEM* deprecari, omissurum se tamen ait in limine sui in M. Aurelium Imp. panegyrici, seu Λόγῳ Βασιλικῷ, Aristides p. 101. Immo quod pridem, vt trivialeOratorum ad captandam beneuolentiam procemium, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἴσως ΤΩ ΜΕΓΕΘΕΙ λόγους τῶν ἔργων ἐξευρεῖν, *quod difficile sit eam adferre orationem, quæ rerum MAGNITVDINI respondeat*, ab ipso præclaro suo Panegyrico, vt alienum continuo remouerat, in eius limine, magnus dicendi magister Isocrates. Idem tamen in fine, neque minus ex arte, ait, delusum se quidem, dum ipso Orationis initio pro dignitate rerum dicturum se posse censuerit; nunc autem se videre, *earum magnitudinem se non esse adsequutum*, νῦν δὲ οὐκ ἐφικέσθαι ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ αὐτῶν. Idem quoque ait in Panathenaico p. 240. res quidem exiguas posse facillime oratione amplificari; difficillimum autem esse, facta quæ excellunt *magnitudine & pulchritudine*, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει, laudibus velle adæquare. Sed communis hic & triuialis Panegyricorum locus.

Ibid. lin. 14. τὸ βραχὺ λειφθῆναι τῷ λόγῳ) Vnde infra p. 30. b. c. πῶς ἄν τις ἐν βραχεῖ λόγῳ παραστῆσαι δύναιτο, καὶ ταῦτα σπουδάζων; *Quis hæc omnia, vt maxime velit, breui oratione comprehendat?* Hinc Libanius de recepto hoc Oratorum more, in eiusdem Constantii & fratris Constantis laudatione seu Βασιλικῷ dicit p.101.102. Ἔστι μὲν ἔθος τοῖς ἐπιχειροῦσιν ἐγκωμιάζειν, τὴν μὲν αὐτῶν καταμέμφεσθαι δύναμιν, ὡς πολὺ ΑΕΙΠΟΜΕΝΗΝ τῶν πραγμάτων, τὴν δὲ τῶν πραγμάτων ἀποθαυμάζειν ὑπερβολὴν, ὡς πολὺ νικῶσαν ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ. *In MORE vero positum est, vt qui laudare adgrediuntur, suas vtiq. vires incusent, tanquam MVLTIS REBVS INFERIORES, ac rerum excellentiam demirantes, vt longe SERMONES supergredientem.* Idem rursus in Panegyrico ad Julianum ait p. 228. οὐ γὰρ οὕτω τῶν πράξεων ΑΠΟΛΕΙΦΘΗΝΑΙ τοῖς λέγουσι φαίνεται δεινὸν, *Non enim adeo graue apparet dicentibus, quum rebus ipsis INFERIORES SVNT.* Hisce vero passim apud Panegyristas, ipsosue qui e Veteribus laudandi præcepta tradidere, peruulgatis, maius quid, ceu minus protritum, in huius, Laudationis procemio innuit Julianus: nempe haud se quidem laborare, quod longe infra rerum a Constantio gestarum magnitudinem aliquantum futura sit hæc Oratio, sed *ne penitus ab argumento*, vt continuo addit, *aberrasse videatur*, ἀλλὰ τὸ παντελῶς τῆς ὑποθέσεως διαμαρτεῖν δόξαι. Quo vtique nihil magis ab oratoris scopo, omnibusque artis oratoriæ præceptionibus, alienum esse poterat. Haud aliter ac ab Aristide dici videas, ἂν δ' ὅλη τῆς προαιρέσεως διαφθείρῃ τὰ τεταγμένα, οὐκ ἄρα πασῶν πανηγύρεων ἐστέρηται, *Qui autem toto argumento dicendi ordinem corrumpat, non omnibus cedere solemnibus conventibus.* Orat. κατ. ἐξοχ. Tom. III. p. 715.

Ibid. lin. 18. πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας) Quales nempe *disceptationes*, ceu *quæ in foro atque in ciuium causis versantur*, alibi *ciuiles & forenses caussas*, vocat Cicero lib. II. de Oratore cap. X. & Lib. III. cap. XXXV. quasque ad deliberatiuum ac iudiciale potius, quam ad τὸ ἐπιδεικτικὸν (vt hic a Juliano) Orationis genus, seu vt ibi ait, *Laudationes*, idem refert. Id vero Anonymus, de quo iam ante, Hermogenis Enarrator aperte quoque adstruit p. 413. Ἴσως γὰρ ἐν ΠΟΛΙΤΙΚΩ ΛΟΓΩ οὐκ ἂν εὑρεθείη τὸ πανηγυρικὸν εἶδος· οὐ γὰρ ΑΓΩΝΙΣΤΙΚΟΝ ἐστὶν, ἀλλ' ἐπιδεικτικόν. *In CIVILI ceu forensi oratione panegyricum genus non reperitur: est enim istud demonstratiuum, non* (vt de eo ait Cicero in Bruto) *CONCERTATORIVM.* Hinc ἀγῶνες a Græcis dicti; non de *forensibus* solum seu *iudicialibus* caussis, a quibus cæteroquin οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας, *in eiusmodi causis exercitati* dicuntur ab Isocrate sub initium Panegyrici; sed de *ciuilibus* etiam, ac de iis proinde, quæ in vtroque illo disceptionū συμβουλευτικῶν

τικῶν vel δικανικῶν genere versabantur, Orationibus; Oratores vero ipsi, qui easdem haberent, λόγων ἀγωνισταί. Vtrumque apud Dionysium Halicarnasseum legitur in Epist. ad Ammæum p. 120. vbi de Demosthene ait: καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους ΕΙΡΗΚΟΤΑΣ ΑΓΩΝΑΣ, τούς τε δικανικοὺς καὶ τοὺς δημηγορικούς, *Et qui celeberrimas egerat caussas iudiciales, ac ad populum;* hoc est, vt ait alibi Cicero, *forenses DISCEPTATIONES iudiciorum, aut deliberationum.* Idem Dionysius in Isæo p. 111. ἅπτεται καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ΑΓΩΝΩΝ, *adtigit autem deliberatiua & judicialia CERTAMINA*, ceu, caussas in in vtroque illo dicendi genere. Aristides autem, κατ' αὐτοὺς τοὺς λόγους ΑΓΩΝΑΣ, *ipsa dicendi certamina* vocat in genere Orat. vltima p. 726. sicut Plato iam ante, quod præterea obseruo, ἀγωνίας vocem eam in rem adhibuit in Gorgia p. 456. ed. Henr. Steph. ὥσπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ, *quemadmodum omni reliquo dicendi genere.* Apud Dionysium vero dicta paullo ante Epistola ad Ammæum p. 120. ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, vti modo iam innui, vocantur veteres illi Attici oratores, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, ipse Demosthenes, aliique; qui nempe in vtroque illo, neque ferme alio, concertatorio nempe caussarum genere, Orationes seu ἀγῶνας pro concione, aut in judiciis, ceu *forensi acie*, vt ait Cicero Lib. I. de Oratore cap XXXIV. recitarent. Vnde explicandum etiam venit, ne hisce refragari continuo videatur, idquod alibi de Antiphonte oratore ait idem Dionysius in Isæo p. 111. ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστί, *neque vero DECERTAVIT orationibus deliberatiuis, aut iudicialibus;* prout ab eruditissimo Andrea Schotto verti locus ille debuit, non vero, *neque versatus in deliberationibus aut iudicialibus.* In his enim postremis, ceu forensibus caussis, *versatum* reuera hunc Antiphontem, quum abunde docent quæ supersunt adhuc ejus generis Orationes haud paucæ, tum Plutarchi de iisdem testimonium in ejus Vita p. 832. quæ adductis Dionysii verbis facem etiam præferunt: καί τινας λόγους τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν συνέγραφεν, εἰς τοὺς ἐν ΤΟΙΣ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΙΣ ΑΓΩΝΑΣ, *Et quidem Orationes quibusdam ciuibus, quibus opus erat, conscripsit IN CAVSSIS IVDICIALIBVS;* nempe vt earum tantum Συγγραφεύς, ceu, vt hoc Oratorum genus vocat Aristoteles Lib. II. Rhetor. cap. XI. λογογράφος fuerit hic Antiphon, non autem, sicut commemorati paullo ante ab hoc Dionysio Oratores, δημηγόρος (prout inter vtrosque discrimen tangit Isocrates Panath. p. 238.) seu earundem Actor vel Ἀγωνιστής. Vnde etiam hic Antiphon primus omnium Orationem scripsisse a Fabio dicitur Lib. III. Instit. orat. cap. I. quodque de eo ibidem additur *pro se dixisse optime est creditus*, id a Plutarcho rursus in ejus Vita de Oratione seu Λόγῳ traditur, ὃν ὑπὲρ ἑαυτοῦ γέγραφε, *quam pro seipso scripsit.* Immo prout de iis loquens, qui caussas forenses vel ciuiles ipsi agerent, aut qui tales demum scriberent, alibi idem, de quo modo, Isocrates, priores vocat similiter Ἀγωνιστάς, sed cuius vim vocis non est ibi adsequutus eruditus Interpres. Exstat locus contra Sophist. p. 294. vbi fieri non posse ait Orator, vt eos, qui imbecilliori ingenio sunt nati, diligens quantumuis in eloquentia institutio ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ μὲν ἀγαθούς, ἢ λόγων ποιητάς, *bonos forensium caussarum actores*, (non vt ibi Wolfius, *qui dextre in rebus gerendis versantur*) *vel qui elegantes Orationes scribant*, vnquam efficiat. Prout iam ante ἀγωνιστὴς τέλειος, seu *orator perfectus* a Platone dicitur in Phædro p. 269. Vt ἀγῶνες proinde, ita etiam, quos coniungit hic Iulianus, Πολιτικοί, ab Atticis dicti fuerint de *caussis* ceu *disceptationibus*, vti iam ante vidimus, *ciuilibus* vel *forensibus*, quæ in vtroque illo iudiciorum ac deliberationum genere versabantur; quæ duo solum excolebant, vti iam ante vidimus, prisci illi apud Græcos Oratores, ac inde πολιτικός & ῥήτωρ pro eodem a Polluce sumuntur Lib. V. cap. IV. Plato autem in Gorgia p. 452. proprium ait esse Rhetoricæ persuadere in iudiciis, senatu & concione, καὶ ὅστις ἂν πολιτικὸς σύλλογος, *& vbi ciuium coetus.* Haud eo minus tamen πολιτικοὺς λόγους ad ἐπιδεικτικὸν orationis genus, haud aliter ac ad deliberatiuum & ad iudiciale, spectare tradidit idem, de quo paullo ante, Hermogenes Lib. II. de Form. orat. cap. X. ac similiter Auctor Rhetoricæ ad Alexandrum cap. II. eo quidem opere, quo se ab hoc Heroe sæpius, vt ad eum methodos scriberet τῶν πολιτικῶν λόγων, compellatum in limine memorat. Hermogenes autem non ex Atticis modo dictis, de quibus tamen sigillatim, vti iam supra innui, agit, Oratoribus quempiam, sed Platonem, vt in panegyrico illo eodemque πολιτικῷ orationis genere præstantissimum, adtulit p. 476. Quamquam antea idem Hermogenes de Form. orat. Lib. I. p. 291. Demosthenis, vt in aliis dicendi generibus, ita in panegyrico itidem excellentis obiter meminit; nempe iuxta Anonymum eiusdem Rhetoris Enarratorem p. 76. in Philippicis ac in Oratione de Corona; in quibus, quanquam eædem in aliis dicendi generibus versentur, Philippum aut Æschinem vituperat Orator, ὅπερ, vt addit Anonymus, ἐστὶ πανηγυρικοῦ, *quod est panegyrici generis*, seu demonstratiui. Vnde idem Hermogenis Enarrator etsi, vt antea vidimus, πολιτικοὶ λόγοι de panegyrico vere dici, & quod rursus sol

co vix

co vix concedit ipſe Hermogenes p. 417. negaſſet, quod nempe ille eſſet ἀγωνιστικός, hic non item; poſtea tamen, vbi ab Hermogene exemplum adducitur panegyricæ orationis, cuius argumentum ſoret ciuile ſeu politicum, hæc ita conciliat p. 414. ἔστι ὁ λόγος πολιτικὸς πανηγυρικός. πολιτικὸς quidem, quod addit, ſeu ciuilis, *quando habet controuerſiam;* πανηγυρικὸς autem, *quando per laudes & vituperia tota eſt eius tractatio.* Prout alioquin in genere mere ἐπιδεικτικῷ legitur hodie inſcripta Ariſtidis in Smyrnæ laudem, eaque coram M. Antonino & Commodo Impp. habita ab eo Oratio, nempe Σμυρναϊκὸς πολιτικός. Ad aliud autem genus, ſeu ciuile ſeu forenſe, ſpectant duæ Dionis Chryſoſtomi orationes, vna quæ eſt XLIII, inſcripta Πολιτικὸς ἐν πατρίδι, *Ciuilis in patria*, qua ille ſui defenſionem adverſus obtrectatores & maleuolos ſuſcipit; altera, quæ eſt XLIIX, Πολιτικὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ *Ciuilis in concione*, in patria itidem habita, qua ciues a ſeditionibus in ea exortis dehortatur. Vt cæteroquin πολιτικοί, ita etiam ἀγῶνες, quos antea a Græcis Rhetoribus aliisque *de forenſibus ac ciuilibus diſceptationibus iudiciorum aut deliberationum*, ceu Orationibus in vtroque illo, maxime autem in iudiciali genere, dictos vidimus; de iis quoque, quæ ad ἐπιδεικτικὸν genus ſpectarent, vt hic a Iuliano factum, ſubinde ſunt appellati. Hinc, ne hiſce longius immorer, Gregorius Nazianzenus Laudationem magni Baſilii funebrem adgreſſurus, ait ſtatim in illius proœmio p. 316. Tom. I. eundem Baſilium ἑαυτὸν νῦν προθήσειν ὑπόθεσιν ΑΓΩΝΩΝ μεγίστων τοῖς περὶ ΛΟΓΟΥΣ σπουδάζουσιν, *ſeipſum nunc proponere argumentum CERTAMINVM ceu ORATIONVM omnium maximum iis, qui eloquentiæ operam dederunt.* Vt nunc mittam conſtitutum illum ab Artemiſia AGONEM, cuius meminit etiam Gellius Lib. X. Noct. Attic. cap. XVIII. quo defuncti coniugis Mauſoli laudatio a præſtantiſſimis Oratoribus celebraretur, & qua Iſocrates, quamquam eadem perierit, fuerit itidem defunctus; vt teſtatur in eius Vita Plutarchus p. 838. ἠγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ. τὸ δὲ ΕΓΚΩΜΙΟΝ οὐ σώζεται. *Obiuit etiam CERTAMEN in honorem Mauſoli ab Artemiſia inſtitutum; ſed ea LAVDATIO periit.*

Ibid. lin. 18. 19. καὶ τὴν ποίησιν διατρίβουσιν) Poeſis nempe ab iis, qui dicendi præcepta tradidere, relata quoque ad genus orationis ἐπιδεικτικόν, & quidem *panegyricum* poſtea appellatum; adeo etiam vt Hermogenes Lib. II. de Formis cap. X. Poeſin vocet πάντων τῶν λόγων πανηγυρικώτατον, *omnium dicendi generum maxime panegyricum:* in quo Homerum, poetarum non ſolum ſed & oratorum omnium præſtantiſſimum prædicat p. 481. haud aliter nempe ac a Fabio ille itidem dicitur Lib. X. Inſtit. orat. cap. I. *non poetica modo ſed oratoria virtute eminentiſſimus.* Hinc Dionyſius in libris de Arte, nempe rhetorica, inter eos, qui dicendi laude apud Græcos excelluerunt, quorumque virtutes ibidem tangit, non præſtantiſſimos ſolum Oratores, aut Hiſtoricos, ſed Poetas etiam, Homerum, Heſiodum, alioſque paucos retulit, quod a Fabio & Hermogene dictis locis eſt itidem factum. Immo quibus præiuerat optimus dicendi artifex Ariſtoteles, a quo Lib. II. Rhetor. cap. XI. ὧν ἔπαινοι καὶ ΕΓΚΩΜΙΑ λέγονται, ἢ ὑπὸ ΠΟΙΗΤΩΝ ἢ λογογράφων, *Et quorum laudes & ENCOMIA dicuntur aut a POETIS, aut ab Orationum ſcriptoribus.* Vnde etiam vtrumque, vt hic a Iuliano quoque factum, laudatorum genus, agens de eiusdem Conſtantii geſtis, tangit in Baſilico Libanius p. 106. ταῦτα πάντα, καὶ ἔτι πλείω, ΛΟΓΟΓΡΑΦΟΙΣ τε καὶ ΠΟΙΗΤΑΙΣ ἱκανῶς ὕμνηται πάλαι, *Hæc omnia, & plura quidem, a ſcriptoribus ſoluta oratione ac a POETIS ſatis olim celebrata ſunt.* De quo cæteroquin more dicit adhuc paullo poſt Iulianus, omnes ferme, qui in litteris verſantur, ἐν μέτρῳ καὶ καταλογάδην ὑμνοῦσιν, *aut carmine, aut ſoluta oratione, praeconia celebrant.* Vt hic mittam, Iulianum non vt oratorem ſolum, ſed vt poetica etiam facultate præſtantem, ab eodem Libanio prædicari; adeo vt hoc ille de eodem elogium ferat in eius Panegyrico p. 248. eum *Oratores quidem philoſophiæ cognitione, Philoſophos autem oratoria facultate ſuperaſſe, POESI vero*, quod addit, *vtroſque: ſicut Poetas duobus illis*, oratoria nempe facultate ac philoſophiæ cognitione: ΤΗι ΠΟΙΗΣΕΙ δὲ ἀμφοτέρους, ὥσπερ καὶ ΠΟΙΗΤΑΣ ἀμφοτέροις ἐκείνοις. Qua in re tamen parcior, ac proinde magis fide hic dignus, alius cæteroquin eiusdem Iuliani laudator, nempe Ammianus, qui eum in cæteris quidem eximium prædicat, *poeticam* vero *mediocriter* tradit *attigiſſe* lib. XVI. cap. V. In Collectione autem ſeu Florilegio Græcorum Epigrammatum duo etiamnum occurrunt huius Iuliani Imperatoris nomine inſcripta, eaque luculenta, & quæ in præmiſſa Petri Martinii præfatione iam edita leguntur. Vt hoc addam, quod minus proinde mirum videri debeat, ſi ad Homerum, *qui*, vt de eo rurſus dicto ante loco Fabius, *omnibus eloquentiæ partibus exemplum vel ortum dederit*, ſæpius quum in hoc tum in ſequenti Panegyrico, decurrat Iulianus, ac laudandi Conſtantium crebram inde, ac in ipſo ſequentis Orationis limine, occaſionem vel argumentum arripiat.

Pag. 1. A. lin. 1. ἐκ τῆς τοῦ λέγειν μελέτης) Quo quidem μελέτης nomine non solum æuo Iuliani, vt si non aliunde, vel ex inscriptis Libanii Μελέταις seu *Declamationibus* constaret, sed pridem ante, dicta est Declamatio; siue ea in fictis, aut in petitis e veteri memoria argumentis, aut in aliis ad tractandas fore[n]ses vel ciuiles caussas exercitationibus ac præludiis, versaretur. Quæ singula vt sua iam ætate a dicendi magistris, aut ab adolescentibus qui iis operam darent, pertractari solita; a se autem, quum esset etiam iunior, & quamquam vulgus iis caperetur, semper omissa, cujus nihilominus iam exstabant *Helenæ* ac *Busiridis* ἐγκώμια) tangit in Panathenaici proœmio Isocrates: nempe vbi hæc inter alia legas, οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας παραινοῦσι τοῖς νεωτέροις ΜΕΛΕΤΑΝ, εἴπερ βούλονται πλέον ἔχειν τῶν ἀντιδίκων, *ii qui forenses caussas cum laude agunt, adolescentes vt declamando se EXERCEANT hortantur, siquidem aduersarios velint vincere.* Vnde non primus ex[tit]it Aeschines, Isocrate vtpote iunior, qui, vt de eo tamen apud Photium legitur Biblioth. cap. LXI. λέγεται πρῶτος ἐκεῖσε σχολάζων τά τε πλάσματα καὶ τὰς λεγομένας ΜΕΛΕΤΑΣ συνθεῖναι, *fertur primus ficta argumenta, & quas vocant DECLAMATIONES, quum ludum ibi aperuisset, composuisse.* Ita enim ibi illud ἐκεῖσε σχολάζων reddi potius debuit, quam vt ab Andrea Schotto factum, *in illo otio;* prout quum paullo ante de eodem Aeschine, pueros in Rhodo docente, tum alibi ait Photius cap. CCLXIV. ἐν δὲ τῇ Ῥόδῳ σχολῆς κατεσκευασμένης, *ludoque Rhodi aperto;* immo prout σχολάζειν Isocrates a Plutarcho dicitur in Vita Demosthenis p. 848. hunc nempe Isæo se addixisse, καίπερ τοῦ Ἰσοκράτους τότε σχολάζοντος, *etsi scholam* ceu ludum *teneret tum Isocrates.* Vnde Aristides ait, & quidem Oratione contra criminantes, ὅτι μὴ μελετώη, *quod non declamaret*, p. 723. Tom. III. σχολάζων μαθήμασι καὶ λόγοις, *doctrinarum & eloquentiæ studiis vacans.* Immo prout de hoc Iuliano a Zozimo dictum Lib. III. cap. I. καὶ λόγων ἀσκήσει τὸν ἅπαντα βίον ἐσχολακώς, *studiisque doctrinæ per totam vitam vacauit.* Ad quod autem, vt obiter nec alieno loco hoc addam, σχολάζοντος Aeschinis, ac Μελέτας seu Declamationes ibi tum tradentis, exemplum, ceu deducta a Græcis voce simul ac moris origine, *Scholastici* apud Romanos, vt e Fabio & Tranquillo in Claris Rhetoribus notum, dicti, qui in fictis id genus argumentis declamitarent; ac de quibus alibi Fabius Lib. X. Instit. Orator. cap. V. *declamationes, quales in scholis Rhetorum dicuntur:* & quo nomine *adolescentulos* in iisdem *scholis stultissimos fieri* dixit ab initio Satyrici elegantissimus Arbiter. Sicut autem non Μελέται solum, sed πλάσματα vocantur in a[illegible] ti loco *ficta* id genus *caussæ*, seu, [illegible] Ciceroni ætas eas appellauit, *contro[uersiæ]* [illegible] de iisdem πλάσματα, quod alioquin de [illegible] rum fictionibus mox a Iuliano dici[tu]r, [illegible] buit, vt alios mittam, Synesius de Insomn[iis] p. 155. vbi insuper nonagenarium tangit in eo adhuc se ludo oblectantem, ac pr[o]inde [illegible] hoc addam, a nonagenario & vltra [illegible] naici, de quo paullo ante, auctore Isocrat[e] [illegible] hiusque constanti, de quo ibidem, ab ad[ole]scentia proposito valde alienum, καί τοι γε [illegible] ἐνενηκοντούτης αἰὲν ΠΛΑ[ΣΜ]Α ἀγωνίζεται, *qui etiam nonagesimum annum agens, in FICT[O] A[R]GVMENTO contendit*, quodnam, v[illegible] re subdit, in tempus disci[p]linarum ve[illegible] differret? Neque vero eo minus Μελέτ[αι a]pud veteres Græcos dictæ quæuis in dicendo ex[er]citationes, extra fictas seu scholasticas d[illegible] declamationes vel controuersias. Q[illegible] etiam videntur ita a Græcis appellat[æ], & [illegible] hoc agerent μελετᾶν, vt opponerentur ne[illegible] τοῖς σχεδίοις vel αὐτοσχεδίοις λόγοις, *extemporaneis Orationibus*, vel τὸ αὐτοσχεδιάζειν, (cujus in o[illegible] Gorgias Leontinus & Aeschines, teste Phi[lo]strato de Vit. Sophist. Lib. I. p. 483. 510. per[illegible]. Vnde & de Lycurgo oratore, qui ea facu[ltat]e foret destitutus, dicit in claris Oratoribus [Plu]tarchus p. 842. ΕΜΕΛΕΤΑ δὲ καὶ νύκτας καὶ ἡμέρας, ΟΥΚ πρὸς ΤΑ ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑ πεφυκώς, *exercebat se dies noctesque, non satis ad extemporaneam dictionem idoneus.* Quo referri etiam debet, quod Gorgias, vt de eo Pausanias Lib. VI. pag. 376. primus restituisse di[c]itur μελέτην λόγων ἠμελημένην τε ἐς ἅπαν, *dicendi meditationem prorsus ante neglectam*: aut quod Demosthenes apud Plut[a]rch. in eius Vita p. 848. αὐτὸς αὑτὸν ἤσκει καὶ διεπόνει ταῖς μελέταις, *ipse exercuit se ac subegit dicendi meditationib[us]* ceu, vt de iis idem dicit Cicero, qui optimos Oratores imitatione volunt adsequi, i[d] po[ss]e *exercitationibus crebris atque magnis* efficere, Lib. II. de Oratore cap. XXIII. Quod a [Pla]tone iam ante dictum fuerat in Phædro p. 2[6]9. nempe ad perfecti oratoris laudem r[e]q[ui]ri ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην, *doctrinam & exercitationem.* Hinc ait idem in Gorgia p. 511. κε[λεύ]εις ἐμὲ ΜΕΛΕΤΑΝ τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις διασῴζουσαν, *iubes me artem oratoriam exercere, quæ in iudiciis est salutaris:* ac pr[illegible] iam Dio Chrysostomus Orat. XII. p. 204. [illegible], qui Orationem in genere iudiciali coram i[u]dicibus foret acturus, ait, μελετήσαντα πρ[illegible] καὶ δικανικὴν ἀνάγκην, *præparatum ad æquam iudicialem necessitatem*, seu *ad cle[p]sydram* [illegible] cere; eo enim ἀνάγκης nomine *clep*[*sydram*] ad quam Attici oratores cogebantur i[n] [illegible] caussam agere, appellatam, e prisci[s] [illegible]

ticis ad Iuliani Cæsares olim monui & σὺν θεῷ dicetur adhuc ibidem. Vnde Iuliani hoc loco verba, ἐκ τῆς τοῦ λόγου μελέτης, haud incommode vertit Petavius, *ex assidua dicendi exercitatione*; ceu nempe eam ἀληθινοὶ ἀγῶνες, vt eos in Lysia ac Isocrate vocat Dionysius Halicarn. p. 83. *vera* nempe, ceu quæ in veris caussis versantur, *Orationes* confirmassent; aut vero, vt de iis Menander Rhetor p. 594. μελέται ἀγώνων, hoc est, ad litteram, interprete Fabio Lib. IV. Instit. Orator. cap. II. *forensium actionum meditationes*, seu πολιτικῶν ἀγώνων, vti eos a Iuliano dictos paullo ante vidimus, μελέται. Prout cæteroquin de insano declamatorum studio agens, eleganter vtrumque tangit, de quo jam supra, Synesius sub fin. p. 155. libri de Insomn. τὴν γὰρ μελέτην ἀγῶνα πεποίηνται, *certamen enim* (hoc est, veram caussam) *ex ipsa exercitatione* seu declamatione *faciunt*. Immo ante oculos habuisse hic videtur Iulianus id, quod iam a Themistio dictum fuerat in laudatione huius Constantii, nempe Oratione IV. in Senatu habita pag. 55. non indigere magistro Senatorium chorum, qui eum ad laudandum Imperatorem instruat vel excitet, quod, vt continuo addit, ἀεὶ γὰρ ΕΝ ΜΕΛΕΤΗι ἐστὸ, οἷς γε καὶ ἡμέραι εἰσὶν ἱεραὶ ἐπὶ ΤΗι ΜΕΛΕΤΗι ἐξηρημέναι, *in eo enim assidue vos EXERCETIS; vtpote quibus sacri quidam dies ad eam EXERCITATIONEM definiti sunt*. Adde id, quod ab eodem Themistio sub initium sequentis in Iouianum Imp. Orationis dictum p. 63. se quidem hodierna festiuitate magnifice laudandum Imperatorem aliis relinquere, οἷς ΕΝ ΜΕΛΕΤΗι τὸ θεραπεύειν ἀεὶ τοὺς κρατοῦντας ἔσω ἀνεξετάστως, *quorum illud studium*, ceu meditatio, *inconsiderate principum gratiam aucupari*. Quamquam Iulianum ab ea dicendi exercitatione, seu, quod hic ait, τῇ λόγου μελέτῃ non abstinuisse, ex adducto paullo ante Zozimi de eodem loco, & e Libanio præterea, vt paullo post videbitur, liceat vtique statuere, vbi τῇ λόγων ἀσκήσει perpetuo vacasse illum dicit. Vt hoc addam, exstare etiamnum Dionysii Halicarnassensis in Arte p. 60. περὶ τῶν ἐν Μελέταις πλημμελημάτων, *de delictis quæ in dicendi exercitationibus committuntur*, iisque tam in moribus ac sententia, quam, vt ab eo additur, in delectu ac dispositione argumentorum, dictione, figuris, singulisque, quas percurrit, orationis partibus; ceu, vt aliud lemma hisce præfixum est, περὶ τῆς ἐν Μελέταις ἀτεχνίας, *de neglectis in dicendi exercitationibus artis præceptis*. In quibus occurrunt multa præclara nec protrita.

Ibid. A. lin. 2. πρὸς τὰς ἐπιδείξεις συνηθείας) Prout dictæ sunt a Græcis Rhetoribus Ἐπιδείξεις, tum publicæ Orationum, maxime in solemni panegyri, recitationes; tum declamationes quæ ad ostentationem solum, seu dicendi exercitationem, erant comparatæ; totidem proinde &, de quibus modo egimus, μελέται. Obseruat id vtrique eo loco, cuius pauca iam verba paullo ante adtulimus, Menander Rhetor ab initio ferme Diuisionis τῶν Ἐπιδεικτικῶν p. 594. τῶν δὴ Ἐπιδεικτικῶν τὸ μὲν ψόγος, τὸ δὲ ἔπαινος· ὡς γὰρ ΕΠΙΔΕΙΞΕΙΣ λόγων πολιτικῶν Σοφισταὶ καλούμενοι ποιοῦνται, ΜΕΛΕΤΗΝ ΑΓΩΝΩΝ εἶναι φαμὲν, οὐκ ΕΠΙΔΕΙΞΕΙΣ, *earum vero Orationum, quæ dicuntur demonstratiui generis, harum quidem est vituperium, aliarum autem laudatio: quæ enim qui vocantur Sophistæ ciuilium Orationum SPECIMINA edunt. MEDITATIONEM actionum forensium* (seu *Declamationes*) *dicimus, non ORATIONES in genere demonstratiuo*. Et quam in rem dictum a Synesio de Insomn. p. 155. Ῥήτορι δὲ αὐτὴν ἐπιτάξωμεν κολοφῶνα τῶν ἐπιδείξεων, Petauio interprete: *Rhetori autem hunc declamationum ad pompam & ad ostentationem factarum velut colophonem præscribemus*. Vnde etiam de Declamatione dixerat Quintilianus Lib. II. Instit. Orat. cap. X. eam, *quoniam in se habet aliquid ἐπιδεικτικὸν, nonnihil sibi nitoris adsumere:* immo de toto hoc demonstratiuo genere, & in actionibus, quæ in aliqua, vt ait, arte versantur, permitti illi adhibere plus cultus, *omnemque artem non confiteri modo, sed OSTENTARE*, seu quod a Græcis similiter dicitur ἐπιδείκνυναι, aut vt ipse mox verbis ante adductis, *aliquid ἐπιδεικτικὸν in se habere*. Vt proinde Fabium non debuerit inde redarguere vir maximus Iul. Cæs. Scaliger Lib. I. Poet. cap. I. quod ille nempe ἐπιδεικτικὸν de *ostentatione* dixerit, & quia fortasse hoc vocabulo, vt addit, Græci careant, ad *ostentationem* significandam, illudque apud Philosophos pro simplicissima atque exactissima *ostensione* sit receptum. Obuia enim apud Græcos dicendi artifices, aliosue auctores, quorum iam tum obseruarat magnus, isque e majoribus meis, (vt de eo iure gloriari mihi liceat) Budæus, loca, quibus ἐπιδεικνύναι & ἐπιδείκνυσθαι pro eloquentiam, ingenium aut industriam *ostentare*, seu publicæ artis præcepta orationemue *prælegere* aut *recitare* sumitur: ac proinde in quouis etiam, neque solum ἐπιδεικτικῷ proprie a Rhetoribus dicto, dicendi genere. Vnde τέχνην ἐπιδείκνυσθαι, *artem ostentare*, de oratoribus, causas forenses coram judice agentibus, a Themistio dicitur Orat. II. p. 31. Hinc etiam ἐπίδειξις pro tali *ostentatione*, eaque theatrali quoque, vt ad proximam Notam videbitur, ceu in alia quauis re vel arte, dicebatur; quomodo de semet ait Sophista Hippias apud Platonem in Hippia Mino-

Minore p. 361. turpe sibi fore, si ad Socratis interrogata non respondeat, qui in Olympica Græcorum panegyri solitus sit exhibere se, de quacunque re quis vellet dicturum, ὧν ἄν μοι εἰς ΕΠΙΔΕΙΞΙΝ παρεσκευασμένη ᾖ, *quorumque ad publicam ibi demonstrationem*, seu *artis OSTENTATIONEM edendam, parata sibi facultas foret*. Inde explicandus etiam Dionis Chrysostomi locus Orat. V. p. 79. κόλακα δήμων τε καὶ ὄχλων, ἐν ἐκκλησίαις ἢ ΕΠΙΔΕΙΞΕΣΙ, *adsentatorem populorum ac multitudinis, in concionibus seu RECITATIONIBUS publicis:* non, vt ibi hactenus male vox illa ἐπιδείξεσι cum sequenti καλλίων cohæret, & ab interprete redditur, *in ostentationibus Regum* &c. Themistius quidem de opum ostentatione eandem vocem adhibuit Orat. V. p. 63. ἐπὶ δὲ σοὶ καὶ τῆς ἐκ τοῦ πλούτου πομπῆς, ἡ μὲν πρὸς ΕΠΙΔΕΙΞΙΝ μένει, *& tibi e diuitiarum pompa, alia quidem ad OSTENTATIONEM solum seu magnificentiam refertur*. Ita quoque ΕΠΙΔΕΙΞΙΣ dicta est de *ostentatione* tam in veris, cuiuscunque eædem essent generis, quam in fictis etiam caussis seu declamationibus. Quod vel Iulianus hoc loco, & postremum adducti modo Menander Rhetor ac Synesius, abunde comprobant: vbi ille cæteroquin tradit, declamationes id genus male ab Eloquentiæ (quales olim, quos ibi memorat, Sophistæ) magistris ΕΠΙΔΕΙΞΕΙΣ dici, quæ verius sint μελέται ἀγώνων *forensium actionum meditationes*. Nempe prout supra, vbi πολιτικῶν ἀγώνων facta a Iuliano mentio, Panegyricum orationis genus ad ἐπιδεικτικὸν, non vero ad ἀγωνιστικὸν spectare, dicentem vidimus Anonymum Hermogenis Enarratorem: & quod ἀγῶνες reuera de *Orationibus*, maxime quæ in iudiciis, quandoque etiam quæ in deliberatione versarentur, a Græcis fuerint appellati. Exstat vero Isocratis locus Panegyrici p. 43. edit. Henr. Steph. vbi Orationes summo studio elaboratas cum iis, quæ περὶ τοὺς ἀγῶνας, seu *forenses causas*, de priuatis contractibus agunt, male ait a quibusdam comparari, quasi eadem vtrarumque foret ratio; ac vt addit, ἀλλ' αἱ τοῖς μὲν ἀσφαλῶς, τὰς δὲ ἐπιδεικτικῶς, *non vero altera* (nempe illæ de contractibus) *attente quidem ac circumspecte, altera autem ornate & accurate*, ceu adpublicum ingenii ac eloquentiæ specimen, haberentur. Hunc enim esse verborum illorum sensum, quem non satis adsequutus est eruditus Interpres, quum alia ibidem argu- unt, ac vbi illud ἐπιδεικτικῶς, mox vero ἀκριβῶς, explicat ipse Hippocrates; tum docebit luculentus earundem Enarrator Dion. Halicarnasseus, qui hunc Isocratis locum tangit & explicat in Arte, περὶ λέγων Ἐξετάσεως p. 67. Vt mittam hisce consona, quæ ab Aristotele dicuntur Lib. I. Rhet. cap. I. præstantiorem nempe esse & magis ciuilem tractationem, quæ ad populi conciones spectat, ea, quæ est de contractibus. Sed de illis Oratorum, quas vocat hic Iulianus, Ἐπιδείξεσι mox adhuc dicendi erit locus.

Ibid. A. lin. 4. 5. ὡρμησα δὲ εἰς ἐπέων παιδείας εἶδος.) Quibus nempe verbis Iulianus se grauioribus studiis hactenus incubuisse, seque in ea declamandi ostentandæue eloquentiæ consuetudine rudem ac inexercitatum, voluit hic in limine profiteri. Quod iterum aperte fit ab eo, ante huius proœmii exitum, ἐπεὶ δὲ ἐν ἄλλοις μαθήμασι τεθραμμένος, *sed quum in aliis disciplinis educati* &c. quibus sibi inde haut obscure maiorem præstantioris doctrinæ, & ingenii cultus salubrioris, laudem intendit aucupari. E Philosophicarum certe scientiarum, occultarumque rerum cognitione, gloriam potissimum ambiuisse illum constat: vt vel scriptæ iis de rebus aliquot Orationes ac Epistolæ, vel ea etiam quæ paullo post de se, vt dixi, aut de Philosophiæ legibus disserit, (vt mittam συγχρόνων de eodem Iuliano auctorum, de quibus alibi, iudicia) abunde ostendunt. Quamquam & eloquentiæ eundem, ac sub præstantissimis illa ætate dicendi magistris, Ecebolio, Libanio &c. & quidem a teneris, vt de eo ipse Libanius testatur in Προσφωνητ. p. 174. animum appulisse Iulianum constat, κτήμασι βασιλείας καλλίοσι, φιλοσοφίᾳ καὶ λόγοις, *possessionibus Imperio pulchrioribus, philosophiæ ac eloquentiæ*; quas vtrasque miscuisse tradit idem Sophista in Oratione consulari p. 233. Immo quam dicendi exercitationem, &, de qua hic agit, consuetudinem, licet eam velit a se amoliri, excoluisse Iulianum, docet eodem loco (sicuti paullo ante e Zozimo itidem, vidimus) Libanius, dum de illo addit, τὴν τε γλῶτταν εἰς δρόμον ἀσκῶν τῇ τῶν Ῥητόρων ὁμιλίᾳ, *linguam vero ac volubilitatem exercens, dicendi magistrorum consuetudine*.

Ibid. A. lin. 7. 8. οὐδ' ἐς θέατρα παντοδαπὰ πολλάκις ἀποδύεσθαι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις) Nempe in quibus Gentilium theatris, quum scenici Tragicorum aut Comicorum agones, *scenica*, vt de iis Fabius loquitur Lib. II. Instit. Orat. cap. IX. *ostentationes*, seu ἐπιδείξεις, aut aliorum etiam Poetarum seu ῥαψῳδῶν, tum Oratorum quoque comparatæ ad pompam ac ostentationem Recitationes, siue Panegyricæ, ac proinde totidem quoque Ἐπιδείξεις, haberi consueuerant. Ad quas etiam respexit Aristides in Σμυρναϊκῷ p. 406. vbi inter alia Smyrnæ decora recenset θέατρον ἁπάντων (sicut hic nempe

pe θέατρα παντοδαπὰ) κατὰ τὰ ἀγῶνας, καὶ τὰς ... ἐπιδείξεις, *theatra vero omnia*, ceu *omnigena*, *quum ad certamina, tum ad alias O*[illegible]*TENTATIONES comparata*, oratorum puta vel poetarum; prout nempe præter scenicos vel musicos, tibicinum aut citharœdorum agones in *Theatra* Græcorum inductos, alia insuper τῶν λογογράφων καὶ ποιητῶν *Oratorum ac Poetarum* omnis generis certamina in iisdem Theatris obtinuisse, tradit Plutarch. Lib. V. Sympos. Qu. II. Ita ῥαψῳδῶν ἀγῶνα in Aesculapii apud Epidaurios festo actum memorat Plato ab initio Ionis p. 530. eumque Iona prima in eo præmia retulisse: quum prætereà auctor sit Athenæus Lib. XIV. Dipnosoph. p. 620. *Homeristas nunc dictos*, seu tum à *Rhapsodis*, vt ibidem innuitur, distinctos, *IN THEATRA primum a Demetrio Phalereo deductos*, τὰς δὲ νῦν Ὁμηριστὰς πρῶτος εἰς ΤΑ ΘΕΑΤΡΑ παρήγαγε Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Hinc de Isthmica agens Panegyri Dio Chrysostomus Orat. VIII. p. 132. magnam ibi exstitisse turbam inter se pugnantium, tum Historicorum insulsa legentium commentaria, tum Poetarum poemata canentium, aliorumue alios laudantium. Quam in rem etiam, ceu de Oratorum comparatis ad pompam Declamationibus, a Chrysostomo dictum Serm. XLI. in Matthæum p. 270. Tom. II. edit. Sauil. περὶ μὲν γὰρ ΤΟΥ ΘΕΑΤΡΟΥ, καὶ ΤΩΝ ἐν τῷ λέγειν ΑΓΩΝΩΝ, *DE THEATRO enim* (ceu loco habendæ Orationis) *usque in dicendo EXERCITATIONIBVS*: & inde Præfat. in Iohannem p. 555. eiusdem Tomi: οἱ δὲ ῥητορικῶν ἔμπειροι λόγων &c. οὗτοι γὰρ καὶ τόπους ΘΕΑΤΡΑ, καὶ ἀκροαταί, καὶ κρότοι, καὶ ψόφος, καὶ βάσανος τῶν λεγομένων ἀκριβής, *Qui autem in arte dicendi sunt exercitati* &c. *Sunt enim illis etiam THEATRA, & auditores, & acclamationes, & plausus, & eorum quæ dicuntur examen seuerissimum.* Vnde ad id genus *theatrales*, quarum hic fit itidem a Iuliano mentio, Orationum ἐπιδείξεις respexit memoratus paullo ante ex Hippia Platonis locus, vbi se in Panegyri Olympiaca ad tales ἐπιδείξεις paratum fuisse dicit, vti iam vidimus, Sophista ille Hippias. Hinc *ostentationem theatralem*, nempe ἐπίδειξιν, vocat Plinius Lib. VII. Hist. Nat. cap. XIX. *Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ OSTENTATIONIS* &c. *per scenam ingredi.* Nempe prout aliæ insuper, seu omnis generis ἐπιδείξεις, vt mimi, histriones, psaltriæ &c. quæ a Græcis ἀκροάματα, ac dicto etiam supra apud Plutarchum loco Symp. Quæst. p. 674. (id quod non adsequutus est ibi, vt tot alia, in grauissimo Auctore Interpres) appellantur, in iisdem veterum *Theatris* locum habuere. Ad-de, quæ θαυματα seu *præstigias* iidem dixerunt, vt Dio Prysæensis eodem de Panegyri Isthmica, quem modo adduximus, loco, vbi insuper meminit, πολλῶν δὲ θαυματοποιῶν θαύματα ΕΠΙΔΕΙΚΝΥΝΤΩΝ, *multi quoque præstigiatores miracula OSTENTANTES.* Verbum autem ἀποδύεσθαι opportune etiam hic adhibuit Iulianus; nempe scriptas a talium, vt hic innuit, minus callentibus Orationes, *quæ non auderent Theatra subire*, *vt ibi publice & ad pompam recitarentur*, ceu ἐς θέατρα ἀποδύεσθαι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις. Quomodo nempe præter similem verbi illius ἀποδύεσθαι vsum, vt e Gregorio Nazianzeno in S. Cypriani laudatione, ἀποδυομένοις πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς στάδιον, *accinctis ad virtutis stadium*, a Budæo erudite jam obseruatum, obuia sunt apud Chrysostomum, vt alios nunc mittam, exempla. Ita, vt paucis hic defungar, Serm. XLVIII p. 318. Tom. V. ed. Sauil. πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀγῶνας ἀπεδύσαντο, *ad eadem subeunda certamina se accingerent*, & Serm. XIIX. p. 240. Tom. VI. ποῖον ἀγῶνα ἀπεδύσασθε; *quale certamen subistis?* ac Serm. LXIX. de Resur. p. 705. πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποδύεσθαι τούτους, *in ejusmodi certaminibus exerceri.* Vnde Serm. XVII. p. 228. eiusd. Tomi VI. dictum ab eo similiter, πρὸς μείζονα ἀποδυσάμεθα σκάμματα, *maiora subimus certamina*; sicut nempe vox σκάμμα de ipso *agone* præter alios sæpe ab eodem Chrysostomo sumitur. Hinc etiam de eo, qui pluribus ante ærumnis fuerit exercitus, idem ait Serm. de Resurr. modo adducto p. 706. ὁ δὲ ἀποδυσάμενος πάντως, καὶ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβάς, *qui vero in omnibus est exercitatus, & certamen subit.* Ita συναποδύεσθαι ab Athenæo dictum lib. I. p. 15. de iis, qui cum Ctesibio *se exercebant* in pilæ lusu; vt eam vocem ibi male ab Interprete acceptam bene explicavit ὁ πάνυ. Metaphora nempe ab athletis sumpta, qui ἀποδύειν & ἀποδύεσθαι, seu vestes *exuere*, quod tralatitium, soliti, vbi in arenam descenderent. Vnde alibi ab eo, de quo modo, Chrysostomo nempe eodem loci supra adducti pagina 309. Tom. V. dictum, ἀποδύσασθαι τὰ ἄμματα τὰ πονηρά, *nexus*, seu *laqueos*, *Diaboli exuere*, seu *effugere*, pro noto aliunde vocis ἄμμα in re athletica vsu. Inde etiam ἀποδυτήριον dicebatur in Gymnasiis veterum locus, vbi non exuebant solum vestes, (vnde cæteroquin illi voci & in veterum etiam balneis nomen) sed frictione post peractos labores exerceri seu recreari iidem consueuerant; vnde inter loca exercitationis athleticæ ἀποδυτήριον a Polluce recensetur lib. III. cap. XXX. & lib. IX. cap. V. vbi a Platone fieri illius mentionem dicitur; cuius de eo locus exstat in Enthydemo p. 272. ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ μόνος, *in apodyte-rio*,

rio, ceu iuxta Ficinum, *in loco vbi athletæ exuuntur, solus sedens*. Exstat etiam, vt de noto Ciceronis loco ad Quintum fratrem lib. III. ep. I. vbi eadem vox occurrit, fileam, apud Aristidem Serm. Sacr. I. p. 498. ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ βαλανείῳ. Quæ loca de hac voce ἐν πυρίεγῳ, vt aliis, quod equidem sciam, indicta, hic tango.

Ibid. A. lin. 10. τοῖς μὲν ποιηταῖς Μοῦσαι, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκεῖθεν ἐπιπνεομένως) Quod a Platone, quem intime pertractauerat Iulianus, (vt non adeo Libanius in Oratione eius funebri p. 257, quam hæc illius Opera passim arguunt) de Poetis dictum in Ione p. 533. ἡ Μοῦσα ἐνθέους μὲν ποιεῖ αὐτή, *Musa ipsa diuino spiritu eos adflat*, ac illorum opera, vt addi, alii rursus similiter adflantur quo ita ἐνθουσιαζόντων Poetarum series quidam contexatur; de quo diuino Poetarum afflatu, ceu ἐπιπνοίας, pluribus a Socrate ibidem, vt notum, agitur. Vnde etiam p. 534. Tynnichi cujusdam Chalcidensis, Poetæ antea nullius nominis, Pæana in Apollinem, poematum omnium pulcherrimum, *Musarum inuentum*, Μουσῶν εὕρημα, ab Auctore, diuino tum numine, vbi illud pangeret, teste Socrate, adflato, inscriptum refert. Adde eundem Platonem in Phædro p. 245. Tom. III. ἀπὸ ΜΟΥΣΩΝ κατοχή τε καὶ μανία ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ΠΟΙΗΣΙΝ. *A MVSIS est adflatus quidam & furor, excitans ac impellens ad cantilenas ceteramque POESIN.* Vnde postea in eodem Phædro p. 265. tres diuini furoris species traduntur, Apollinis μαντικὴ ἐπίπνοια, ceu *fatidicus adflatus*; Bacchi τελεστική, ceu quæ ad *mysteria* refertur; Musarum vero ποιητική, *poetica*: quibus quarta additur Martis ac Veneris ἐρωτικὴ μανία, ceu *amatorius furor*. Qui paullo ante p. 262. dicti ab eodem Socrate Μουσῶν ὑποφῆται, *Musarum prophetæ* ceu *ministri*, cantores, vt addit, eorum capitibus imminentes, ἐπιπεπνευκότες ἂν ἡμῖν εἶεν τοῦτο τὸ γέρας, *qui hoc munus nobis inspirauerint*. Ad quæ proinde huius Phædri loca respexit Cicero Lib. I. de Diuinat. cap XXXVII. *Negat Democritus, sine furore quemquam poetam magnum esse posse: quod idem dicit Plato; quem si placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur, vt in Phædro Platonis laudatus est.* Qui & sequenti Libro cap. XLVI. id ipsum a Democrito & Platone in scriptis relatum, iterum memorat. Vt vero triuiales de Hesiodo, a Musis scilicet adflato, seu vt Iuliani verbo hic vtar, ἐπιπνεομένῳ, aliorumque θεοπνεύστων ceu μουσολήπτων Poetarum fabulas vel iactationes hic non tangam, consuli de eo argumento potest erudita viri doctissimi Petri Petiti, quæ cum Poematibus eius prodit *de furore poetico* Dissertatio, eaque quæ ibi de illo [illegible] vel ἐνθουσιασμῷ, vel, vt ea post Plutar[illegible] stinguit, φορᾷ ἐνθουσιώδει ibidem ob[illegible] Vnum illud addam, ἐκεῖθεν ceu ex M[illegible] πνευομένως, *a Musis adflatos*, hic Poe[illegible] a [illegible] liano tradi, prout θεῶν ἐπιπνοίας *Deorum adflatus*, de priscis Deorum responsis, qui[illegible] rum facra hominibus sunt præscripta [illegible] Plato de Legibus Lib. V. p. 738. a[illegible] Græcorum vatibus ceu Theologis, Or[illegible], Hesiodo &c. Dio Chrysost. Orat. V. p. 1[illegible] alio itidem loco, θεῶν ἐπιπνοίας pro [illegible] legendum vidit iam ad eundem [illegible] saubonus: ac prout, quum [illegible] ibi [illegible] tum apud Plutarchum in Coriolano p. [illegible]9. κατ' ἐπίπνοιαν ἐκ ἀθεάστο, non vt ibi κατ' [illegible] νοιαν, *non sine diuino adflatu*, leg[illegible]nd[illegible] quidem e toto illius loci [illegible] nis id genus subitisque rebus in trep[illegible] sperans, quippe [illegible] velut [illegible] reddunt, Numinis impulsibus agitur. [illegible] dem dixerat Aeschylus Suppl. v. 18. [illegible] ἐπιπνοίας Διός, *e Iouis adflatu*, de Epapho [illegible] Ioue scilicet & Io œstro percita genito.

Ibid. B. lin 2. ἐξουσίαν τοῦ πλάσματος [illegible] mo a qua *fingendi* facultate *Poesis* ac *Poet*[illegible] men a Græcis inditum volunt, vt viden[illegible] iam viri docti, Plato, Aristoteles, [illegible] chus; non vero a faciendis versibus, vt al[illegible] placet: quam [illegible] hic iam meam non [illegible]. Sicut vero πλάσμα & πλάσματα de priscis R[illegible] torum in ficto argumento declamationi[illegible]s, ceu πεπλασμένοις λόγοις, dici paullo a[illegible] mus; ita de Poetarum fabulis seu fictio[illegible] haud mirum [illegible]ndem vocem hic [illegible], prout alioquin ab initio Cæsarum πλάσμα d[illegible] fabula, quam a Mercurio nempe acceper[illegible] dicit Iulianus, & quomodo *pinxit plasmat* a Martiano Capella dictum, [illegible] nu[illegible] A[illegible] as mitto eiusdem vocis πλάσμα significatione, de quibus olim obiter ad eosdem C[æ]sares [illegible] pro *statua*, sicut præter adductum ib[illegible] eiani locum, apud Aristidem [illegible] p[illegible]5. ποιεῖ γράφας ἢ πλάσματα [illegible] *quæ nam pi[illegible]ra* [illegible] *statua*, ac inde in antiquis Glossis [illegible], *statuaria*, πλαστικός, *statuarius*: aut vero [illegible] *opere pistorio*, e Menandro apud At[henæum] Lib. IV. Dipnosoph. p. 172. πλα[illegible] πλάσματα [illegible], il[illegible] interprete, *Opera ad pistoria tota adus[illegible] a nox est*. Adde, πλάσμα Græcis, vti ce[illegible] de vocis, vti & tibiæ, apud Theo[phrastum] Lib. IV. Hist. Plant. cap. X[illegible] ac [illegible] flexanimo sono [illegible]a: ac [illegible] a Latini[illegible] πλάσμα, vt apud Persium Sat. I. v. 4[illegible] um Lib. I. Instit. cap. VIII. n[illegible]

ne, vt viris magnis placuit, ad molliendam vocem, ſed de ipſa voce molli & per varios ſonos tractabili dictum; prout id in Plinianis ad Solinum poſtremæ edit. p. 85. erudite iam adnotavit ὁ πάνυ. Hinc, vt hoc addam, vbi de Amphione citharoedo agit Philoſtratus Lib. I. Icon. p. 747. eum deſcribit ſedentem, pede quidem terram concinne quatere, eius autem dextram plectro citharæ chordas pulſare, ſiniſtram vero erectos habere digitos, ὅπερ οἶμαι πλαστικὴν ἀπαυθαδιεῖσθαι μόνην, *quod ſolam plaſticen*, vt ibi Interpres, *auſuram puto*. Nempe vbi πλαστική, non de ſtatuaria, vt eam vocem in antiquis Gloſſis explicari modo diximus, ſed de arte vocem aut cantum emolliendi, ſeu citharam (ſicuti de tibia a Theophraſto dictum vidimus) ad ſonorum varietatem flectendi, accipienda, quod olim fuit τῶν Φωνασκῶν munus: quorum, non vero ſculptorum, (& quibus nullus hic erat apud Philoſtratum de Amphione citharoedo agentem locus) fuit, erectis ſiniſtræ manus digitis *mentem*, quod paullo ante de hac eadem Amphionis *manu* dixerat Philoſtratus, *ad lyram reuocare*, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. Vnde cuiusdam citharoedi, eiusdemque Φωνασκοῦ, fit mentio in veteri Lapide Marmor. Oxon. p. 70. Part. I. ac inde in Sponii Miſcell. p. 367. ſub cuius nempe Φωνασκοῦ moderamine, alter Citharoedus, cui hic lapis dicatus eſt, omnia illa certamina, in quibus idem victoriam reportauit, obiiſſe dicitur. Sed de hoc Philoſtrati loco meliora forte nos docebit, qui noua verſione & luculento commentario eundem Auctorem explanandum ac illuſtrandum ſuſcepit, nouum idemque iam lucidum litteratæ Britanniæ ſidus, Richardus Bentleius.

Ibid B. lin. 5. πλάττειν ἀφειλομένη, τὸ κολακεύειν δὲ οὐδαμῶς) Solis itaque Poetis, vt modo dictum, non vero Oratoribus, datam ex artis præſcripto *fingendi* licentiam hic tradit: nempe, non qui in *fictis cauſſis*, ſeu πλάσμασι, vti antea vidimus, & ad dicendi exercitationem ſolum comparatis, declamant; ſed qui ſerio agunt, & quorum *actiones* in aliqua, vt antea de iis Fabius, veritate verſantur. Quamquam non cenſeri debet fingendi licentiam Oratori adimere Iulianus, dum adulandi plenum ius, quod hic additur, eidem relinquit; quæ nempe diuelli a ſe inuicem non ſolent, iuxta illud Ciceronis de Amicitia cap XXVI. *Hos delectat ADSENTATIO: his FICTVS ad ipſorum voluptatem SERMO quum adhibetur, orationem illam vanam teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant.* Verum quod *adulandi* facultatem ex *artis* (cuius modo ab eo facta erat mentio, ταῖς δὲ ῥήτορσιν ἡ τέχνη &c.) legibus, Oratoribus *nullatenus ademptam* hic dicat; id mirum vtique in eo videri poteſt, qui totus Platonis præceptis, vti iam diximus, erat imbutus: a quo autem omnis illa κολακευτικὴ ſeu *adulatoria*, vt eam vocat, *rhetorica*, quæ gratiæ voluptatique conciliandæ tota inſeruit, vt inanis, fucata, adulterina, mere denique ſophiſtica, in eius Gorgia, cuique rei inſtituta ibi omnis illa diſputatio, aperte graviterque redarguitur. Adeo vt vnum illud ſtatui hic poſſit, per τέχνην a Iuliano demum intelligi eandem illam *artem* ſeu Rhetoricen, quam induxerat olim ille Gorgias; & tranſmiſit dein ad poſteros, ac ad Iuliani ætatem, gens Sophiſtarum, penes quos erat eloquentiæ magiſterium: cuiusque dicendi *artis*, vt a Platone rurſus in eodem Gorgia traditur p. 17. & 463. pars erat adulatio ſophiſtica. Adeo vt dein etiam, nempe p. 500. duplex ſtatuatur ibi Rhetorica; vna Sophiſtica, altera vero Philoſophica, & bonis ac cordatis viris denium digna, eaque ab omni etiam adulationis ſuſpicione aliena; ſeu, vt præclare dixit ab initio Panegyrici Plinius, *tantum A SPECIE ADVLATIONIS abſit gratiarum actio, quantum abeſt a neceſſitate.* Quod a Dione Chryſoſtomo de Traiano agente ſimiliter dictum Orat. III. de Regno p. 36. ἀλλ' οὐκ ἔστι δέος, μήποτε ἐγὼ φανῶ τι κολακείᾳ λέγων, *Sed non eſt periculum, vt ego aliquid adſentatione loqui videar:* a quo inſuper Oratore multa præclara contra illam ſophiſticam adſentationem dicuntur; eſſe nempe eam vitiorum turpiſſimum, quod adulator id, quod in vita honeſtiſſimum ac iuſtiſſimum, laudem nempe, corrumpat. Immo a qua etiam ſuſpicionis labe, hunc ipſum Conſtantinum laudaturus Themiſtius, ſe valde alienum profitetur Orat. I. p. 3. μηδ' οἴεσθαι κόλακα ἀντ' ἐπαινέτου, ὡς κολακείας μὲν οὐκ ἔστι, ὅ, τι δυσμαχώτερον ἀληθείᾳ, *Neque adſentatorem potius eum quam laudatorem arbitrari; nam adſentatione nihil veritati eſt inimicius.* Ne iam hic dicam, αὔξησιν, ceu Rhetorum *amplificationem*, Oratoribus non licitam ſolum, ſed etiam inter artis præcepta traditam, innuere hic forte Iulianum, quæ in augendis exornandisque rebus aut perſonis verſatur. Adeo etiam, vt vi oratorii illius artificii, quod paullo poſt dicit Iulianus, *naturæ rerum* poſſit *natura oratio opponi.* Verum vt ad illam adulterinam ac ſophiſticam Rhetoricen reſpexerit hic potius Iulianus, ſuadent omnino quæ continuo addit, vt iam videbimus; nullatenus nempe ignominioſum eſſe Oratori, ſi eos falſo laudandos ſuſcipiat, qui ſint minime laude digni.

Ibid. B. lin. 8. ψευδῶς ἐπαινεῖν τοὺς οὐκ ἀξίους) Quod equidem in veterum declamationibus

locum subinde habuit, ceu iis laudationibus, quæ ostentandi tantum ingenii, aut dicendi exercitationis caussa, habebantur: qualia vel Helenæ aut Busiridis apud Isocratem, aut Thersitæ, vt alia id genus mittam, apud Libanium *Encomia*. A quibus vero alieni erant ii, qui inde a Græcis Rhetoribus dicti sunt *ἀληθινοὶ λόγοι*, vt de iis iam ante, vel *ἀγῶνες*, *vera orationes* ac *certamina forensia*: quorum argumentum ac scopus ab omni falsa vel injusta dicendi tuendiue, non consilio solum, sed suspicione etiam, vt ea de re optimi quiq; huius artis apud veteres promicondi tradidere, longissime abesse debuerunt. Hinc Orator ab iis dictus est, *vir bonus dicendi peritus*, non proinde mendacii artifex, vel improborum laudator; immo vt de eo inter alia ait Cicero Lib. II. de Oratore cap. IX. *quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatius* &c. *potest?* Quam in rem dixit etiam Fabius Lib. XII. Instit. cap. VII. *Non conuenit Oratori iniusta tueri scientem*: nec proinde *laudare*, sed videre potius, quid *FIDES*, *& grauitas*, *& seueritas oratoria*, vt de ea Auctor ad Herennium Lib. IV. cap. XXIII. postulet; & prout a Plinio itidem dicitur in Panegyrici proœmio, *vtque omnibus, qua dicentur a me, libertas, FIDES, VERITAS constet*; a Themistio autem ab initio Orationis I. ad hunc Constantium, quod ad eum veniat *libera minimeque mendax, laudatrix oratio*, *λόγος ἐλευθερός τε καὶ ἀψευδὴς ἐπαινέτης*. Quibus nempe præiuerat dudum Aristoteles, dum Lib. I. Rhet. cap. I. ait, *non licere* Oratori, *vt res malas persuadeat*, *οὐ γὰρ δεῖ τὰ φαῦλα πείθειν*, haud itaque immerentes, quod hic conceditur, falsis laudibus prosequi. Vnde, quæ hisce aduersantur, Iuliani hoc loco verba, adadulationem illam, seu fucatam, quam in Gorgia aliisue eorum temporum eloquentiæ magistris fugillat, vti iam vidimus, Socrates, quæque tot sectatores deinceps nacta est, Rhetoricen, respicere censenda sunt; cuius nempe, vt ab eodem Socrate dicitur, vnicus esset scopus, nulla melioris siue peioris habita ratione, & priuatæ tantum vtilitatis intuitu, cuipiam gratificari. Vide loca in Gorgia p. 501. 502. ed. Henr. Steph. Quamquam illos, quos hic tangit Iulianus, *falsarum laudum pracones*, tueri quodammodo videri posset id, quod a Cicerone dicitur in Bruto cap. XI. *Quoniam quidem concessum est Rhetoribus ementiri in historiis, vt aliquid dicere possint argutius.* Verum ibi Cicero, quod continuo adductum eam in rem de morte Themistoclis, varie a Græcis ipsis tradita, exemplum abunde ostendit, non agit *de falsa prædicatione*, vt hic Iulianus, *virorum qui laudibus sint indigni*; sed ad eos demum Oratores respicit, quibus, vbi viros præstantes ac omni præconio dignos laudare sunt adgressi, ea, quæ incerta cæteroquin aut discrepante fama de iis sunt litteris mandata, pro veris haud minus arripere ac ornare conceditur. Id cæteroquin traditum sub Tyrannis contingere, vt quis nempe eos cogatur, quamquam, vt hic dicitur, *indignos*, *οὐκ ἀξίως*, & *iniuste* proinde *laudare*; quos, vt præclare ea de re ait Dio Chrysost. Orat III. p. 39. *mallet iuste vituperare*, *ἀδίκως ἐπαινεῖν*, *ὃς ἂν ἀγαπῴη αὐτὸν δικαίως ψέγεσθαι*.

Ibid. C. lin. 1. *τοὺς ἀκούοντας ψυχαγωγήσοντας*) Quod de fabulosæ Poeseos illecebris hic dicitur; ac prout de Poesi dixerat itidem, & quem locum videtur ante oculos habuisse Iulianus, in Euagoræ encomio Isocrates p. 191. *ὅμως ταῖς γε εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις* ΨΥΧΑΓΩΓΟΥΣΙ ΤΟΥΣ ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ, *ipsa tamen concinnitate numerorum, aptisque dimensionibus, audientes demulcent.* Hinc de Tragoedia agens Aristoteles Poetic. cap. VI. *τὰ μέγιστα, οἷς* ΨΥΧΑΓΩΓΕΙ *ἡ τραγῳδία, τοῦ μύθου μέρη ἐστίν*, *maxima autem, quibus delectat* ceu *permouet tragœdia, sunt fabula partes*; peripetiæ nempe, vt continuo addit, & recognitiones: haud aliter ac *μύθου* a Poeta excogitati nouitate *oblectari audientes* hic dicuntur; immo prout Poetices *ψυχαγωγικώτατον ἡ τραγῳδία*, *animos maxime commouens tragœdia* a Platone traditur in Minoe p. 321. in genere autem *ποιητικὴ ψυχαγωγία poetica delectatio* a Clemente dicitur Stromat. Lib. V. p. 557. Adde de exhilaratis nuptiali carmine conuiuis a Philoxeno Athenæum Lib. I. Dipnosoph. p. 6. *πάντας ἐψυχαγώγησεν*, *omnes oblectauit*: & prout apud eundem alibi, nempe Lib. II. p. 48. Cretensis quidam ad conuiuium Artaxerxis Persarum regis adductus, *τὸν βασιλέα ψυχαγωγήσων*, *Regem* facetis nempe dictis *exhilaraturus*. Eo enim verbo promiscue, de eo, qui sermone tam soluto, quam ligato, aliaue arte, quempiam demulcet aut permouet, vtuntur Græci scriptores, vt Lycurgus aduersus Leocratem p. 113. *τοῖς λόγοις ψυχαγωγῆσαι*, *verbis permouere*, ceu *oratione flexanima*, prout hæc postrema vim Græcæ vocis *ψυχαγωγεῖν* vel *ψυχαγωγία*, quod obiter iam notauit Budæus, exhibet, & a Tullio dictum Lib. II. de Oratore cap. XLIV. *Tantam vim habet illa, qua recte a bono Poeta dicta est FLEXANIMA*, (hoc est, *ψυχαγωγὸς*) *atque omnium regina rerum oratio.* Immo prout a Socrate quæritur in Phædro p. 261. *ἡ ῥητορικὴ ἂν εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων*; *Rhetorica igitur fuerit ars animos oratione adliciens?* serio autem & adfirmate a Cicerone dicitur Lib. II. de Oratore cap. VIII. *Tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, nihil hominum aut auribus aut mentibus IVCVNDIVS percipi possit*: vera proinde ψυχαγω-

γία

γία. Eam autem maxime in hoc dicendi seu laudandi genere locum habere, cuius nempe *omnis ratio fere ad voluptatem auditoris & ad delectationem refertur*, tradit idem Tullius Partit. Orator. cap. XXI. Nempe quod ab ipso Socrate de id genus Oratorum laudationibus dicitur in Platonis Menexemo pag. 235. γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, *incantant nostras animas*, hoc est, ψυχαγωγοῦσι, vt de hujus verbi notione mox dicetur. Themistius vero sub initium Consularis ad Iouianum Imp. orationis p. 63. hanc esse Philosophiæ legem tradit, nihil omnino perficere πρὸς μόνην ψυχαγωγίας *solius oblectationis gratia*: quam tamen ψυχαγωγίαν, *anima delectationem*, summum bonum statuebat Apollodorus Cyrenæus, iuxta Clementem Strom. Lib. II. p. 417. Eandem cæteroquin ψυχαγωγίας vocem ad Iuliani huius magicas artes, quibus nempe animæ ab inferis educerentur, adhibuit, vt id jam vidit Budæus, Gregorius Nazianz. orat. II. in Iulian. p. 91. Vnde, vt hoc addam, ψυχαγωγοὶ *magi* id genus & *incantatores*, & quidem nominatim inter Thessalos qui hanc artem faciebant, olim dicti, vt id docet vetus Euripidis Enarrator Alcest. v. 1128. ψυχαγωγοί τινες ἐν Θετταλίᾳ, ὅτω καλούμενοι, οἳ τινες καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ εἴδωλα ἐπάγουσι τε καὶ ἐξάγουσι, hoc est, ψυχαγωγοί, *magi quidam in Thessalia ita appellati, qui expiationibus quibusdam & incantationibus mortuorum simulacra euocant ac educunt.* Ita etiam apud Clementem Strom. Lib. I. p. 290. ἀνδραποδισταί τε καὶ ψυχαγωγοί, *plagiarii & animarum seductores* coniunguntur; nempe prout in incerti Poetæ apud eum versu alibi legitur vox ψευδαπάτης, Pædag. Lib. II. cap. II. p. 155. Apud Arcadas vero dicti etiam ψυχαγωγοί, qui lustrabant aut expiabant alicuius criminis reos, teste Pausania Lib. III. p. 194. vbi de antiquiore, eoque Spartano, Pausania, proditionis reo, ait, eum debitam illius sceleris pœnam nullis deprecationibus aut καθαρσίοις luere vel effugere potuisse; quamuis etiam in Arcadiam venisset, παρὰ τοὺς ψυχαγωγοὺς, *ad animarum expiatores.* Verum iussos postea oraculo Spartanos, vt Pausaniæ animam iidem placarent; eamque in rem ab iis accitos ex Italia ψυχαγωγοὺς, ceu *animarum lustratores*, dicit Plutarchus eo loco, quem iam viderunt alii, nempe De sera Numinis vindicta pag. 800.

Ibid. C. lin. 4. δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μείζόνως &c.) Id nempe, quod de hac dicendi facultate, quam profitebantur veteres Græcorum Rhetores & Sophistæ, ac de Tisia nominatim (non, vt ibi Interpretes, *Lysia*) & Gorgia, qui primi nempe dicendi apud Græcos præcepta tradidere, dictum fuerat a Socrate in Platonis Phædro p. 267. τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου, *ac vi orationis efficiunt, vt parua magna, magna vicissim parua videantur.* Quæ dum sugillat ibidem pro more suo Socrates, quærit paullo post: si quis apud Sophoclem vel Euripidem adfirmaret, ὡς ἐπίσταται περὶ σμικροῦ πράγματος ῥήσεις παμμήκεις ποιεῖν, καὶ περὶ μεγάλου πάνυ σμικράς, *quod norit de re parua prolixos admodum sermones instituere, & de re magna breuissimos* &c. atque ita se posse ea, quæ ad tragicam poesin spectant enarrare, quid nempe de eo Sophocles, vt ibidem sequitur, sit dicturus.

Ibid. C. lin. 7. ἀντιτάττειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει δύνασθαι τὴν τῶν λόγων) *Naturæ rerum, orationis naturam* posse opponi, dicit hic Iulianus; iis nempe, quæ in Oratoris facultate posita dixerat, rerum aut personarum, de quibus agitur, αὔξησιν vel μείωσιν. Eas enim in omni dicendi genere, & quidem in laudando etiam ac vituperando, adhibere Oratorem, tradit Aristoteles Lib. II. Rhetor. cap. XIX. Hinc opportune ad hunc Iuliani locum dicitur a Cicerone in Oratore cap. XXXVI. *Augendis vero rebus, & contra abiiciendis, nihil est quod non PERFICERE possit oratio.* Adde, quod in eodem, de quo paullo ante, Platonis Phædro dicitur p. 261. eam esse vim huius dicendi artis, vt efficere possit orator, vnam eandemq; rem iisdem, pro arbitratu suo, modo iustam videri, modo iniustam; & in concione, vt eadem ciuitati modo bona, modo contraria videantur. Nempe quod a Fabio dicitur Lib. II. Instit. cap. XIX. *natura materia, ars doctrina est: hæc fingit, illa fingitur:* ac proinde quæ postrema Oratoris arte ac ingenio ornari non solum potest, sed nouam veluti formam induere.

Ibid. D. lin. 6. οὐδενὸς ἐπεισάκτου κόσμου) Ἐπείσακτον Græcis quidquid aliunde adsciscitur: vnde apud Euripidem Ion. v. 599. ἐκ ἐπείσακτος γένος, *non aduentitium genus*, quod nempe αὐτόχθονι seu *indigenis* ibi opponitur, & quod Plutarchus dixit de Exilio p. 604. ἐκ ἐπακτὸς ἀλλοχθὼν, *non aduectus aliunde.* Opportune vero ad hunc Iuliani locum Menander Rhetor de Regis laudatione seu λόγῳ βασιλικῷ agens ait p. 613. χωρὶς ἐπεισάκτου εὐφημίας ἔξωθεν, *sine adscititia extrinsecus laude.* Hinc apud Scriptores ecclesiasticos obuiæ ἐπείσακτοι γυναῖκες, quas per *extraneas* mulieres, *subintroductas, adscititias, intromissas*, reddunt vulgo eorum interpretes. Sic apud Chrysost. Serm. XVII. Tom. VI. p. 214. ed. Sauil. πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους, *ad eos qui subintroductas habent virgines*; sicuti exstat sequens eius Sermo p. 230. πρὸς τὰς ἐχούσας ἄνδρας συνεισάκτους, *ad eas, quæ habent viros subintroductos.* Adde similem, vt hoc loco, vocis ἐπεισάκτου vsum apud Theodoritum Ἑλλην. Θεραπ. Serm. VI. p. 557. καὶ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἐπεισάκτων

κτων ἀνθέων ἥκιστα δεηθέντες, *minimeque alienis adscititiisque floribus indigentes.*

Ibid. D. lin. 8. διηγήσασθαι τῶν ἔργων ἀνεφίκτῳ) In Vossii MSS. hæc ita distinguuntur: προσήκειν ἀξίως διηγήσασθαι τῶν ἔργων ἀνεφίκτῳ τινὶ &c. Verum potior lectio, quæ in contextu recepta est; quum διηγήσασθαι ἔργα aut περὶ ἔργων dicendum fuisset. Apud Hesychium autem ἀνεφίκτῳ legendum, quod erat obuium, non ἀνεφίτῳ, iam ad eundem vidit magnus Salmasius, vt notatur in editione Bataua. Sic ὅτι δυσέφικτος, *quod difficulter possit pertentari*, ὑπόθεσις nempe, ceu *argumentum*, Regis alicuius Ἐγκωμίῳ, seu λόγῳ βασιλικῷ, dicit loco iam ante adducto Menander Rhetor p. 612. Ἐφικτὸν autem pro δυνατὸν adhibet sæpe Plutarchus, vt ab initio Thesei in Aemilio p. 268. in Pyrrho p. 391. ἐν ἐφικτῷ autem dixit Theophrastus pro *in loco prompto*, vt Lucretius loquitur, aut *parabili*, vbi nempe de smaragdo tradit de Lapidib. p. 395. γίνεται δὲ τοῖς ΕΝ ΕΦΙΚΤΩι καὶ γνωρίμοις τόποις, hoc est, vt bene Gaza, *nascitur autem in notioribus, & qui MAGIS IN PROMPTV sunt locis*. Quod vero, vt hic ait Iulianus, illi, qui ante eum, laudare Constantium fuerant adgressi, rerum gestarum magnitudinem dicendo æquare se non posse crediderint; id ad præcipuum ea ætate eloquentiæ, ipsiusque Iuliani, vti iam dictum, ea in arte magistrum videtur respicere. Is enim in Basilici seu Panegyrici illius, quo eundem Constantium, vti & Constantem fratrem adhuc superstitem, atque ita aliquot annis ante habitam hanc a Iuliano Orationem, laudauit, Procemio inter alia p. 103. ait, imminere quidem sibi par periculum, ne iis, quæ nouit laude digna, prædicandis non sufficiat, aut vero plura etiam prætereat; venia tamen dignum, καὶ εἰ μηδὲν τούτων, ὧν ἴσμεν, ΕΦΙΞΟΜΕΘΑ, *si ne ea quidem, quæ scimus, POSSIMVS ADSEQVI*, id nempe, quod a Iuliano hic dicitur, τῶν ἔργων ΑΝΕΦΙΚΤΟΥ, καὶ τότε τοῖς προλαβοῦσιν ἤδη φανέντος, *quas res a te gestas dicendo ADSEQVI NON POSSE, iis etiam visum fuerit, qui ante me istud sunt adgressi.* Sic πράγματος ἀνεφίκτου de re *quam nefas attingere* dixit Isidorus Pelusiota Lib. I. Epist. XXII. alibi ἀνεφίκτων μυστηρίων, de mysteriis *quæ comprehendi nequeunt*, Epist. XXIV. & eiusdem Libri Epist. CCCCXVI. ἡ θεία φύσις τοῦ υἱοῦ, πάσῃ ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ ἀνέφικτος, *Diuina Filii natura, quæ nullo humano ingenio comprehendi potest.*

Ibid. D. lin. 11. ἐν μέτρῳ καὶ καταλογάδην ὕμνοῦσιν) Cuiusmodi nempe scripti carmine aut soluta oratione Panegyrici, ea, vti iam antea vidimus, & proxima etiam ætate, haud erant incelebres. Ita recens tum adhuc erat, qui etiamnum legitur, carmine scriptus in Constantini M. laudem ab Optatiano Porphyrio panegyricus; vt de antiquioribus sileam qui adhuc prostant, cuiusmodi Lucani ad Calpurnium Posonem panegyricus; vel a Statio, vt alia eius mittā, celebratus Domitiani XVII Consulatus, vel Statua eiusdem equestris, aut memoratum a Suida Græcum Soterichi cuiusdam, sed quod non exstat, in eundem Domitianum Ἐγκώμιον. Ita ipsius etiam Iuliani res gestæ a Callisto, qui comes eius fuit in expeditione Persica, Græco carmine fuerunt descriptæ, teste Socrate Lib. III. Hist. Eccl. cap. XVIII. Ne Iuliani æuo paullo inferiores nunc tangam, vt Claudiani varias de Honorii Imp. consulatibus, aut de Mallii Theodori consulatu, vel Serenæ Reginæ inscriptas *Panegyres*; aut Apollinaris Sidonii scriptos Anthemio, Auito, Maioriano A. A. A. *Panegyricos*. Eadem autem voce, qua hic vsus Iulianus, καταλογάδην, de *prosaica*, vt Plinius loquitur, *oratione* vsi passim, & quidem vbi vtrumque hoc scribendi ceu laudandi (vt hic a Iuliano factum) genus, *versu* nempe & *prosa*, tangunt præclari Scriptores. Sic Plato Lib. VII. de Legib. p. 811. ποιητῶν τε ποιήματα διεξιών, καὶ γεγραμμένα καταλογάδην, *Poetarum carmina, & quæ soluta oratione sunt scripta exponens* &c. Ita Dionysius in Arte p. 30. exstare dicit funebres laudationes, tum carmine scriptas, tum, vt addit, πολὺς τε καταλογάδην συγγραφόντων λόγων, *magnus autem est scriptarum soluto sermone id genus Orationum numerus.* Neque aliter Hermogenes Lib. II. de Form. Orat. cap. I. εἴτε ἐν τῇ ποιήσει, εἴτε ἐν τῷ καταλογάδην εἴδει, *siue in poesi, siue in soluta oratione.* Hinc Philo sub init. Lib. I. de vita Mosis p. 603. de scriptoribus inter Gentiles ait, qui ea, qua pollebant, dicendi facultate abusi sint, ἔν τε ποιήμασι καὶ τοῖς καταλογάδην συγγράμμασι, *tam in poematibus, quam in scriptis soluta oratione libris.* Adde, quod de scriptis ab Apisidoro τοῖς καταλογάδην ἰάμβοις, *soluto sermone iambis*, dicit Athenæus Lib. X. Dipnosoph. p. 445. nempe prout carmina *sermoni propiora* vocat Horat. Lib. I. Sat. IV. v. 42. ac sicut fieri posse, vt sermo ἔμμετρος, ceu *carmine scriptus*, accedat ad prosaicum, & quibus modis id etiam fiat, tradit Anonymus Hermogenis Enarrator p. 402.

Pag. 3. A. lin. 20. ὑποδῦναι πόνον) Ita Attici scriptores, vt haud semel Xenophon, Cyripæd. Lib. I. p. 24. πάντα μὲν ΠΟΝΟΝ πάντα δὲ κίνδυνον ἡδέως ΥΠΟΔΥΕΣΘΑΙ, *laborem omnem omneque periculum quam lubentissime subire*, aliique, quorum loca suppeditabit Budæus. Adde antiquissimum hodie inter Atticos scriptores Aeschylum Eumen. v. 845. τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα; *quis subit latera mea dolor.* aut σύγχρονον Iuliano oratorem Themistium

Orat.

Orat. II. in eundem Constantium p. 29. vbi dicit, præscriptum quidem esse Themistii nomen in Constantii ad Senatum, quæ apud eundem prænittitur, Oratione, τῷ νῦν δὲ αὐτὸς ὑποδεδυκέναι ὁ ξυγγραφεὺς, *caeterum sub Hymnum*, ceu Themistii præconium, *subire*, ceu se insinuare, *ipsum eius scriptorem*, nempe Constantium. Immo idem Iulianus infra p. 15 ταύτῃ κατὰ μικρὸν ὑποδυομένη συνήθεια, *eiusmodi consuetudo paullatim se insinuans*; & Orat. II. p. 91. τῆς ἀρετῆς ὑποδυομένη, *virtutis speciem sæpe subiens*, nempe improbitas.

Ibid. B. lin. 2. τὸ τῆς σιωπῆς ἀκίνδυνον) Nempe prout duplex periculum (διπλοῦς ὁ κίνδυνος) sibi imminere dicit in loco paullo ante adducto Libanius p. 103. si nempe ea, quæ in hoc Constantio nouit laude digna, pro dignitate dicendo non adsequatur; vel si plura etiam de iis prædicanda reticeat. Vnde illud a Mamertino dictum in Maximiani Imp. Genethliaco cap. V. *Nouam mihi propono dicendi legem, vt quum omnia videar SILERE quæ summa sint; ostendam tamen inesse laudibus vestris alia maiora.* Adde illud in Theodosii Panegyrico a Pacato cap. II. dictum: *Nunc par dicendi tacendique libertas, & quam promptum laudare Principem, tam tutum SILVISSE de Principe:* nempe quod postremum hic tangit Iulianus, τῆς σιωπῆς ἀκινδύνου γέρας, *securi tutique silentii præmium*.

Ibid. B. lin. 1. ἐν μέρει πεφύκασιν) Ad Themistium hic respicit, cuius exstant etiamnum duæ huius generis in Constantium Orationes, eæque *prima* & *secunda* in postrema eius editione; *prima* nempe, quæ antea non prodierat, inscripta περὶ φιλανθρωπίας, ἢ Κωνστάντιος, *de Humanitate*, siue *Constantius*, quæque in vna hac Constantii virtute celebranda versatur; *secunda* vero, vt vel adscriptus eidem titulus continuo itidem indicat, qua eundem Constantium Philosophiæ vel maxime participem demonstrare intendit Themistius, ipsemet ob insignem Philosophiæ cognitionem in Senatorum numerum ab eo relatus. Vtraque proinde Oratio, qua in celebranda, quod hic ait Iulianus, Constantii laudum *parte*, suam in eum *voluntatem declarare* satius duxerat Themistius, quam dum omnes illas vellet persequi, a proposito, vt a Iuliano iam ante & hic præterea dicitur, *penitus aberrare*, τοῦ παντὸς διαμαρτάνειν.

Ibid. B. lin. 4. τῶν εἰκότων πόνων ἀπάρξασθαι) Quo postremo verbo eleganter hic Iulianus *laborum*, quos quis in dicendi facultate obit, *primitias* Constantio, haud aliter ac tutelari & benefico Numini, consecrandas dicit. Ea enim prima laudationum apud veteres origo ab ipsis artis huius magistris exstitisse dicitur, Deorum nempe, dum frugum illis aliorumque terræ prouentuum primitias offerrent, Hymni seu Encomia. Notum autem, Iuliani ætate pleraque, quæ cæteroquin supremo Numini eiusque cultui dicata erant vocabula vel elogia, ad Imperatores, quod vel eorundem Leges & Constitutiones abunde arguunt, effrena adulatione aut licentia iam fuisse translata; idque alieno etiamnum aut publice nondum recepto sub prioribus Imperatoribus, quamquam Ethnicis, more, iuxta illud Plinii in Traiani Panegyrico cap. II. *Nusquam vt Deo nunc, nusquam vt Numini blandiamur.* Dicti alioquin a Græcis ἀπάρξασθαι. qui aut quæ *cantus* alicuius ceu *Hymni exordium faciunt*, ceu præcinunt; vt apud Athenæum Lib. IV. Dipnosoph. p. 129. de Rhodiis quibusdam inductis in conuiuium cantatricibus ἀπαρξαμένας τε, *præcinentes autem* &c. sicut nempe simplex ἄρχεσθαι & ἄρχειν etiam apud Pindarum eo loco, qui a Græcis Euripidis Enarratoribus adducitur ad Hecub. v. 684. nempe ἄρχε δὲ ὕμνον οὐρανῷ, *incipe autem canere acceptum hymnum*. Idem vsus apud eundem Pindarum, & Tragicos, compositorum, ἐξάρχομαι, κατάρχομαι &c.

Ibid. B. lin. 7. τοὺς ἐπιδεικτικοὺς ἀγωνίσαντα λόγους) Vertit hæc Petauius, *scriptas ad pompam orationes*, quomodo nempe ἐπίδειξις eo sensu, aut ἐπιδεικτικὰς scriptas orationes, subinde olim dici vidimus ad superiora Iuliani verba, circa init. p. 2. τὰς περὶ τὰς ἐπιδείξεις συνήθειας. Neque inde tamen vel alibi, vel hoc etiam loco, ἐπιδεικτικοὶ λόγοι idem continuo inferunt; sed prout vulgo a Rhetoribus dicuntur, *demonstratiui generis Orationes*, seu quæ, vt in laudatione nominatim versantur, debent quoque intelligi. Quæ, præter vulgarem earundem vocum significationem, adstruunt etiam sequentia Iuliani verba; quibus ille nempe indicat, si scribendis id genus Orationibus panegyricis fuisset hactenus delectatus, quod tum inde huiusce præmium a se peti continuo debuerit: nempe, vt parem sibi beneuolentiam, quam erga eum haberet, a Constantio itidem postularet; ac præterea, vt ille ad hanc Orationem tanquam pronus auditor, non vero vt seuerus iudex, accederet. Quæ vtique haud insolita sunt ejusmodi Panegyricorum exordia, sicut, vt alia nunc mittam, postremum illud tangit in Constantii Chlori Panegyrico Eumenius: *Maxime orationi imparem parem, facit Cæsar AVDITOR.*

Ibid. C. lin. 1. ἐν ἄλλοις μαθήμασι τραφέντος καὶ παιδευθέντος) Quod iam antea de se innuerat

nuerat Iulianus, vbi in genere de iis loquitur, qui non ad dicendi artem vel exercitationem, sed *ad aliud doctrinæ genus se transtulerant*, ἀφίκοντο ἐφ' ἑτέραν παιδείας εἶδος. Quamquam, vt ibidem vidimus, Eloquentiam non minus ac Philosophiam, & sub præstantissimis quidem ea ætate dicendi magistris, excoluisset a teneris Iulianus. Vnde id, quod eam in rem apertius adhuc hic tangit, ceu verius a se amovet, dum *se aliis in disciplinis educatum ac eruditum hactenus* tradit, id omne, inquam, quod iam antea monui, artificio eius oratorio vnice adscribendum est; quo sibi vtique, tanquam in dicendi arte plane alioquin rudi, maiorem inde ingenii ac industriæ laudem conciliet. Vt vero hoc loco μαθήματα a λόγοις, de quibus egerat, ceu alias *disciplinas* ab eloquentia, poesi, similibusue *doctrinis* vel *artibus* distinguit; ita etiam infra, vbi de Constantio ait p. 11. τῇ ψυχῇ δὲ ἡγεῖτο μὲν ἡ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ μελέτη, καὶ τὰ πρέποντα τοῖς ἡλικιώταις ΜΑΘΗΜΑΤΑ, Petavio interprete, *Et animum doctrinarum studio, ac consentaneis ætati huic artibus, imbuisti*: vbi nempe vox λόγων latius, quam de *arte dicendi*, ab Interprete sumitur, vt latius, quando ad eum deuenerimus, dicetur.

Ibid. C. lin. 5. μικρὰ μοι δοκεῖ χρῆναι καὶ περὶ τούτων) Nempe pauca quædam ex ea, quam hactenus vnice excoluisset, Philosophia prælibanda sibi in limine; indeque ab hac Oratione haud alienum, sibi autem apprime conueniens, auspicium faciendum tradit. Quod insuper, vt antiquiores Oratores, Dionem Prysæensem, aliosque hic mittam, a Themistio, Philosopho nempe non minus quam Oratore eximio, in exordiis Orationum in eundem Constantium, Iouianum præterea, Valentem, Gratianum &c. Imperatores scriptarum factum itidem videas: vt eius proinde, quem (sicut vel ex hisce Operibus constat) summo habuit loco Iulianus, exemplo & auctoritate ad id videatur inductus.

Ibid. C. lin. 8. Νόμος δὲ παλαιὸς περὶ τοῦ πρώτου φιλοσοφίαν &c.) Præclara sunt hæc Iuliani verba, quibus, vt decebat philosophicis studiis impense hactenus deditum & ex Academiæ spatiis, quod antea vidimus, recentem, statuitur: hanc esse antiquam, & ab eo qui primus Philosophiam inuexit latam legem, vt omnes actiones, omnia dicta factaque, eaque tam parua quam maiora, ad virtutem ac honestatem continuo respiciant. Qualia nempe vel assidua Platonis lectio Iuliano abunde suppeditauerat, vt quum in Gorgia p. 527. ait Socrates, *ipsam dicendi artem, ac omnes actiones in hac vita, ad iuste agendum debere continuo referri*, καὶ τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρηστέον ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεὶ καὶ τῇ ἄλλῃ πράξει. Immo *primum* [illegible] *Philosophiam*, quod hic dicitur, eam n[illegible] quæ de hominum vita vel mor[illegible]s, *in humanum genus inuexit*, idem Socrates a C[illegible] Romanis habitus; vt id præter alios [illegible] de eo testatus est Cicero, & nominatim L[illegible] Acad. Quæst. cap. IV. *SOCRATES mihi* [illegible] *tur, id quod constat inter omnes, PRIM*[illegible] *rebus occultis & ab ipsa natura inuolutis,* [illegible] *bus omnes ante eum Philosophi occupati fuerint,* *auocauisse PHILOSOPHIAM, & ad vitam* [illegible] *munem adduxisse, vt de virtutibus &* [illegible] *omninoque de bonis rebus & malis quæreret:* [illegible] *lestia autem vel procul esse a nostra co*[illegible] *censeret, vel, si maxime cognita essent, ni*[illegible] *men ad bene viuendum.* Hinc ab [illegible] Socrate *omnem, quæ est de vita & moribus,* [illegible] *losophiam* dicit *manasse*, Lib. III. T[illegible] cap. IV. eiusdem Philosophiæ *fontem* [illegible] *put* illum vocat Lib. I. de Oratore cap. X. [illegible] etiam Philosophiam, ab eodem Socrat[illegible] uissimis ac perpetuis iisdem de rebus [illegible] tonem disputationibus traditam, a se a[illegible] culenter excultam, hic in limine & al[illegible] in his Operibus, propalare voluit Iulian[illegible] simul id præstare, quod in Oratore requirit Ci[illegible] cero, *eam* nempe *de vita & moribus philos*[illegible] *am totam esse Oratori perdiscendam*, Lib [illegible] Oratore cap. XV. Neque vero aliena a[illegible] Iuliani loco Themistii, Philosophi [illegible] ratoris verba partim iam ante adducta [illegible] V. p. 63. ΝΟΜΟΣ γάρ ἐστι ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ, μὴ [illegible] ἐργάζεσθαι πρὸς μόνην ψυχαγωγίαν *est enim* [illegible] *PHILOSOPHIAE LEX, nihil solius oblectationis gratia perficere.* Immo quæ in ipso [illegible] dationis in hunc Constantium proœ[illegible] Orat. I. p. 3. de Philosophiæ legibus tradi[illegible] sus idem Themistius, quibus ille consen[illegible] omnino & ab omni adsentatione aliena [illegible] cturus; & ad quæ, vt sequentia adhuc o[illegible] dunt, respexisse videtur in huius ad Con[illegible] um encomii exordio Iulianus. Ad[illegible] id o opportunius a Themistio, & eius exem[illegible] a Iuliano factum, quod Const ant[illegible] Imperatorem solum, sed vt Philosoph[illegible] dare iidem præ se ferrent; vt id pe[illegible] tione, de qua iam paullo ante dix[illegible] mistio factum, vbi inter alia hæc leg[illegible] Or[illegible] II. p. 29. Μὴ οὖν καὶ ὑμεῖς ἐξαπατ[illegible], μηδ[illegible] ἐρῶντες πόῤῥωθεν καὶ ἀκούοντες ἔπαινον ΦΙ[illegible] καὶ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ, ἄλλον [illegible] ΛΟΣΟΦΟΝ ἢ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ. *Nolite* [illegible] *vos pariter decipi, neque eminus ad*[illegible] *audientesque PHILOSOPHI ac* [illegible] *PHIAE prædicationem, alium quam I*[illegible] *RATOREM* Constantium *PHIL*[illegible] *esse putate.*

Ibid. C. lin. 11. πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντες πάντα δέουσι) Vnde ab eodem, de quo paullo ante, Socrate dicitur in Platonis Menexeno p. 246. seu ab ea, cui verba illa ibidem attribuit, Aspasia: *Quidquid agitur, CVM VIRTVTE agendum; cetera enim omnia bona studia, VIRTVTE destituta, mala esse ac turpia.* ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν ΜΕΤ' ΑΡΕΤΗΣ, εἰδότας ὅτι, τούτου λειπόμενα, πάντα καὶ κτήματα καὶ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ αἰσχρὰ καὶ κακά. Immo vnde τὸ καλὸν, τέλος τῆς ἀρετῆς, *honestum, virtutis finem* dixit itidem Aristoteles Lib. III. Nicomach. cap. VII. ac notum insuper e Laertio, Seneca, aliisque, illud Stoicorum dogma: *quod honestum, solum bonum esse;* quodque explicat Cicero Lib. III. de Offic. cap. III. illud hanc habere sententiam, *cum virtute semper congruere;* ac vt continuo ipse ex Academicorum ac Peripateticorum scitis addit, *illud quidem HONESTVM, quod proprie vereque dicitur, neque a VIRTVTE diuelli vnquam potest.* Vtrumque proinde τὸ καλὸν, καὶ τὴν ἀρετὴν, vt normam ac finem omnium actionum humanarum pulchre hic coniungit Iulianus. Nempe, quod praeclare a Seneca dictum Lib. IV. de Benef. cap. XIX. *Virtutis materia tam late patet, quam vita.*

Ibid. C. lin. 11. προσῆκον οὐδὲν αὐτοῖς σφετεριζομένης) Horum verborum mentem non satis dilucidare videtur, nec examussim cum prioribus quadrat, Petauii interpretatio: *ac nihil ad sese pertinens & alienum vsurpent.* Dixerat Iulianus, non dubitari ab iis, qui mente sunt praediti, virtutem rerum omnium esse honestissimam: hanc proinde, iuxta antiquam illam, cuius meminerat, Philosophiae legem, ab iis perpetuo retinendam, qui haud temere nomen illud circumferunt, ac, vt continuo addit, προσῆκον οὐδὲν αὐτοῖς σφετεριζομένους, *ius nullum*, seu, *conueniens sibi priuatim adsciscentes*, nempe quod cum virtute, quae vnica debet esse eorum norma, non quadret omnino, aut ab ea vel minimum recedat. Τὸ προσῆκον enim apud Graecos, vti etiam loco infra p. 11. & iam paullo ante adducto, τὰ προσήκοντα τοῖς τηλικούτοις μαθήματα, *consentanea huic aetati doctrina*, & apud Platonem similiter in Menexemo p. 236. τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, *sibi ipsis consentanea*, ac alibi saepius apud eundem τὸ προσῆκον, quod iam monuit Budaeus, iuxta primum illud ac tritum τὸ δίκαιον, quod apud eum legitur, axioma, Lib. I. de Republ. p. 332. τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, *ius suum*, (ceu vt ibi explicatur τὸ ὀφειλόμενον. *quod debetur*,) *cuique tribuere.* Verbum autem σφετεριζομένους ceu σφετερίζεσθαι ab Atticis eleganter dictum de iis, qui aliquid sibi priuatim arrogant, aut vsurpare intendunt; ceu, vt apud Hesychium, ἰδιοποιούμενοι, sicut pridem ab Aeschylo de Aegypti filiis, qui *patrueles*, Danai nempe filias, volebant *vxores sibi adsumere* dicitur Suppl. v. 39. σφετεριξάμενοι, ceu, vt illustri Scaligero iam visum, σφετεριξαμένων πατραδελφείαν. Hinc praeter Xenophontem aut Demosthenem, quorum loca iam de hoc verbo adduxit ὁ πάνυ Budaeus, & ex eo alii Hellenismi Thesauri, idem cum altero verbo eidem adfini ἐξιδιώσασθαι bene coniunxit Iosephus Lib. IV. Ἀρχαιολ. cap. VI. καὶ παρὸν αὐτῷ σφετερίσασθαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς δόξαν καὶ ἐξιδιώσασθαι· *Quum* Mosi *liceret omnem ex illis* (oraculis a Balaamo editis) *gloriam ac famam priuatim vendicare.* Ita iam ante Lib. III. Ἀρχαιολ. cap. III. idem Moses, soceri Raguelis de constituendis inter Hebraeos praefectis ac iudicibus consilium eiusue auctorem non celans, dicitur οὐ δὲ σφετερισάμενος αὐτὴν, ἀλλὰ ποιήσας φανερὸν τὸν ἐξευρηκότα τῷ πλήθει. *Neque vero eam* Soceri sui sententiam *sibi tribuens, sed populo eius auctorem pro concione manifestum reddens.* Hinc alibi ceu Orat. II. p. 53. vsus iterum eodem verbo Iulianus, καὶ συνεπιθέμενος τῷ τὴν ἀρχὴν σφετερίσασθαι προελομένῳ, *& qui cum eo conspirauerant, qui sibi imperium adrogarat.* Adde σφετερίσασθαι dictum pro *interuertere*, seu in vsum proprium quid alteri debitum vertere, vt apud Demosthenem (qui locus itidem τῶν Ὀνοματολόγων effugit diligentiam) sub init. Orat. adv. Zenothem p. 575. edit. Basil. ἡμᾶς τὸ ναῦλον σφετερίσασθαι, *nos naulum*, seu, pro vectura pretium, *interuertisse*, ceu, vt ibi Wolfius, *nos naulum non soluisse.*

Pag. 4. A. lin. 4. 5. πολλαῖς ὁδοῖς ἐπὶ τοῦτο δίδωσι χρῆσθαι) Nempe dixerat modo Iulianus, hanc quidem praecipue a Philosophia legem, vt ad virtutem in omnibus dictis factisque respiciatur: haud inde tamen Oratori praescribi, qua orationis forma vti eam in rem debeat, neque vt velut e machina, virtutem amplectendam, improbitatem vero fugiendam, iis continuo, cum quibus agit, denuntiet. Vnde nunc addit, licere vero Oratori quamplurimas easque idoneas ad eam rem *vias*, ceu comparatam maxime dicendi rationem, adhibere, quum exhortando vel admonendo, oratione ad id maxime accommodata, tum amica, si opus sit, reprehensione, seu etiam rei praeclare gestae laudatione; earum vero, vbi id erit opportunum, quae secus se habent, vituperatione. Nempe vt hic aduertisse videatur Iulianus id, quod in Oratore requirit Cicero, Lib. I. de Orat. cap. LI. *Acuto homine nobis opus est, & natura vsuque callido, qui SAGACITER PERVESTIGET, quid sui ciues, iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent,*

gitent, sentiant, opinentur, exspectent. Vnde etiam idem alibi, nempe libro sequenti cap. XXIX. *tres* esse vias ceu *rationes* hujus dicendi facultatis tradit: vnam *conciliandorum* hominum, alteram *docendorum*, tertiam *concitandorum.*

Ibid. B. lin. 6. *λέγειν δὲ οὐδὲν οἶδε μὴ πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἀνοίσειν)* Adeo, vt quamquam plures, prout modo dixerat Iulianus, concedantur *viæ*, quibus in quocunque dicendi genere vti Oratori liceat, nusquam tamen eædem a *virtute ac philosophia* eum abducere debeant; sed ille ad vtramque in omnibus dictis factisque perpetuo respicere teneatur. Hanc igitur *philosophiam Oratori vel maxime*, vt ait Cicero Lib. III. de Orat cap. XVII. *coniunctam* hic innuit Iulianus: non eam quidem, qua de ibidem Tullius, *quæ patrocinium suscipit voluptatis*; aut vero Stoicam, quæ *abhorrens a vulgi auribus, exile ac inusitatum dicendi genus* sectatur; sed qualem ante Isocratem extitisse idem cap XIX. eiusdem Libri dicit, nempe quum adhuc *omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ AD VIRTVTEM, quæ ad rempublicam pertinebant, cognitionem & scientiam cum dicendi ratione iungebant.* Vnde a Socrate suo recedit hic Iulianus, a quo Eloquentiam & Philosophiam male *dissociatas* tradit ibidem Tullius; ita vt inde ab eo *Philosophi eloquentiam despexerint, Oratores sapientiam*; quum *veteres*, vt mox addit, *dicendi & intelligendi mirificam societatem esse voluissent.* Quamquam haud desint, quibus ab ea, quam Socrati adfingit ibi Cicero, præpostera Philosophiæ & Eloquentiæ disiunctione possint eundem immunem præstare. Vnde alibi idem Cicero de Fato cap. II. ait: *Cum hoc genere Philosophiæ, quod nos sequimur*, (Academicorum nempe, ceu Socraticorum, non Stoicorum vel Epicureorum) *magnam Orator habet societatem.* Vt ea nunc mittam, quibus Fabius Lib. II. Institut. cap. XVI. Socratem in Platonis Gorgia contra eos demum, qui dicendi facultate male vterentur, inuectum esse ostendit.

Ibid. B. lin. 11. *ποιῶν πρὸς χάριν τὴν εὐφημίαν)* De illo rhetorico Iuliani artificio, ne omnino ad captandam Constantii gratiam hæc eius Laudatio scripta videatur, dicendi mox erit adhuc locus. Εὐφημία autem, quæ hic pro *Laudatione* ponitur, apud veteres Tragicos quum *faustam acclamationem*, tum subinde, sed quod non animaduerterunt Interpretes, *indictum silentium* notat. Sic apud Sophoclem Trachin. v. 181. *εὐφημίαν νῦν ἴσχε*, non, vt ibi Interpretes, *optata loquere*, sed *nunc silentium serua*; quomodo apud Euripid. Iphig. sub 564. dicitur,

Εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ.

Tacitam fauentiam & silentium indixit exercitui.

Prout nempe *εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν f... vere oportet & os occludere*, seu *comprimere*, dixit Aristophanes Acharn. v. 361. & iam an... Aeschylus *εὔφημον κοίμησον στόμα, taciturnum os comprime*, Agam. v. 1256. Εὐφημίας cæteroquin ... Lacedæmoniorum *precationem*, ceu εὐχήν, A... monis oraculo dictam, docet Plato Alcib... II. p. 149. Hic autem εὐφημίας pro ἐγκωμί... ceu Constantii, de quo hic agit, laudatione adhibet Iulianus; haud aliter ac Menander R... tor περὶ Ἐπιδεικτ. p. 612. Βασιλέως εὐφημίαν ... περιλαβεῖν οὐ ῥᾴδιον. *Regis*, seu *Imperatoris*, *la... dationem sermone complecti, haud facile*, ... paullo ante p. 610. pro *verborum*, vt Accii ver... bo vtar, *fauentia*: *τὸ δὲ ἐγκώμιον μιμεῖται μὲν ... ἔπαινον τὴν εὐφημίαν, encomium autem imitatur quidem laudis (ἐπαίνου) applausum.*

Ibid. C. lin. 2. *ὑπόπτου δεινῶς καθεστῶτος καὶ κολακείας)* Callidum vtique adsentationis genus, dum omnem eius suspicionem, ... & proximis ante verbis in limine huius Pa...gyrici, a se amoliri intendit Iulianus. Qui... quid vero hic obtendat, quasi metus ille c... m a laudando Constantio deterreat, ne scilicet id totum ad gratiam Imperatoris captandam comparatum, vt modo dixerat, videatur; aut quod *valde suspectum*, vt hic ait, omne hoc *laudationis genus* reddiderint ii, qui eo male sunt vsi, ac ita *fœda adsentationis* potius, quam *veræ laudis* testimonium, effecerint; haud eo minus se eiusdem culpæ reum, hac & sequenti Oratione, præstitit Iulianus. Adeo vt qui *Virtutis* ac *Philosophiæ* rationem ante omnia ac in omnibus, & quidem ex antiqua & constanti ... lege, & vbique, ita in id genus laudationibus habendam, ambitiose, quod modo vidimus, tradiderat, in eandem tamen legem grauiter ipse impegerit: dum ad gratiam vtique, n... autem ex vero, & quidem ea laudasse deprehenditur, quorum nomine (vt obiter iam ante monui, suisque locis videbitur) vehementer alibi eundem Constantium perstringit & exagitat. Idque eo peiori exemplo, quod ... portunus foret id genus adsentationibus, iisque haud parum iam deprauatus, idem Constantius: maxime post amotos vel debellatos Tyrannos; quo etiam tempore scripta demum a Iuliano, vt ipsemet in eius limine contin... o docet, hæc Oratio. Illud enim de eo Imperatore haud obscure tradit Ammianus Lib. X... cap. V. *Constantius, vt iam cælo conti... casibusque imperaturus humanis, magniloque... tia SVFFLABATVR ADVLATORI...*

qu...

quos augebat ipse, spernendo proiiciendoque id genus parum callentes. In quorum proinde posteriorum censum reiici noluit Iulianus, sed se peritum quoque talium adsentationum artificem eidem Constantio hoc & seq. ienti Panegyrico venditare. Adde eiusdem Ammiani verba circa finem Libri XXI. vbi Constantii fato tum functi virtutes ac vitia enarrat: *Vxoribus, ac spadonum gracilentis vocibus, & Palatinis quibusdam nimium quantum addictus; ad singula eius verba plaudentibus, & quod ille aiat vel neget, vt ADSENTIRI possint, obseruantibus.*

Ibid. C. lin. 4. μαρτυρίας ἀληθῆς τῶν ἀρίστων ἔργων) Quod iam ante Iulianum dixerat, laudatiorem hujus Constantii adgressurus, idem Themistius Orat. I. p. 3. cuius priora verba iam ante adtulimus: ὡς κολακείας μὲν ἐκ ἔστι ὅ τι δυσμενέστερον ΑΛΗΘΕΙΑι, ὁ δὲ ΕΠΑΙΝΟΣ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ἐστιν ἀρετῆς, *Nam adsentatione nihil est veritati inimicius; LAVS autem testimonium est virtutis.* Quod proferentium a Menandro Rhetore itidem dicitur περὶ Ἐπιδεικτ. p. 610. ΕΠΑΙΝΟΝ εἶναι ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ τινος ἀπ' ἀρετῆς, *LAVDEM esse TESTIMONIVM alicuius a virtute.* Quibus adde illud Ciceronis de Amicit. cap. XXVI. vnde nonnulla iam ante adtulimus: *Virtute ipsa non tam multi praediti esse, quam videri volunt. Hos delectat adsentatio: his fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant.* Vnde illud a Socrate in Phaedro p. 272. merito sugillatur, quasi de *verisimili*, non autem de *veritate* esset Oratori magnopere laborandum; quodque Tisiae (non, iuxta Interpretes, qua de re iam supra, *Lysiae*) & Gorgiae, antiquissimis olim dicendi magistris, placuisse paullo ante monuerat Socrates p. 269.

Ibid. C. lin. 9. ἀρχὴ καὶ τάξις τῦ λόγυ) Ad ipsam Orationis τάξιν, ac seriem a se dicendorum, nunc transit Iulianus: quam iuxta traditas easque peruulgatas Rhetorum in id genus argumentis praeceptiones hic tangit: dum de Constantii maioribus, educatione, institutione, rebus gestis, virtutibus demum, ceu animi adfectionibus, quibus ad res gerendas fuerit ille impulsus, quodque postremum praecipuum ac palmarium futurum sit huius Orationis lumen & caput, acturum se hic profitetur. De Constantii vero patria, quae & in hisce solet respici, hic silet; de qua tamen & priori loco, & ex artis quidem legibus, sibi agendum mox ipse ... declarat. Quae singula etiam in Λόγῳ βασιλικῷ, de quo supra, seu Oratione quae Regis ... Imperatoris laudem pertractat, requirit & expendit Menander Rhetor περὶ Ἐπιδ. p. 613. seq.

Ibid. D. lin. 5. γνωρίσματα ταύτης ψυχῆς ἀρετῶν πράξεις) Nempe iuxta illud Philosophi Lib. I. Rhetor. cap. IX. ἔστι δὲ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεως, *facta autem signa sunt animi habituum*, ceu *virtutum*, prout ἕξεις & ἀρετὰς eadem de re agens coniungit Iulianus Orat. II. p. 92. *virtutes scilicet, quae cernuntur in agendo*, vt de iis Cicero ait Partit. Orat. cap. XXIII. & cuiusmodi ibi fortitudo, temperantia, magnitudo animi, iustitia &c. ab eodem enarrantur. Sicuti autem inter πράξεις, alias pacis alias belli in Principibus laudari obseruant veteres dicendi magistri, vt idem, de quo modo, Menander Rhetor περὶ πράξεων p. 614. ita inde vtriusque generis *actiones* in totidem *virtutes actuosas*, vt eas vocat alibi Cicero Lib. I. de N. D. Deor. cap. XV. ceu ad quas illae actiones referri debeant, diuidi debere dicit idem Rhetor, quum loco modo indicato, tum postea p. 620. Vt hoc mittam, quod iam supra monui, inde traditum illud ab Aristotele, ac dein ab aliis, inter Ἔπαινον, quo nempe virtutes, & Ἐγκώμιον, quo res gestae celebrentur, discrimen ipsa rerum ceu gestorum, aut vero virtutum, accurata tractatione tolli continuo aut confundi. Quod adstruit etiam allata Ἐγκωμίου a Theone definitio Progymn. p. 75. Ἐγκώμιόν ἐστι λόγος ἐμφανίζων μέγεθος τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων, *Laudatio est oratio repraesentans magnitudinem actionum secundum virtutem.* Neque vero hic omittenda praeclara, & quae hunc Iuliani locum illustrant, Themistii verba in huiusce Constantii laudem Orat. I. p. 3. ὥσπερ ἀναλόγως τὴν Θεῦ φύσιν τὰ ποιήματα ἐπιδείκνυσιν· ὕτως βασιλείας ΑΙ ΠΡΑΞΕΙΣ βασιλικὴν ΑΡΕΤΗΝ τοῖς δυναμένοις ἐκ τῶν ἔργων πρὸς τὸν ἐργάτην ἀναγαγεῖν. *Quemadmodum igitur Dei naturam opera eius demonstrant; ita REGIAM VIRTVTEM ipsae ACTIONES declarant iis, qui ad auctorem deduci per opera ipsa possunt.*

Ibid. D. lin. 8. ὡς ἕξεις δηλῶσαι) De quibus nominatim agit p. 41. seq. & similiter Orat. II. p. 92. ἕξεις autem, quae alibi ab eo dicuntur προαιρέσεις, aut etiam ἀρεταί, ceu cum iis, vt paullo ante diximus, coniunguntur, prout a Cicerone dicitur Lib. II. Tuscul. Quaest. cap. XIIX. *Omnes rectae animi adfectiones, virtutes appellantur.* Hinc Auctor Rhetoricae ad Alexandr. cap. IV. Συλλήβδην μὲν ἐστιν Ἐγκωμιαστικὸν εἶδος, προαιρέσεων καὶ πράξεων, *Vt compendio igitur dicam, laudatorium orationis genus est voluntatum*, ceu *consiliorum, & rerum gestarum.* Sed hac de re alibi.

Ibid. D. lin 8. ὅτι ἐρρωμένος τὰ κάλλιστα)

 Haud

Haud aliter ac idem Iulianus in Cæsaribus, vbi post enarratas Heroum res gestas, iubent Dii, antequam sincerum de iis possint iudicium ferre, vt eorundem Heroum προαιρέσεις, ceu destinatum animi propositum, quo ad eas res gerendas fuerunt impulsi, fiat prius manifestum. Nempe iuxta illud Philosophi Lib. VI. Nicomach. cap. II. πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, *Actionis autem principium est destinatum propositum*, ceu *voluntas*, *unde fit motus*, ceu *impulsus*; & rursus ac ad hunc Iuliani locum opportune Lib. I. Rhetor. cap. IX. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν πράξεων ὁ ἔπαινος, ἴδιον δὲ τοῦ σπουδαίου τὸ κατὰ προαίρεσιν, πειρατέον δεικνύναι πράττοντα κατὰ προαίρεσιν, *Et quoniam ex actionibus manat laus, & proprium probi est, quod fit ex voluntate*, seu *destinato proposito*; *conandum est ostendere, egisse illum ex eiusmodi prælectione* ceu *proposito*. Immo cap. XIV. ejusdem Libri, καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν, *& non ad rem gestam*, seu *actionem*, *sed ad voluntatem* ceu *propositum*, debet respici. Quod etiam in caussis agendis spectari debere docent, qui dicendi præcepta tradidere; vt Sopater ad Hermogenem p. 133. ὅτι οὐ μόνον τὸ πραχθὲν δεῖ σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώμην, μεθ᾽ ἧς τὸ πραχθὲν ἐπράχθη, *quod non solum ipsum factum debet respici*, *sed ipsa etiam mens*, ceu *consilium*, *quo factum illud est factum*. Immo vnde ab ipso Demosthene dictum de Coron. p. 340. rerum quidem exitum talem esse, qualem vult Deus, ἡ δὲ, vt ille addit, προαίρεσις αὐτὴ τὴν τοῦ συμβούλου διάνοιαν δηλοῖ, *ipsum vero consilium*, ceu *propositum*, *consulentis animum declarat*. Sed alius adhuc erit de his dicendi locus.

Pag. 5. A. lin. 4. περὶ τῶν ἀρετῶν τὸν πλεῖστον &c. Ac ideo quidem, quod reliqua, quæ laudari cæteroquin in Principibus solent, *non habent in se veram laudem*, *quæ deberi vni virtuti putatur*, vt præclare, dum agit de hoc dicendi genere, Cicero Lib. II. de Orat. cap. LXXXIV. ait. Vt mittam, hanc sibi quadantenus legem iam præscripsisse Iulianum, dum, vti ex antiquo illius & cum Philosophia primum inuentæ legis scito, in omni actione & sermone nihil omnino dicendum tradit, quod non *ad virtutem* continuo referatur. Vnde illud præterea Ciceronis dictum, paullo post superiora, quæ modo ex eo adtulimus, verba, hic adstruere videtur Iulianus, *Oratori virtutum omnium cognitionem*, *sine qua laudatio effici non possit*, *esse necessariam*, Lib. II. de Orat. cap. LXXXV.

Ibid. A. lin. 6. ἐσχάτων τῶν κατορθωμάτων ἔληξε) Quam in rem præclara tantum D. Chrysostomi verba huc adducam, Homil. LXIX. in Genes. Tom. I. p. 513. [illegible] οὐδὲ γὰρ ὄφελος τῶν φυσικῶν ἡμῖν [illegible] μὴ τῶν ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΩΣ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ ἑπομένων. ταῦτα γάρ ἐστι καὶ ἔπαινον φέροντα, καὶ ψόγον προστριβόμενα, *ostendens*, *nihil* [illegible] *re ea quæ natura nobis insunt*, *ni PRÆCLARA SEQVANTVR FACINORA*, *easque a destinato CONSILIO profecta*: *ea enim sunt quæ laudem vel vituperationem adferunt*.

Ibid. A. lin. 8. πάντα, τύχη, δορυφόροι, στρατιωτῶν φάλαγγες) Quod etiam tangit [illegible] in Cæsaribus p. 330. vbi, quod paullo [illegible] ante diximus, ex ipsis consiliis, ceu animorum motu, non vero e rebus gestis, ὧν ἡ τύχη [illegible] ἐποιεῖτο τὸ πλεῖστον, *quorum fortuna maximam partem sibi vindicabat*, de iis viris ceu H[illegible]bus iudicium esse faciendum dicitur. [illegible]duntur vero hic *fortuna*, *satellites*, tum *milites*: prout eam in rem a Tullio dictum Orat. pro Marcello cap. II. *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis*, *easque detrahere ducibus*, *communicare cum MVLTIS*, *ne propriæ sint imperatorum*. Mox: *Maximam* [illegible] *ro partem quasi suo iure FORTVNA sibi vindicat*: *&*, *quidquid est prospere gestum*, *id pene omne ducit suum*. Neque aliter ea de re statuit optimus talium iudex Cæsar Lib. III. de Bello ciuili cap. LXIIX. *FORTVNA plurimum potest*, *quum in reliquis rebus*, *tum præcipue in bello*. Vnde haud male rursus a Cicerone dictum videtur Lib. II. de Inuent. [illegible] Rhetor. sub fin. *FORTVNAM quidem & laudare stultitia*, *& vituperare superbia est*. Hinc præclarus Trajani nummus, quem olim ad Iuliani Cæsares p. 239. protulimus, cum vtriusque Symbolis inscriptus, VIRTVTI ET FELICITATI; vbi nempe Romano more VIRTVS idem quod Græcis ἀνδρεία, FELICITAS vero, quod *Fortuna* alioquin dici solet, denotat.

Ibid. B. lin. 2. ἴδιός ἐστι τοῦ κεκτημένου) Partam nempe e Virtute laudem illius totam esse & propriam, qui eius est compos: in [illegible] proinde societatem non *fortuna*, non *satellites*, non *milites*, quæ modo adtigerat Iulian[illegible] ut in rebus bello gestis, continuo v[illegible]. Quibus consonum illud Aeschyli apud Stobæum Lib. II. Eclog. ethic. p. 197.

κοινὸν τύχη, γνώμη δὲ κεκτημένων,
Communis est fortuna, *consilium autem*, *seu mens*, *proprium bonum eorum*, *qui eius sunt compotes*.

Immo, prout ab Aristotele dictum L[illegible] I. Rhetor. cap. IX. οὐ δεῖ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ [illegible], ἀλλὰ τοῖς δι᾽ αὐτόν, *Non oportet valde* [illegible] *iis*, *quæ a fortuna proficiscuntur*, *sed* [illegible]

pro

propria sunt. Nomen alioquin κεκτημένου, qua vo e vtitur hic Iulianus, ac similiter adducto loco Aeschylus, ab Atticis dictum, non de cuiuscunque rei *possessore* solum, sed nominatim de *hero, domino*, vt alibi apud eundem Aeschylum Suppl. v. 341. τίς δ' ἂν φίλους ὤνοιτο τοὺς κεκτημένους; *quis vero amicos comparat dominos?* Sic itidem τῷ κεκτημένῳ de *hero* ab initio Pluti apud Comicum, aut apud Athenaeum Lib. XIV. p. 657. vbi de dominis & seruis apud Lacedaemonios agitur, καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, *dominis mulctam irrogatam*, vbi eos, qui supra seruilem conditionem se efferebant, iidem non mutilassent; ac etiam apud Iosephum in Philadelphi Edicto, quo Iudaeos seruituti addictos liberos dimitti iubet, pretio τοῖς κεκτημένοις, seu eorum *dominis*, quod ipse constituerat, persoluto, Lib. XII. Ἀρχαιολ. cap. II. Vnde κεκτημένη pro *hera* similiter apud Aristophanem dicitur Concion. p. 757. τὸν ἄνδρα τῆς ἐμῆς κεκτημένης, *virum meae dominae*: & a Sophocle apud Athenaeum Lib. VII. p. 177. vt bene ibi vocem κεκτημένην explicavit ὁ πάνυ, ac apud Lucianum in Asino, p. 122 ed. Salm. μεταμορφωμένην τὴν κεκτημένην, *dominam in aliam formam transmutatam*, quae δέσποινα modo fuerat appellata. κτῆμα nempe *seruus*, qui homo quidem, sed in alterius possessione, iuxta illud Aristotelis Lib. I. Polit. cap. IV. δοῦλος κτῆμά τι ἔμψυχον, *seruus, possessio quaedam animata*, & Ethic. ad Eudem. Lib. VII. cap. IX. ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὤν, *qui quum homo sit, possessio tamen alterius hominis est*, nempe κτῆμα τοῦ κεκτημένου.

Ibid. B. lin. 5. τῶν ἐπαίνων νόμος οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος) Adeo vt se scholasticis Rhetorum praeceptionibus, & quidem in Βασιλικῷ λόγῳ, de quo nos antea, cujusmodi est haec *Constantii Imp. laudatio*, obseruandis adstringat Iulianus. Nempe omnino iuxta illud Menandri Rhetoris, de tali Βασιλικῷ agentis, Ἐπιδεικτ. p. 613. μετὰ δὲ προοίμια, ἐπὶ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ἥξεις, *post Exordia autem AD PATRIAM venies*. Qua in re vero eam cautionem adhibendam praecipit, (dum solus ferme e veteribus, qui supersunt, dicendi magistris haec adtigit, isque vulgo parum tritus) vt illa patriae, & quidem vbi *celebris* eadem, laude paucis, vtpote quae Principi sit cum aliis communis, Orator defungatur; si vero *ignobilis* obtigerit patria, ea plane omittatur. Vnde etiam inter res *extrarias* seu *externas*, quae in laudem cuiuspiam veniunt, illa *patriae* commendatio, iuxta genus, honores, diuitias &c. a Cicerone obiter tangitur, sub finem Libri II. de Inuent. seu Rhetoricor. & ab Auctore ad Herenn. Lib. III. cap. VI. Nempe iuxta illud e veteri memoria a Themistio traditum Orat. XXVII. p. 334. ὥσπερ γὰρ οἶμαι, πολλάκις δεῖ γενέσθαι πρῶτον, κατὰ τὸν ποιητήν, τῇ πόλιν εὐδόκιμον, *Virorem publ. ? ... an gesturo primum equidem, iuxta Poetam, patriam illustrem conuenire existimo*. Poeta vero ille qui primus hoc protulit, & qua de re silent ad eum locum doctissimus Petauius ac postremus & eruditus Themistii editor, vel Simonides extitit, cui dictum illud Ammianus tribuit Lib. XIV. cap. VI. *Vt enim Simonides Lyricus docet, beate perfecta ratione victuro ante alia patriam conuenit esse gloriosam*: vel Euripides, vt id e Plutarcho in vita Demosthenis ad eum Marcellini locum monuit doctissimus Valesius, χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρχειν τὴν πόλιν εὐδόκιμον, *viro felici patriam illustrem primum esse oportet*. Immo vnde ipsum πατρίδος apud Graecos nomen, de ciuitate haud obscura, non vero de vico aut alio ignobili loco di... num, docebit praeclarus apud Chrysostomum locus Homil. II. in S. Iohan. p. 559. Tom. II. edit. Savil. vbi de natali illius Euangelistae solo agens, ait: ποίας δὲ τῆς πατρίδος; ΠΑΤΡΙΔΟΣ μὲν ΟΥΔΕΜΙΑΣ, κώμης δὲ εὐτελοῦς. *Qua igitur ortus patria? PATRIA quidem NVLLA, vico autem vili.* Qua de re ab Vlpiano Leg. 30. Ad municipal. ita pronunciatur: *Qui ex VICO ortus est, eam PATRIAM intelligitur habere, cui Respublica vicus ille respondet.* Quamquam neque a natali solo, vili aut etiam infami, commemorando, abstinuerint subinde antiqui Heroum ac praestantium Virorum laudatores; vt id variis ex Homero & petitis aliunde exemplis adserit dicta paullo ante Oratione Themistius, quae etiam hoc lemma praefert, περὶ τοῦ μηδὲν τοὺς τόπους, ἀλλὰ τοὺς ἀνδράσι προσέχειν, *quod non loca, sed homines, adtendi debeant.* Quo respexerat iam ante Apuleius in Apologia: *Non enim VBI PROGNATVS, sed vti moratus quisque sit, putandum: nec QVA REGIONE, sed qua ratione vitam vivere inierit, considerandum est*: vbi ille suam & aliorum, quibus vilis aut horrida contigerat patria, aut vitio etiam vertebatur, caussam agit Madaurensis Platonicus. Immo prout in Aureliano Imp. dicit Vopiscus cap. III. *Nec tamen magnorum Principum virtutibus summa sciendi est, VBI quisque SIT GENITVS, sed qualis in republica fuerit.*

Ibid. B. lin. 9. ἔθνη γὰρ μυρία περὶ τούτης ἀμφισβητεῖ) Quae declamatorie admodum a Iuliano hic dicuntur, quod nempe dubius ac incertus haereat, quam *patriam* Constantio, in tanto scilicet *innumerarum gentium*, quae illum sibi certatim vindicarent, numero, adsignare debeat. Qualia vtique parum quum Philosophi personae, quam tamen in limine huius

Pane-

Panegyrici, vti vidimus, induerat; tum nudæ rerum narrationi, cui se vnice, & citra vllum adscititium ornamentum, adlaturum dixerat, reperiuntur consentanea. Immo qua in re, concessa etiam Oratoribus, & a qua se alienum ac impeditum omnino declarauerat, amplificationis leges videtur transilire: dum non jam *septem* forte, vt de Poetæ olim natali solo, sed *innumeras* gentes, de Constantii patria dicit contendere. Cuiusmodi mox tangit Romam, Constantinopolim, Illyricos, & Orientales aliquot gentes; traditque, quibus id rationibus aut coloribus obtenderent scilicet singulæ.

Ibid. B. lin. 10. ἡ ἐφ' βασιλεύουσα τῶν ἀπάντων πόλις) His verbis *Romam* nemo non videt intelligi; quæ quum antea subinde, vt quando Dio Lib. LXXV. p. 850. Ῥώμη βασιλίδα καὶ ἀθάνατον, *Romam reginam ac æternam*, in Circensibus sub Seuero a multitudine repente acclamatam dicit, tum illo potissimum æuo iis solebat designari nominibus, βασιλίδ☉, βασιλευούσης, *regiæ, reginæ, regnantis*. Neque apud auctores solum, aut in Constitutionibus Imperatorum, sed in antiquioribus quoq; monumentis: sicut in tribus Inscriptionibus athleticis, quarum prima omnino ad Hadriani vel Antonini Pii ætatem spectat, Romæ, dum ibi agerem, effossis, ac inde a nobilissimo amicissimoque, dum fata sinebant, Octavio Falconerio vulgatis, quæque in Syntagmate Th. Reinesii itidem comparent p. 374. seq. in quibus inter alia legitur ΕΝ ΤΗι ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΡΩΜΗι. Vt nunc mittam Erinnæ, cui a Stobæo adscribitur de Fortitud. Serm. VII. ad Romam odarium, in quo ΑΝΑΣΣΑ, & cui soli Parca dederit κῦδ☉ βασιλῆιον ἀρχᾶς, *imperii regium decus*, dicitur. Factum vero, vt sicut illud βασιλίδ☉ elogium, de quibusdam præcipuæ dignationis vrbibus, a Romani orbis Scriptoribus fuerit subinde etiam dictum, vt de Alexandria apud Galenum sub init. Theriac. ad Pamphylianum, καὶ δὴ κ. ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου κ. ἐπὶ τῆς βασιλίδ☉ πόλεως. *Sunt vero tum in Ægypto tum regia vrbe Alexandriæ*, vt bene ibi Interpres; ita frequenter Nouæ Romæ, ceu Constantinopoli, eodem Iuliani æuo iam tribui foret cœptum: qui vsus deinde obtinuit vt βασιλίδες πόλεις eædem dicerentur; sicut apud Themistium Oratione vno vel altero anno post hunc Panegyricum ad eundem Constantium habita, nempe Orat. III. p. 41. συνᾴδουσι γὰρ αἱ βασιλίδες, *nam duæ ciuitates regiæ concinunt*: & de Constantinopoli nominatim Gregorius Nazianz. Orat. II. in Iulian. p. 119. τῇ μεγάλῃ καὶ βασιλίδι πόλει, *magnæ ac regnanti* seu *regnanti, vrbi*, & Orat. XXV. p. 43[illegible]. vbi eiusdem vrbis decora commemorans τὴν βασιλίδα rursus eandem [illegible] cat. Vt vel inde liqueat, βασιλίδα, & quam [illegible] que βασιλεύουσαν, sicut pridem de *Roma*, ita [illegible] *Constantinopoli* seu *Noua Roma* eo æuo, quam quam seruata adhuc priori prærogatiua, dici cœpiam; neque proinde aliquod inter duas eas voces discrimen quærendum, vt nuper factum ab eruditissimo Auctore Critica ad Baronium Sec. IV. p. 66. quasi nempe βασιλεύουσαν *Constantinopolim* vocarit Eusebius Lib. III. de Vita Constant. cap. VII. ad differentiam scilicet *Romæ*, quam constanter alibi, duobus nempe locis sequentis Libri IV. cap. LXIX. βασιλίδα nuncuparit. Ipse tamen Eusebius, agens de Maxentii in vrbe Roma tyrannide, ante dixerat eiusdem operis Lib. I. cap. XXXI[illegible] [illegible] προκαταλαβόντας τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, *qui urbem regiam per tyrannidem occupauerat*. Vnde [illegible] ri illo Eusebii loco, quem adduxit Vir do[illegible]s, quo similiter τῆς βασιλευούσης πόλεως h[illegible] mentio, cuiusque Antistes dicitur per Legatos Synodo Nicænæ interfuisse, id de *Roma* cum Sozomeno, Theodorito, ac vt a doctissimo Valesio in Adnotatis est itidem factum; non vero cum Gelasio &c. de *Constantinopoli*, eiusque Episcopo, debet intelligi. Ad quam [illegible] e postremam vrbem denotandam (quæ etiam nondum, quum conuenit eadem Synodus, [illegible] obseruat ibi Clarissimus Valesius, vel hau[illegible] ita dudum, vbi opus illud de Vita Constantini absoluit Eusebius, erat dedicata) haud nuda vtique foret vsus, & vbi nulla præcesserat eiusdem vrbis mentio, illa βασιλευούσης πόλεως appellatione, qua hactenus Roma longo vsu & auctore iure, immo in eodem, vti vidimus, opere, ab hoc ipso Cæsareæ Antistite, ac deinceps adhuc ab aliis, solita est designari. Hinc vt iam olim, ne de aliis dicam, a Modestino Iureconsulto, qui sub Alexandro Seuero vixit, Roma πατρὶδ☉ βασιλευούσης nomine indigitatur L. VI. §. XI. D. de Excusationibus, ita ab hoc i[illegible] Iuliano dicitur Epist. ad Argiuos p. 409. ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως, *ab vrbe regia*, nempe Roma; & ab Eunapio, qui post Iuliani fatum adhuc floruit, ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη in Proæresio. Et quamquam Socrates de vtraque vrbe & Constantino M. dicat, Lib. I. Hist. Eccl. [illegible] XVII. ἴσην τε τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ Κωνσταντ[illegible] [illegible] μετονομάσας, *Reginæ* vrbium *Romæ* [illegible] *uans*, *Constantinopolim nominauit*, eamque [illegible] [illegible] *Nouam Romam*, lege etiam ea de re [illegible] similiter Sozomenus Lib. II. cap. III. [illegible] tam; haud eo minus Roma, post Iuliani [illegible] gem & sub eiusdem Constantini lib[illegible] [illegible] ἐξοχὴν adhuc ἡ βασιλεύουσα, [illegible] aut vero additis, vt hoc loco, vo[illegible] ἁπασῶν πόλις, vel τῶν π[illegible] *omnium* [illegible] *vrbium*, *regina ciuitas*. Constantinop[illegible] tem

tem ἡ δευτέρα βασιλεύουσα, *qua secunda regnat*, vel *imperat*, vbi etiam eam extollerent, dicebatur. Præclarus eam in rem & hic valde opportunus apud Themiſtium locus, in Legatione quam ipſius vrbis Conſtantinopoleos nomine Romæ apud hunc Conſtantium obiuit, vbi de vtraque vrbe ait, Orat. III. p. 41. ἀλλ' ἐν ΤΗι ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗι ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ἀναδεῖ τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀνθρώπων Η ΔΕΥΤΕΡΑ δι' ὑμῶν ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ, *Sed in REGINA VRBIVM omnibus imperantem coronat illa, quæ SECVNDA per vos REGNAT.* Hinc ad illud *Noua Roma* nondum adhuc in omnibus *Veteri* æquatæ, eandemue omnino ὁμοτιμίαν nactæ, diſcrimen, non *prima* ſolum aut *antiqua* Roma (qua de re adhuc paullo poſt in hac Oratione p. 8.) ſed inſuper βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων ἡ πόλις, *regina omnium*, ceu *omnibus imperans*, ac ipſi proinde Nouæ Romæ, ſub vno nempe tum Imperatore Conſtantio, *ciuitas*, hic a Iuliano, ſicut modo a Themiſtio, nuncupatur. Quomodo eadem a Libanio μεγίστη ἁπασῶν, *maxima omnium*, dicitur Baſilic. p. 127. & apud Ammianum (tres συγχρόνους Auctores, ac Iuliano familiares) Lib. XIV. cap. VI. *per omnes tamen, quotquot ſunt, PARTES TERRARVM, vt domina ſuſpicitur* (vel vt iuxta veteres aliquot libros ac editiones, *ſuſcipitur*) *ET REGINA.* Quibus vtique clare euincitur, maxime quum Græci eſſent, quorum verba huc adduximus, quique in Oriente aut Conſtantinopoli, ſicut alioquin Themiſtius, agerent, Scriptores, ſua adhuc iis temporibus manſiſſe Veteri Romæ præ Noua πρεσβεῖα, iisdemque etiamnum illam elogüs inſignitam, quibus ea olim *princeps vrbium, rerum maxima, terrarum Dea gentiumque*, a Romanis ſcriptoribus ac in Nazarii Panegyrico, quem ille Conſtantino M. dixit, cap. XXXV. *arx omnium gentium & terrarum REGINA*, ſalutata eſt. Vnde a Themiſtio, ſeruata adhuc veteris huius Romæ prærogatiua, ἑστία τῆς βασιλείας, *ſedes* ſeu *lar imperii* eadem vocatur Orat. III. p. 42. ſicut pridem ante ab Herodiano, vti paullo poſt dicetur, & ſimiliter ab Ammiano Lib. XVI. cap. X. Qua ratione factum, vt Roma totiens in veteribus nummis, iisque etiam ſub Conſtantino, aut liberis eius, percuſſis, ſub ſedentis mulieris, quæ dextra globum, ſeu orbem terrarum, tenet, tanquam, quod hic a Iuliano dicitur, βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις, adumbretur.

Ibid. B. lin. 11. ἡ μήτηρ οὖσα σοι) Neque tamen natus Romæ Conſtantius, ſed, vt mox a Iuliano dicitur, in Illyrico. *Mater* ergo Conſtantii vocatur hic Roma, non quatenus *ciuitas omnium populorum parens* a Symmacho Lib. III. epiſt. XI. ac alibi, & qua de re mox, *communis patria* eadem dicitur; aut quomodo μητέρα πασῶν πολίων, *matrem omnium vrbium*, illam dudum ante nuncupauerat Dionyſius Periegetes v. 355. ac Μητρόπολιν ſimiliter vocat, non iam Conſtantinopoleos intuitu, ſed in genere, Galenus ſub init. Theriac. ad Pamphylian. οἱ κατὰ τὴν Μητρόπολιν ὄντες, *qui in Metropoli habitant.* Non habito proinde ad ea, quæ modo adducta ſunt, reſpectu, Conſtantii *mater* vocatur hic Roma; ſed vt ſtatim ſubdit Iulianus, quod nutrix eiusdem fuerit; tum quod felicibus auſpiciis ei imperium detulerit; ac præterea, & quæ potior ac vera mox dicetur huius appellationis ratio, quod Fauſta, Conſtantii *mater* & Maximiani Herculii filia, Romæ ſit nata.

Ibid. C. lin. 1. 2. καὶ τὴν βασιλείαν σοι μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης παρέσχουσα) Ab vrbe Roma *delatum* Conſtantio *imperium* hic dicitur; non tamen, quod aliunde notum, ei ſoli, ſed fratribus quoque eius Conſtantino & Conſtanti. Mortuo enim patre Conſtantino, *Auguſti* quidem iidem ejus liberi ab exercitibus continuo declarati; ſed ita, vt Senatus Populusque Romanus ad primum mortis illius nuntium, ſupremi faſtigii titulos in eosdem ſimiliter conferret. Quod vtrumque tradit Euſebius Lib. IV. de vita Conſtant. cap. LXVIII. & LXIX. & de Romanis quidem nominatim, quod illi Conſtantini liberos, eosque ſolos, neque alios, (nempe non Dalmatium, eorum patruelem, licet biennio ante, vt e Chronico Alexandrino liquet, a Conſtantino *Cæſarem* declaratum) Αὐτοκράτορας καὶ Σεβαστοὺς ἀνεκάλουν, *Imperatores atque Auguſtos nuncupabant.* Βασιλεία ergo hic de primo, ceu *Auguſti* ac *Imperatoris*, non de ſecundo *Cæſaris* faſtigio, quamuis & de hoe ſubinde (ſicut a Latinis ſcriptoribus *imperium* & *imperare*) vt ab ipſo Iuliano p. 44. huius Orationis dicitur, & qua de re nos deinceps. CAESARES enim, vt ex eodem Euſebio, & aliunde, ac e nummis etiam antiquis conſtat, fuerant illi a patre, multis ante annis, diuerſis quamquam honoribus ſinguli, nuncupati: & Conſtantius quidem ſecundum vetera Kalendaria ac Idatium in Faſtis, VI. Idus Nouembris, anno autem, iuxta eundem Idatium, aut Chronicon Scaligeri Euſebianum, æræ vulgaris CCCXXIV; aut ſequenti CCCXXV, ſecundum Græcorum Faſtos, & Baronium ad hunc annum, ob Conſtantini Vicennalia eodem anno Nicomediæ celebrata; aut etiam anno CCCXXVI. vt & Chronico Alexandrino & aliunde ſtatuit in Familiis Byzantinis p. 47. clariſſimus Du Cange; aut, quod verius omnino

no iuxta Prosperum in Chronico, & arripuit postea in Noris ad Chronicon Alexandrinum seu Paschale p. 556. idem postremus ejus Editor, anno Christi CCCXXIII. Seuero & Rufino COSS. Id vtique a Decennalibus, aliisque recurrentibus id genus festis a Constantio celebratis, euicisse videtur diligentissimus Pagi, quum antea in Dissertatione Hypatica p. 140. (quod postea iisdem ex fontibus tradidit postremus ac eruditus Themistii editor ad Orat. IV. p. 397.) tum in vulgata nuper ad Baronium Critica Sec. IV. p. 97. ac firmat insuper Aur. Victor in Epitome, dum per quindecim annos Cæsarem tradit exstitisse Constantium, nempe vsque ad Parentis obitum. Inde autem, seu ob ea, quæ de tribus Constantini liberis nuncupatis a S.P.Q. Romano AVGVSTIS ex Eusebio paullo ante adtuli, factum videtur, quod Constantino M. Nicomediæ mortuo XI. Kal. Iun. A. CCCXXXVII. idem Constantius eiusque fratres hactenus CAESARES, demum ad V. Idus Septembris, vt ab Idatio traditur in Fastis ad hunc annum, AVGVSTI sint nuncupati: publicis autem Actis nomen CONSTANTINI, tanquam adhuc superstitis & regnantis, quod docet Eusebius Lib. IV. de Vita Constant. cap. LXVIII. & aliunde præterea, vti ea de re alibi adhuc dicetur, constat præfixum. Intra quod proinde trium, & quod excurrit, mensium spatium, ab *Augusti* appellatione & suscipiendo *imperio* abstinuerit cum fratribus, qui ad Patris funus ex Oriente Constantinopolim venerat, Constantius: donec nempe Senatus Populique Romani iudicio ac auctoritate, se cum fratribus AVGVSTVM ac IMPERATOREM rite ac solemniter nuncupatum intelligeret. Neque enim audiendus est, vt iam ad eum animaduertit clariss. Du Cange, Chronici Alexandrini seu Paschalis auctor, qui ad annum Christi CCCXXV. notat, Constantem, iuniorem e tribus Constantini M. liberis, AVGVSTVM a Patre nuncupatum; qui tamen octauo post anno, iuxta Idatium, seu Anno CCCXXXIII, cui accedit eruditus Auctor Criticæ ad Baronium, aut iuxta alios, sed minus ea in re accuratos, post decennium, seu anno CCCXXXV, CAESAR demum est a Parente declaratus, AVGVTVS vero non nisi cum fratribus, aliquot post eius mortem mensibus. Haud aliter nempe ac parens Constantinus, quamquam AVGVSTVS a patre Constantio ante mortem, vt id a Lactantio de Mort. persecut. cap. XXV. traditur, nuncupatus, CAESARIS tamen, quod nummi eius omnino arguunt, ac prout de illo ait Auctor Panegyrici eidem & Maximiano Herculio dicti cap. V. *appellatione contentus, exspectare maluerit, vt idem te, qui illum, declararet AVGVSTVM*, nempe idem Heraclius Maximianus. Adde, quod CAESARIS t[illegible] nomen, non AVGVSTI, a maiore natu [illegible] bus fratribus Constantino Iun. sit adsum[illegible] in Epistola ab eo post Patris obitum, n[illegible] XV. Kal. Iul. ad Alexandrinos, quæ apud A[illegible] nasium Apolog. p. 80[illegible]. legitur, data; vt [illegible] dite ad dictum Eusebii locum monuit d[illegible] mus Valesius. Adeo, vt quamquam iam [illegible] te, quod ab Eusebio traditum di[illegible]mus, ac[illegible] set voluntas & consensus militum, a[illegible] te tamen & iudicio Romani Senatus, *dandi [illegible] imperii & nuncupandi Augustos facultatem*, [illegible] de se amplissimus ordo aiebat post ele[illegible]tum Imp. Tacitum apud Vopiscum, ac proind[illegible] *imperium* Constantio *delatum*, haud imm[illegible]er[illegible]o hic arcessat Iulianus; prout auctor illius In[illegible]p[illegible]ratoriæ stirpis, seu Constantiani generi[illegible], [illegible] postea dicetur, *Claudius a militibus electu[illegible], a Senatu appellatus AVGVSTVS*, apud Eutr[illegible]pium. Vnde ipsemet Tacitus Imp. de se a[illegible] Probum referebat, *me quidem Senatus prin[illegible]pem fecit, de prudenti exercitus voluntat[illegible]* aut sicut Macrinus, cæso Antonino Carac[illegible]lla, Imperator a militibus nuncupatus, ad Senatum scribit: *detulerunt ad me imperium, cuius ego interim P.C. TVTELAM recepi; tenebo re[illegible]men, SI ID VOBIS PLACVERIT, qu[illegible]d militibus placuit*, apud Lampridium in Mac[illegible]no cap. VI. Roma nempe adhuc eo Con[illegible]n tii & Iuliani æuo, non *regina* solum & *domina*, qua de re paullo ante, sed *auspicata* di[illegible]n[illegible] ac *æterna*, quod postremum nummi adhuc eorum temporum declarant, imperii sedes ac ἑστία, vt eam a Themistio dictam antea vidimus, habebatur. Immo quod iam olim Seuerus a militibus Imperator nuncupatus apud Herodianum ad eosdem aiebat Lib. II. cap. X. Φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην, καταλαβόντες ἔνθα [illegible] ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ἐστὶν Η ἙΣΤΙΑ, *Quare occupemus quamprimum Romam LAREM ipsum IMPERII* & Maximus Pupienus Imp. apud eundem [illegible] VIII. cap. VII. ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει Η ΤΗΣ ΒΑ[illegible]Λ[illegible]ΑΣ ἵδρυται ΤΥΧΗ, *in illa vrbe sita est IMPERII FORTVNA*: de qua mox adhuc dicetur [illegible]bus adde illud Lampridii in Alexandro S[illegible] cap. XIV. *Nam vbi est imperium, nisi apud Romanos, quod tenet imperium?* Vnde [illegible]lectos etiam a militibus aut designatos a de[illegible]s soribus Augustis principes, omnia il[illegible]us fastigii iura & ornamenta Romæ a Patribus conscriptis, seu volentibus seu inuitis interdum, deferri solemniter consueuerant; ita vt ad[illegible]os ipse nuncupatus iam a militibus I[illegible]per[illegible]r Probus referret, *recte atque ordine fa[illegible]um, quod superiori anno principem orbi terrar[illegible]m dedissent: & quidem*, vt addit, *de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fu[illegible], & in VESTRIS POSTERIS eritis. Atque [illegible] nam*

id

si Florianus exspectare voluisset, nec velut hereditarium sibi vindicasset imperium, vel illum vel alium quempiam MAIESTAS VESTRA fecisset, apud Vopiscum in Probo cap. XI. Vbi illud obiter notandum, quod non sibi, quamquam iam nuncupatus Imperator, sed Senatui, *Maiestatis* prærogatiuam illo adhuc æuo tribuat: quod etiam a Valentiniano iam Augusto, & Gratianum filium Augustum itidem cum consensu exercitus pro tribunali nuncupante, ad milites similiter dicitur, apud Ammianum Marcell. Lib. XXVII. cap. VI. *Si propitia cœlestis Numinis VESTRAEQVE MAIESTATIS voluntas parentis amorem iuuerit præeuntem.* Vt proinde non audiendus sit, ne alia eandem in rem iam adducam, Vir incomparabilis, dum ad Trebellium Pollionem in Gallienis cap. XIV. pluribus contendit, *Maiestatem* sub Imperatoribus, ante & post eundem Trebellium, nusquam nisi de solis Cæsaribus vel Augustis dictam, solisque iis ac Diis communem factam, idemque tantum quod vox *imperii* ac βασιλείας, inferre. Sed hoc ad παρέργον. Notæ autem, vt ad argumentum redeam, solitæ eorundem Patrum in curia acclamationes; eo quidem alacriores, vbi de electo ab iisdem Principe, sicut de illo, de quo paullo ante dictum, Tacito agebatur, *floret Roma, floret Respublica, IMPERATORES DAMVS, Principes facimus*: rursus, *nos Principes demus*, nos *FACIAMVS IMPERATORES*, *nos denique nuncupemus Augustos*, apud Vopiscum in Floriano cap. VI. Immo vnde non ab amplissimo solum ordine, sed ab ipsis Romæ tutelaribus Diis ac Romani imperii statoribus, seu eorum iudicio, creati Imperatores dicebantur. Hinc illæ Patrum προσφωνήσεις, post electos a semet Maximum & Balbinum: *Maxime & Balbine Augusti, Dii vos seruent, DII VOS PRINCIPES FECERVNT, Dii vos conseruent*, apud Capitolin. cap. II. & de iisdem cap. XVII. *Quum primum IOVIS opt. max. & DEORVM immortalium Senatusque IVDICIO, & consensu generis humani, suscepisse vos rempublicam* &c. ac similiter delato in Alexandrum Seuerum imperio, a Senatu acclamatum: *DII TE NOBIS DEDERVNT, DII conseruent*, apud Lampridium in Alex. Seuero cap. VI. Immo quibus præiuerat Plinius sub initium Panegyrici: *Ac si adhuc dubium foret, forte casuque rectores terris, an aliquo numine darentur; PRINCIPEM tamen nostrum liqueret DIVINITVS constitutum. Non enim occulta potestate fatorum, sed AB IOVE ipso coram ac palam repertus, ELECTVS est.* Vnde prima etiam Principum, qui electi fuerant, cura, vt Senatu exeuntes, aut vrbem ingressi, Capitolium, rem diuinam facturi, adscenderent; vt de Maximo & Balbino AVGG. tradit in eorum vita Capitolinus, & de Seuero Herodianus Lib. II. cap. XIV. ac Lampridius in eius vita cap. VII. E quibus insuper id, quod a Iuliano hic additur, nempe Constantio *delatum* fuisse ἀγαθῇ τύχῃ hoc est, Diis fauentibus, ab vrbe Roma *imperium*, clarius elucet: seu iuxta consuetam illam in nuncupandis Augustis formulam, vt apud Vopiscum in Floriano cap. VI. *quod felix faustumque sit Republicæ orbique Romano*; auspice proinde illa, quam paullo ante ab alio Imperatore apud Herodianum dictam vidimus βασίλειον τύχην, *imperii fortunam*, vt ibi Politianus, ceu *fortunam regiam*, vt a Spartiano in Seuero cap. XXIII. vocatur aureæ illius *Fortunæ* simulacrum, quæ vt sacrum faustumque Imperii pignus, in cubiculo Principum adseruari, atque inde ad successorem eius transire consueuerat. Vnde continuo *Romanæ* hujus *Fortunæ* signum a Constantino M. in Constantinopoleos, seu Nouæ Romæ a se denominatæ, foro erectum tradit Zozimus Lib. II. cap. XXXI. ἐν δὲ θατέρῳ Ῥώμης ἱδρύσατο τύχην, *in altero Fortunam Romæ*, ceu eius simulacrum, *erexit*. Quo respexit, vt obseruo, qui inde illustratur Themistius Orat. III. p. 42. vbi de hac noua Roma dicitur, ἡ κοινωνοῦσα ΤΗΣ ΤΥΧΗΣ καὶ τοῦ ὀνόματος *quæ sit particeps tam FORTVNAE quam nominis*, veteris nempe Romæ: cuius etiam *Romanæ Fortunæ* exstat in nummis Imperatorum, & quidem huiusce Constantii & Iuliani signata sub inde effigies. Vt eos iam mittam aliorum Imperatorum, sicut Pescennii Nigri, Seueri, aut Caracallæ nummos, in quibus subsignatis BONVS vel BONI EVENTVS nominibus ac typis, fortunatum imperii auspicium declaratur; aut alios, vbi etiam Augustæ, sicut Annia Faustina Elagabali in præclaro nummo adumbratur, velut ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ *Bona Fortuna Nicaensium*.

Ibid. C. lin 4. ἐν τοῖς κοινοῖς ἐφ' ἁπάντων τῶν αὐτοκρατόρων δικαίοις χρωμένη) *Non id sibi*, vt verti debuit hic locus, *pro communi in alios omnes Imperatores iure tribuens*; vt nempe Roma Constantii Imperatoris patria censeretur. Δίκαιον nempe Græcis non τὸ ἴσον solum aut νόμιμον, vt apud Aristotelem redditur Lib. V. ad Nicomach. cap. I. & alibi, sed *ius* ipsum, vt apud Aeschylum Prom. v. 186. παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς, *penes se ius habens Iupiter*, seu penes quem prima iuris omnis origo omneque legum arbitrium residet, ac vt de eodem ait v. 403. ἰδίοις νόμοις κρατύνων. *propriis legibus gubernans.* Vnde vrbes dictæ subinde a Græcis, vt apud Polybium aliosque, τὸ δίκαιον

λαμβάνειν, quibus dandi aut repetendi jus erat; & inde τὰ δίκαια *privilegia* iure aut diuturna & inueterata consuetudine parta, quæ δικαιώματα apud Iosephum dicuntur Lib. IIX. Ἀλωσ. cap. XXXIV. τὰ δικαιώματα τῶν Ἰουδαίων, *privilegia Iudæorum*, ære nempe apud Antiochenses incisa. Quænam autem sint illa κοινὰ Romæ δίκαια, mox, vti videbimus, tangit Iulianus. Aliud vero τὸ κοινοδίκιον quod legitur in Fœdere Hierapytnensium & Priansiorum ab eruditissimo Pricæo primum edito, ac dein in Marmor. Oxon. p. 120. quo communia inter se vtriusque ciuitatis iura designantur; ceu constitutæ inter vtramque ciuitatem, iuxta quas mutuo libi ius redderent, formulæ. Quod nempe ἀπὸ συμβόλων δίκας dixerunt Græci scriptores, ac inde ἐνξυμβόλως Aeschylus Suppl. v. 709. sed quem locum non cepit, vt ad eum pluribus notamus, eruditus Interpres; veteres autem Romani, iuxta Festum, *recuperationem* vocarunt, Liuius Lib. XXXIX. cap. XXVI. *formulam iuris exsequendi*, alibi Lib. XLI. cap. XXIV. *commercium iuris præbendi repetendique*; qua de re videri potest doctissimus Valesius, quem nec Aeschyli locus fugit, ad Harpocrationem p. 133. Id nempe, vt hoc addam, quod de Philippo, penultimo Macedonum rege, dicitur, a Romanis adacto cum Græcis ciuitatibus, iuxta Polybium Excerpt. Legat. XLVI. p. 860. edit. Paris. κατὰ τὸ σύμβολον δικαιοδοσίας πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας, iuxta Casaubonum: *vt disceptare e formulis fœderis cogeretur cum finitimis*; melius *e formulis actorum*, seu *recuperationis* iure, aut vt alibi Liuius loquitur Lib. XXXIV. cap. LVII. *repeti reddique per conuentionem res.* Id quod inter Romanos, eosque peregrinos, quibus *commercium dari* dicebatur, sub Cæsarum Imperio itidem obtinuit; prout liquet ex Vlpiani Fragmentis Tit. XIX. Sect. IV. *Mancipatio locum habet inter ciues Romanos, eosque peregrinos, quibus COMMERCIVM DATVM EST.*

Ibid. C. lin. 7. μετέχειν ἅπαντας ἤδη τοῦ πολιτεύματος) Primum illud Romæ δίκαιον hic tangit Iulianus, quod ea scilicet communis foret patria omnium in Orbe Romano degentium; atque ita, quod quamquam *aliunde orti*, ἀλλαχόθεν τυγχάνοντες, vt hic dicitur, haud eo minus ciues Romani censerentur. Nempe post latam celebrem eam constitutionem, cuius meminit Vlpianus Leg. XVII. D. de Statu Hom. *in Orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini CIVES ROMANI sunt effecti*; & Aurel. Victor in M. Antonino: *data CVNCTIS promiscue ciuitas Romana:* vt nunc de Dione Cocceiano in Excerptis Peirescianis, & Iustiniano Nouell. LXXVIII. cap. V. sileam. Rem etiam, etsi non [illegible] rem, tangit Spartianus in Seuero cap. I. *maiores Equites Romani ante ciuitatem OMNIBVS datam*; & quod sequutis ætatibus, a Claudiano de Roma dictum in Paneg. Stilich. v. 152. *CIVESQVE vocauit Quos domuit.* Vnde Roma etiam, vt de ea paullo ante, *patria communis*; idque non ab Oratoribus solum aut Poetis, ante ac infra Iuliani æuum, sed ab ipsis Romani iuris conditoribus dici meruit; vt a Modestino Leg. VI. §. XI. D. de Excusationib. κοινῆς ἅπασί τε καὶ νομιζομένης πατρίδος, *quæ & habetur & est communis patria*; & ab eodem rursus Leg. XXXIII. D. Ad Municipal. *Roma communis nostra patria est*, ac similiter *patria omnium* a Callistrato Leg. vlt. D. de Interd. & Relegat. Qua ratione etiam *vna patria* aut *vrbs vna* vel *vnica*, non a Rutilio solum infra Iuliani ætatem Roma dicitur, quod iam ad Symmachum Lib. V. epist. XCIV. viderunt viri docti, Itiner. v. 63.

Fecisti PATRIAM diuersis gentibus VNAM,
& mox: *VRBEM fecisti quæ prius ORBIS erat.*

ac a Sidonio Apollinari Lib. I. epist VI. *in qua VNICA totius orbis CIVITATE soli barbari & serui peregrinantur*; ac inde Romani orbis incolæ *gens una*, vt a Claudiano Lib. III. Panegyr. Stilich. v. 159.

Quod cuncti GENS VNA sumus.

sed pridem ante ab Aristide Orat. in Romam, sub M. Aurelio Imp. habita, p. 375. διὰ γὰρ τὸ ΚΟΙΝΗΝ εἶναι ΤΗΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ, καὶ οἷα ΠΟΛΕΩΣ μιᾶς, *Exin enim quod COMMVNIS sit RESPVBLICA, & tanquam VNIVS CIVITATIS.* Quæ proinde non adtendisse videtur Vir eruditissimus in Antirrhetico haud ita pridem edito, dum sub Imperatoribus eas demum Colonias, quæ *Romanæ* dicerentur, contendit ius habuisse ciuium Romanorum; quibus nempe, vt ibidem explicat, petere ac gerere in vrbe Magistratus licuit; eiusque rei exstare in earundem Coloniarum nummis symbolum, lupam nempe cum gemellis insculptam; reliquas vero, easque iuris Italici dictas, eo beneficio, honorum nempe in vrbe Roma, ac proinde illo etiam lupæ in earum nummis insigni caruisse. Neque enim post ciuitatem omnibus in Orbe Romano, non a Pio quidem, vel a Marco, Antoninis, iuxta Aur. Victorem, aut Iustinianum Imp. sed verius, iuxta Dionem in Excerptis Peirescianis, ab Antonino Caracalla datam, ad aliquot solum Romanas colonias, exclusis etiam coloniis Romanorum ciuium, quæ erant iuris Italici, restrictum ius illud in vrbe Magistratuum: cuius omnes *vndecunque orti* essent, ac proinde qui Iuris Italici prærogatiua etiam-

etiamnum [illegible]bant, fuiſſe participes, *μετέχειν τῆ πολιτεύματ*Ꙩ, tradit hic itide[m] Iulianus. Obuiæ etiam in nummis Coloniæ cum ſculpta eadem lupa & gemellis, ceu vt de eodem Romæ, in nummis id genus aliisue monumentis, ſymbolo Claudianus, *fingunt æra lupam*, in Prob. & Olyb. Conſ. v. 99.) vt Troas, Philippi, Antiochia, Piſidiæ, quæ a Celſo, Gaio, Paulo D. de Cenſibus, haud alterius eſſe conditionis dicuntur quam *iuris Italici*; neque aliter de Troade ac de Beryto loquitur nominatim Gaius Leg. VII. *Iuris Italici ſunt* Τρωὰς, Βήρυτ*Ꙩ*, Δυῤῥάχιον, *Troas, Berytus, Dyrrachium*; inter quas tamen *Troada* & *Berytum* illud diſcrimen ſtatuit Vir doctus, vt *Berytus* fuerit duntaxat *iuris Italici*, in cujus proinde nummis lupa non fuerit ſculpta, |*Troas* vero *Romana colonia*; ita enim eam vocari a Plinio, quum tamen promiſcue *Romana colonia*, aut *colonia Romanorum ciuium*, de coloniis etiam juris Latini aut Italici dici a Romanis ſcriptoribus ſoleat. Sed de his plenius alibi. Dum enim ea, quæ de nobili hac Conſtitutione, qua *ciuitas omnibus in orbe Romano data* dicitur, & ad quam reſpicit hoc loco Iulianus, ceu de tempore, vel a quo Antonino Imp. (neque enim hic veteres aut recentiores, vt obiter paullo ante adtigi, ὁμόψηφοι) ſit eadem lata; maxime autem quæ vis ejusdem legis & effectus in orbe Romano deinceps ac ante Iuliani ætatem, vel eiusdem æuo, ſuerit, vt inde maior lux hiſce ejusdem ea de re verbis accederet, hic adnotaueram, plures præter inſtitutum impleuerunt paginas; eadem opportunius, & cum minori Lectoris faſtidio, ac præterea ob argumenti dignitatem, in peculiarem Diatribam, ad calcem harum in Iulianum Obſeruationum τῶν Θεῶν adnectendam, reiicienda cenſui. Neque enim pauca ſunt forte vel leuia, ac nondum etiam ab iis, qui hæc adtigere, animaduerſa, quæ ambiguum adhuc & perplexum, vel latæ illius Conſtitutionis tempus ac auctorem, vel eadem datum omnibus in orbe Romano ingenuis ius Romanæ ciuitatis reddunt.

Ibid. C. lin. 8. ἐκεῖθεν ἡμῖν καταδειχθεῖσιν ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι) Alterum nempe illud Romæ δίκαιον, quod *moribus*, ceu *conſuetudinibus*, *ac legibus inde editis*, orbis Romani oppida & incolæ vterentur. Prout nempe a Iuſtiniano itidem dictum Leg. I. §. X. Cod. De veteri iure enucl. *Quum hæc tantummodo obtinere velimus, quæ vel judiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa CONSVETVDO huius almæ VRBIS comprobauit, ſecundum Saluii Iuliani ſcripturam, quæ indicat, debere OMNES CIVITATES CONSVETVDINEM ROMAE ſequi & LEGES, quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſam alias ciuitates:* in quam tamen prærogatiuæ ſocietatem Nouam Romam ceu Conſtantinopolim, continuo eadem Conſtitutione adſciſcit Iulianus, *ROMAM autem intelligimus non ſolum VETEREM, ſed etiam NOSTRAM.* Hæc duo autem, quæ iam olim a Saluio Iuliano, Edicti Perpetui ſub Hadriano ſcripti nomine, vt alia mittam, celebri, memorata dicuntur in eadem Conſtitutione, ac ideo quod tum ita obtinerent, tangit hoc loco Iulianus, *conſuetudines* nempe (prout ea in re τὰ ἔθη vulgo dicuntur in libris Iuriſconſultorum) & *leges*, quibus omnes Imperio Romano ſubiecti *vterentur*. Neque mirum aut nouum, vtrumque vel olim a Saluio Iuliano exigi, vel hic a cognomine Cæſare commemorari; quum notæ ſint vel primis Iuris tyronibus, quid de *longa* ceu *inueterata conſuetudine*, quæque ſit *pro iure & lege* in his, de quibus lex ſcripta non exſtet, ab illo ipſo Saluiano, Vlpiano, aliis que priſcis Iuris antiſtitibus præſcripta leguntur Leg. III. D. de Legib. SCtis & longa conſuet. Adde Vlpianum in Fragmentis Tit. I. §. IV. *Mores ſunt tacitus conſenſus populi, longa conſuetudine inueteratus.* Quomodo etiam τὸ ἔθος ſeu *conſuetudo*, dicta ſubinde a Græcis *lex* ἄγραφ*Ꙩ*, prout viciſſim ab iis *leges* ἔγγραφοι & ἄγραφοι dicuntur, iuxta Papinianum L. VII. D. de Iuſtitia & Iure; immo etiam quod *leges e conſuetudine ſint ortæ*, vt a Syriano in Hermogenem p. 28. οἱ γὰρ νόμοι ἐξ ἔθους, aut quod plures gentes, vt idem tangit, ſcriptis legibus non vtantur. Hinc alibi rurſus idem obſeruat p. 303. cuius ea de re verba, quia liber ille, quod iam queritur alicubi ad Athenæum Caſaubonus, haud in multorum manibus verſatur, hic adponam: ΕΘΟΣ ἐστὶν, ὅπερ ὁ χρόν*Ꙩ* ἐκράτησεν, ἢ ὡς συμφέρον αἱ τῶν πολλῶν ἐκύρωσαν γνῶμαι. Διαφέρει δὲ ΝΟΜΟΣ ΕΘΟΥΣ, τὸ μὲν ἄγραφον εἶναι, τὸν δὲ ἔγγραφον· καὶ τὸ μὲν καθόλου, τὸν δὲ ἐπὶ μέρους εἶναι· καὶ τὸ μὲν φύσει, τὸν δὲ θέσει. (leues maculæ, quas in hiſce eluimus, non tanti vt eas adnotem) *CONSVETVDO ea eſt, quam tempus confirmauit, ſeu, quod vtile plurimorum ratum habuerint ſententiæ. Differt autem LEX a CONSVETVDINE, quod hæc quidem ſit non ſcripta, illa vero ſcripta: quod illa ſit vniuerſitatis, hæc autem particularis: illa etiam natura exiſtat, hæc vero poſitione.* Poſtremum vero, ſeu τὸ ἔθ*Ꙩ* *conſuetudinem* latius patere *lege*, ac in vniuerſum tam ἔγγραφα quam ἄγραφα complecti, vel id arguit, quod vbi de Iudæorum legibus ac ritibus agitur, quibus viuere iis Regum aut Imperatorum edictis cauebatur, eorum τοῖς πατρίοις ἔθη, aut τοῖς αὐτοῖς ἔθεσι χρῆσθαι a Ioſepho, vbi ſubinde eam rem tangit, vt Lib. XIII. Ἀρχαιολ. cap. III. & V.

Lib. XIX. cap. IV. & alibi a Philone Legat. ad Caium p. 971. aliisque dici soleat. Quod autem præter *consuetudines*, *legibus* quoque Romanorum *vti* omnes Romano imperio subiectos tradit hic Iulianus; inde etiam factum, vt Roma *legum parens*, *legum genitrix*, *legum mater* a Claudiano dicatur III. Paneg. Stilich. v. 136. Conf. Olyb. & Probini v. 127. ac VI. Conf. Honor. v. 428. eundemque in finem a Rutilio ad Romam Itiner. v. 67.

Dumque offers nobis proprii consortia iuris, quæ ea de re loca iam ad Symmachum Lib. V. epist. XCIV. retulit eruditissimus Iuretus. Immo quam in rem Aristides in Romæ Encomio pridem dixerat p. 390. ΘΕΣΜΟΥΣ καὶ τάξεις ἀφύκτους ΑΠΑΣΙΝ ἐπιστήσαντα, *LEGES & constitutiones ineuitabiles OMNIBVS præcepistis*, & p. 395. *non opus esse amplius, quibus vtantur singuli, recensere*, οὐδ' ὡς ἕκαστοι χρῶνται νόμοις ἀπαριθμεῖν, quandoquidem Romani, vt mox subdit, ΝΟΜΟΥΣ τε ΚΟΙΝΟΥΣ ΑΠΑΣΙ τάξαντες, mox γάμους τε κοινοὺς ποιήσαντες, καὶ συντάξαντες ὥσπερ ΕΝΑ ΟΙΚΟΝ ἅπασαν ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ, *LEGES COMMVNES OMNIBVS constituentes*, dein *communesque nuptias instituentes*, *TOTVMQVE ORBEM tanquam VNAM DOMVM administrantes*. Vt proinde iam adimpletum videretur illud M. Aurelii, (sub quo hæc Romæ laudatio ab Aristide, & quæ in eodem desinit, est edita) votum, quod refert ipse Marcus de vita sua Lib. I. Sect. XIV. Καὶ φαντασίαν λαβεῖν ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΙΣΟΝΟΜΟΥ, κατὰ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένης, *Et quod imaginem animo conceperim Reipublicæ æquo iure*, seu *secundum æqualitatem & æquabilitatem iuris administratæ*. Quam proinde, qua reuera gauderent sub eodem hoc Marco & filio Commodo Impp. Orbis Romani incolæ, ἰσονομίαν extollit in Legatione ad eosdem Imperatores Athenagoras: θαυμάζοντες τὸ πρᾶον ὑμῶν καὶ ἥμερον, καὶ τὸ πρὸς ἅπαντας εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον θαυμάζοντες, οἱ μὲν ΚΑΘ' ΕΝΑ ΙΣΟΝΟΜΟΥΝΤΑΙ, *Ideoque clementiam vestram ac mansuetudinem, & in omnes pacis studium atque humanitatem admirantur, qui quidem AEQVO IVRE SINGVLI REGVNTVR*. Quibus autem verbis, vt hoc addam, ἰσονομίας aut ἰσονομεῖσθαι idem innuitur, quod ab Aristide rursus de Romanis dicitur p. 360 ὑπὸ πάντων δὲ πανταχῆ ἴσου ἄρχεται, *æquali autem vbique regitur imperio*, & p. 377. παρ' ὑμῖν δὲ ἁπάντων ἐχόντων τὸ ἴσον, *apud vos quum perpetua sit inter omnes æqualitas*; ac proinde, quibus non tam earundem omnino legum ·· nor, quam iuris omnibus ex æquo reddendi *æqualitas* intelligitur, ac vt de eodem Marco Imp. ait Eutropius, *Roma æquo iure egit*. Quæ cæteroquin Romanarum legum in Orbe Romano constitutio, da[ta] omnibus (quod hic etiam præmiserat, vt vidimus, Iulianus) ciuitatis, pars continuo exst[itit], ceu effectus, vt ea, quæ nondum parebant Romanis legibus, oppida vel regiones, iis in posterum regerentur. Vnde illa Gregorii Thaumaturgi, qui Alexandri Seueri temporibus vixit, in Origenis Panegyrico p. 47. ea de re verba: οἱ θαυμαστοὶ ἡμῶν τῶν σοφῶν ΝΟΜΟΙ, οἷς νῦν τὰ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχὴν ΑΝΘΡΩΠΩΝ κατευθύνεται πράγματα, *Mirifica sapientum nostrorum LEGES, quibus OMNIVM nunc, qui Romanorum imperio parent, HOMINVM res reguntur*. Adeo, vt ab eo tempore, nempe datæ omnibus paullo ante sub Caracalla, qua de re supra & alibi plenius, ciuitatis, reliqua Romani imperii oppida, quasi totidem vrbis Romæ coloniæ censeri possent, quarum eadem vera esset (vt de hac appellatione illi etiam data iam ante a nobis dictum) *metropolis*: neque solum vt earum caput ac imperii sedes, sed etiam veluti pro iure *matricum* vrbium ceu *originum*; e quibus vtique recepto ab antiquis more, iura, leges, ac instituta petere consueuerant deductæ ab iis coloniæ, vt ea de re nos peculiari agimus commentatione. Quo habito gemino velut respectu, Roma aliarum in Orbe Romano vrbium vera euasit, ceu prout illo æuo dicebatur subinde a Græcis Romanus orbis, Ῥωμανίας (vti ab Athanasio in Apologia, p. 832. ac ab Epiphanio aduersus Hæreses p. 618. 612. & 728.) μητρόπολις. Vnde etiam factum ob imperii amplitudinem, vt celebres alibi legum Romanarum scholæ, in quibus ius ciuile Romanum traderetur, fuerint erectæ. Quo nomine & dudum ante idem priuilegium Constantinopoli indultum, inclyta fuit in Oriente *Berytus*, ad quam vt Romanarum legum παιδευτήριον, *scholam* nempe ceu *gymnasium*, earundem discendarum caussa missum se tradit in adducto modo Panegyrico Gregorius Thaumaturgus p. 57. Vnde eadem ciuitas, quæ & ab Augusti temporibus, vt non ex Vlpiano [s]olum L. I. D. de Censibus, sed ex nummis etiam eius antiquis constat, colonia erat ciu[iu]m Romanorum, eaque *Augusta* vel *Augustana* dicta, postea *legum mater*, *legum nutrix*, *mater iuris studiorum*, in Iustiniani Imp. Constitutionibus, ab Eunapio præterea & a Nonno Dionys. Lib. XLI. p. 1053. δίκης πέδον, ἄστυ θεμίστων, *iustitiæ solum*, *vrbs legum*, dici meruit; tum nominatim ab Anonymo Geographo, qui sub Constantio, cui dicatus hic Iuliani panegyricus, floruit, & quem vulgauit Vir clarissimus Iacobus Gothofredus, vbi nempe de Beryto ait p. 12. τὰ ἀκροατήρια τῶν νόμων ἔχουσα, δι'

ἦν

τὰ πάντα τὰ δικαστήρια τῶν Ῥωμαίων, *qua etiam habet iuris auditoria, per quam omnia Romanorum tribunalia consistunt.* Quibus addit, quæ huc præterea insigniter faciunt: ὁπόθεν γὰρ ἄνδρες πεπαιδευμένοι ΕΙΣ ΠΑΣΑΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ παραγκαθίζουσι τοῖς κριταῖς, καὶ εἰδότες (non εἰδῶτες) ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ διαφυλάττουσι τὰς ἐπαρχίας, αἷς στέλλονται ΑΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΙ, *Inde enim viri illi edocti PER OMNEM ORBEM TERRARVM iudicum sunt adsessores, & LEGVM periti prouincias tuentur, ad quas leges,* ceu *constitutiones, mitti solent.*

Quamquam quod de Romanæ ciuitatis iure ad superiorem notam & alibi plenius obseruamus, idem de hisce vrbis Romæ *legibus*, ceu *consuetudinibus*, quibus omnes in Orbe Romano *vsos* hic tradit Iulianus, sit omnino statuendum. Præter illa enim, quæ de *iure Latii* aut *Italico*, diuerso a *iure Quiritum*, & quo iure Italico plurimas easque nobilissimas, suæque gentis principes, ipsam denique Nouam Romam seu Constantinopolim vsas, e libris veterum Iurisconsultorum, Imperatorum constitutionibus, aut monumentis aliis antiquis, adnotamus, vt ea, inquam, quæ vel inde peti poterunt, hic mittam; id tamen, nempe non *omnes* Romano Imperio subiectos Romanarum legum iugum subiisse, abunde euincunt insuper plurimæ Ciuitates, quæ αὐτονομίᾳ ceu *suis legibus* haud eo minus fruebantur. Cuius conditionis erant ferme illæ vrbes, quæ tanquam liberæ seu αὐτόνομοι, communiter maiestatem Populi Romani, vt dicitur nota Lege VII. D. De captivis, colere tenebantur; cuius etiam generis plures erant Græciæ Asiæque ciuitates, quamquam Iuliani æuo id beneficium foret Atheniensibus ademptum, de quibus infra Orat. III. p. 114. d. dicit: ὅτι τοῖς ΠΑΤΡΙΟΙΣ ΕΘΕΣΙΝ ἐχρῶντο, καὶ ἔζων ΤΟΙΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ πειθόμενοι ΝΟΜΟΙΣ, *quum ANTIQVIS consuetudinibus vterentur, & viuerent DOMESTICIS LEGIBVS.* Idem vero non de Argiuis solum, sed de Græcis in genere ait Epist. XXXV. p. 408. a. Καὶ ὥσπερ οἶμαι, μετεῖχε καὶ αὐτή, καθάπερ αἱ λοιπαί, τῆς ἐλευθερίας, καὶ τῶν ἄλλων δικαίων, ὅσα νέμουσι ταῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα πόλεσιν οἱ κρατοῦντες ἀεί, hoc est, interprete Petauio: *Atque, vt opinor, & libertatis & iuris omnis particeps fuit, quo reliquæ Græciæ ciuitates vterentur, concessu ac munere Imperatorum.* Sed de quo loco nos σὺν Θεῷ ibidem, ac prout cæteroquin Argiui nominatim a Pausania, qui sub M. Aurelio floruit, dicuntur Lib. II. p. 118. ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, *ius æquabile, & suis legibus viuere, ab antiquo dilexisse.* Idem vero alibi Mothonæos in Messenia dicit a Traiano relictos ἐλευθέρους ὄντας, ἐν αὐτονομίᾳ πολιτεύεσθαι, *vt quum essent liberi, suis legibus viuerent*, Lib. IV. p. 283. & de Abæis in Phocide similiter Lib. X. p. 679. Romanos pietate in Apollinem, cuius ibi erat oraculum, adductos dedisse iis αὐτονόμους σφᾶς εἶναι, *vt suis viuerent legibus.* Immo Græcas vrbes in genere tanti duxisse illam αὐτονομίαν, vt eo nomine bella suscipere, aut plurimum se efferre fuerint soliti, patet e Polybio, Diodoro, Liuio, Cicerone Lib. VI. ad Atticum epist. I. *Græci vero exultant, quod se αὐτονομίαν adeptos putant*; & epist. sequente; *Omnes suis legibus & iudiciis vsi,* αὐτονομίας *adepta, reuixerunt*; quo beneficium etiam Græciæ seu Achaiæ, vbi in prouinciam fuit redacta, sub sequutis Imperatoribus modo ademptum modo renouatum constat. Græcorum certe præcipuas seu principes olim (quales Athenæ, Sparta) ciuitates, tanquam sub M. Aurelio suis adhuc, non Romanorum, legibus vtentes, aperte de Græcis agens tradit Aristides Orat. in Romam p. 392. τὰς μὲν ἀρίστας καὶ πάλαι ἡγεμόνας ἐλευθέρους τε καὶ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥΣ ἀφεικότες αὐτῶν, *partim præstantissimos & eorum quondam principes, liberos ET SVIS LEGIBVS vti permisistis*; qua de re ad tradita paullo ante a Iuliano de Atheniensibus vel Argiuis verba dicendi erit locus. Sic plures etiam sub Antoninis Asiæ ciuitates αὐτόνομοι, vnde de Herode Attico, qui sub M. Aurelio Imp. adhuc vixit, a Philostrato dicitur Lib. II. p. 847. ἦρχε μὲν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐλευθέρων ὁ Ἡρώδης, *præfuit quidem liberis in Asia vrbibus Herodes.* Verum huius rei certiora longe, obuia nempe etiamnum & luculenta, in nummis plurimarum *Asiæ* vrbium antiquis, exstant monumenta, quæ sub M. Aurelio, Seuero, Geta &c. hanc αὐτονομίας prærogatiuam, ad duraturam illius memoriam, in iisdem consignarunt. Ita in nummo *Halicarnassi* sub Geta percusso, qui exstat in Gaza Medicea, & quem alibi pridem iam adduxi, ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ, *Halicarnassensium suis legibus vtentium* legitur; ac similiter, vt hæc in compendium mittam, in nummis *Cæsareæ* Cappadociæ metropoleos, sub eodem Geta; *Seleuciæ* in Syria, sub Seuero; *Samosatorum* in Commagena, sub M. Aurelio, aliarumque, de quibus nos alibi plenius σὺν Θεῷ, quæ illud ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ priuilegium in iisdem nummis adhuc ostentant. Quibus addi insuper possent aliæ vrbes cum ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ seu *libera*, vt *Amisi* sub Caracalla, signata publico itidem earum ære memoria. Adeo vt id omnino sit statuendum, post datam illam omnibus promiscue in Orbe Romano ciuitatem, seu concessum ad eam aditum, pluribus tamen oppidis, quæ ab anti-

quo & ipsa Romanorum, qui præcesserant, Imperatorum concessione, *suis* viuendi *legibus ac institutis* obtinuerunt prærogatiuam, eandem non continuo amisisse. Quomodo nempe municipia, quamquam haberent ciuium Romanorum iura, & quidem præcipuum, vt ius suffragii ac in vrbe Magistratuum, suis tamen vtebantur legibus, vt de iis aperte Gellius Lib. XVI. Noct. Att. cap. XIII. *Municipes sunt ciues Romani in municipiis LEGIBVS SVIS ET SVO IVRE vtentes, muneris tantum cum Populo Romano honorarii participes, nullis aliis necessitatibus, NEQVE VLLA POPVLI ROM. LEGE adstricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est*; immo prout de Italicensium ac præterea Vticensium municipiis nominatim ab Hadriano Imp. in Senatu prolatum refert: *mirari se, quod quum SVIS MORIBVS LEGIBVSQVE VTI possint, in ius coloniarum mutare gestiuerint*; hoc est, quod hic a Iuliano de omnibus in Orbe Romano in genere dicitur, Romanorum ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι, *consuetudinibus & legibus vti*. Adeo vt potiorem longe earum ciuitatum conditionem duceret ipse Imperator Hadrianus, qui propriis legibus, quam qui Romanis regebantur; haud aliter nempe ac illæ sociorum ciuitates, quarum meminit Cicero pro Balbo cap. IIX. *Ipsa denique Iulia, qua lege CIVITAS est sociis & Latinis DATA, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heracliensium & Neapolitanorum fuit, quum magna pars in iis ciuitatibus IVRIS SVI LIBERTATEM* (ceu αὐτονομίαν) *CIVITATE anteferret*. Vt proinde minus mirum videri debeat, post datam illam promiscue in Orbe Romano ciuitatem, multas adhuc vrbes, quæ Populi Romani fundus non idcirco euaserant, αὐτονομίαν sibi iam ab antiquo, aut Imperatorum priuilegiis, concessam, retinere, seu suis adhuc potius quam Romanorum *consuetudinibus & legibus*, vt hic loquitur Iulianus, *vti* maluisse, nec earum, vt illa de re auctores quandoque, iugum subire. Quam in rem duo grauissima exstant & valde opportuna, quæ præteriri hic non debent, eaque haud vnius æui, testimonia. Prius suppeditant prima Athenagoræ in Legatione seu Apologia ad M. Aurelium & filium Commodum Impp. verba: ὑμετέρα, μεγάλοι βασιλεῖς, οἰκουμένη ΑΛΛΟΣ ΑΛΛΟΙΣ ΕΘΕΣΙ ΧΡΩΝΤΑΙ ΚΑΙ ΝΟΜΟΙΣ, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ΝΟΜΩι καὶ φόβῳ δίκης, κἂν γελοῖα ᾖ, μὴ στέργειν ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΕΙΡΓΕΤΑΙ, *Per vestrum, maximi Imperatores, terrarum orbem ALII ALIIS CONSVETVDINIBVS VTVNTVR AC LEGIBVS: nec eorum quisquam vel LEGE & pœnæ metu, quo minus PATRIOS RITVS, etiamsi ridiculi fuerint, colere pergat, ABSTERRETVR*. Alterum subministrat Theodoritus, qui post Iuliani ætatem vixit, vnde Romani imperii illo adhuc æuo eam rei faciem ac statum licet cognoscere, Therapeut. Serm. IX. p. 610. Tom. IV. Ibi enim postquam dixisset Græcos, aliasue quasdam, de quibus speciatim egerat, gentes, Siculos, Cretenses &c. Romanorum, non [illegible] legibus viuere; addit, Romanos e [illegible] eorum Barbarorumue legibus in vnum collectis, & e singulis legislatoribus, quæ op[illegible] videbantur, mutuatos, *gentes omnes, quæ illorum iugum subierant, hisce legibus seruire adegisse*, ὥσπερ ἤδη τὸν τούτων παρεσκεύασε ζυγὸν δουλεύειν τοῖς νόμοις ἠνάγκασαν. Quibus tamen hæc continuo subdit: τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν οὐ βουληθέντας ἰθύνεσθαι, οὔτ' ἔπεισαν, οὔτ' ἠνάγκασαν τὴν ΣΦΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ἀσπάσασθαι. πολλοὶ δὲ καὶ τὸν τῆς δουλείας δεξάμενοι χαλινὸν, βιοτεύειν ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΤΟΥΤΩΝ ΟΥΚ ΑΝΕΧΟΝΤΑΙ ΝΟΜ[illegible]. οὔτε γὰρ Αἰθίοπες, οἱ Θηβαίων τῶν Αἰγυπτίων ὅμοροι, οὔτε τὰ παμπόλλα φῦλα τοῦ Ἰσμαὴλ, οὐ Λαζοὶ, οὐ Σάνοι, οὐκ Ἀβασγοὶ, οὐχ οἱ ΑΛΛΟΙ ΒΑΡΒΑΡΟΙ ὅσοι τὴν Ῥωμαίων ἀσπάζονται δεσποτείαν, ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΝΟΜΟΥΣ τὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦνται ξυμβόλαια, *Eos tamen qui illis* (Romanorum legibus) *regi noluerunt, nec vi, nec suasione adegerunt, vt EORVM IVRA AMPLECTERENTVR. Quin & multi eorum, qui seruitutis frenum acceperunt, VIVERE tamen EORVM LEGIBVS RECVSANT. Neque enim Aethiopes Aegyptiis Thebis contermini, neque Ismaelitica plurima gentes, non Lazi, non Sanni, non Abasgi, non CAETERI BARBARI, qui Romanorum colunt dominatum, SECVNDVM ROMANORVM leges, conuentiones mutuas*, seu *contractus, inter se paciscuntur*.

Ibid. C. lin. 10. ἐκεῖνο ὡς τοιαύτη τὴν σὴν μητέρα) Peculiaris proinde ceu propior ratio hic a Iuliano redditur, cur Romam, quum in ea non esset natus Constantius, *matrem*, seu *patriam* eiusdem dixerit, quæ eum vt filium sibi vindicet: quod nempe Romæ nata e[illegible]et eius *mater* Fausta Maximiani Herculi[illegible] filia. Neque vero id oratorie solum, vt sæpenumero fieri in talibus solet, a Iuliano hic dicitur, [illegible] citra haud insolita magnarum vrbium pri[illegible]legia vel exempla; cuiusmodi vtique sub[illegible]nistrat Vlpianus Leg. I. §. 2. D. Ad Mun[illegible]ipal. *Sed si tu patre Campano, matre Puteolana, municeps Campanus es, nisi forte priuilegio aliquo MATERNA ORIGO censeatur; tunc enim MATERNAE ORIGINIS eris MVNICEPS: vt puta ILIENSIBVS concessum est, vt qui MAT[illegible] Iliensi est, sit eorum MVNICEPS. Etiam Del[illegible] hoc idem tributum & conseruatum est. Ce[illegible]etiam refert, Ponticis ex beneficio Pompeii [illegible]*

com

competere, si qui PONTICA matre natus esset, PONTICVS esset. Vt proinde maiori adhuc iure, Constantii, qui in Illyrico quidem, vt mox dicetur, natus, sed *matre* Romana, eaque præterea Romani Imperatoris filia, Roma *mater* seu *patria* censeri potuerit. Neque vero hinc abludit, quod apud Athenæum Lib. XII. p. 541. *Locrorum* vrbs, Dionysii iunioris Tyranni μητρόπολις inde dicatur, quod ea vrbe *prognata esset Doris eius mater*, ὥσαν αὐτῷ μητρόπολιν· Δωρὶς γὰρ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸ γένος ἦν Λοκρίς. Hanc vero *Faustam*, Maximiani Herculii filiam & Constantini coniugem, quidquid de eo aliter statuat Zozimus, *matrem* reuera fuisse Constantii, eandemque, quæ mariti iussu fuerit necata, monuit iam ad hunc locum doctissimus Petauius. Cuius equidem *Faustæ*, cum nominibus *Flauiæ Maximianæ* (vt ex aliis nummis liquidius constat) *Faustæ Augustæ* nummum e Cimeliarchio Reginæ Christinæ olim protulimus, in quo hinc Augustæ illius caput, illinc mulier stans cum duobus liberis, vnum nempe ad latus sinistrum gestans, alteri vero stanti dextram porrigens.

Ibid. D. lin 2. ἡ δὲ ἐπὶ Βοσπόρῳ πόλις) Quomodo subinde designatur apud auctores Constantinopolis, vt apud Claudianum Bell. Gild. v. 225.

intrantem Pontum, qua BOSPORVS arctat,
Arcadii thalamis VRBIQVE illapsus EOAE;

ac prout suppresso, vt hoc loco, ipsarum vrbium nomine, a fluuiis aut fontibus, ad quos illæ erant sitæ, easdem passim indigitant Poetæ, vt de *Thebis*, *Sparta*, ἐπὶ Δίρκᾳ, παρ' Εὐρώτᾳ, ac ἐπ' Εὐρώτᾳ, vt hic ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ, *apud Dircen*, *apud Eurotam* &c. Pindarus Isthm. Od. I. V. & VIII. ac ἄστυ Πειράνας de *Corintho* idem Olymp. Od. XIII. aut sicut κλάρῳ νιφόεσσα πολίχνη, *Clari niuosa vrbs* de Colophone, vltimo Theriacorum apud Nicandrum versu dicitur; cuiusmodi exempla apud Latinos etiam poetas obuia, vt *Rhodani potor*, & *qui Danubium bibunt*, de Gallis & Germanis apud Horat. Lib. II. od. XX. & Lib. IV. od. XV. & *populosque bibentes Euphratem*, de Assyriis aut Babyloniis, apud Lucanum Lib. VIII. v. 213. Vt minus mirum sit, toties in veteri nummorum penu plurimas vrbes ad hunc vel illum fluuium, vel mare etiam, sitas dici, maxime vt inde ab aliis vrbibus cognominibus eædem secernerentur: sicut in nummis *Antiochiæ ad Euphratem*; aut alterius *ad Callirrhoen*; *Tripoleos ad Mæandrum*; *Seleuciæ ad Calycadnum*; *Apameæ ad Axium* &c. de quibus nos alibi, ac in singulari Regiæ Gallorum Gazæ nummo, ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΠΥΡΑΜΩ, *Hierapolitarum ad Pyramum*: aut vero in aliis vicissim nummis *Antiochiæ*, vel *Laodiceæ*, vel *Prysea ad Mare*, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ &c. ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, aut cum adscripto eandem in rem ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ ceu *Naualis* epitheto, vt in eximiis *Sidonis*, *Doræ* &c. nummis. Sed quorum vberior disquisitio non est iam huius loci. Βόσπορος autem tam de freto illo Thracio, quam de portu ipsius Byzantii ac dein Constantinopoleos dictus, vt viderunt iam alii, & inter cæteros Cl. Du Cange Constantinop. Christian. cap. IV. Vnum addam, Βοσπόρου, quamquam non vbi de hoc Thracio, sed de altero Cimmerio agit, deductæque ab Ius, seu θηλάτου βοὸς, *transitu* vel πόρῳ, vocis originem, primum ex antiquis, qui supersunt, auctoribus Aeschylum memorasse Prom. v. 732.

Τῆς σῆς πορείας ΒΟΣΠΟΡΟΣ ἐπώνυμος
Κεκλήσεται.

A tuo transitu BOSPORVS cognominis Vocabitur.

Ibid. D. lin. 7. τῆς συγγενείας ἀφαιρεῖτο) Aegre scilicet latura hic dicitur *Constantinopolis*, si, quum ea sit eodem cum Constantio patre orta, & a toto etiam *Constantiorum* genere nomen nacta, illius tamen arctæ adeo cum Imp. Constantio *cognationis* prærogatiua, cuiusquam sermone excidat: nempe vt quamquam reuera non sit Imperatoris illius patria, ipsius nihilominus, vbi de Constantii natalibus agitur, mentio præteriri non debeat. Quæ egregie illustrat Themistius, apud quem in συγγενείας illius memoriam *Constantii soror* eadem vrbs, ipse autem eius *frater* dicitur, Orat. III. seu Legat. ad eundem Constant. p. 47. vbi ille Constantinopolim a partu recentem, & genitore suo orbatam, ac fasciis indigentem, *tanquam tenellam adhuc & paruulam SOROREM, bonus FRATER ac natu maior excipiens* &c. οἷαν ΑΔΕΛΦΗΝ ἁπαλὴν καὶ νεαρὰν χρηστὸς ΑΔΕΛΦΟΣ καὶ πρεσβύτερος καταλαβών. Adde eundem Themistium Orat. IV. p. 58. vbi de eadem Constantinopoli & Constantio dicitur, Βασιλεῖ δὲ εἰκότως συναυξάνεται πόλις, ἡ τῆς βασιλείας ἡλικιῶτις, *Cum Imperatore vero merito vrbs iisdem incrementis augescit, quæ ætate imperii eiusdem est æqualis*; nempe, vt addit, quod vno eodemque tempore Constantinopoli muros & Constantio purpuram (*Cæsareæ* nempe dignitatis, non vero *Consulatus*, vt nuper Viro docto in Critica Baronii visum ad A. C. CCCXIV. Sect. XIX. qua de re nos alio loco) circumdederit Constantinus: quod vtrumque tamen, an eodem circiter tempore vel anno contigerit, an vero medio aliquot annorum, vt iuxta Petauii calculos ad hunc Themistii locum adnotauit postremus ac eruditus eius editor Harduinus, non hic iam

iam disquirendum vertitur; de quo, ceu anno condi cœptæ Constantinopoleos, opportunior erit ad huius Orationis paginam 8. vbi id tangit Iulianus, dicendi locus.

Ibid. D. lin. 8. *Ἰλλυριὸν δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῖς γέγονας*) Vnus nempe hactenus eius rei index hic Iuliani locus: quum alii, qui de eodem Constantio agunt, coæui vel proximæ ætatis scriptores, Eusebius, Themistius, Libanius, Socrates, Sozomenus, Theodoritus &c. de natali eius solo sileant; neque etiam eum Zozimus, sed Constantinum fratrem natu maiorem, *Arelate*, quod & Aurelius Victor in Epitome de eodem refert, editum scribit: prout Κωνστάντιον apud priorem, non Κωνσταντῖνον legendum, non primus vidit, qui ita emendandum hic obseruat Zozimum, doctissimus Petauius. Ita enim iam ante legebatur in H. Stephani editione, ac legendum monuerat ad eundem Zozimum diligentissimus Sylburgius; & prout bene etiam præfert gemina, quæ haud ita pridem eodemque anno prodiit, vel in vicina Saxonia, accurante præclaro harum litterarum, & nunc Fridericianæ Halensis, felicibus surgentis auspiciis, Academiæ ornamento, Christophoro Cellario, vel quæ Oxonii a viro docto est adornata huiusce Zozimi editio. Quod vero *Sirmii* in Pannonia eundem Constantium, & similiter auum eius Constantium Chlorum, natum scribit Tristanus Sanctamantius Comment. Tom. III. p. 665. & qui ab eo inductus videtur Cl. Du Cange, dum idem statuit in Familiis Byzantinis pag. 47. id vnde haustum sit, haud equidem scio. *Sirmii* quidem natos alios eorum ferme, aut quæ paullo præcesserant, remporum Imperatores noui, Aurelianum, Probum, Maximianum Herculium; de neutro tamen Constantio, auo aut nepote, id traditum legi, sed vtrumque in *Illyrico* natum; vt de priori, ceu Constantio Chloro, refert Aur. Victor de Cæsaribus, de nostro autem Constantio hoc loco patruelis eius & tum Cæsar Iulianus. Neque felicius ibidem Tristanus, præclare cæteroquin de hisce antiquitatis studiis meritus, natalem eiusdem Constantii se putat eruisse e Romano Constantini Kalendario, nempe VIII. Nouembr. qui & Neruæ, vt ibidem innuit, natalis fuerit. Ibi enim VI. Idus Nouemb. non hujus quidem Constantii natalis, hoc est, ortus, sed imperii eiusdem dies designatur; vt ex Idatio liquet in Fastis ad A. C. CCCXXIV. *leuatus est Constantius Cæsar VI. Id. Nouemb.* ac prout in eodem Kalendario, quod iam ad illud viderunt viri docti, *natalis*, modo de die suscepti imperii, modo de vero natiuitatis seu ortus die dicitur. Dies autem huius Constantii vere *natalis*, seu *γενέθλιος*, adscribitur non solum in eodem Kalendario, quod fugere non debuit nobilem & diligentem antiquarium, ac in breuiario *de natalibus Cæsarum* eidem apud Bucherium præfixo, nempe *VII. Id. Augusti*, seu ab ipsomet Constantio, vt viderunt iam alii, ipsis *Idibus Augusti*, prout hodie legitur Leg. X. Cod. Theodos. de Prætoribus, *Die natali meo Constantii Aug. Id. Augusti*: ni forte ibi numerales notæ VII. ante Idus, librariorum, vt sæpe in talibus ab iis factum, incuria exciderint, quas cæteroquin præfert Vetus illud Kalendarium sub hoc ipso Constantio confectum, ac a viris eruditis, Bucherio in Victorii Canonem Paschalem, & a P. Lambecio integrius dein vulgatum, Biblioth. Vindeb. Lib. IV. p. 227. Nisi vero statui illud debeat, *Idus Augusti* fuisse huius Constantii, quem ipsemet in ea lege a se lata commemorat, natalem; diem vero *VII. Id. Augusti*, fratris eius Constantini Iunioris. Certe in Romano Constantini Magni vt lemma eius præfert, Kalendario, quod Heruvartus primum edidit, dein Vranologio suo inseruit doctissimus Petauius, non CONSTANTII, vt eius tamen Kalendarii auctoritate se tuetur laudatus antea Auctor Criticæ ad Baronium ad A. C. CCCVI. sed *VII. Id. Aug. N.* (seu Natalis) CONSTANTINI in Petauii ita editione p. 16. legitur, ac similiter, quod non diffitetur vir doctus, in Polemonis Syluii, quem vulgauit Bolandus Præfat. in Ianuar. pag. 44. laterculo, vbi in mense Augusto dicitur, *VII. Id. Natalis Constantini Iunioris.* Istud autem liquidum vetera illa Kalendaria versantibus, ideo quod cum aliquot litterarum compendio scripta subinde exstarent, aut ad[illegible] cæteroquin essent, eorundem Cæsarum & Imperatorum, Constantini M. puta & trium eius filiorum, nomina, inde confusa ea nonnunquam fuisse a librariis; prout id haud semel contigit, vbi de iis agitur, in Chronico tum Eusebiano, tum Alexandrino; ac vnde etiam haud vna occurrit inter eadem Kalendaria, e diuersis vtpote MSStis eruta, varietas. Quomodo insuper factum videtur, vt nempe ad fidem Kalendarii Heruvartiani, hunc natalem diem, nempe *VII. Idus Augusti* tribuat eidem Constantino Iun. commemoratus paullo ante Tristanus p. 529. Comment. Tom. III. Verum illud suadere tamen videtur, vt lectioni Kalendarii a Bucherio & Lambecio vulgati hic potius standum sit, vbi non *Constantini*, sed *Constantii* Natalis VII. Idus Augusti statuitur; quod scilicet natus sit Arelate Constantinus Iunior, *paucis* autem post, seu *ὀλίγοις ὕστερον [illegible]*, iuxta Zozimum Lib. II. cap XX. ante *iisdem*, iuxta Victorem in Epitome, *diebus*, vna cum Crispo & Liciniano *Cæsar* a p[illegible]e decla-

declaratus; nempe iuxta Idatium in Fastis, Kal. Martii, Gallicano & Basso Coss. ac proinde non *paucis diebus*, sed totis ferme septem mensibus, post eiusdem natalem, si ille in *VII. Idus Augusti* prior solum inciderit. Vbi tamen dubium illud continuo expendendum venit, quod miror non aduertisse viros in his litteris assiduos, ac inter eos nuperum eumque in iisdem exercitatissimum Baronii Aristarchum, aut antea clarissimum Codicis Theodosiani in eiusdem Chronologia Enarratorem; dum hinc Coss. Gallicano & Basso A. C. CCCXVII. Constantinum Iuniorem (*paucis* aut *iisdem*, iuxta Zozimum & Victorem, vt vidimus, *diebus* ab eius ortu) *Cæsarem* a patre, idque *Kal. Martiis*, iuxta Idatium in Fastis, declaratum tradunt; illinc vero iisdem Coss. eodemque anno, atque ita post elapsum quinque duntaxat aut circiter mensium spatium, alterius e fratribus Constantii, natalem, *Idibus* nempe *Augusti*, secundum Legem, de qua supra, ab eo latam, aut *VII. Idus Augusti*, iuxta vetera Bucherii & Lambecii Kalendaria, adscribunt. Vt proinde si Victoris, & Zozimi, de Constantini Iun. natali, & proximo eidem Cæsarei Imperii die, nempe Kal. Martiis, & quidem iuxta Idatium, Gallicano & Basso Coss. anno proinde Christi CCCXVII. sit standum; omnino in *VII. Idus* aut ipsas *Idus Augusti* sequentis demum anni CCCXVIII. aliosque Consules, nempe Licinium V. & Crispum Cæsarem, sit verus Constantii natalis, contra quam hactenus factum, referendus: aut vero si retineatur natalis ejus annus CCCXVII. tum vt fratris eius maioris natu Constantini non natalis solum, sed in eum collata Cæsaris dignitas, in annum superiorem CCCXVI, alióque Coss. Sabinum & Rufinum, prout etiam id in Chronico Alexandrino hactenus legitur, non vero in Gallicanum & Bassum, cum Idatio, atque ita in ipsa patris Constantini, vt ab Eusebio quoque factum Lib. IV. de vita Constant. cap. XL. Decennalia, rejici continuo debeat. Qua ratione eiusdem Constantii cum Crispo fratre Quinquennalia, non in annum cccxxi, vt e nummis aliquot & Nazarii Panegyrico evincere contendit eruditissimus Pagi in Critica ad Baronium Secul. IV. p. 73. sed in priorem annum CCCXX. iuxta celebrem illum Purpuratum, essent referenda. Nisi vero consultius videatur, vt Aurelio Victori & Zozimo in iis, quæ de natali eiusdem Constantini Iun. tanquam vel *iisdem* vel *paucis* ante Cæsaream dignitatem diebus, fides abrogetur: atque ita natalis quidem anno CCCXVI. Cæsar vero demum Kal. Mart. anni sequentis cccxvii. declaratus statuatur: nihilque proinde obsit antehac, quin *Idibus*, aut *VII. Idus Augusti* eiusdem anni, iuxta Idatium aliosque, natalis Constantii fratris dies referatur. Quod adstruere insuper videntur XLV vitæ anni, quos eidem Constantio tribuit Auctor eidem coævus Eutropius, Socrates præterea, ac Hieronymus in Chronico; quem nempe ex eodem Socrate, Chronico Alexandrino, & Idatio, fato functum constat VIII. Nouemb. A. C. CCCLXI. Ne iam eos hic redarguam, qui Constantini Iun. natalem male, vt vel ex hisce modo dictis liquet, ad annum Christi CCCXII. retulerunt; vti factum a duobus viris eruditis, Tristano Comm. pag. 11. Tom. III. & Du Cange Famil. Byzantin. p. 47.

Pag. 6. A. lin. 4. αὐτὸς γάρ φησι τὴν τίθην ἐπὶ τὸν τῷ μητροπάτορος) Inde nempe quod Syra exstitisset Eutropia, e qua & Maximiano Herculio nata erat Fausta Constantii mater, *Orientales* natalium eiusdem Imperatoris gloriam ad se quoque pertinere voluisse, paullo ante vidimus. Vt mittam, hic ab auia itidem Syra *Varia* dicta, *Varium* quoque, sed qui ipse Syrus erat, nuncupatum Elagabalum, iuxta Lampridium in eius vita cap. X. ac hanc Eutropiam ab illis *Orientalibus*, tanquam *nobilem Orientis mulierem* habitam, sicut Augustam eandemque Syram, Iuliani Seueri Imp. coniugem, indigitat idem Auctor in Alexandro Seuer. cap. V. Syram vero fuisse Constantii auiam, vnus quidem tradit Aurel. Victor in Epitome; Anonymus autem Valesianus de Gestis Constantini eandem ait de Maxentio interrogatam, qui ejus cæteroquin & Maximiani filius habebatur, *Syro quodam genitum esse*, respondisse. Qua de re ne γρῦ quidem hoc loco aut alibi Iulianus; quod tamen tanquam ab eo relatum hic foret, memoriæ lapsu ei tribuit Tristanus p. 376. Tom. III. prout id iam ad Lactant. de Mort. Persecut. p. 170. animadvertit vir dignitate ac eruditione insignis Gisbertus Cuperus. E quo cæteroquin Eutropiæ de ortu Maxentii dicto, iisque, quæ eandem in rem leguntur apud Aurel. Victorem in Epitome & Anonymum Constantii Panegyristam cap. IV. non quidem Herculii priuignum exstitisse, aut habitum eundem Maxentium, colligas; sed cum Maximiano ab vxore suppositum ab aliis ferri, quo hac arte muliebri mariti animum laborantis, *auspicio gratissimi partus a puero cœpti*, vt ea de re Victor, eadem teneret. Neque vero minus Maximiani filius dictus & habitus idem Maxentius; vti passim de eo illius æui scriptores, Lactantius, Eusebius, ipse Anonymus Constantii Panegyristes, Socrates, Zozimus &c. non autem vel eiusdem Herculii priuignus (qualis reuera eius priuigna exstitit Theodora, huius Eutropiæ e

priori marito filia, Constantii autem Chlori, aui huius Constantii, secunda vxor) neque Galerii Maximiani, iuxta Baronium, sed quem iam abunde confutarunt viri docti, filius. Τηθὴ autem non *auia* solum ab Atticis, vti ab Aristophane Acharn. p. 372. Isæo Orat. V. p. 505. edit. Hanov. &c. & hoc etiam loco de Eutropia dicitur; sed de *matertera* subinde, quod notant veteres Grammatici, & cuius exemplum suppeditat, vt obiter hoc addam, Andocides Orat. I. p. 237. ἵν' ἐξελάσῃ τὴν τήθην ἡ θυγατριδῆ, *vt scilicet neptis materteram excludat.*

Ibid. A. lin. 10. ἣν ἀρετῶν μητέρα καὶ διδάσκαλον) Romam nempe, quam ita sæpius a Constantio appellatam, hic ex mox adhuc innuit Iulianus: eique proinde vrbi eundem Imperatorem concessisse, vt præ aliis, de quibus actum est, locis, hæc demum vera eius *patria* censeretur. Haud vero nouum, quod ille Imperator Romam, vt hic a Iuliano traditur, *virtutum omnium matrem ac magistram* sæpius nuncupauit; prout agens de eodem Constantio Ammianus Lib. XVI. cap. X. *Romam ingressus, imperii VIRTVTVMQVE OMNIVM larem*; ac a tribus Augustis, Valentiniano, Theodosio & Arcadio Leg. VI. Ad leg. Iul. de Adulter. Cod. Theodos. vrbem Romam *VIRTVTVM omnium MATREM* vocari similiter legimus; a Theodorico autem Rege apud Cassiodorum Lib. II. Variar. ep. I. *patriam virtutum* & Lib. IV. ep. VI. *VIRTVTVM omnium latissimum templum:* quæ duo loca ad eundem Cod. Theod. iam adnotauit Cl. Iac. Gothofredus. Quod cæteroquin elogium non Romæ sub eodem Constantio, sed antiquæ adiudicat alibi Ammianus Lib. XIV. cap. VI. quod *quum ESSET ALIQVANDO VIRTVTVM omnium domicilium* ROMA; nempe quum, vt de eadem dudum dixerat ab initio operis Florus, *ad constituendum eius imperium VIRTVS & fortuna contendisse viderentur.* Immo prout non de veteri quidem seu hac ipsa Roma, sed de noua Roma, seu Constantinopoli, ab hoc Constantio dici videas in Epistola de laude Themistii ad Senatum illius vrbis scripta pag. 21. eius nempe Themistii sapientia fieri, ὥστε ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ διὰ τοῦτο δείκνυσθαι τὴν ἡμετέραν κορυφὴν ὁμοῦ ΤΥΧΗΣ καὶ ΑΡΕΤΗΣ, *quo VRBEM nostram per id ipsum FORTVNAE ac VIRTVTIS obtinere fastigium ostendatur*, ac, vt addit, quod auspicata eiusdem Themistii ad Senatum illius vrbis accessio, τὸ ΤΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ἀναστήσει γυμνάσιον, *VIRTVTIS excitabit in ea gymnasium*, seu sicut paullo ante eam in rem dixerat, ex Philosophia, in qua excellebat Themistius, tanquam ex puro fonte, ἐκ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ τῆς ἡμετέρας φοιτᾶν ἀπανταχοῦ ΤΑ ΔΙ[illegible] ΜΑ[illegible] ΑΡΕ[illegible], *ex EA nostra VRBE quoque v*[illegible] *VIRTVTIS PRAECEPTA peruenire* [illegible] quibus vtique luculen[illegible]r ill[illegible]stratur, qu[illegible] illo τῶν τῆς ἀρετῆς διδαγμάτων, ceu, vt hic a I[illegible]liano & mox adhuc dicitur, τῆς τῶν ἀρετ[illegible] διδασκάλου *virtutum magistra*, potius quam ab aliorum decorum elogio, vtraque regia [illegible], quum Vetus nempe, tum ad[illegible]us exc[illegible] Noua Roma, ab eodem Constantio fuer[illegible] tissimum laudata: ac ita ea in re, quod pa[illegible] post hic additur, *Romæ laudum caput ac summa*, τῆς Ῥώμης τὸ κεφάλαιον τῶν ἐπαίνων, non [illegible]ro quod orbis domina esset, qua de re a[illegible] ac regina, ab eo reuera hic reponatur

Ibid. C. lin. 6. σεβόμενος εἰκότως τὴν [illegible]) Prout nempe *venerabilis* & *veneranda* vr[illegible], seu σεβάσμιος & σεβαστὴ, Roma sæpi[illegible] io ipsis Constitutionibus Imperatoru[illegible] d[illegible] quibus, ne actum agamus, videri potest [illegible] graphia Codicis Theodosiani, & sicut iam [illegible] te Constantino M. *venerabilis* eadem ex[illegible] se dicitur in Nazarii Panegyrico cap. VI. [illegible]mo prout non *sacra* solum eadem, aut *sa*[illegible]*tissima* in iisdem Constitutionibus appell[illegible], sed vt Dea etiam, ac inde Templis qui[illegible]n, quod vel prisca nummorum supellex a[illegible] ante oculos ponit, consecrata. Hinc in M[illegible]mertini Panegyrico, quem Maximiano [illegible] vrbis Romæ natali dixit, ab initio legitur [illegible] *C*[illegible]*leberrimo isto & longe vobis lætissimo die* [illegible] *NERATIO numinis tui cum solenni SACRAE VRBIS RELIGIONE iungenda est.*

Ibid. D. lin. 1. Πρόγονοι τε γάρ εἰσί σοι [illegible] πάπποι, καὶ γονεῖς) *Claudius* nempe *Got*[illegible] inter Constantii *maiores*, qua de re mo[illegible]tus: eiusdem autem Constantii *auus* vt[illegible]e paternus ac maternus, itidem Imperato[illegible] *Constantius Chlorus* & *Maximianus Hercu*[illegible]. De *parentibus* vero (matre nempe *Fausta* [illegible]ius Herculii, vti iam vidimus, filia, [illegible] relata) & *fratribus* ipsius Constantii, q[illegible] addit Iulianus, imperio similiter poti[illegible], [illegible] liquida. Qui vero hisce adiunguntur [illegible] καὶ ξυγγενεῖς, *patrueles & cognati*, vt ad im[illegible]rium quoque adsciti, hinc *Hannibalianum* [illegible]*matium, Gallum*, ipsumque *Iulianum*, [illegible]n Constantii *patrueles*, ceu Delmati[illegible]o Constantio, Constantini M. fratribu[illegible] pr[illegible]na tos, eosdem que *Cæsares*, primum [illegible]m *Re*[illegible] titulo, vti mox dicetur, insig[illegible] [illegible]*cinium* iuniorem, e Valeria Consta[illegible] stantini M. sorore genitum, ac *Cæsarem* a C[illegible] stantino M. itidem nuncupatum, ta[illegible] Vt nunc v[illegible] *Nepotianum* mittam, al[illegible]

ſtantini M. ſorore Eutropia natum; aut vero *Baſſianum*, qui tertiam eiusdem Conſtantini ſororem Anaſtaſiam, & Conſtantii proinde amitam, duxerat: quorum alterum, *Nepotianum* nempe, imperium, ſed quo intra dies haud ita multos eſt exutus, arripuiſſe; alterum, vt *Cæſar* a Licinio declararetur, optaſſe Conſtantinum, refert in Excerptis Anonymus a Cl. Valeſio poſt Ammianum editus. Adeo vt ſplendore imperatoriæ ſtirpis, quo vndique præfulgebat Conſtantius, laudem hic ei in Orationis limine haud immerito aucupetur Iulianus; ipſemet, vt de Gallo ejus fratre ſub initium operis ait Ammianus Marcellinus, *propinquitate Regiæ ſtirpis, gentilitateque etiamnum Conſtantini* (ceu *Conſtantiniani* cum Cl. Valeſio) *nominis* elatus. Quo lubentius illorum Oratorum inſiſtit hic veſtigiis, quos ait infra Orat. II. p. 93. *deductum a principibus & regibus originem efferre* ſolitos.

Ibid. D. lin. 3. βασιλεῖς ἅπαντες) Nempe pro ea generali ſignificatione, qua βασιλεῖς ab illius æui Scriptoribus, tam *Auguſti*, ſeu primi faſtigii, quam *Cæſares*, ſeu ſecundi demum, principes nuncupantur; & βασιλεῖα de vtroque illo faſtigio, vt iam antea obiter monui, dicta ſimiliter legitur. Sic βασιλεία de Gallo Cæſare Iuliani fratre dicitur a Gregorio Nazianz. Orat. I. Στηλιτ. p. 62. & Iulianus ipſe de ſe Cæſare adſumpto, κοινωνὸς τῆς βασιλείας *conſors imperii* infra pag. 44. Dicti inde *Cæſares* συμβασιλεύειν & συνάρχειν vel συνάρχοντες, *cum* ipſis nempe Auguſtis *imperantes*, vt de eodem Iuliano loquitur Themiſtius Orat. II. p. 40. & Orat. IV. p. 58. Neque aliter apud Latinos eorundem temporum Scriptores, *imperare* & *imperium* de Cæſaribus, quod antea obiter monui, ſubinde dicitur; vt ab Ammiano de Gallo Cæſare Lib. XIV. cap. XI. *exceſſit e vita* &c. *quum quadriennio imperaſſet*; qui alibi *imperatorium muricem* vocat purpuram, qua amictus pro more a Conſtantio, dum Cæſar ab eo declaratur, Iulianus, quem dicit *imperatorii muricis fulgore flagrantem* Lib. XV. cap. VIII. Ne huc iam aduocem, quod paullo poſt de eodem Cæſare dicitur, quum ad ſedandos Gallorum motus profectum, Viennæ a plebe ac vicinis *Imperatorem clementem ac fauſtum* appellatum. Id enim ibi non tam ad ipſam Cæſaris dignitatem, vt in adductis modo locis & alibi, *imperium* & *imperare*; quam ad imperium militare ſeu proconſulare, cum quo miſſus erat in Gallias Cæſar Iulianus, referri potius debet. haud aliter ac de *Cæſareo* Carini *imperio*, a Vopiſco in Caro & Carino eo ſenſu dicto, bene obſeruauit in Epiſtola ad illuſtrem Cuperum, præmiſſa huius ad Lactantium de Mort. Perſecut. notis, celeberrimus & auſpicatus nunc Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos Henricus Noriſius. Ne ea iam hic tangam, quæ de Nerone adhuc *Cæſare IMP.* ſeu *Imperatore*, a Proconſulari illo imperio in nummis eius dicto, vere obſeruat eruditiſſimus Pagi Critica in Baronium ad A. C. LI. ac in Addendis p. 307. aut de *imperatoris principatu*, quem inde etiam M. Aurelio adhuc Cæſari tribuit in ejus Vita Capitolinus cap. VI. Verum non ideo eidem Viro docto accedo, dum ille ad A. C. CXCVIII. p. 90. Getam, aliosque deinceps Cæſares, licet nec Tribunitia poteſtate, nec imperio Proconſulari exornati eſſent, *Imperatores* appellatos fuiſſe certum ibidem adſerit. De Geta quidem haud minus ac fratre Caracalla, idque antequam ad bellum Parthicum proficiſceretur Seuerus, tradit Herodianus Lib III. cap. IX. τοὺς τε υἱεῖς αὐτοῦ κοινωνοὺς τῆς βασιλείας καὶ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ ἀποδείξας, *filios autem imperii participes & IMPERATORES nuncupauit*. Quæ tamen ſi ſtricte ac ad litteram, vt dici ſolet, ſumantur, pugnant cum hiſtoria aliisque monumentis illorum temporum; cum Spartiani potiſſimum ea de re verbis, qui Caracallam, & aliquanto ſerius, *participem imperii* a militibus declaratum tradit, Getam autem *Cæſarem* ab iisdem appellatum. Vt quomodo inter Herodianum & Spartianum egregie conueniat, quod ſtatuit vir eruditiſſimus, haud equidem videam; aut vero *perperam* illud inter eos diſcrimen a doctiſſimo Petauio obſeruatum Lib. XIII. de Doctr. Temp. p. 694. qui etiam Spartiano, Getam non *Imperatorem*, vt Herodianus, ſed *Cæſarem* duntaxat creatum adſerenti, *probabilius* & vere quidem adhærendum putat. Certe nuſpiam hactenus in nummis Getæ, ante annum Chriſti CCIX. & poſt collatam iam in eum *Auguſti* dignitatem, illud *IMP.* ceu *Imperatoris* pronomen vna cum *Auguſti* titulo eidem, anno nempe ante Seueri parentis obitum, tribuitur; quum iam duodecim ante annis Caracalla in eius nummis (factus enim cum patre, vt de eo Spartianus, *imperii particeps*) *Imperator* & *Auguſtus* appelletur. Vnde quamquam *imperare* & *imperium*, vt paullo ante vidimus, de *Cæſaribus* quandoque, ſeu ſecundi faſtigii principibus, ſit a Romanis ſcriptoribus dictum; aut a Græcis, & hic quoque a Iuliano ac alibi, βασιλεῖς, βασιλείας vel αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς κοινωνοὶ, vt apud Euſebium Lib. I. de Vit. Conſtant. cap. XIII. immo ab eodem, vt præterea obſeruo, Αὐτοκράτορες Καίσαρες cap. XVIII. eiusdem Libri, fuerint appellati: non ideo tamen ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ vel *IMPERATORES*, quatenus id de Romanis principibus dicebatur, *Cæſares* ſeu imperii

per [illegible] nuncupabantur, aut vero prænomen illud IMP. in publicis Actis, veluti Nummis, Constitutionibus, Rescriptis, aliisque monumentis, ei ab iis vnquam adsumptum. Id enim vel tot superstites eorum Principum, qui vel *Cæsares* tantum exstitere, vel tum adhuc forent *Cæsares*, nummi (vt nunc de lapidibus aliisue eorumdem temporum documentis sileam) luculenter ante oculos ponunt, qui nusquam illud IMP. prænomen iisdem tribuunt; si vnum forte excipias, qui eam in rem adducitur in Critica Baroniana ad A. C. 284., Numeriani nummum. Exstat vero descriptus apud Ill. Mediobarbum p. 421. & iam antea apud Occonem, vnde ille eum hauserat, nempe IMP. C. M. AVR. NVMERIANVS NOB. C. Verum quibus prioribus litteris, si genuina nummi inscriptio, de qua equidem licet dubitare, *Imperii* eius *Proconsularis*, quamquam præter receptum in id genus monumentis morem, habita ibi est ratio; quod imperium ei tum Cæsari, haud minus ac fratri Carino, delatum constat e veteri Inscriptione apud Gruterum CCLXXVIII. 1. vbi inter alia, M. AVR. NVMERIANO NOBILISS. CAESARI PROCOS. legitur. Certe nusquam reliqui eius, vti & Carini fratris, vtriusque adhuc *Cæsaris*, cuiusmodi plures etiamnum prostant & describuntur apud eundem Ill. Mediobarbum, nummi; sed vbi *Augusti* ii demum sunt nuncupati, solita illa IMP. C. seu *Imperatoris Cæsaris* nomina præferunt: aut vero quisquam arbitrabitur, bis *Cæsaris* nomen in ea nummi inscriptione, quod in eadem adverti a Viro eruditissimo merebatur, huic Numeriano tribui. Quod de aliis similiter, & quidem, vt intra hosce Constantii vel *maiores* vel *propinquos*, quos hic tangit Iulianus, me contineam, statuendum est, Constantio Chloro, Constantino, Delmatio, Licinio Iuniore, Crispo, Constantino iuniore, ipso Constantio, Constantio Gallo, Iuliano; in quorum nummis, cuiusmodi complures suppedit[a]bunt (vt de præclaris, quæ sæpius versauimus, Cimeliarchiis sileam) eruditissimi Du Cange Familiæ Byzantinæ aut Ill. Mediobarbus, illud discrimen perpetuo seruatum videas, vt solis primi fastigii principibus ceu *Augustis*, non vero iis adhuc vel tantum *Cæsaribus*, IMP. nomen tribuatur. Qui enim Constantii Galli, Iuliani fratris, traditus ab Occone nummus, & inde ab Ill. Mediobarbo, inscriptus IMP. C. GALLVS P. F. AVG. male eidem Gallo tribuitur; quod vel solum *Augusti* ibidem nomen arguebat, ac prout eundem ad Trebonianum Gallum referendum iam monuerat Cl. Tristanus Comm. Tom. III. p. 659. Vnde, vt hoc ad-

dam, quod capto iam a P[illegible] Valeriano [illegible] tre, re[illegible] in Fastis VAL[illegible] RATORE [illegible] Trebellius P[illegible] cap. XIV. id omnino de Vale[r]iano Gallieni [illegible] tre, non *Cæsare* solum, sed *Augusto* po[illegible] *peratore*, vt [illegible] e pluribus [illegible] n[illegible] quet, intelli[g]i debet sicut qu[illegible] eodem P[oll]ione, nempe in Valeriano [illegible] pultus prop[e] Mediolanum di[c]itur, [illegible] *tulo Claudii iussu*, *VALERIANI* [illegible] *RATOR*. V[t] proinde dict[illegible] ud h[illegible] bellium loco, de *dignitate* huius V[illegible] Iunioris ceu *maiestate*, vt ibi loquitur, [illegible] *sarea* scilicet vel *Augusta* exstiterit, d[illegible] dum ei non amplius fuerit: ne[c] c[illegible] Casaubono ad eum locum, id d[e] al[t]ero [illegible] nino Valeriano, qui *Cæsar* ta[n]tum fu[illegible] *Augustus* ac *Imperator*, quod plures eius [illegible] mi adhuc obuii itidem arguunt, di[illegible] stis potuit. Mansit enim in iisde[m] [illegible] Actis publicis aut monumentis hæc pr[illegible] & consueta primi fastigii principum, seu [illegible] *gustorum*, appellatio: vnde, vt alia nun[c] [illegible] tam, Galerio Cæsari, vt sibi imperio c[illegible] Diocletianum hortanti, respondisse i[illegible] ctantio dicitur de Mort. Pers. [c]ap. X[illegible] *NOMEN IMPERATORIS cupis adipi*[illegible] *pedimento nihil est, quo minus omnes AV*[illegible] *STI nuncuparentur*: & iam ante cap. IX. [illegible] eodem Galerio: *postea enim, quam nome*[n] *IMPERATORIS accepit, exuto socero*, [illegible] pe post abdicatum a Diocletiano imperi[illegible], & Galerium e *Cæsare*, *Augustum* ac *Imperat*[o]*rem*, vna cum Constantio Chloro, n[illegible] p[illegible] rum. Vnde etiam nupero ac eru[di]ti[ssim]o aurei illius opusculi editori Paulo Bauldri, iisdem adductis Lactantii locis, superior [illegible] Cl. Pagi adfirmatio opportune ac mer[illegible] specta visa est p. 82. P. I. Et quam[illegible] ca[p.] XIV. eiusdem libri, *duo Imperatores* de Di[o]cletiano, *Augusto* etiamnum, & eodem Gal[e]rio, adhuc *Cæsare*, dicantur, id ab ipso Gal[illegible], *Cæsaris* nomen, post debellatos ab e[illegible] detrectante ibidem dici, monuit Vir [illegible] tissimus, & dum superesset adhuc et[ia]m[illegible] alter iuxta Diocletianum A[ug]ustu[s] & In[illegible] rator Herculius. Hinc d[illegible] isce age[illegible] pr[illegible] pibus E[u]menius, ita eosdem distin[illegible] pro restaurandis scholis cap. IV. *Diuin*[illegible] *Im*[illegible] *ratorum Cæsarumque nostrorum provid*[illegible] nempe per *Imperatore*[s], Diocletian[u]s & [illegible] culius, per *Cæsares*, Constantius [illegible] Galeri[us] designantur. Sic de [illegible] qui post parentis obitum *Cæsar* [illegible] de re iam ante) a Galerio, de[illegible] *Au*[illegible] & *Imperator* ab He[r]culio [illegible] vtriusq[u]e [illegible] Imperat[o]r[illegible] Pane[illegible] Anonym[u]s [c]ap. II. *Et tibi*, *Constant*[illegible]

Sic

Socerum [illegible] *IMPERATORIS accrevit* prout [illegible] quin *exuto Socero nomen Imperatoris ac cepisse* a Lactantio dicitur, loco paullo ante adducto, Galerius. Accedit, quod nimus accuratæ nonnunquam Auctorum Romanorum aut Græcorum, vbi de primi aut secundi fastigii principibus agunt, ac pro personarum, vel argumenti, quod iis est in manibus, intuitu, locutiones, aliunde, & ex annalium quidem fide, certisque & indubitatis eorundem temporum monumentis, intelligi continuo & explicari debeant. Quomodo etiam vel Αὐτοκράτορες Καίσαρες, vti paullo ante vidimus, dicti ab Eusebio idem ille Galerius & Constantius Chlorus adhuc *Cæsares*; & dicto libro Lactantius cap. VII. de Diocletiano, *tres enim participes regni sui* (hoc est, Græcorum more, τῆς βασιλείας seu *imperii*) *fecit*; quum tamen vnus e *tribus* illis, nempe Maximianus Herculius, collega eius foret ac in imperio socius, & inde *frater* eius ab hoc ipso Lactantio alibi, vti etiam in Mamertini Panegyrico, (qua de re in sequentibus) appellatus: reliqui autem duo, Galerius Maximianus & Constantius Chlorus, *Cæsares* tantum forent ac *minores*, vt ille Galerius de se & Constantio loquitur eod. Lib. cap. XVIII. *Cæsares* autem e Constantii, qui hic designantur, propinquis tantum extitere, non autem *Augusti* vel *Imperatores* vulgo appellati, dicti paullo ante *patrueles* eius & *cognati*, Licinius iunior, Delmatius, Gallus, recensque ea dignitate ornatus a Constantio Iulianus; *Regis* vero iuxta veterem nummum a viris eximiis Henr. Valesio sub Ammiani initium, & Io. Tristano Comm. p. 501. Tom. III. vulgatum, immo *Reges Regum* nomine, iuxta Anonymum in Excerptis Valesianis, Armeniæ nempe, Cappadociæ & Ponticarum gentium) dictus a Constantino M. Hannibalianus. Reliqui vero, quos paullo ante adduximus, nempe eiusdem Constantii πρόγονοι Claudius, auus vterque paternus & maternus, parens, fratres, *Augusti* omnes ac *Imperatores* nuncupati. Quæ singula vtique, præter Auctores vel Annales eorum temporum subinde in iis mutilos aut confusos, ex antiquis eorundem Cæsarum vel Augustorum nummis, vt luculentis ac indubitatæ fidei testibus, haud parum lucis aut roboris fœnerantur.

Ibid. D. lin. 4. ἅπαντες αὐτοὶ κτησάμενοι τὴν ἀρχήν) Duas hic eorundem, seu primi seu secundi fastigii, Principum classes distinguit Iulianus; primam nempe eorum, quos hic tantum, qui imperium ipsimet, non adoptione quidem aut suffragiis principum, qui summam rerum tenebant, vt reliqui, quos mox innuit, legitime tamen [illegible] prævia nempe Senatus Populique Romani & exercituum, vt ea de re iam supra a nobis actum, nuncupatione aut consensu auspicato sibi pepererant. Qua ratione nempe *legitimos principes*, vt de Cæsare Iuliano loquitur Ammianus Lib. XV. cap. VIII. sub finem, hic a *tyrannis* secernit, qui imperium Romanum vi, spreta nempe Principis adhuc imperantis, aut eo mortuo omni Reipublicæ maiestate, inuaserant, quibusque ferax inprimis exstitit illud, & quod paullo ante præcesserat, seculum. Qualis autem e dictis nempe Principibus, Constantii vel maiuribus vel propinquis, qui imperium ἰδίως *sibimet pepererant*, occurrit continuo Claudius Gotthicus; vt vel ex illis Senatus acclamationibus liquet, quibus eundem nuncupatum *Imperatorem* amplissimus ordo prosequutus dicitur apud Trebellium Pollionem in eius vita cap. IV. aut prout de eodem Imperatore ab Eutropio dictum iam antea vidimus, *Claudius a militibus electus, a Senatu appellatus Augustus.* Eo enim iure, non vero, quod ab vtroque Victore traditur, quasi nempe Gallieni morientis sententia, missoque ad eum imperii signo, foret Imperator designatus, imperium eundem Claudium constat obtinuisse. Neque etiam, etsi certa foret illa de hoc Imperatore a Gallieno destinato narratio, ea erat huius morientis auctoritas, isque tum imperii, quod plures simul principes ceu tyranni iam inuaserant, status, vt magna Gallieni, *Rempublicam*, vt de eo Eutropius, ante obitum *deserentis*, in eligendo Imperatore, habita foret ratio. Mitto iam quod de Constantino, qui nempe ab vno Deo, non vero aliorum suffragiis, sit ad imperium prouectus, tradat in eius vita Eusebius Lib. I. cap. XXIV. ὡς ΜΗΔΕΝΑ ἀνθρώπων ΜΟΝΟΝ ΤΟΥΤΟΝ τὸν μεγαλωνύμων αὐχῆσαι, τῶν ἄλλων ἐξ ψήφου τῆς τιμῆς ἠξιωμένων, *adeo, vt cum ceteri omnes aliorum suffragio hunc honorem consequuti sint, SOLVS HIC fuerit, de cujus promotione nemo gloriaretur.* Quod oratorie tamen ibi ab Eusebio dictum, ex aliis eiusdem locis, vbi a Constantio ante obitum, mox etiam a militibus, Imperatorem & Augustum nuncupatum eundem Constantinum dixerat, cap. XXI. & XXII. eiusdem Libri, etiam ante Hist. Eccles. Lib. VIII. cap. XIII. est manifestum. In quem autem Principum, qui *legitime imperium sibimet sibi*, vt hic dicitur, *pepererunt*, censum non referendus venit MAXENTIVS; quamquam Herculii Imperatoris filius & Constantii auunculus. Hunc enim Romæ militari tumultu, præter Galerii Maximiani tum rerum potientis, ipsiusque parentis, sed tum priuati, Herculii voluntatem, creatum *Imperatorem* tradunt

 scri-

ſcriptores eorundem temporum, Eutropius, Aurelius Victor, Anonymus de Geſtis Conſtantini &c. Vnde etiam eum *tyrannidem* Romæ rapuiſſe tradit haud vno loco Euſebius, vt Lib. VIII. Hiſt. Eccleſ. cap. XIV. & Lib. I. de Vita Conſtant. cap. XXXIII. quemque non alio, quam *tyranni* nomine deſignat in ſequentibus eiusdem libri capitibus & alibi Euſebius, tum in Conſtantini Panegyrico Nazarius; atque interemptum anno tyrannidis ſexto refert Victor Schotti. Ita NEPOTIANVM cognatum itidem Conſtantii, Eutropiæ quippe eius amitæ filium, perditorum aliquot hortatu *Auguſti* demum nomen rapuiſſe, eundemque brevi oppreſſum memorat Victor in Epitome. Vt vel inde non *legitime imperium peperiſſe* vtrumque Maxentium & Nepotianum conſtet: quanquam Maxentio *confirmatum*, a militibus nempe ſeu Prætorianis, imperium dicant Eutropius & Victor: immo illum etiam, vt *Imperatorem*, tandem a Galerio Maximiano, ſolo tum Auguſto, vna cum Licinio, Maximino & Conſtantino, nuncupatum tradat Lactantius de Mort. Perſec. cap. XXXII. ſub finem: *Recepit ille* (Galerius) *mæſtus ac dolens, & vniverſos quatuor IMPERATORES iubet numerari.* Cui accedit etiam Eutropius Lib. X: *Respublica tum ab his quatuor IMPERATORIBVS tenebatur, Conſtantino & MAXENTIO, filiis Auguſtorum; Licinio & Maximino, nouis hominibus.* Adeo vt non *legitime* quidem ceu ἐνόμως, vt hic dicitur, *imperium ſibi peperiſſe* cenſendus ſit, quod modo dixi, Maxentius; ſed accedente poſtea illius, qui ſummam rerum tenebat, voluntate & conſenſu, imperium tum demum *legitime* obtinuiſſe; ac proinde eum inter Romanorum *Imperatores*, non *Tyrannos* ita proprie dictos, haud male collocari. Quod enim nefarie ac tyrannice, ſicut de eo Auctores, ille imperium exercuerit, id haud magis eum, quam Caligulam, Neronem, Commodum, Domitianum &c. aut eorundem temporum *legitimos* quamquam principes & Imperatores, illum ipſum Galerium, Maximinum, aut parentem etiam Herculium, aliosque id genus tyrannice imperantes, ac inde *tyrannos* etiam frequenter ab illius æui ſcriptoribus nuncupatos, tangit.

Ibid. D. lin. 5. ἡ παρὰ τῶν κρατούντων εἰσποιήσεως) Altera nempe vel *Cæſarum* vel *Auguſtorum*, e Conſtantii huius maioribus aut propinquis, claſſis, qui *ab Imperatoribus*, vt hic dicitur, *adoptati*, tanquam eorum ſucceſſores; aut vero qui ad æquale cum iis imperium erant adſciti. Inducto, vt notum, ab Auguſto, ac inde repetito ſæpius, & ſubinde extra domum imperatoriam, prioris illius ſeu Cæſareæ *adoptionis* more: qua ratione [illegible] a Galba, quamquam infelici exitu, vt imperii hæres adoptatus, ac prout ea de re Galba ipſe ait apud Tacitum Lib. I. Hiſt. cap. XV *Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſiuit, ego in Republica.* Alterius vero, ſeu æqualis cum adoptante imperii, nec intra domum itidem aut propinquos, exemplum præbuit ac ſucceſſoribus reliquit, *adoptatus* a Nerua Traianus: nempe vt ea de re Plinius Paneg. cap. VII. *nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla neceſſitudo*, & mox, *fecit hoc Nerua, nihil intereſſe arbitratus, genueris, an elegeris.* Adeo, vt in *filiorum*, vbi orbi eſſent Imperatores, vicem, *adoptiui*, ceu propinqui ceu extranei, ab iis tanquam veris Patriæ Patribus, pro arbitrio, & *Reipublicæ* quidem *cauſſa*, vti ab Auguſto, adoptante pro concione in [illegible] Tiberium, dictum tradunt Velleius Lib. II. cap. CIV. & Suetonius in Aug. cap. XXI. a[illegible]ſciſcerentur; ac prout de Traiani adoptione dixit Auſonius in Cæſaribus,

Nulla viro ſoboles, imitatur ADOPTIO prolem,
Quam legiſſe iuuet, quam genuiſſe vel[illegible]

Immo cuius adoptionis illuſtre etiamnum [illegible]numentum in præclaro Traiani nummo obſeruarunt nobiles antiquarii, in quo eidem Principi paludato, ceu militari habitu, togatus Nerua dextram, quaſi per manus ei tra[illegible] imperium, porrigit, cum inſcr. ADOPT[illegible] Quamquam, quod ſimul monendum hic fuit, quum de nummo illo, dum nuper in Galliis agerem, diſceptatum eſſet in literato apud illuſtriſſimum Aumontii Ducem conſ[illegible], non ADOPTIO, prout ille a Cl. Triſtano [illegible] vulgatus p. 371. Tom. I. ſed PROVID. in eodem legi, is qui eum tractauerat, eximius ac ſedulus harum antiquitatum ſcrutator, Andreas Morellus euicerit. Idem autem, datis nouiſſimis ad me litteris ſignificauit in Goltzii ineditis adhuc ſchedis, aureum [illegible] poſtea vidiſſe depictum Traiani n[illegible], nuſpiam alioquin a ſe, quod de me pro[illegible] itidem poſſum, viſum, in quo hæc e[illegible] ADOPTIO ſignabatur, miſſaque ſequenti e[illegible]dem ad me icone, quam in [illegible] gratiam opportune hic adpo[illegible] & e[illegible] quidem lubentius, quod primæ Tri[illegible] Traiani poteſtatis, primique eius C[illegible]tus, conſignatam ibi memoriam obſer[illegible], c[illegible]us nulla fit mentio in add[illegible] a T[illegible] & [illegible]ter Areſchotan[illegible] cu[illegible] ADOPTIONIS nomine ac typo, nec in al[illegible] etiam Traiani, quos deſcripſerunt [illegible] celebres antiqu[illegible].



Adoptati autem ab Imperatoribus, quos hic tangit Iulianus, principes, non vt priuati olim stante Republica, lege curiata apud populum, quod tamen ab Augusto nepotem Agrippam & priuignum Tiberium adoptante adhuc factum tradit Suetonius in Aug. cap. LXV. sed eo & potiori adhuc iure, quo sub Imperatoribus priuati etiam, & quidem, qui sui erant iuris, sola Principis auctoritate ceu rescripto, vt liquet e Lege II. D. de Adoptionibus, ac præterea e Lege VI. Cod. eod. tit. poterant adoptari ceu adrogari. Quomodo apud Imperatorem Valerianum *adrogatus* dicitur ab Vlpio Crinito Aurelianus, additaque eius adrogationis formula a Vopisco in Aureliano cap. XIV. Vnde etiam haud una ratione, ac ad Imperatorum arbitrium, peracta ab iisdem eorum, quos illi imperii vel hæredes vel participes adsciscebant, adoptio. Id enim vel *testamento* ab iis factum, (quum alioquin testamentaria priuatorum adoptio, nisi a Principe confirmata, locum non haberet, qua de re videri potest ὁ πάνυ Cuiacius Lib. VII. Obseruat. cap. VII.) vnde de Aelio Vero, ab Hadriano adoptato ait Spartianus in Aelio cap. II. *CAESAR est appellatus, non testamento, VT ANTEA SOLEBAT.* vel *in Senatu*, prout a Galba cum amicis consultatum dicitur, *an pro rostris, an IN SENATV, an in castris ADOPTIO nuncuparetur*, apud Tacitum Lib. I. Hist. cap. XVII. & quod alias, vt in Antonini Pii adoptione, e Capitolino cap. IV. factum constat; vel etiam *in Capitolio*, prout ibi & *aduocata hominum concione Deorumque*, sicut ea de re in Panegyrico cap. VIII. Plinius, breuique illa, quæ apud Xiphilinum p. 241. legitur formula, adoptatus a Nerua Traianus. Ita Principum *litteris* ceu *Rescriptis* idem quoque nonnunquam præstitum, vt de Hadriano Spartianus cap. IV. *quinto Iduum Augusti die LITTERAS ADOPTIONIS accepit*, quod in priuatorum adoptionibus, *Principis* ceu *principali Rescripto* fieri, vt paullo ante vidimus in libris Iurisconsultorum, aut Constitutionibus Imperatorum, & *sacro Oraculo*, §. XI. Instit. de Adoptionibus dicitur. Adde *in castris* & pro tribunali, seu militum concione, vt a Galba Pisonem adoptante, e Tacito ac Suetonio, ac dein ab aliis principibus subinde factum liquet. Adeo etiam, vt *adoptati* ceu υἱοποιητοὶ proprie ii demum fuerint dicti, qui pro *genitis*, vt de iis Seuerus Imp. apud Spartianum cap. XX. seu eorum loco, ac *per adoptionem filii*, imperii hæredes ac successores ab Augustis eligebantur, non ii vero, qui & Collegæ ac primi fastigii participes, indeque etiam, non vt *filii*, sed vt *fratres*, adsciscebantur. Cuius tamen vtriusque generis, primi nempe & secundi fastigii principes ceu qui *filiorum*, aut qui *fratum* loco essent, exstitere, qui e maioribus Constantii vel propinquis vel *adoptati*, vel *adsciti ad imperium, ab iis, qui summam rerum tenerent*, hic dicuntur. Talis vtique maternus Constantii auus Maximianus Herculius, quem Diocletiani, quamquam ab eo, si Eutropio fides, primum Cæsar dein Augustus nuncupatus, *fratrem* vocat Lactantius de Mort. Persecut. cap. VIII. *quid FRATER eius Maximianus, qui dictus est Herculius?* & prout de vtroque a Mamertino in Maximiani Genethliaco dicitur cap. VII. *Non fortuita in vobis GERMANITAS est, sed electa;* dein, *certissima FRATERNITATIS est, vsque ad imperium similitudo.* Quæ abunde arguunt, non antea *filii* loco, aut postea *fratris*, adoptatum fuisse a Diocletiano Maximianum: quorum nempe neutrum Romanorum legibus, aut Imperatorum constitutionibus fieri poterat, quum duobus tantum tribusue annis prouectior esset Maximiano Diocletianus: *ADOPTIO autem locum non habet, nisi in his personis, in quibus etiam NATVRA potest habere*, iuxta Leg. XVI. D. De Adoptionibus. Adde, quod ab vtroque Impp. Diocletiano & Maximiano lata etiamnum exstet Constitutio VII. Cod. Iustin. De Hæredib. instituend. *quod NEC FRATREM sibi quisquam PER ADOPTIONEM facere poterat*, iuxta illud nempe a Iustiniano dictum, *adoptio naturam imitatur*, §. IV. Instit. De Adoptionibus. Qua ratione etiam L. Verus, non a Marco Aurelio, vt subinde in Historia Augusta legitur, sed cum Marco ab Antonino Pio adoptatus censendus est; vt præter Spartianum in Hadriano cap. XXIV. & in Aelio Vero cap. VI. ac alibi, aperte adhuc a Dione, quod non fugit ibi τὸν πάνυ Casaubonum, traditur, Lib. XV. p. 797. Quod adstruit præterea, vt hoc addam, & e modo dictis liquet, Victor Schotti, dum de eodem Marco ait, *FRATREM* (adoptione nempe iam ante, & tum adhuc imperii consortio) *Lucium Verum in societatem potentiæ accepit;* & similiter Ammianus Marcell. Lib. XXVII. cap. VI. *Nec enim quisquam antehac ADSCIVIT sibi* (non *adoptauit*) *pari potestate collegam, præter principem Marcum, qui Verum ADOPTIVVM FRATREM, absque diminutione aliqua maiestatis Imperatoriæ*

toria socium fecit. Vnde insuper lux maior Lactantio, eiusdem opusculi cap. XX. vbi de Galerio dicit, quod is Licinium, quamquam veterem amicum & familiarem, *ideo CAESAREM facere noluit, ne FILIVM nominaret; vt postea in Constantii locum nuncuparet Augustum atque FRATREM.* Adeo, vt hic apud Iulianum vox illa *εἰσποιηθέντες*, non pro *adoptatis* solum (vt vulgo eadem sumitur, ac vt eam reddidit Petauius) ac proinde *filiorum* loco; sed pro *adscitis* etiam in imperii societatem velut *fratribus* intelligi omnino debeat; & prout similiter, apud Eusebium de iisdem vel Augustis vel Cæsaribus dicitur Lib. VIII. Hist. Eccles. cap. XXX. *μέτεισι τὰ τῆς ἡγεμονίας* εἰς ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΝ καὶ ΤΟΥΣ *μετ' αὐτὸν* ΕΙΣΠΟΙΗΘΕΝΤΑΣ, *Rerum summa delata est DIOCLETIANO, iisque, qui post eum ad imperii societatem ADSCITI SVNT*, vt bene hæc reddit Cl. Valesius. Quomodo nempe a Lactantio eam in rem, ac de iisdem principibus, dictum loco iam antea alia occasione a nobis adducto de Mort. Persecut. cap. VII. *Tres enim participes regni sui fecit* (Diocletianus) *in quatuor partes orbe diuiso;* quales nempe præter Diocletianum, Maximianus itidem, iuxta eum *Augustus*; Constantius autem Chlorus & Galerius Maximianus, *Cæsares*, non tamen vt *heredes* solum *Augustæ Maiestatis*, sicut de iisdem loquitur in Aelio Spartianus, de quo loco mox, sed vt in aliquam iam imperii societatem adsciti. Quod cæteroquin inter eos quatuor principes discrimen, notum ex historia & annalibus illorum temporum, non aduertit alibi doctissimus ille Eusebii interpres, dum ea verbi, quæ de iisdem exstant Lib. I. de Vita Constant. cap. XIII. *τεττάρων γὰρ ὄντων τῆς Ῥωμαίων αὐτοκρατορικῆς κοινωνῶν ἀρχῆς*, vertit: *Quum imperium Romanum a quatuor Augustis regeretur:* quum tamen nunquam iidem quatuor modo commemorati simul vt *Augusti* summæ rerum præfuerint, sed duo priores ex iis *Augusti*, reliqui duo *Cæsares* demum forent, seu vt de iisdem ait ipsemet Galerius apud Lactant. de Mort. Persecut. cap. XVIII. *debere ipsius* (Diocletiani nempe) *dispositionem in perpetuum conseruari, vt duo sint in Republica MAIORES* (seu *Augusti*) *qui summam rerum teneant; item duo MINORES* (seu *Cæsares*) *qui sint adiumento.* *Augusti* quidem postea iidem *minores*, Galerius & Constantius; sed vbi *Augusti* fastigio & nomine deposito, in priuatorum sortem redacti sunt Diocletianus & Maximianus. Ab iisdem vero Constantius Chlorus & Galerius Maximianus *Cæsares* primum, velut *filiorum* loco adsciti, vt de iis tradit coæuus auctor Spartianus de Aelio Vero [illegible] Ha[illegible]no adoptato agens, in Aelio cap. II. loco paullo ante obiter indicato:

Neque eo modo, quo Traianus est adoptatus [illegible] *pr*[illegible]*pe genere, quo nostris temporibus a Dio*[illegible] *clementia Maximianus* [illegible] nempe Gal[illegible] *Constantius CAESARES dicti sunt* [illegible] *dam PRIN*[illegible]*IPVM FILII viri & d*[illegible] *AVGVSTAE maiestatis HAEREDES*. N[illegible] ita, vt Diocletiani Gale[illegible]us, Maximiani a[illegible] Constantius, totidem *quasi filii* fueri[illegible] habiti; & quidem acc[illegible]te adfinit[illegible] lo, quo priori Diocletiani filia, alt[illegible] miani priuigna est in vxorem data, vt ea[illegible] Victor Schotti: *His de caussis Iulium C*[illegible]*stantium, Galerium Maximianum, cui* [illegible] *men* Armentario *erat, creatos CAE*[illegible] *in adfinitatem vocant. Prior Herc*[illegible] *priui gnam, alter Diocletiano editam sortiuntur.* [illegible] de etiam factum, vt illi non *soceri* [illegible] eam adfinitatem, sed *patrum* etia[illegible] loco [illegible] illos *quasi filios*, vt modo de iis Spartianus, [illegible] *sares & Augustæ maiestatis heredes ad*[illegible] fuerint ab iisdem habiti. Vnde etia[illegible] Cæsar Constantius *Herculius*, ab i[illegible]lo [illegible] Maximiano Herculio, ipse autem Her[illegible] *ter* eius dictus, iuxta Eumenium Orat. [illegible] staur. Scholis cap. VIII. *Credo igitur tali CAESAR HERCVLIVS & aui Herculis & Her*[illegible] *patris instinctu* &c. Vt [illegible]e, quod præte[illegible] seruo, Constantinum, Constantii [illegible] p[illegible] Maximiani *iure adoptionis NEPOT*[illegible] *M*[illegible] rit Anonymus in Panegyrico eidem & Maximiano Herculio dicto cap. III. nempe [illegible] vno verbo moneri ibidem poterat a vi[illegible] ctis, iuxta Leg. II. de Adoptionibus, *hoc pr*[illegible]*um est eius ADOPTIONIS, quæ PER P*[illegible]*CIPEM fit, quod is, qui liberos in potestate* [illegible] *si se adrogandum dederit, non solum* [illegible] *ti adrogatoris subiicitur, sed & LI*[illegible] *in eiusdem fiunt potestate, tanquam N*[illegible] Quo iure itidem *pater* Galerii [illegible] a Lactantio dicitur de Mort. Pers[illegible] XVIII. quod proinde non debuit viris [illegible] tis negotium facessere, quasi *pater* pr[illegible] *s*[illegible]*ro* ibi a Lactantio demum nuncupetur, [illegible] ea etiam id a Cl. Toinardo ad e[illegible] bene animaduersum vidi. Qua[illegible] terea apud eundem Lactantium cap. X[illegible] Maximini Imp. *mater* dicitur, Galer[illegible] Maximiani vidua; ipse autem G[illegible] defunctus eius *pater*; a quo n[illegible] Maximinus fuerat adoptatus, eoq[illegible] *Cæsar* primum ab eodem Dioc[illegible] dem vero Galerio *Augustus* postea [illegible] *Imp*[illegible]*tor* nuncupatus. Ad quæ referri etia[illegible] præclarus, qui ab ill[illegible] diobarbo tradi[illegible]r, C[illegible] p. 459. cuius opportune memini[illegible] ctantium de Mort. Persec. p. 3[illegible] eruditione ac fide. Toinardus, n[illegible] STANTINVS FIL. AVG. [illegible]

Constantii scilicet & Maximiani huius Herculii, cuius alioquin nepos erat adoptione, vt modo dictum, Constantinus. Quamquam, vt hoc addam, non hosce solum *parentum* loco Constantinus, sed alios insuper decessores, aut bene de se vel parente Constantio meritos Imperatores, sicut Aurelianum, & ipsum quoque Diocletianum, *parentem suum* vocat; illum Leg. I. Cod. Iustin. De omni agro deserto; hunc vero Leg. II. Cod. Theodos. de Censu. Sic Claudius, nempe Gothicus, *parens noster* dicitur a Diocletiano & Herculio Leg. I. C. Ne liceat potentioribus. Vnde non natura solum vel adoptione *patres* aut *filii* dicti leguntur alibi in legibus a se latis Imperatores, sed ii in genere, a quibus imperium acceperant, aut vero in quos illud contulerant; prout is, de quo paullo ante, Maximinus Diocletianum, a quo fuerat *Cæsar* nuncupatus, & huius collegam Maximianum, τοὺς αὐτῶν ἡμῶν *patres ac parentes nostros* vocat in Epistola, quæ apud Eusebium legitur Lib. IX. Hist. Eccl. cap. IX. Quam in rem alia id genus exempla e Theodosii iunioris & Valentiniani III. Leonis præterea ac Anthemii Nouellis, & aliunde adhuc peti possunt; qualia congessit doctissimus Iac. Gothofredus ad leg. vnic. Cod. Theod. de Actionib. certo tempore finiendis. p.385. Tom. I. Ab eodem vero Constantino, quamquam non deessent eidem *geniti*, iique imperii hæredes futuri, *adoptati* tamen seu ad *Cæsarum* dignitatem adsciti, e sorore ac fratribus nati, Licinius iunior, Delmatius, Hannibalianus, hic etiam *Regis* nomine, totidem, quod antea etiam diximus, & quos hic tangit Iulianus, Constantii huius *cognati & patrueles*. Quales insuper eius patrueles extitere, adsciti ab eodem Constantio in Cæsarum itidem nomen, Gallus & Iulianus, non tamen ideo *filiorum* loco adoptati, sed vt *fratres* verius ad illud imperii consortium adsumpti; prout ipse Constantius Iulianum, *Cæsarem* pro tribunali nuncupans, ad milites ait apud Ammianum Lib. XV. cap. VIII. *Iulianum hunc FRATREM meum patruelem* &c. *in CAESARIS potestatem exopto*; e ipse ad eundem Iulianum conuersus, *Recepisti primæuus originis tuæ splendidum florem, amantissime mihi omnium FRATER*; & quomodo a Mamertino in eiusdem Iuliani Panegyrico cap. III. *frater Imperatoris*, hoc est, Constantii dicitur tum adhuc Cæsar Iulianus. Causam autem discriminis, cur nempe non *adoptatus* continuo dicatur a Constantio patruele, recepto alioquin Augustorum *Cæsares* nuncupantium more, idem Iulianus, vel antea frater eius Gallus; ea quidem ratio extitit, quod *adoptio*, iuxta illud e Iustiniano iam adductum, *naturam imitatur*; & inde Romanorum legibus eadem locum, vt paullo ante vidimus, in iisdem non haberet, *in quibus posset etiam habere natura*. Vnde *fratris* loco neminem posse *adoptari*, ipsorum Imperatorum Constitutionibus ventum itidem diximus: Constantio autem patruelis eius Gallus octo tantum annis, Iulianus vero quatuordecim circiter essent iuniores: natus quippe Constantius iuxta communem Chronologorum sententiam, de qua supra, anno Christi CCCXVII, Gallus vero anno CCCXXVI, Iulianus autem eius frater anno CCCXXXI.

Ibid. D. lin. 7. Κλαυδίῳ μνησθεὶς) *Claudius* nempe *Gothicus*, cuius ex familia nepotem Constantium Chlorum non Eutropius solum, aut recentiores longe auctores, Zonaras & Cedrenus, sed Eutropio etiam prior Eusebius statuit in Chronico; quem eo nomine iure redarguit in Animaduersionibus Scaliger: ni tamen potius Hieronymo, Chronici illius interpreti, id adscribi debeat. Merito enim potior habetur hic Trebellii Pollionis fides, qui in Claudio cap. XIII. Crispi Claudii fratris filia & Eutropio Dardano natum eundem Constantium tradit: cui accedit insuper Anonymus de Gestis Constantini Ammiano Marcellino a Valesio additus: *Constantius Diui Claudii optimi principis nepos EX FRATRE.* Quamquam idem Trebellius antea in Claudio cap. IX. *nepotem* duntaxat *Claudii* dicat eundem Constantium: *prorsus vt iam tunc Constantio Cæsari NEPOTI futuro videretur Claudius securam parare Rempublicam*; & mox cap. X. de eodem Constantio: *vt intelligant omnes, genus Claudii* &c. ac similiter in Gallienis cap. VII. *Claudio duce, qui postea imperium obtinuit, PRINCIPE GENERIS Constantini Cæsaris nostri*; & cap. XIV. *Claudius, a quo Constantinus vigilantissimus Cæsar originem ducit*. Plura quoque eandem in rem leguntur in Eumenii Panegyrico, quem Constantino dixit; vt cap. II. *Ab illo enim Diuo Claudio manat in te AVITA cognatio.* Mox: *Ab illo GENERIS AVCTORE in te imperii fortuna descendit.* Item: *Post duos familiæ tuæ principes* (Claudium nempe & Constantium) *tertius Imperator.* Quæ adstruit non hoc solum loco, sed infra adhuc Orat. II. p. 51. c. tanquam huius Claudii itidem gentilis, Iulianus, ᾧ γε μὴν τῆς ἡμετέρας συγγενείας ἤρξατο μὲν ΑΠΟ ΚΛΑΥΔΙΟΥ. *Nostri vero generis initium A CLAVDIO deductum est*; ac in Cæsaribus p. 313. d. vbi Deos dicit admirantes animi in Claudio magnitudinem, καὶ ἐπινεῦσαι αὐτῷ τῷ γένει τὴν ἀρχήν, *tum concesserunt illius posteris imperium*: ac circa finem denique eorundem Cæsarum, vbi Iouem fingit in Claudii Constantiique, Chlori nempe, qui ab eo genus duceret, gratiam, Constan-

tino eiusque liberis, post eorum obitum, pœnas, quas scilicet de iis Dii, impietatis & parricidarum cædium vindices, exigebant, remittunt. Quibus accedit in Panegyrico, quem Constantino M. dicat Optatianus Porphyrius; cuius aliquot ea de re versus, vti & priora e Iuliano nostro, quæ modo adduxi, loca, inter additas ad Eusebium postremas illustris Scaligeri curas itidem leguntur: a quo autem Optatiano *atauus*, vt obseruo, Crispi, Constantini M. filii, dicitur Claudius:

Rite ATAVO summo melior, cui CLAVDIVS acer Magnanimum sidus, DAT clarum e numine diuo IMPERIVM.

Addi iisdem possunt versus Claudii ab Oraculo, iuxta Trebellium Pollionem in eius vita cap. X. redditi:

Regnabunt etenim tui Minores
Et reges facient suos Minores.

Neque Græcorum more βασιλεύειν & βασιλεῖς, de *Augustis* & *Cæsaribus*, vt paullo ante vidimus, dictum; prout ipso etiam *Regis* nomine insignitus vnus ex illis Claudii *minoribus*, seu posteris, Hannibalianus. Adeo vt hæc oratorie ad extollendam Constantiani generis, quasi *Augustæ familiæ*, vt de ea re Trebellius eodem capite, originem, dicta ab iisdem Scriptoribus videantur; cuiusque auctor proinde fortissimus Imperator potius, quam priuatæ sortis frater eiusdem statuatur. Nisi forte quum Claudio nulli essent, quod Trebellius Pollio de eo tradit, liberi, Crispi fratris filia, eademque Constantii mater, & *Claudia* etiam iuxta eundem Pollionem, & Vopiscum in Probo cap. III. dicta, a Claudio statuatur adoptata, indeque illud *Claudiæ* nomen nacta. Ita vt Constantius natura eiusdem Crispi, adoptione autem Claudii nepos reuera exstiterit; adeoque diuersæ auctorum, vt Trebellii Pollionis, Eusebii, Eutropii, Anonymi de gestis Constantini, Porphyrii Optatiani, ipsiusque Iuliani, vt de recentioribus, Zonara & Cedreno sileam, ea de re narrationes conciliari inde & explicari debeant. Neque enim id continuo præstat, si, vt nonnullis eruditis visum, *nepos* pro *nepote ex fratre* dictus ab Eutropio, adde & ab Eusebio, statuatur: quum ab iis Constantius Chlorus non tantum Claudii *nepos*, sed *ex filia* aut *per filiam*, ipsius proinde Claudii seu natura seu adoptione *nepos* dicatur. Istud autem de illa Claudia fratris filia, a Claudia velut adoptata, iam a Petauio monitum in prioribus ad hanc Orationem notis anno MDCXIV. editis, in hisce autem, multis post annis, renouatis præteritum, nunc forte animaduerto. Id vero insuper factum, vt a *Flauii* prænomine Claudio, quod non e Trebellio solum, sed ex antiquis etiam lapidibus, sicut apud Gruterum CCLXXV. 9. [illegible] eius, qui hactenus prout prostant, ac [illegible] cæteroquin placuit, nummis patet, [illegible] *vii* similiter, tanquam eius po[illegible] ti sint Constantius Chlorus, eiusque [illegible] nepotes, & inter hosce ipsemet I[illegible] quod vel e nummis eorundem I[illegible] adhuc obuium. Mitto [illegible]s, qui ([illegible] *teri Imperatoriæ domus prærogatiua pr*[illegible] crederetur ad Imperium, sicut d[illegible] in dicto ante Panegyrico, Const[illegible] rus) Claudium, iuxta Victorem in E[illegible] Gordiano satum tradidere; aut [illegible] apud quem Hæresi LXIX. p. [illegible] dius Οὐαλεριανοῦ βασιλέως *Valeriani Imp*[illegible] *ris* filius, perperam hodie di[illegible] illud suffragaretur, si vti eius aut fratr[illegible] tilli successor Aurelianus, *Valerii* q[illegible] men tulisset Claudius; prout illud e Se[illegible] acclamationibus apud Trebellium Pollionem cap. XIIX. liceret colligere *vinus Valeri*[illegible] a[illegible] adfirmat ibidem ὁ Παῦν, quum tamen [illegible] *leriis*, sed *Aurelii* nomen manifesto præ[illegible] veteres Claudii huius inscriptiones a[illegible] mi. Vnde nec alibi id vt incertum, seu [illegible] si *secundum quosdam* tantum *Aurelius* [illegible] dius diceretur, ab eodem illustri Salmasio ad Vopiscum in Probo statui continuo d[illegible] sed apud Trebellium omnino *Aureliæ*, [illegible] rectius conieceerat magnus Casaubonus, [illegible] *Valeriæ* legendum liqueat. Accedit, q[illegible] haud infrequentes sint (quod iis, qui [illegible] versarunt, notum, & monuit etiam in [illegible] bianis Scaliger p. 254.) Epiphanii in [illegible] vel ad historiam vel chronologiam [illegible] ctant, lapsus & ἀμαρτίαι. Cuiusmodi o[illegible] sunt in serie illa Romanorum Imperat[illegible] quæ in libro de Ponderibus & Mens[illegible] dit, exempla: vt quum ibi duo *Seueri* I[illegible] ratores dicuntur exstitisse p. 174. [illegible] or nempe *M. Aurelius*, qui *Caracalla &* [illegible] sit dictus, idemque Antonini Pii [illegible] p. 172. nisi quod ex iis, quæ de [illegible] ratorum Romanorum [illegible] ex re[illegible] a eo traduntur p. 174. & inde, quod *M. Aur*[illegible] *lii* nomina tulerit, vt notum, *Caracalla* [illegible] imperiti alicuius magistelli glossæ po[illegible] Epiphanio adscribi debeat. Q[illegible] dem non potest, vbi Græcorum [illegible] ctorum more, *Maximianum* cum *Maximino*, quod doctissimum Animaduers[illegible] git, ibidem confundit Epiphanius; aut q[illegible] alibi, nempe in Hæreseon libris, S. Io[illegible] nonaginta annos natum, sub Claudio [illegible] insula egressum, quod sub Neron[illegible] contigit, Euangelium scrib[illegible] adg[illegible] dit; aut quum Apocalyp[illegible] mo adhuc versaretur, sub Claudio [illegible]

edidisse [illegible] us Hæres. LI. p. 434. & 456. edit. Peta[illegible], quum Origenem Decio imperante Al[illegible]driæ scribit floruisse p. 524. ac similiter Lib. de Pond. & Mens. p. 174. Tom. II. quem iam Seueri Imp. temporibus in summa fuisse gloria tradit Eusebius Lib. VII. Hist. Eccles. cap. VIII. aut dum eundem Origenem inter eos Scriptores recenset p. 638. qui contra Manichæos scripserant, quem tamen viginti circiter annis ante ortam Manichæorum hæresin sub Treboniano Gallo obiisse constat: prout hæc iam ad Epiphanium suis locis merito quoque animaduertit eruditissimus Petauius. Mitto, quod Maximinum Imp. qui Alexandri Seueri fuit successor, cum altero Maximino, qui tot annis postea a Diocletiano, *Cæsar*, & a Galerio dein, vel iuxta alios Scriptores, a semet ipso *Augustus* est nuncupatus, confudisse existimetur Epiphanius ab eodem Petauio Animadv. p. 254. de quo vlterius forte anquirendum. Sed hæc alterius loci.

Ibid. D. lin 8. *τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου ἐναργῆ παρέχειν*) Quod vel veteres huius Claudii numini abunde etiamnum præstant, in quibus inter alia non solum VIRTVS AVG. *fortitudo* nempe eius ceu *ἀνδρεία*, sub figuræ militaris, seu Martis etiam typo, Romanorum more adumbratur; sed aliæ insuper eiusdem virtutes togatæ, PIETAS, AEQVITAS, FIDES, LIBERALITAS, PROVIDENTIA &c. signantur. Cuiusmodi etiam cum id genus symbolis occurrunt plures Claudii nummi in hoc Electorali Cimeliarchio, ac inter alios singularis, qualis cæteroquin inter Decii & Etruscillæ nummos descriptus est a præclaris antiquariis, in quo mulier nempe dextra crumenam gestat, sinistra cornu copiæ cum inscr VBERTAS. Alium in Quintillo Claudii fratre, in quo mulier stans nummos effundit, cum eadem inscriptione, exhibent Ducis Areschotani numismata. Hæc autem singula non adulatorie solum, vt sæpe sub aliis Imperatoribus contigit, sed ex vero de eodem Claudio, quamquam breuis æui principe, dicta, docebit in eius vita Trebellius Pollio, qui hoc de illo cap. I. iudicium tulit: *qui si diutius in hac esset commoratus Republica, Scipiones nobis & Camillos, omnesque illos veteres, SVIS VIRTVTIBVS, suis consiliis, sua prouidentia reddidisset.* Mox: *in quo Traiani VIRTVS, Antonini pietas, Augusti moderatio;* & quæ plura id genus ibidem ac in sequentibus leguntur. Cui accedit Zozimus Lib. I. cap. XLVI. *τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος, ἐν πάσαις διαπρέψας* ΤΑΙΣ ΑΡΕΤΑΙΣ *tum etiam Claudius moritur, vir omnibus VIRTVTIBVS ornatus:* ac de eodem mortuo similiter Trebellius cap. XII. *familiare VIRTVTIBVS suis petiit cælum.* Cui consonum illud Eumenii in Constantini Panegyrico cap. II. de eodem Claudio: *Vtinam diuturnior recreator hominum, quam maturior Deorum comes;* hoc est, *Diuus.* Qualis etiam præter Trebellii, Eutropii, Victoris in Epit. ea de re testimonia, in nummis ac lapidibus antiquis inscriptus, ac inde radiatus, occurrit idem Claudius; & prout COMES OMNIVM DEORVM dicitur Hercules *θεῶν* in Inscriptione Reinesiani Syntagmatis p. 112. aut alioquin COMES AVGVSTORVM idem in Maximiani Herculii, ac filii eius Maxentii, nummis signatur.

Ibid. D. lin. 10. *τὰς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας βαρβάρους*) *Gothi* nempe ac *Scythæ*, prout ex vtroque illo populorum genere dicuntur extitisse hi *Barbari* apud Trebellium Pollionem in Claudio cap. VI. ac Zozimum Lib. I. cap. XLII. adde & Ammianum Marcellinum Lib. XXXI. cap. II. seq. quos deuicit Claudius. *Gothos* autem ac Gothicæ originis populos eosdem esse, qui vetustioribus seculis *Scythæ* fuerunt dicti, obseruat Procopius Lib. IV. Bell. Goth. cap. V. Nempe pro ea *Scytharum* ac *Celtoscytharum* appellatione, qua non solum omnes Septentrionales gentes iam olim a Græcis dictas monuit Strabo Lib. XI. p. 507. sed iuxta quam nominatim eo *Scytharum* ac *Scythiæ* nomine nuncupata regio Thraciæ opposita, ac *Istro* contermina, illiusque incolæ; prout Mœsia *minor Scythia* ab Anonymo de Gestis Constantini Valesiano, & Iornando in Geticis cap. X. est dicta; & *Scythicus Ister* pridem ante a Valerio Flacco Lib. VIII. v. 185.

Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Istri.

Ita etiam *Getæ* iam olim nuncupati qui *trans Danubium*, de quibus hic Iulianus, incolebant Barbari, postea autem *Gothi* sunt appellati; vt id tangit Spartianus in Caracalla cap. X. *Geticus Maximus, quod Getam occiderat fratrem, & GOTHI GETAE dicerentur:* Immo prout id obseruat, vbi eam sub Gallieno horum *Barbarorum trans Danubium* in Romanorum solum excursionem tangit, Philostorgius Lib. II. Hist. Eccl. cap. V. *ἐκ τῶν* ΠΕΡΑΝ ΙΣΤΡΟΝ ΣΚΥΘΩΝ, *οὓς οἱ μὲν πάλαι* ΓΕΤΑΣ, *οἱ δὲ νῦν* ΓΟΤΘΟΥΣ *καλοῦσι*, *ex iis TRANS DANVBIVM SCYTHIS, qui ab antiquis quidem GETAE, nunc vero GOTHI appellantur.* Quibus adstrui videtur *τοῦ πάνυ* Salmasii de Hellenist. p. 370. obseruatio, vbi eadem illi appellatio dicitur *Σκύθης, Γέτης, & Γοτθός.* Vt mittam, quod Scythæ illi, quos debellauit

 Clau

Claudius, *pars Gothorum* dicantur a Trebellio Pollione in Gallienis cap. VI. a quo insuper *Gothi* ibidem appellantur; a Zozimo autem in narratione huius rei Lib. I. cap. XL. & Græcorum quidem illius æui Scriptorum more, *Scythæ*, ficut ab Ammiano Marcell. dicto iam loco; ad quos autem opprimendos missus est primum a Gallieno Macrianus. Sub Gallieno enim contigit hæc *Barbarorum*, Scytharum vel Gothorum, de qua hic Iulianus, in Romanorum fines, Thraciam, Macedoniam, Illyricum &c. traiecto *Danubio*, irruptio. Vnde de eodem Claudio Eumenius in Constantini Paneg. cap. II. *immanesque GOTHORVM copias Ponti faucibus & ISTRI ore proruptas, terra marique deleuit.* Gothorum enim tum trans Danubium iis in oris, ceu qua ille *per Scythicum latus*, vt de eo Ammianus Lib. XXII. cap. VIII. in Pontum Euxinum se exonerat, sedes: quo traiecto, haud semel Romanorum fines, vt nunc primum ante Gallieni obitum, inuasisse eosdem constat, donec illi Valentis Imp. *permissu transeundi Danubii copiam colendique Thraciæ partes sunt adepti*, vt de ea re Ammianus Lib. XXXI. cap. IV. Quo respexit etiam de Gothis agens Procopius Lib. IV. de Bello Goth. cap. IV. Διαπορθμευσάμενοι δὲ ποταμὸν ἼΣΤΡΟΝ ἐν γῇ τῇ ῥωμαίων ἐγένοντο, *traiectoque DANVBIO flumine, in Romanorum fines se intulere*; dein, *sedes in Thracia ab Imperatore sibi* [illegible] *occuparunt*, donatique, et ibidem [illegible] nomine *fœderatorum*. Sed vt hæc [illegible] contigere, ita nunc Gothos, seu *trans Danubium*, vt hic Iulianus, *Barbaros*, variis pr[illegible] apud Marcianopolim, Byzantium, Th[e]ssalonicam, ac alibi, a Claudio eiusque duc[ibus] oppressos ac deletos memorant præter [Tr]ebellium in eius vita, ac Zozimum Lib. I. cap. XLI. Eusebius in Chronico, Eutropius, & di[c]tis iam locis Eumenius, ac Ammianus Marcellinus, Zonaras præterea, aliique. Sed q[uum] in rem sufficient pauca ipsius Claudii in l[itte]ris ad Brocchum Illyrici præsidem verba, apud Trebellium Pollionem cap. VIII. *Delevimus CCCXX millia Gothorum, II millia navium mersimus.* Vt proinde nullus Au[gu]storum potiori iure INVICTVS, aut vero GOTHICVS, dici in eius nummis, (si ut vtraque illa appellatio in iisdem legitur) aut opportunius VICTORIA GOTHICA in iisdem signari meruerit. Cuius vtique rei [fi]dem faciunt duo sequentia nummorum ecty pa, accurata summi talium artificis præstantissimi Andr. Morelli nostri manu descripta: quorum prior nummus exstat apud Canonicum Parisiensem Dronium, ab hoc veteri peculio præclare instructum, alter vero in Thesauris Regiis:





Adde alium, eumque oppido singularem huius Claudii nummum, quem possidet laudatus Morellus, in quo idem, qui conspicitur in posteriori nummo, typus, cum inscr. VICTOR. GERMAN. & quo referas forte, quod *Celtæ* etiam, ad quos ibi hæserunt duo Viri summates, Casaubonus & Salmasius, iuxta Erulos, iis *Barbaris* a Trebellio Pollione cap. VI. adnumerentur, qui Romanum solum sub hoc Claudio inuaserunt, quoque, vt mox addit, *eius fieret gloriosior toto penitus orbe VICTORIA.* Eadem cæteroquin postremi nummi modo adducti inscriptio, nempe VICTORIA GOTHICA, cum Victoriæ typo, prostat in nummis duorum Imperatorum, qui post Claudium vixere, & quorum alter [e]x eius propinquis, iuxta Græcum Scriptorem apud Vopiscum in Probo cap. III. alter e genere eiusdem seu pronepos, vt antea vidimus, ferebatur, Probus ne[m]pe & Constantinus: de quorum cæteroqui[n] contra Gothos aut Scythas (vt postremo nomine eos iuxta Eusebium, Libanium &c. v[o]cat Iulianus, vbi de Constantino agit in Cæsaribus p. 329.) rebus gestis non est iam dicendi locus. In huius autem victoriæ de Gothis a Constantino relatæ memoriam LVDI GOTHICI, aut iuxta Kalendarium Lambecianum Lib. IV. Biblioth. Vindob. p. 278. GOTTHICI, mense Februario celebrati [illegible]. Quibus addi insuper potest quum VICTORIAE GOTTHIC. (vt ibi illa describitur) i[n]scriptio in singulari Taciti Imp. nummo, [q]uem e sua penu antiquaria adducit Ill. Mediobarbus p. 410. tum illud GOTHICI elo[gium], quod ad huius Claudii, qui primus [ill]ud r[...]
li[...]

lit, exemplum, & aliis dein Imperatoribus, vt mox ab Aureliano, iuxta inscriptionem apud Gruterum CCLXXVI. 4. ac dein quoque a Iustiniano, sicut id ex eius Præfationibus aut Edictis in libris Iuris ciuilis obuium, & quidem post debellatos ab eius ducibus in Italia & alibi Gothos, est ibidem adsumptum.

Ibid. D. lin. 12. τὴν ἀρχὴν ὁσίως ἅμα καὶ δικαίως ἐκτήσατο) Quo iure Claudius ad imperium peruenerit, obiter antea vidimus; nempe Gallieni Imp. ante obitum, iuxta vtrumque Victorem, iudicio, aut verius mutuo Senatus Romani & Exercituum consensu ac voluntate. Qua de re Trebellius Pollio in Gallien. cap. XV. *Claudius, vir sanctus ac iure venerabilis, & bonis omnibus charus, amicus patriæ, amicus legibus, acceptus SENATVI, POPVLO bene cognitus, ACCEPIT IMPERIVM.* Vt proinde non inter *Tyrannos*, qui ante & post obitum Gallieni imperium, præter ius & fas, in aliqua Romani Orbis parte inuaserant, quique ad XXX numerum a Trebellio Pollione enarrantur, sed inter ἐννόμως κρατήσαντας, de quibus antea, siue *legitimos principes* seu *imperatores*, relatus sit omnino Claudius. Quod his etiam verbis, & ad maiorem Imperatoriæ stirpis, qua ipse iuxta Constantium prognatus erat Iulianus, illiusque, qui eius auctor, vt antea vidimus, ferebatur, gloriam ac laudem ab eodem hic obiter dicitur. Vnde Zozimo, vt sæpe alibi, ita in eo abroganda etiam fides, dum præter aliorum Auctorum, & qui propius Claudii tempora adtigerunt, narrationem, eundem cum Heracliano in Gallieni cædem tradit conspirasse, Lib. I. cap. XL. Mitto *iuste* etiam & *sancte* non *susceptum* solum, vt hic dicitur, sed administratum quoque ab eodem Claudio, breuis cæteroquin æui *imperium*; prout idem *iusti tenax* atque *Reipublicæ gerendæ idoneus* ab Eutropio dicitur, & *optimi Principis*, quod olim Traiani, elogium ei ab Anonymo de rebus gestis Constantini tribuitur: immo cuius vitam ita concludit Trebellius, vt dicat, *neque Traianum, neque Antoninos, neque quemquam alium Principem, a Senatu Populoque Romano, vel ante imperium, vel in imperio, vel post imperium, sic amatum vnquam fuisse.* Quo nomine etiam imperium posteris eius a Diis adsertum tradit infra Iulianus in Cæsaribus p. 313. qui iustum nempe, vt ibi ait, existimauerint, tam *amantis patriæ viri*, φιλοπάτριδος ἀνδρὸς, genus quam diutissime imperare; & iam ante a Trebellio in eodem Claudio cap. II. *Leges optimas dedit; talis in Republica fuit, vt eius stirpem summi Principes eligerent, emendatior Senatus optaret.* Vnde de eodem Claudio, lataque ab eo saluberrima lege, quam idem exemplo suo continuo sanxerit, refert Zonaras, Κλαύδιος δὲ χρηστὸς τυγχάνων ἀνὴρ, καὶ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗι στοιχῶν, ἀπηγόρευσε πᾶσι ζητεῖν ἐκ βασιλέως ἀλλότρια πράγματα. *Claudius autem quum vir bonus IVSTITIAEQVE sectator esset, interdixit ne quisquam bona aliena ab Imperatore peteret:* factum vero, quod ibidem subdit, vt mulieri, cuius prædium ante ex dono Imperatoris acceperat, querenti responderit: *quod Claudius adhuc priuatus nec leges alioquin curans, abstulerat, hoc eundem factum Imperatorem restituere.* Adde id, quod de eodem Principe, qui eum alioquin genere non adtingebant, tradunt Diocletianus & Maximianus Leg. I. C. Ne liceat potentioribus patrocinium: *DIVINE admodum constituit D. CLAVDIVS, CONSVLTISSIMVS princeps* &c. Exstant vero etiamnum in Codice leges aliquot ab hoc Claudio latæ, vt Lex II. C. de Diuersis Rescriptis, & Lex VI. de Seruitutibus. Ne iam illud tangam, quod Claudium in bello Gothico se pro patriæ salute, Deciorum more, deuouisse, fusis inde nullo exercitus Romani detrimento Barbaris, tradunt vterque Victor; qui tamen Claudius, deuictis prius Gothis aliisque Barbaris morbo interiisse a Trebellio Pollione, Eutropio ac Zonara dicitur; & ab Eusebio in Chronico, quod post superatos a Claudio Gothos, idem Sirmii sit mortuus. Prioribus quidem, seu vtrique Victori, suffragari videtur (quod vidit etiam nuperus idemque eruditus Historiæ Augustæ apud Gallos scriptor) Ammianus Lib. XXXI. cap. V. *Sed adsumpto in imperium Claudio, glorioso ductore, & eodem HONESTA MORTE prærepto, per Aurelianum acrem virum & seuerissimum vltorem pulsi*, Gothi nempe seu Scythæ.

Pag. 7. A. lin. 1. ἐν βασιλείᾳ τῆς διαίτης λιτότητος) Humanitus quid passus est doctissimus Interpres, dum hæc vertit, prout etiam in prima huius Orationis ab eo iam anno M DC XIV. vulgata editione legitur, *summam in ea amplitudine facilitatem*, pro, *in eo principatus fastigio, frugalitatem in victu.* Id enim notat, quod erat alioquin obuium, τῆς διαίτης λιτότης, prout *parcus vir* idem Claudius ab Eutropio dicitur, & quod vna etiam λιτότητος voce expressit Cicero Lib. VII. Epist. XXVI. *Lex sumptuaria, quæ videtur λιτότητα adtulisse* &c. Vulgo autem εὐτελὴς δίαιτα & εὐτέλεια, *victus vilitas* seu *tenuitas* ab Atticis, ac ab ipso Iuliano dicitur infra Orat. VI. p. 198. cui opponitur ab iisdem πολυτέλεια de *sumptuoso* seu *exquisito victu*, vt apud Aelianum Lib. VII. Var. Hist. cap. II. & apud Plutar-

tat Iulianus in Lycurgo p. 44. vbi Creticas *εὐτελείας*, seu *frugalem victum*, opponit Ionicis *πολυτελείαις* ceu ei, quem idem Iulianus paullo post vocat pag. 10. *ἀνειμένην δίαιταν, solutiorem victum.* Quam *frugalitatis in principatu*, vt hic dicitur, ac proinde in summa rerum omnium copia, ceu *ἐγκρατοῦς διαίτης* laudem, in Constantio prædicat infra Iulianus p. 13. ac in Marco Aurelio, in Cæsaribus; in Iuliano autem ipso, qui res eius attigere, (qua de re alibi) Ammianus, Libanius &c. Vnde eadem in Claudio virtus, seu *ciborum parcimonia*, vt eam vocat dictus modo Ammianus Lib. XXV. cap. IV. ab æmulo eiusdem laudis principe, & tanquam a posteris eius seruata, hic commendari opportune meruit: & quidem ob diuersos longe ceu dissolutos ea in re aliorum Imperatorum, & Gallieni maxime, qui proximus Claudii huius decessor exstiterat, mores; quem *belluationi vacasse*, indeque etiam Gallos, qui *luxuriosos principes ferre non possunt*, Postumium ad imperium vocasse, tradit in Gallienis Trebellius Pollio cap. IV. Hinc eundem Gallienum dicit *natum abdomini*, cap. XVI. & Romanis querentibus, quod inultum patrem Valerianum filius relinqueret, ab iis, qui eum circumstabant, requisiuisse, *ecquid habemus in prandio?* cap. IX.

Ibid. A. lin. 2. *καὶ τὴν ἀφέλειαν τῆς ἐσθῆτος ἐπὶ τῶν εἰκόνων ὁρωμένην ἔτι*) Altera hæc Claudii virtus, *in vestitu modestia*; quam geminam itidem in hoc principe laudem adtigit Eutropius, dum ille ab eo *parcus vir ac modestus* dicitur; ac prout cæteroquin vtrumque in Persarum institutis commendat Xenophon Lib. I. Inst. Cyr. p. 8. *καὶ ἐσθῆτος φαυλότεραι, καὶ δίαιται εὐτελέστεραι, vestitus vilior, tum victus tenuior.* Qua in re rursus diuersissimus exstitit Claudius a decessore suo, vt de aliis ante & post eum Principibus sileam, Gallieno, qui primus Imperatorum *cum chlamyde purpurea, gemmatisque fibulis & aureis Romæ visus est, vbi semper togati Principes visebantur, crinibus* præterea *auri scobe adspersis*, vt de eo ait in Gallienis Trebellius Pollio cap. XVI. Adde, eodem Auctore, *qui purpuream tunicam auratamque & manicatam habuit*; vnde cum molliori seu muliebri stola Deorum conuiuium, sed iussu Iouis mox inde eiectus, adiisse dicitur Gallienus infra in Cæsarib. p. 313. & ante quidem Sileni dicterio, tanquam puellæ instar auro vndique d[illegible]uens, pers[illegible]ictus. Quod vero hic addit Iulianus, in Claudii *imaginibus* hanc eius in vestitu mod[illegible] etiamnum conspi[illegible] q[illegible] ad picturas eiusdem Imperatoris eo adhuc æuo superstites, tum ad statuas etiam, quæ passim ei [illegible] erectæ, respicit; [illegible] nempe inter alia *omnes ordines, omnes* [illegible], *omnes ciuitates*, hunc principem honorasse dicuntur a Trebellio Pollione in eius vita cap. II. & adstruit insuper, id quod ea de re ab eodem additur, *expressa thorace vultus eius imago*, seu ea thorace tenus depicta: nempe non cum purpurea, iuxta Gallienum, aut gemmata etiam, quem morem inuexisse dicitur ab Eutropio Diocletianus, chlamyde, quum de Aureliano tamen dicat Victor in Epitome, *gemmisque & aurata omni veste vsus Aurelianus.* Qualem autem *ἀφελῆ*, vt hic dicitur, & expressam thorace Claudii imaginem, vel ante oculos ponunt adducti supra veteres eiusdem principis nummi.

Ibid. A. lin. 6. *ἔτυχεν μὲν γὰρ ἄμφω τῆς ἀρχῆς δι' ἀρετήν*) Neque *pariter* tamen, vt hæc reddit doctissimus Petauius, neque *pariter* iam, quod postremum ille in Notis animaduertit, cum potestate, *imperium obtinuerunt* duo hi Constantii huius *Aui*, Maximianus Herculius & Constantius Chlorus; quamquam vtrumque illud adstruere videantur adducta iam ante Lactantii verba de Mort. Persec. cap. VII. vbi de Diocletiano dicitur, *tres enim participes regni sui fecit.* Herculius autem a Diocletiano, & quidem solus, ad imperium adscitus, vix duobus a suscepto principatu mensibus, prout id e Diocletiani vicennalibus, iuxta eundem Lactantium cap. XVII. celebratis XII. Kal. Decembr. A. C. CCLXXXIV. contendit in Dissert. Hypat. cap. I. & nuper in Critica Baroniana eruditissimus Pagi, aut vero anno demum sequenti, quod e vicennalibus eiusdem Maximiani peractis A. C. CCCIV & Victore Schotti, qui *anno minus* Diocletiano eum tradit imperasse, est a doctissimo Petauio in magno opere de Doctrina Temp. Lib. XI. cap. XXXI. ac ab aliis dein, vt a Cl. Baluzio ad Lactant. de Mort. Persecut. cap. VIII. ex antiquis Chronici Eusebiani codicibus [illegible]que Pontaci Eusebio, iam adsertum. An vero *Cæsar* primum, iuxta Eutropium, dein anno sequenti CCLXXXVI. *Augustus*; an vero statim *Augustus* nuncupatus fuerit a Diocletiano idem Herculius, de quo dissentiunt viri illi præstantes, non est iam hic id anxie disquirendi locus. Vt mittam enim leges in Codice Iustinianeo obuias, quæ *Augusti* nomen, primo adsciti eius ad imperium anno seu CCLXXXV. eidem Herculio tribuunt, sicut Lex. I. C. Si aduers. donation. Lex VI. C. de Prædiis & al. Lex VI. C. de Testament. & illud certum, nuspiam hactenus vel nummis [illegible] qui enim vel ab Onuphrio, vel ab O[illegible]ne adducuntur cum illis NOB. CA[illegible] n[illegible] nibus,

nibus, non huic *Maximiano*, quod iam vidit doctissimus Norisius, sed alteri *Galerio* sunt adscribendi) eiusdem Maximiani, cuiusmodi magno numero etiamnum prostant in libris antiquariorum, aut in præclaris Cimeliarchiis; vel in lapidibus; vel in dictis mudo legibus ac rescriptis, nudo *Cæsaris*, sed *Augusti* nomine, eundem perpetuo signari. Quum tamen iuxta eundem Cl. Pagi, iam anno CCLXXXIV. nuncupatus foret a Diocletiano *Cæsar* hic Herculius, & anno demum CCLXXXVI. *Augustus*. Adde, nec a Lactantio, Eusebio, vtroque Victore, Idatio, aliisque, vllam *Cæsares* illius *imperii* huic Maximiano primum delati mentionem fieri. At vero, & cuius rei luculenti quum iidem Auctores tum veteres nummi sunt etiamnum indices ac testes, aliquot post annis demum, seu anno CCXCI. iuxta Idatium, aut verius anno sequenti cum Baronio, & nouissimo ac erudito eius Aristarcho, *Cæsar* vna cum Galerio Maximiano, creatus ab vtroque Augusto, Diocletiano & Herculio, *Constantius Chlorus*. Vnde liquet ominino, vt obiter hoc addam, corruptos esse variarum legum in Codice Iustinianeo titulos, in quibus legibus, quæ anterioribus annis, & quidem CCLXXXV. aut LXXXVI. &c. sunt latæ, non *Augusti* solum Diocletianus & Maximianus, sed *Cæsares* etiam, hic nempe Constantius & Galerius, præfiguntur, vt Leg. III. Quibus ex caussis &c. Leg. II. Si quis aliquem &c. idque cum solito in aliis lemmate, IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIAN. AA. ET CC. seu *Augusti & Cæsares*, quum nulli tum forent dicti mere *Cæsares*, sed duo tantum *Augusti*, nempe duo illi seniores.

Idem vero Constantius *Augustus* cum eodem Galerio dictus, vbi demum duo seniores abdicassent imperium; non quidem anno CCCIV. vt vulgo Chronologi, sed sequenti CCCV. sicut e Lactantio de Mort. Persec. cap. XIX. ac præterea e Victore Schotti, adsertum iam est a viris eruditis, Dodvvello Dissert. Cyprian. XI. & Pagi Critica Baron. ad A. CCCIV. Id vero animaduersione hic dignum, quod Maximianus Herculius, haud minus ac Constantius Chlorus, *ob virtutem ad imperium adscitus* a Iuliano dicatur; nisi id de *virtute* eius *militari* intelligendum, seu rebus feliciter in Gallia, aut contra Germanos, vel contra Quinquegentianos in Mauritania gestis, de quibus Eutropius & Panegyrici eidem Herculio dicti, ac prout eum *militia bonum* vocat Victor Schotti. Quo referri etiam debent plures, qui occurrunt huius Maximiani nummi, in quibus sub Herculis (cuius se, vt de eo Anonymus Panegyr. cap. VIII. *progeniem aequatis VIRTVTIBVS comprobauit*) vel aprum Erymanthium gestantis, vel leonem Nemæum, aut vero ceruum, domantis symbolis VIRTVS AVGG. ipsius nempe Herculii & Diocletiani adumbratur: qualis etiam cum postremo schemate nummus aureus exstat in hoc Electorali Cimeliarchio. Quibus addi potest insignis Regiæ Gallorum Gazæ e maximorum genere nummus, cui geminum iam ante protulit Octauius Strada de Impp. p. 163. vbi Maximianus hinc cum laurea in capite, dextra equi capistrum, sinistra clypeum tenens, in quo lupa cum gemellis, & præterea ficus Ruminalis cernitur, in thoracee autem eius inscr. VIRTVS MAXIMIANI AVG.





Hunc cæteroquin Herculium, vt sæuitia, ferita te libidine ac perfidia infamem, ac inde turpissimo mortis genere, ceu fractis laqueo ceruicibus, exstinctum, non Christiani solum horum temporum Scriptores tradidere, Lactantius de Mort. Persec. cap. XXX. & Eusebius Lib. VIII. Hist. Eccl. cap. XIII. sed Gentiles etiam, vt Eutropius, vterque Victor, & perhdi in eius quod adtinet, Zosimus Lib. II. cap. X. Adde ipsum Iulianum, qui postea in Cæsaribus, mortuo nempe tum Herculii huius nepote Constantio, eundem Maximianum, vt acerbe intemperanterque se gerentem, immo in omnis generis libidines effusum, ac nouandi cupidine & perfidia notatum, conuiuio Deorum excludit.

Ibid. A. lin. 9. πρός τε ἀλλήλας εὐνοϊκῶς ἔσχεν, καὶ πρὸς τὸν μεταδόντα τῆς βασιλείας εὐσεβῶς) *Mutuam* Maximiani Herculii & Constantii

ctione *fratrem*. hunc *Cæsarem* nuncupauerat Diocletianus, quique ambo in constanti erga eum fide ac obsequio permanserunt.

Ibid. B. lin. . ἀλλὰ σωτήρια τῷ κοινῷ ἱξεύρων) Multa vtilia ac *salutaria ad commune* Romani imperii bonum, a Diocletiano, quod hic dicitur, reperta, tradunt itidem Scriptores eorum temporum, Vopiscus, Eutropius, Victor Schotti; quibus eo maior præstari ea in re fides potest, quod nec vitia eiusdem dissimularint. Ita a Vopisco dicitur in Caro cap. X. Diocletianus *vir Reipublicæ necessarius*, & idem in Numeriano cap. XIII. vocat eum *virum insignem, callidum, AMANTEM REIPVBLICAE, amantem suorum, & ad omnia, quæ tempus quæsierat, paratum; consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis, sed prudentis; nimia peruicacia motus inquieti pectoris comprimentis*. Eutropius de eodem: *Ea tamen occasione ORDINAVIT PROVIDE multa & disposuit, quæ ad nostram ætatem manent*, dein: *Diocletianus moratus callide fuit, sagax præterea & subtilis ingenio* &c. *diligentissimus tamen & sollertissimus princeps*. Victor autem Schotti: *ob sapientiam deligitur, magnus vir*. dein: *Neque minore studio pacis officia vincta LEGIBVS AEQVISSIMIS, ac remoto pestilenti frumentariorum genere*; mox: *simul annonæ, vrbis ac stipendiariorum salus, anxie sollicitéque habita, honestiorum provectu; & e contra supplicus flagitiosi cuiusque, virtutum studia augebantur. veterrimæ religiones castissime curatæ, ac mirum in modum nouis adhuc altisque mœnibus Romana culmina & cetera vrbes ornatæ, maxime Carthago, Mediolanum, Nicomedia*. Quod e quidem Victoris de *æquissimis legibus* a Diocletiano latis iudicium, tuentur etiamnum tot præclaræ leges & constitutiones ab eo eiusque au piciis latæ, quæ passim exstant in Iustinianeo Codice, eæque plures etiam, quam alterius cuiusque Imperatoris. Neque ideo tamen cum Viro erudito, Lactantio fides continuo ab[illegible] da, dum ab eo cap. VII. & VIII. de Mort. Pe[illegible] Diocletianus, *scelerum inuentor & machinator* dicitur; aut cap. X. *qui sceleribus suis nihi non mereretur*; ac vt de grauissimo eius *scelerum*, atroci Christianorum persecutione sileam, dum notat ibidem præclarus Auctor, exhaustas sub eo tum militum ac præsidum insuper & officiorum numero ac [illegible]ine, tum insana ædificandi cupi[illegible] ciuitates ac prouincias, rapinas inde[illegible] & exactiones innumodicas; studi[illegible] [illegible]a res [illegible]turas scrutandi, & præ ti[illegible] [illegible] Io[illegible]s denique adsumptum [illegible]ntes, vt [illegible]t alibi ac sugillat idem Lactantius, nempe cap. LI. cognomen. Nec enim eadem ferme Diocletiani vel *vitia* vel *scelera* (quod opportune iam ad Lactant. p. 84. monuit postremus ac eruditissimus eius Editor, ac paullo ante innui) dissimularunt adducti modo iique Gentiles scriptores: non sæuitiam eius, qua *totam Aegyptum*, iuxta Eutropium, *grauibus proscriptionibus cædibusque fœdauit*, qua *obsequentem seueritoribus suis consiliis* imperii socium delegit Herculium: non calliditatem, qua eandem sæuitiam, *aliorum inuidia*, eodem teste, voluit *explere*; aut *parum honestam*, de qua Victor Schotti, *in amicos fidem*. Adde *Italiæ inuectum*, iuxta eundem, *tributorum ingens malum*, *inductamque* ea de re *legem nouam*, quæ *in perniciem processit*; *truncatas* præterea *vires vrbis*. Accedit, *quod imminentium scrutator*, ac inde metu seu cognitione impendentium malorum *Reipublicæ curam abiecit*; & *quod morte consumptus est PER FORMIDINEM voluntaria*, vt istud de eo tradit Victor in Epitome. Adde fastum denique, arrogantiam seu impietatem; illum, dum primus auream gemmatamque vestem, immo aurum etiam & gemmas calceamentis indidisse dicitur; hanc vero, dum non *salutari* se amplius, vti antea Imperatores, sed *adorari se appellarique vti Deum* passus est; sicut hæc rursus de Diocletiano, vt *superbia & ambitione immodica*, præter Eusebium in Chronico vterque Victor & Eutropius tradidere. Quibus vtique testatis consignatisque ipsorum inter Gentiles auctorum testimoniis, abunde Lactantii de eodem Diocletiano, quamquam cæteroquin consilio, prudentia, ac *multis salubriter*, quod hic ait Iulianus, *in commune* Romani imperii bonum *repertis* inclyto, iudicium ac fides comprobantur.

Ibid. B. lin. 3. τὴν μετ' ἀλλήλων κοινωνίαν μᾶλλον, ἢ τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν) Quam summam ac rari quidem exempli eorum principum; inter quos nouo consilio diuisum erat a Diocletiano Romani orbis imperium, *concordiam*, alibi etiam, nempe in Cæsaribus, tangit Iulianus, & magnifice itidem prædicant Auctores eorundem temporum, non in Panegyricis solum, quos iisdem dixerunt, sed qui cæteroquin eorum vitia non dissimularunt, Historici, ipseque, vbi de Diocletiano & Herculio agit, Lactantius. *Vestra hoc CONCORDIA*, ait Mamertinus in Maximiani Paneg. cap. XI. *facit, inuictissimi Principes, vt vobis in tanta æqualitate successuum etiam Fortuna respondeat. Rempublicam enim VNA MENTE geritis, neque vobis tanta locorum diuersitas obest, quominus etiam velut IVNCTIS DEXTRIS* vt

(vt ibi omnino legendum, quod viderunt alii, non *inuictis*, quemadmodum paullo ante cap. IX. *coeuntes inuictas dextras* de iisdem dixarat) *gubernetis*. Vopiscus in Carino cap. XVIII. *Quatuor sane principes mundi, fortes, sapientes, benigni, & admodum liberales, VNVM in republica SENTIENTES.* Victor Schotti: *Sed horum CONCORDIA maxime edocuit, virtuti ingenium vsumque bonæ militiæ* &c. *pene fat esse.* Quibus adde veteres nummos, & præ aliis insignem quidem hicque maxime opportunum, quem iam vulgauit Oct. Strada p. 164. in quo hinc Diocletiani expressa thorace imago, quæ ciconiæ *concordiæ* apud veteres, vt aliunde notum, symboli caput tenet; illinc duo Imperatores, Diocletianus nempe & Herculius, laureati ac paludati, orbis terrarum globum sustinent, quos duæ Victoriæ a tergo coronant, in medio harum velatus Sacerdos ante Aram accensam, cum inscr. CONCORDIA CAESS. AVGG. N. N. seu *Cæsarum Augustorum Nostrorum*, haud solito cæteroquin eiusmodi inscriptionum, vt in iis nempe *Cæsares* præponantur *Augustis*, more.

Adde aureum eiusdem Diocletiani nummum, quem adnotaui olim Romæ in Cimeliarchio Eminentissimi Cardinalis Franc. Barbarini, in quo figura sedens cum duobus cornibus copiæ & patera conspiciebatur, ac inscr. CONCORDIA AVGG. ET. CAESS. N N N N. seu *Augustorum & Cæsarum Nostrorum*; cui geminus Maximiano etiam tribuitur in præclaris Cimeliarchiis. Mitto vero alios nummos, in quibus quatuor iidem Principes celebrantur cum inscr. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KARTH. seu *Saluis Augustis & Cæsaribus Felix Carthago.* Immo cuius *concordiæ* eorundem Principum intuitu factum fingit in Cæsaribus Iulianus, vt in illo Deorum conuiuio, eorumque iussu, ante multos alios Imperatores sit illis consessus adsignatus. Neque tamen perpetuam fuisse hanc illorum *concordiam*, aut, quam horum singuli potiorem duxerint, quod hic ait Iulianus, imperium ad se vnum transferendi voluntatem, edocti sumus haud ita pridem ex aureo Lactantii Libro cap. XIX. vbi, quod iam ante obiter monitum, Diocletianus a Galerio Maximiano, quem & Cæsarem & generum adsciuerat, imperium abdicare inuitus adigitur, solusque rerum potiri idem Galerius est aduisus. Hinc de eodem Lactantius cap. XX. *Maximianus* (nempe Galerius) *postquam senibus expulsis quod voluit & fecit, se iam SOLVM totius orbis DOMINVM esse ferebat. Nam Constantium, quamuis priorem nominari* Augustum nempe & Imperatorem) *esset necesse, contemnebat, quod & naturæ mitis esset, & valetudine corporis impeditus. Hunc spectabat breui obiturum, & si non obiisset, vel inuitum exuere facile videbatur.* Vnde mortuo etiam anno sequenti eodem Constantio, ac superstite adhuc Diocletiano, sed, iuxta Herculium, iam priuato, solus Galerius imperauit vt Augustus, donec mox Seuerum e Cæsare Augustum itidem, vt e nummis eius & Lactantio præterea cap. XX. constat, nuncuparet. Is enim Constantinum, quamquam delato ei a patre ante obitum, ac dein ab exercitibus, eodem *Augusti* fastigio, *Cæsarem* tantum, quod & nummi eius, vti antea vidimus, & postea adhuc dicetur, arguunt, idem appellauerat: Maxentium autem Herculii filium, suumque præterea generum, qui vi imperium cum *Augusti* titulo inuaserat, vt tyrannum ac perduellum bello persequutus est idem Galerius.

Ibid. B. lin. 7. τῶν ἔργων ἔδειξε τα κάλλιστα. Contra Barbaros nempe multis rebus f[illegible] quaquauersum per orbem terrarum, v[illegible] antea diximus, Francos, Alamannos, [illegible]os, Sarmatas, Mauros Persas Saraceno[illegible]s, de quibus, vt alia mittam, Mam[illegible]inus in Maximiani Genethliaco cap. V. *Mit[illegible] iam dies festos victoriis triumphisque [illegible]s. Taceo tropæa Germanica, in media de[illegible]a Barbaria. Transeo limitem Rhætiæ rep[illegible] [illegible]stium claude promotum. Omitto S[illegible] vastationem, oppressumque captiui[illegible] eulis Saracenum. Etiam illa, quæ arm[illegible]rum vestrorum terrore fa[illegible] sunt, [illegible] præterea; Fran[c]os ad petenda[m] pac[illegible] Rege venientes, Parthumque [illegible]*

miraculis blandientem. Adde Eutropium & Victorem Schotti, qui hæc pluribus, & a quibus ex his principibus eadem nominatim sint gesta, vel commemorant vel tangunt; Eumenium item in Constantii Panegyrico cap. III. *Partho quippe vltra Tigrim redacto, Dacia restituta, porrectis vsque ad Danubii caput Germaniæ Rhætiæque limitibus, destinata Batauiæ Britanniæque vindicta,* &c. Vnde etiam *Britannici* cognomine Diocletianus, *Sarmatici* autem & *Persici*, quum ille, tum Heraclius dicti reperiuntur in Inscriptionibus antiquis; in ipsorum autem, ac præterea Constantii, quales pridem indicaui, nummis, VICTORIAE SARMATICAE signata occurrit memoria. Triumphus vero insignis de deuictis tot Barbaris, ac potissimum Persis, a duobus hisce Augustis, quorum nempe vel ductu vel auspiciis res ex dem erant peractæ, Diocletiano tantum & Herculio, Romæ actus; de quo videri possunt Eusebius in Chronico & Eutropius, quorum iste Lib. IX. cap. XVI. de iisdem imperium abdicantibus agens, addit: *Post triumphum inclytum, quem Romæ ex numerosis gentibus egerant, pompa ferculorum illustri, qua Narsei* (Persarum Regis) *coniuges sororesque & liberi ante currum ducti sunt.* Quibus addi possunt decretæ iis pridem, post priores victorias de Persis partas, idque veteri & in hac penu antiquaria subinde obuio ritu, triumphales quadrigæ, iisque insidentes iidem Diocletianus & Herculius; cuiusmodi videas in insigni nummo aureo Mediceo, multis annis ante triumphum ab illis actum cuso, quem edidit ac enarrauit vir eximia doctrina insignis P. Henr. Norisius. Mitto quod non *Magnus* solum & *Inuictus*, sed *super omnes retro Principes fortissimus* dicatur idem Herculius in veteri Inscriptione apud Gruterum CCLXXXI. 4.

Ibid. B. lin. 7. σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κορυφαῖα φύσιν τὸν &c.) Diocletianum nempe, quem Iulianus in Cæsaribus, tanquam chori ducem, a tribus illis, quos creauerat, principibus (ac proinde a Galerio etiam Maximiano, præter Herculium & Constantium Chlorum, ad quos, vt Constantii *auos* paullo ante dictos, hæc respiciunt) circumdatum tradit, eosdemque apparitorum vice apud illum functos. Quibus consentanea dicit Victor Schotti quum eo loco, quem iam hic adduxit doctissimus Petauius, tum alio adhuc: *Valerius* (nempe Diocletianus) *CVIVS NVTV OMNIA gerebantur:* quodque merito vt singulare inter quatuor Principes, & ad eam ætatem insolitum, prædicauit idem Victor. Hinc de Herculio, quamquam etiam Augusto, ac proinde eiusdem maiestatis & fastigii partici-pe, Eutropius loco alia occasione iam adducto: *Diocletiano IN OMNIBVS, etiam seueroribus consiliis, OBSEQVVTVS:* immo adeo quidem obsequens, vt illius e supremo fastigio in priuatam sortem concedentis exemplo, etsi *ægre obtemperasse* ab eodem dicatur Lib. IX. cap. XVI. Neque vero hoc obsequium eumue cultum reluctanti etiam eidem Diocletiano, prout statuit id in Cæsaribus Iulianus, ab illis tribus imperii consortibus delatum, abunde ostendit, id quod ab Eusebio in Chronico, & plenius ab Eutropio, de vno ex iis, Galerio Maximiano, refertur; quod is nempe, vbi post acceptam aliquam a Persis cladem *ad Diocletianum profectus ei in itinere occurrisset, TANTA INSOLENTIA fertur A DIOCLETIANO exceptus, vt per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse.* Factum tamen, prout e Lactantio nunc demum (qua de re iam ante) nobis constat, vt mutatis rerum vicibus, idem hic Galerius, exuto illo erga socerum & adoptione parentem dignitatisque auctorem obsequio, eundem inuitum ad abdicandum imperium adegerit: etsi de illo quidem Galerii facto sileant alii eorundem temporum Gentiles & Christiani auctores. Vnde illud hic etiam notatione dignum, quod de Diocletiano, ad illam priuati hominis sortem iam per annos septem octoue redacto, & eodem Galerio reliquisque tum imperii consortibus, Constantino, Licinio & Maximino dicit Eumenius in Constantini Paneg. cap. XV. *Felix beatusque vere, quem VESTRA, tantorum PRINCIPVM, colunt OBSEQVIA priuatum.*

Ibid. B. lin. 9. τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως καὶ φιλανθρώπως χρώμενοι) Mirum equidem hæc a Iuliano, Christiani adhuc nomen & cultum mentiente, apud Christianum Imperatorem, & Constantini M. filium, de Herculio Maximiano haud minus, ac de Constantii ac Iuliano auo Constantio Chloro hic dici, quod nempe *erga subiectos sibi populos sancte atque humaniter se gesserint.* Vt enim mittam quod ab Eusebio Lib. VIII. Hist. Eccl. cap. XIII. ἀνοσίω καὶ δυσσεβεστάτω *scelerati & maxime impii* nominibus decoretur idem Herculius; aut quod a Lactantio de Mort. Persec. cap. VIII. rapacitate, exactionibus immodicis, cædibus, nefanda libidine, grassatus idem dicatur, quique *his constare felicitatem imperii sui putabat, si libidini & cupiditati malæ nihil denegaret;* haud saniora de eo tradunt illius aut proximi æui Auctores, Eutropius Lib. IX. cap. XVI. *Herculius autem propalam ferus, & inciuilis ingenii, asperitatem suam etiam vultus horro-*

barrere significans; & Lib. X. cap. II. vbi de perfidia eius erga Constantium generum egisset: *Pœnas dedit iustissimo exitu; vir ad omnem asperitatem sæuitiamque procliuis, infidus, incommodus, ciuilitatis penitus expers.* Victor Schotti. *Quippe Herculius libidine tanta agebatur, vt ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret.* & alibi: *Namque Herculius natura impotentior* &c. quumque specie officii dolis compositis *Constantinum generum tentaret acerbe, iure tandem interiit.* Neque aliter de postrema hac eius perfidia (etsi sequutum mox inde illius ex hac vita exitum, cum Galerii obitu ibidem confuderit) Zozimus Lib. II. cap. XI. aut Eumenius in Constantini Panegyrico cap. XIV. & XV. Hinc de eodem Herculio aliisque tum, excepto parente Constantio, imperii consortibus, a Constantino dicitur in Edicto apud Eusebium Lib. II. de Vita Constant. cap. XLIX. ἴσχον ἔγωγε τοὺς πρὸ τούτου γενομένους αὐτοκράτορας, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἄγριον ἀποκλήρους, μόνος δὲ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς ἡμερότητος ἔργα μετεχειρίζετο, *Ac superiores quidem Imperatores* (& in his proinde Herculium) *ob feritatem atque immanitatem morum alienos semper atque extraneos habui. Solus pater meus mansuetudinis opera exercuit.* Vt videri proinde non posit, quo iure non solum, sed qua veri specie, Iulianus eundem Herculium, feritate adeo eaque ingenita, vt eadem sæuo etiam Diocletiano, quod paullo ante vidimus, displiceret, ac libidine infanda aliisque sceleribus infamem, quique generum Constantinum e medio tollere summa cum perfidia fuerat adnisus; quod tamen is *sancte scilicet & humaniter se cum subiectis sibi gesserit*, laudare hic, eodemque cum Constantio Chloro, qui talem se reuera præstitit, elogio complecti sustinuerit: immo quem Herculium, vti iam antea monui, tanquam omnis generis flagitiorum turpitudine notatum, & ne dignum quidem, quem dicteriis lacesseret, e conuiuio Deorum arcet, in huius Iuliani Cæsaribus Silenus.

Ibid. C. lin. 1. πάλαι κατοικοῦντας καὶ νεμομένους καθάπερ τὴν οἰκείαν) Haud vnam *Barbarorum* gentem, Romanum solum, iam ante Diocletianum & imperii consortes, vel permissu Imperatorum, vel sponte in illud translatam, *velut proprium inhabitasse* nonnunquam con[illegible]it. Ita pars Carp[illegible]um [illegible] Aureliano, teste Victore Schotti in rebus Diocletiani & Collegarum, ac c[illegible]um mul[illegible]a Bastarnarum, & ex Gepidis [illegible]per, G[illegible]tunnis, ceu, vt ibi [illegible] & ap[illegible] M[illegible]num & Claudianum He[illegible]næ [illegible], Gruthungis, Vandalis, a Probo, iuxta V[illegible] in [illegible] vit[illegible] cap. XVIII; immo Franci etiam, au[illegible] Lib. I. cap. LXXI. sedes in Roman[illegible] nuerant. Factum etiam subinde, [illegible]lum Imperatorum vel permissu vel [illegible] ingressi Romanos fines Barbari, intra [illegible]dem, vel ignauia principum, qui rerum [illegible] potiebantur, vel Tyrannorum, qui [illegible] vi invaserant, vt sub Gallieno, & post e[illegible]ta adhuc contigit, artibus & nonnunqua[illegible] pulsu se *velut domi* (quod hic dicitur) *ac propriis laribus* co[illegible]erent. Quomodo iam sub Diocletiano, eiusque in i[illegible] so[illegible] quum Burgundiones, Alamanni, C[illegible] Eruli, Gallias insedisse dicuntur, quos [illegible] postea Maximianus Herculius, vt ea d[illegible] eius Panegyrico Mame[illegible] cap. V[illegible] Ca[illegible]rausii milites & Franci, i[illegible]i Bononia Oce[illegible]si (vti in veteri nummo a nobis ad Iulia[illegible] Cæsares iam vulgato eadem dicitur) quam o[illegible]nebant, hi Frisia & Batauia, a Co[illegible]a[illegible] Chloro expulsi, teste Eumenio in e[illegible]d[illegible] Panegyr. cap. VI. Hinc eius ea de r[illegible] ve[illegible] X. quæ hunc Iuliani locum vel firma[illegible] illustrant: *Nunc vero toto orbe terrarum*, [illegible] *modo qua ROMANVS FVERAT*, [illegible] *te vestra RECEPTO, sed etiam qua* [illegible] *edomito.* Quamquam etiam sub iisdem p[illegible]cipibus, Carporum & Bastarnarum gen[illegible] vt ea de re Eusebius in Chronico, Eut[illegible] & Victor Schotti, in Romanorum solum [illegible] rint translatæ; vti de Gothis postea, se[illegible] in[illegible]lici exitu, a Valente Imp. factum constat.

Ibid. C. lin. 3. φρούρια δὲ ἐπιτειχίζοντες [illegible] Quibus nempe *castellis* seu *arcibus*, in [illegible] constitutis præsidiis, Romani imperii limites contra Barbaros, & inde, quod hic additur, e[illegible]dem *subiectis pax* & securitas vndequaque *adferentur.* Quod quum olim sæpius [illegible] Euphratem aut Tigrim contra Persas v[illegible] Parthos; in Thracia ad Mellum vel Da[illegible]um, vti & in Dacia, Moesia, Pannonia; [illegible]mania ad Rhenum, & alibi adhuc f[illegible] Romanis Imperatoribus constat. Hinc [illegible] τείχη eiusmodi *castella*, sicut de iis φρούρια [illegible]τειχίζειν hic ait Iulianus, a Græcis di[illegible]rentur. [illegible] Ἀβδήρων τεῖχος, Ἀγοραῖον τεῖχος, Γορδίου τ[illegible] Ἐλαίου τεῖχος, aliaque id genus de iis [illegible] leguntur dicta, quæ in Pap[illegible]la[illegible]on[illegible] [illegible]lesponti, L[illegible]ciæ finibus erant collocat[illegible] quo referri debet *Macron Tichos* in Thr[illegible]ia fluuium M[illegible]lani, [illegible] alia oppid[illegible] a [illegible] Lib IV. [illegible]. XVIII. [illegible]oc[illegible]tum, n[illegible]n *Murus*, [illegible]d ex[illegible] O[illegible]us, [illegible] *Castrum* a magnitudine ita appell[illegible] mo[illegible]o etiam [illegible] dicta [illegible] a [illegible]manis *[illegible]*

tura de *præsidiis* ceu *e ploratoribus* contra hostes constituti, dicebantur, vt id pridem a magno Turnebo in Aduersariis, & a viris doctis ad Ammianum obseruatum. Id autem, seu præsidiis vel arcibus, quod de Herculio & Constantio ... hic ait Iulianus, munire limites, a Probo, sub quo illi iuxta Diocletianum militauerant, iidem sunt edocti, qui, auctore Vopisco in eius vita cap. XIII. *VRBES Romanas & castra in SOLO BARBARICO posuit, atque illic MILITES collocauit.* Immo quod auctore Diocletiano, cuius nutu, vti iam vidimus omnia gerebantur, ab hisce duobus imperii consortibus factum, e Zozimo liquet in rebus Constantini; cuius proinde locus, qui hunc haud parum firmat ac illustrat, haud est prætereundus. Exstat ille Lib. II. cap. XXXIV. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχῆ ἐν ἐσχατιαῖς τῇ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑ κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι τρόπον, πόλεσι δὲ καὶ ΦΡΟΥΡΙΟΙΣ καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ πάσης τῆς στρατιωτικῆς δυνάμεως κατὰ ταῦτα, τὴν οἴκησιν ἐχούσης, ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις. *Nam quum Imperium Romanum extremis in limitibus vbique DIOCLETIANI PROVIDENTIA, quemadmodum a nobis supra dictum est,* (sed quæ, vt alia huius Auctoris, interciderunt) *oppidis & CASTELLIS atque turribus inclusum esset, omnesque copiæ militares in iis domicilium haberent; fieri non poterat, vt Barbari transirent.* Quod vero addit ibidem Zozimus, quasi a Constantino nudati essent illis præsidiis, a Diocletiano eiusque, vt hic Iulianus, parente Constantio prouide constitutis limites, datusque liber Barbaris aditus, adstrui insuper videtur ab Anonymo in Excerptis de Constantino: *Quum Constantinus Thessalonicæ esset, Gothi per NEGLECTOS LIMITES eruperunt, & vastata Thracia & Mæsia prædas agere cœperunt.* Verum id militum, aut præpositorum, in Gothicis illis seu Scythicis limitibus ac prætenturis, incuria factum liquere videtur e duobus huius Constantini legibus, quibus ille, ne id inposterum fieret, cauisse videtur; grauissima nempe indicta iis pœna, qui vel data militibus abeundi licentia, aut secreta coitione, Barbaris excurrendi in Romanum solum ac prædas ibidem agendi facultatem darent. Extant illæ in vtroque Codice, sub titulis de Re Militari & de Commeatu; ad quas videri potest doctissimus Theodosiani Codicis Enarrator. Adde quod de eodem Constantino, seu rebus ab eo feliciter pro salute & dignitate Imperii gestis, dicit Victor Schotti: *Pons per Danubium ductus, castra CASTELLAQVE pluribus locis commode posita*: & quod de condito ab eo in Imperii limitibus *castellis*, tanquam ad ornatum magis quam ad tutamen comparatis, (metu nempe ac terrore Romani nominis perculsis tum vndique Barbaris) refert, hosce compellans Eumenius in Constantini Panegyrico cap XI. *Iam ne procul quidem Rhenum audetis accolere* &c. *Contra hinc per interualla disposita magis ornant limitem CASTELLA, quam PROTEGVNT.* Tanta cæteroquin & merito quidem habita fuerat a Romanis principibus Φρουρίων seu id genus *castellorum* in Imperii limitibus constitutorum ratio, ac proinde Φρουρῶν seu *præsidiariorum*, qui in iis collocabantur; vt vndecunque orti iidem essent, quod obseruo, ciuitate Romana fuerint iam Aristidis Rhetoris temporibus, qui sub Marco Aurelio, vt notum, vixit, donati. Docet id hic Rhetor Orat. in Romam, illosque milites, vrbis suæ, in qua nati erant, ciuitate amissa, Romanam consequutos, vel, vt ait p. 381. τῆς δὲ ὑμετέρας ΠΟΛΙΤΑΣ ΤΕ καὶ ΦΡΟΥΡΟΥΣ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, *vestræ autem vrbis CIVES sunt illi PRÆSIDIARII ab eadem die constituti.* Sed qua de re alibi plenius. Delenda autem, vt hoc addam, vox τοῖς, quæ post adducta e Iuliano verba, iuxta Petauianam editionem & MSium etiam Vossianum, in ista itidem relicta est; sed quæ nihili est omnino; & distinguendus est hic locus, prout cæteroquin in Petauiana versione factum, Φρούρια δὲ ἀποτειχίζοντες πρὸς αὐτοὺς, βραβεύοντες εἰρήνην, &c. Quam *pacem* cæteroquin ac felicitatem eorum temporum, prostratis sub his principibus aut expulsis e Romana ditione Barbaris vel Tyrannis, Aeliano, Amando, Allectio, prædicant etiamnum plures, præter dictos iisdem Herculio & Constantio Panegyricos, huius Herculii nummi, cum inscriptionibus ac typis, non solum HERCVLI DEBELLATORI, sed etiam HERCVLI PACIFERO, aut vero PAX AVGG. Diocletiani nempe & Herculii, ceu quam Orbi terrarum iidem dederant.

Ibid. D. lin. 1. τῶν σῶν πατέρων τοὺς γάμους ἥρμοσεν) Mirum continuo videri possit, (quod monendum vel obiter fuerat) ad stabiliendam maiorem inter Herculium Maximianum & Constantium Chlorum *concordiam*, (τῆς δὲ ὁμονοίας αὐτῶν &c.) huius Constantii *parentes*, Constantinum nempe & Faustam, *matrimonio ab iis copulatos* hic dici: quum post obitum Constantii Chlori eæ demum nuptiæ fuerint peractæ, aliaque insuper earundem a Scriptoribus illorum temporum caussa & ratio reddatur. Mortuus enim Constantius Chlorus Eboraci A. CCCVI; anno autem sequenti CCCVII, Herculius in Galliam, metu Galerii in Italiam aduenrantis, profectus, Constantino collocauit filiam, vt eo adiutore ad per-

persequendum Galerium vteretur. Liquet id ex Eutropio & Zozimo Lib. II. cap. X; plenius autem hodie e Lactantio de Mort. Pers. cap. XXVII. *Herculius vero quum Maximiani* (Galerii nempe) *nosset insaniam, cogitare cœpit illum audita nece Seueri, inflammatum ira, cum exercitu esse venturum, & fortasse adiuncto Maximiano* (seu *Maximino*) *ac duplicatis copiis, quibus resisti nullo modo posset, vrbe munita, & se super captis inimicis* (de quo loco vide nuperas ad hunc librum notas) *diligenter instruens, proficiscitur in Galliam, vt Constantinum partibus suis conciliaret, SVAE minoris FILIAE NVPTIIS.* Adde, quod & alio adhuc consilio ad id impulsus Herculius, a memoratis Eutropio & Zozimo dicatur; vt nempe illa adfinitate circumueniret Constantinum, eumque eo facilius e medio tolleret. Verum id hic absoluere videtur Iulianum, quod de *nuptiis* illis inter coniugum parentes, Herculium & Constantium Chlorum, iam ante fuerit conuentum, quæ ob teneram adhuc Faustæ ætatem, mortuo demum Constantio, fuerint confectæ. Id vtique abunde licet colligere ex Anonymi Panegyrico, quem Herculio & Constantino in celebritate harum nuptiarum dixit, cap. VI. *Neque enim dubium, quin tibi* (Constantinum adloquitur) *mature sacrum istud fastigium diuinæ potestatis adstrueret, qui te IAM OLIM SIBI GENERVM etiam, antequam petere posses, SPONTE DELEGERAT;* addito eius rei documento, e *tabella* in Aquileiensi palatio, in qua puella, nempe Fausta Herculii filia, *sed adhuc impar oneri suo,* sustinet & Constantino offert sponsale munus, hoc est, *galeam auro gemmisque radiantem.* Ita mox cap. sequenti: *Quum tibi in illa iucundissima sede lætitiæ, HARVM NVPTIARVM gaudia PRAEDESTINABAS, vt simul illam PARVVLAM & hunc intuendo crescentem, diu fruereris exspectatione votis, quod hac coniunctione firmasti.* Quibus nunc accedit luculentum hoc Iuliani testimonium, quod *pacta* hasce inter vtriusque Constantini & Faustæ *parentes,* Herculium & Constantium Chlorum, idque ad *firmandam* inter eos *concordiam, nuptias* perhibet. Easdem alioquin, vt nouum *concordiæ,* non inter parentes quidem, sed inter socerum & generum, Herculium & Constantinum, vinculum, celebrat dictus modo Anonymus Panegyr. cap. I. *Quid enim rebus humanis contingere potuit, aut nobilius ad gloriam, aut certius ad salutem, quam quod pristinæ VESTRAE CONCORDIAE, perpetuæque pietati, hoc quoque pignus accessit, summorum nominum arctissima coniunctione venerabile, vt Imperatori FILIAM collocaueris Imperator?* Sed que[illegible] harum *nuptiarum* scopum vel exitum, sequ[illegible] signis soceri Herculii in generum p[illegible] ac inde promeritus prioris interitus, [illegible] destituit. Mitto illigatum iam ante, ac [illegible] mo iuuentæ flore, priori cum Mineruina c[illegible] gio seu pellicatu Constantinum, e qua [illegible] perat Crispum. *Pellex* enim eadem a [illegible] mo Lib. II. cap. XX. Victore i[illegible] Zonara, non legitima vxor dicitur; quod po[illegible] mum tamen adstruere videtur idem, d[illegible] modo, Anonymus Panegyr. cap. IV. [illegible] Constantinum ait: *Quo enim magis CO[illegible] TINENTIAM patris æquare potuisti [illegible] quod te ab ipso fine pueritiæ illico MAT[illegible] NII LEGIBVS tradidisti, vt primo i[illegible] adolescentiæ formares animum MARIT[illegible] nihil de vagis cupiditatibus, nihil de co[illegible] ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus a[illegible] teres: nouum iam tum miraculum I[illegible] VXORIVS? sed, vt res est, mente præs[illegible] bus te VERECVNDIAE obseruationibus in[illegible] bus, talem POSTEA DVCTVRVS VX[illegible].* Quem locum opportune quoque eam in [illegible] a Cl. Tristano iam adnotatum video [illegible] ment. Tom. III. p. 559. Dicta autem h[illegible] cunda Constantini vxor, vt eius nummi a[illegible] superstites, & cuiusmodi olim protuli, arg[illegible] unt, FLAVIA MAXIMIANA FAVSTA q[illegible] postea mariti iussu, ob sublatum iniqua e[illegible] delatione Crispum, interfecta. Vt proinde [illegible] eadem firmum aut perpetuum exstiterit m[illegible] talis *concordiæ,* vt de ea paullo ante Anonym[illegible] harum nuptiarum laudator, *pignus.* An v[illegible] mortua eadem Fausta, huius Constantii, [illegible] antea viduus, & fratrum Constantini [illegible] Constantis matre, alias adhuc nuptias contraxerit Constantinus, haud adeo liquet e [illegible] numentis, quæ supersunt, illorum tempo[illegible] nisi quod in genere *multas vxores eidem* [illegible] *se,* ἐγένοντο δὲ αὐτῷ γυναῖκες πολλαί, dicat a[illegible], quamquam suppresso eius nomine, Iulian[illegible] Orat. VII. p. 227. Adde, quod Zozim[illegible] II. cap. XXXIX. aliam eidem vxorem [illegible]u at, quam is adulterii insimulatam mort[illegible] fecerit; & e qua, non e Fausta, sed præt[illegible] omnem veri fidem, & ipsius Iuliani [illegible] ctum supra de matre huius Constan[illegible] monium) tres modo dictos liberos, e[illegible] imperii hæredes, reliquerit Constanti[illegible]us.

Ibid. D. lin. 5. Τὴν μὲν ἂν βασιλ[illegible] νος &c.) Quod Constantino M. qu[illegible] tris Constantii iudicio, tum omnium [illegible] cituum suffragio, imperium, vt [illegible] nus, fuerit delatum, iam antea v[illegible] Eusebio tra[illegible] Lib[illegible]. de Vita C[illegible] XXI. & XXII. ac [illegible] Persec. cap. XXIV [illegible] e hoc e[illegible]

testimonio firmari videretur Viri eruditione varia insignis, ad cum Lactantii locum p. 378. P. II. vlt. edit. adnotatio; qua Constantinum statim a parentis obitu egisse *Augustum*, nunquam antea *Caesarem*, aut secundum in imperio locum obtinuisse, vero magis consonum putat. Quamquam in secundo seu *Caesaris*, non primi seu *Augusti* fastigio, haesisse continuo post illam parentis & militum destinationem, eundem Constantinum; & quidem Galerii Maximiani, qui rerum tum potiebatur, inuidia; eumque *Imperatoris* & *Augusti* titulos, a Maximiano Herculio, ducta eius in vxorem filia, sibi delatos anno sequenti demum tulisse, iam antea monitum, & certum sit omnino ex eodem Lactantio cap. XXV. ac Anonymo in ante memorato Panegyrico. In eo nempe, *Constantine, oriens Imperator* ab initio legitur; mox, *qua tibi CAESARI ADDITVM nomen IMPERII*, seu Imperatoris, accreuerit. Sic Eumenius in huius Constantini Panegyrico cap. IX. quem locum notauit etiam, & qua de re mox, Petauius: *O fortunata & nunc omnibus beatior terris Britannia, quae CONSTANTINVM CAESAREM prima vidisti.* Quibus accedit in dubia nummorum fides, in quibus CONSTANTINVS CAESAR, aut NOB. CAES. seu *Nobilissimus Caesar*, consueto secundi fastigii principum more, inscribitur; ac vnde etiam duplex huius Imperii, *Caesares* nempe & *Augustos*, Natalis, in priscis quae adhuc supersunt Kalendariis, & qua de re consuli potest eruditissimus Pagi in Critica Baroniana ad A. CCCVII. adnotatur. Quod proinde moneri & distingui omnino hic debuit a doctissimo Petauio, non vero, vt ab eo factum in Notis ad hunc locum, vtrumque illud imperii huius Constantini, quod nempe ille a Patre ac a militibus in Britannia, aut dein a Socero in Gallia acceperit, natalis, vel Auctorum, quae ibi adduxit loca, quaeque ea de re agunt, confundi. Vnde adlata paullo ante Anonymi Panegyristae verba, *Constantine, oriens Imperator*, non de imperii ejus in Britannia primordio, seu *Caesaris* fastigio, de quo supra Eumenius, sunt iuxta eundem Petauium intelligenda: quae ad *Imperatoris* ac *Augusti* nomina, ei a Maximiano in Gallia primum, atque altero post patris Constantii in Britannia obitum, anno, vti diximus, delata, omnino respiciunt.

Pag. 8. A. lin. 2. τυραννίδας γάρ, ἀλλ' οὐ βασιλείας ἐνόμιζε καθαιρεῖν) Maxentii nempe & Licinii, de quibus a Constantino sublatis dicit similiter Iulianus in Caesaribus p. 328. d. οὓς μὲν τυράννους &c. ... *duos enim tyrannos sustulerat*: & quo nomine se ibidem effert Constantinus p. 329. b. quod non ciues, sed *sceleratissimos ac pessimos tyrannorum* sit adortus, τοὺς μιαρωτάτους δὲ καὶ πονηροτάτους τυράννους ἐπεξελθεῖν, quosque ambos *Deo hominibusque maxime inuisos* dicit ibidem Iulianus; ac prout Deus Constantinum νικητὴν ἀπέδειξε παντὸς τυραννικοῦ γένους, *victorem omnis eum tyrannici generis praestitit*, iuxta Eusebium Lib. I. de Vita Constant. cap. V. Quibus addi potest inscriptio statuae Constantini Romae, deuicto altero horum Tyrannorum Maxentio, ab ipsomet addita, vt illa apud eundem Eusebium Graece legitur Lib. X. Hist. Eccles. cap. IX. *Hoc salutari signo* &c. *Vestram Vrbem A TYRANNICAE DOMINATIONIS IVGO liberaui.* Illud tamen mirum videri hic possit, quod iuxta Maxentium Licinium, inter *tyrannos*, non *legitimos principes*, a Iuliano adnumeretur. De Maxentio quidem quid statuendum sit ea in re, iam ante vidimus pag. 45. 46. quae inde petat, si lubet, Lector. Licinii autem cur non *legitimum* agnoscat *imperium*, οὐ βασιλείαν ἐνόμιζε, Iulianus, anceps videri posit: quum ille a Galerio Augusto *Imperator* & *Augustus* (non autem primum *Caesar*, vt non ex Eusebio solum Lib. VIII. Hist. Eccl. cap. XIII. sed e Lactantio de Mort. Pers. cap. XX. manifesto satis constat) rite sit nuncupatus; idemque ipsius Constantini, ducta quoque in vxorem sorore eius Constantia, per plures annos in Imperio collega, latis etiam, quae vtriusque nomen praeferunt, & cuiusmodi leguntur in vtroque Codice, legibus, exstiterit. Verum id inde a Iuliano factum, quod legitime quidem susceptum imperium, flagitiose illud ac turpiter administrando, in tyrannidem conuerterit Licinius; propter quae etiam scelera illum a Minoe continuo e conuiuio Deorum exclusum, idem in Caesaribus tradit p. 315. Vnde vt hic a Iuliano Licinii & Maxentii τυραννίδας καθαιρῶν, *tyrannicum dominatum tollens* dicitur Constantinus; ita eiusdem Licinii τυραννίδος ἐκκαθαρθείσης, *tyrannici dominatus sublati*, mentio iam ante facta fuerat ab Eusebio Lib. X. Hist. Eccl. cap. IX. & alibi Licinii τυραννικὴ δυναστεία, *tyrannica dominatio* rursus ab eo dicta, Lib. II. de Vita Constant. cap. xix; ipse autem Licinius *tyrannus*, Lib. I. cap. XLIX. a quo insuper leges aut iniquae latas, aut antiquas praue abolitas, idem Eusebius refert, dicti operis Lib. I. cap. LIV. & LV. Qua ratione etiam factum, vt eiusdem Licinii, & quidem vt Tyranni, leges, post eius mortem a Constantino continuo fuerint abrogatae; prout id obuium e Constitutionibus, quae ea de re leguntur Cod. Theod. De infirmandis his, quae sub Tyrannis, nempe Leg. I. *Remotis LICINII TYRAN-*

RANNI Constitutionibus & Legibus, ac similiter Leg. II. III. & IV. ibidem, & quo alioquin nomine Maxentium itidem indigitat Constantinus eod. Cod. Theod. Leg. I. De ingenuis, qui tempore Tyranni, & Lege I. de Cohortalibus, vt ibi obseruat doctissimus Iac. Gothofredus. Quomodo cæteroquin de eodem Maxentio a Socrate dicitur, apposite ad hunc Iuliani locum, Lib. I. Hist. Eccl. cap. II. ἦρξε τύραννος μᾶλλον, ἢ βασιλεύς, *Tyrannus potius quam Imperator dictus est*, a Prætorianis nempe militibus, & paullo post: τυραννικοῦ μᾶλλον ἢ βασιλικοῦ χρώμενος κατ᾽ αὐτῶν, *tyrannum se potius erga illos* (Romanos) *quam Imperatorem gerens*. Quo spectat etiam quod legitur in veteri Vrbis Kalendario, a viris eruditis Bucherio & Lambecio edito, *V. Kal. Nouembr. EVICTIO TYRANNI*, ac ad Licinium refertur ab eodem Lambecio & Cl. Pagi in Critica Baroniana ad Annum CCCXVII. sed verius ad Maxentium, a viris eximia doctrina Norisio, Baluzio ad Lactant. de Mort. Persec. & Dodvvello in Dissert. Cyprian. Qua ratione autem vtraq; hæc Maxentii & Licinii *tyrannis* sit a Constantino, quod hic a Iuliano dicitur, *oppressa*, obuium e Scriptoribus illorum temporum, Eusebio, Eutropio, vtroque Victore, Anonymo Valesiano, Zozimo &c. vt de lapidibus ac nummis, quibus eadem signantur, nunc sileam. Addi autem debet hisce duobus, *Licinio & Maxentio*, *Martinianus* quoque *sublata* ab eodem Constantino, ad quam ille a Licinio fuerat euectus, *tyrannis*: vt id rursus ex vtroque Victore, Anonymo de Gestis Const. & Zozimo constat: quodque itidem arguunt veteres nummi ab antiquariis descripti, cum *Augusti*, quem huic tyranno iidem tribuunt, nomine.

Ibid. A. lin. 3. τὴν οἰκουμένην ἐπέλθοι ἅπασαν) Qualia vtique sublatis illis, vt hic dicitur, tyrannis de Constantino similiter memorat quum Eusebius Lib. X. Hist. Eccl. cap. IX. & Lib. I. de vita Constant. cap. VIII. quod inscribitur, ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν, *quod orbem propemodum vniuersum subegerit*: tum Libanius in Basilico p. 106. vbi post debellatum a Constantino Maxentium, de eo dicitur, ἀνακαθαιρόμενος γῆν τε καὶ θάλατταν, *terram & maria perpurgans*, & mox: τὸ δὲ σωτήριον ἀντιπάγων πανταχῆ, *vbique salutem restituens*. Quale de eodem Imperatore testimonium perhibent præclari eius, iique e maximorum genere, quos e Cimeliarchio Gallorum Regio ad Iuliani Cæsares olim adduxi, nummi, inscripti EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM, & DEBELLATORI GENTIVM BARBARRARVM: quorum postremo similis exstat [illegible] typis & nomine integro BARBARARVM, in Electorali hoc Cimeliarchio. Quibus addi [illegible] sunt alii, iique insignes, huius Constantini [illegible] mi, in quibus VICTOR OMNIVM GENTIVM, aut VBIQVE VICTOR, aut FVNDATOR PACIS, aut SECVRITATI PERPETVAE, vel SECVLI FELICITAS, [illegible] id genus symbolis ac elogiis idem est [illegible] tus, aut celebratur eius imperii felicitas, [illegible] potiori quidem iure, quam de illo, [illegible] modo vidimus, Licinio in veteri Inscriptione Panormitana apud Gualtherum num. C[illegible] quam adduxerunt iam viri præstantissimi Norisius & Pagi, dicitur RESTITVTORI LIBERTATIS AC FVNDATORI PVBLICAE SECVRITATIS &c.

Ibid. A. lin. 6. οἱ μὲν στρατιώτας [illegible] τὰς δωρεάς) Inter alias Constantini v[illegible] eluxit, quam extollunt qui res eius ad[illegible] re, Eusebius, Eutropius, aliique, [illegible] quædam beneficentia ac liberalitas, quam p[illegible] post tangit Iulianus. Eam vero hic pr[illegible] idem, quam in *milites* Constantinus exerc[illegible] & quæ vulgo *donatiui*, vt hic δωρεάς, nomine vocari a Romanis consu[illegible] int[illegible] etiam sub *liberalitatis* & *congiarii* no[illegible] a priscis Auctoribus, ac in nummis an[illegible] designatur. Constantini autem æuo *larg*[illegible]*tis* & frequentius *largitionis* vocibu[illegible] quidem alibi monui, add[illegible] ctis [illegible] dem eius re[illegible] exemplis & testimoniis dicebatur. Vnde [illegible] ductus itidem a me, nempe Diss. IX. de [illegible] & vsu Numism. p. 823. præclarus Con[illegible] cui dicta [illegible] c Oratio, n[illegible] e th[illegible] CHRISTIANAE Augustæ, in quo [illegible] inscribitur. Ad ea vero militum, [illegible] *n*[illegible]*ria*, de quibus hic Iulianus, *donatiua* [illegible] potissimum veteres illos [illegible] os [illegible] d[illegible] cui, in quibus ante su[illegible] in [illegible] stant milites prætoriani, aut in qu[illegible] stans dextra congium, sinistra lab[illegible] ru[illegible] net. Ne iam hic ad[illegible] sin[illegible] arent[illegible] Imp. nummum, qui ex[illegible] at[illegible] Regia, in quo Mercurius signatu[illegible] c[illegible] m [illegible] ceo & crumena ac inscr. DONA AV[illegible] enim non ad *dona* seu *donatiua* m[illegible] gari solita, sed ad [illegible] acis se[illegible] doctrina[illegible] m, [illegible] bus incl[illegible] d[illegible] citur G[illegible] lienus, artes [illegible] nera referre visum est Fr. Mediobarbo [illegible] exemplo Cl. Vaillantio in nouis ma[illegible] matum præstantiorum edition[illegible] u d[illegible] hic non expendo. Effusas a[illegible] ni n[illegible] n in *milites* solum, vt hoc lo[illegible] amicos promiscue, eo qu[illegible] iuxta [illegible] Lib. II. cap. X[illegible] X [illegible] ales a[illegible] ndi n[illegible] seu *largitiones* fug[illegible] a [illegible] lianus p.[illegible] Q[illegible] s[illegible], I[illegible] ac Zoz[illegible], [illegible] us [illegible] lum [illegible]

tractatoribus, vt hic obiter doctissimus Petauius, *notatus* statuatur eo nomine Constantinus) suffragantur non alii solum Gentiles illius æui scriptores, Eutropius, Victor Schotti, Ammianus; sed ipse etiam Constantini Panegyrista Eusebius, vti olim ad eosdem Cæsares monui, & qua de re iterum nos ibidem.

Ibid. A lin. 8. *καθάπερ θεὸν διατελῆ σεβόμενος*) Cuius post Constantini fata, constantis *multum*, quod hic dicitur, in eum studii, & *cultus* primum illud fuit documentum, quod eundem in suburbanis Nicomediæ mortuum, in arca aurea a se depositum, purpureaque veste obductum, Constantinopolim in Regiam deportarint milites, eumque ibi *perinde ac viuum ac spirantem, genu flexo, statis horis salutarint*, ὡσάπερ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον, γονυκλινῶς ἠσπάζοντο, teste Eusebio Lib. IV. de vita Constant. cap. LXVI. & LXVII. cui adde Theodoritum Lib. I. Hist. Eccl. cap. vlt. Alterum, prout ab eodem Eusebio sequenti cap. LXVIII. traditur, quod tres superstites Constantini filii sint a militibus, ceu vnanimi Exercituum consensu, *Augusti* continuo nuncupati. Neque intra *milites* solum stetit illa defuncti Constantini, instar *numinis* cuiusdam, vt hic dicitur, *veneratio*: vt vel ex iis, quæ ab eodem Eusebio capite LXIX eiusdem libri memorantur, constat; eum nempe, quod ille ait, non nudis solum vocibus, sed dedicatis imaginibus (quod & iam ante ab eo refertur Lib. I. cap. VIII.) mortuum perinde ac superstitem a Senatu Populoque Romano honoratum, ac, vt continuo addit, οὐρανοῦ μὲν σχῆμα διατυπώσαντες ἐν χρωμάτων γραφῇ, ὑπὲρ ἁψίδων οὐρανίων ΕΝ ΑΙΘΕΡΙΩι ΔΙΑΤΡΙΒΗι διαναπαυόμενον αὐτὸν τῇ γραφῇ παραδιδόντες. *Cœli quidem similitudinem in tabella exprimentes, ipsum supra cælestes fornices IN AETHEREO DOMICILIO requiescentem pinxere.* Sed quibus adhuc manifestiora sunt ea, quæ ab eodem Eusebio referuntur cap. LXXIII dicti modo libri, & præsenti etiamnum nummorum fide comprobantur. In quibus nempe, vti ibidem ille tradit, velatum Constantini caput in anteriori parte visitur; in altera vero ipse in quadriiugo curru non *sedens*, vt Eusebii ea de te verba vertit Cl. Valesius, sed *stans*, & porrecta ipsi cœlitus dextra ad superos adsumitur. Qualem vtique nummum, post viros magnos Ant. Augustinum, qui primus eum in Dialogis protulit, & Baronium in Annalibus ad A. C. CCCXXXVII, edidit ac illustrauit Cl. Tristanus Tom. III. p. 553. ac dein in Familiis Byzantinis inter alios Constantini nummos vulgauit eruditissimus Du Cange. Eundem vero hic in Lectoris gratiam, cui id genus libri aut κειμήλια haud continuo sunt præ manibus, nec alieno vtique loco, vbi de Constantino pro *Deo* habito agitur, signandum duximus:



Ad cuius nummi maiorem lucem apposite iam Tristanus adduxit Anonymi de Constantini parente Constantio verba, quæ exstant in Panegyrico Maximiani & Constantini cap. XIV. *Audis enim profecto hæc & vides, DIVE Constanti, quem CVRRV pene conspicuo, dum vicinos ortus repetit, occasu Sol ipse INVECTVRVS COELO excepit*, & ad nummum adhuc, vt cum Fabio loquar, significannus, quæ de eodem Constantio ab Eumenio dicuntur in Constantini Panegyrico cap. VII. *Vere enim profecto illi superum templa patuerunt, receptusque est consessu COELITVM, Ioue ipso DEXTERAM PORRIGENTE.* Adde quod de Constantino dicit Libanius in Basilico p. 113. τὴν οἰκουμένην ὁ τῶνδε πατὴρ ἰθύνας, αὖθις ἀπῆλθεν ὡς ἐκεῖνον τὸν τῇδε καταπέμψαντα, *Horum parens* (Constantinus) *orbem terrarum moderatus, rursus hinc migrauit, vt cum eo esset qui eum miserat.* Vnde quod ille *inter Diuos meruit referri*, dicitur a Gentili itidem Eutropio Constantinus: immo hæc *Diui* appellatio eidem a Christianis Imperatoribus, quamquam nec soli, tribuitur, vt a Valentiniano, Theodosio & Arcadio Leg. IX. & X. Cod. Theod. & Leg. I. Cod. Iustin. de Annonis ciuicis. Quibus addere licet, quæ de honoribus cultuque eiusdem Constantini statuæ, a sequutis eum Imperatoribus Populoque, solemni ritu & more exhibitis, a Chronici Alexandrini seu Paschalis auctore ad A. C. CCCXXX, ab Hesychio & Codino Originibus Constantinopolitanis, illo sub fin. hoc p. 8 edit. Regiæ, ac plenius a Philostorgio Lib. II. Hist. Eccl. cap. XVII. traduntur, ac inter alia καὶ εὐχὰς προσάγειν ὩΣ ΘΕῼ καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν, *votaque VELVT DEO* Constantino *facerent, & supplicationes ad depellendas calamitates peragerent.* Quibus accedunt, quæ de miraculis etiam & sanationibus morborum, non ad eius solum statuam, sed ad

sepulcrum eiusdem Constantini factis, innuit Theodoritus Lib. I. Hist. Eccl. cap. vlt. vberius autem memorat Nicephorus Lib. VIII. cap. LV. vt ad Philostorgium iam obseruarunt viri doctissimi Iac. Gothofredus & Henr. Valesius. Quomodo praeterea factum, vt per plura dein secula Imperatores ad sepulcrum Constantini, solemni ac stata die, ad celebrandam eius memoriam, quod tradit Codinus de Officiis Constant. cap. XV. procederent, eiusque, vt e Graecorum Menologiis itidem liquet, Natalis diem anniuersarium religioso cultu sint iidem Graeci deinceps prosequuti.

Ibid. B. lin. 4. ἐξ ἀνάγκης τῆς ἀπληςίας τοῦ δυνας εύοντος) Licinii nempe, cuius ἀπληςίαν, *inexplebilem cupiditatem* seu *auaritiam*, perstringit similiter Eusebius Lib. I. de vita Const. cap. LV. σχοίνοις ἐπινοῶν μυρίας κατὰ τῶν ὑπηκόων. ἔνθεν ἀναμετρήσεις ἐπινοεῖ γῆς, ὡς ἂν πλείονα τοῦ μέτρου λογίζοιτο τὴν ἐλαχίστην, ΔΙ' ΑΠΛΗΣΤΙΑΝ πλεόνων εἰς πράξεων, dein, οὐ γὰρ εἶχεν αὐτῷ μέτρον ἡ μικρολογία, οὐδ' Η ΑΠΛΗΣΤΙΑ κόρον ἐπεγίνετο, *Mille praeterea exactionum genera aduersus subditos excogitauit*, *Quocirca nouas agrorum mensiones adinuenit, vt exiguo agri maiorem imputaret modum, ob INEXPLEBILEM CVPIDITATEM nimiarum exactionum*. Tum: *Neque enim sordida hominis parsimonia vllum habebat modum, nec INEXPLEBILEM habendi CVPIDITATEM satietas finiebat*. Qualia rursus de hoc Licinio ab eodem Eusebio referuntur Lib. X. Hist. Eccl. cap. VIII. ac prout *auaritia cupidine omnium pessimus* a Victore Schotti idem dicitur; & ab Anonymo de Gestis Constantini Valesiano, *auaritia, crudelitate, libidine saeuiebat, occisis ob diuitias pluribus*. Neque vero de nihilo est, quod τοῦ δυνας εύοντος, non βασιλεύοντος, *dominantis* nempe, seu Tyranni, non *imperantis*, seu Augusti, voce designetur hic Licinius; eiusque proinde ἀπληςία, iuxta quam sibi subiectorum facultates omni exactionum genere diriperet & exhauriret, notetur. Haud aliter nempe ac δυνάςου & βασιλέως discrimen tangit Themistius Orat. I. qua humanitatem huius Constantii praedicat, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Περσικὸς οἶμαι ΔΥΝΑΣΤΗΣ πόῤῥω τοῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ὀνόματος, *propterea Persarum DYNASTA longe abest a REGIS seu IMPERATORIS appellatione*, quod omnes sibi subiectos, cognatos etiam, ipsumque fratrem ac filium, quem habiturus erat successorem, seruos existimet faciatque. Vnde apud antiquum auctorem Aeschylum Pers. v. 677. bis δυνάτα, δυνάτα, pro δυνάςα, ad Darium Persarum Regem, seu eius ex inferis euocatum idolum dicitur; prout nempe γηρατὰ & ἀγνῶτα pro γηραιὰ & ἀγνῶτα apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 404. & ἀγκλαυτα pro πάγκλαυςον apud eundem legi[illegible] v. 1090. quod Atticorum more fieri [illegible] ibi veteres Grammatici. Quamquam δυνάςαι & δυνας εύοντες a Graecis sint etiam dicti *optimates* in statu Reipublicae oligarchico, vt apud Platonem Lib. IV. de Legib. p. 710. [illegible] γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάςαι γίγνονται, *multi enim in ea dominatum obtinent*; ac prout δυνάςαι appellati sunt ab Atticis *primarii ciues*, vt a Diodoro Sinopensi de iis, qui sacra Herculis Athenis procurabant, apud Athenaeum Lib. VI. p. 23[illegible].

Ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας ἐπιμελῶς
Ἐκλεξαμένη, τοὺς ἐκ ΔΥΝΑΣΤΩΝ γεγονότας.
E duodecim ciuibus viros accurate
Deligens, natos ex primoribus ciuium.

Ibid. B. lin. 6. τοῦ πλούτου τῶν βασιλικῶν ἐν μυχοῖς) Nempe prout ὧν μυχὸς πλούτου, *quorum penetrale* seu *penus* in recessu aedium, & vbi vulgo pecuniae reconditae, *diues* a Phoenice Colophonio dicitur apud Athenaeum Lib. IIX. p. 360. Immo quomodo πλουτοφόρον μυχὸν dixerat pridem Aeschylus Choeph. v. 798.

οἵ τ' ἔσω δωμάτων
ΠΛΟΥΤΟΓΑΘΗ ΜΥΧΟΝ νομίζετε,
Κλύετε, σύμφρονες θεοί,
Quique interiorem adium Diuitiis affluentem recessum seu penum administratis, Audite beneuoli Dii; nempe qui, vt hic apud Tragicum, οἱ ἔσω δωμάτων θεοί, seu *Dii penates*, apud Iosephum similiter, & quidem intra τὰ βασίλεια seu *palatium*, cuius hic fit etiam a Iuliano mentio, οἱ ἔνδον θεοὶ vocantur; quibus nempe Vespasianus, post susceptum imperium Romam & palatium ingressus, aduentus sui gratulatoria sacra celebrarit Lib. VII. Ἁλώσ. cap. XXII. Qui Dii etiam inde θεοὶ μύχιοι, quasi *Dii penetrales* a Graecis sunt appellati, vt apud Dion. Halicarn. Lib. I. Antiqu. p. 54. ac vt praeterea obseru[illegible], apud Aelianum Lib. X. de Animal. cap. [illegible] (sicut bene ibi θεοῖς μυχίοις pro μοιχίοις legendum viderunt eruditi eius editores, Gil[illegible]s & Gesnerus) & κτήσιοι praeterea, qua de re mox, sunt appellati. Adde, quod prout βασιλικοὶ μυχοὶ, *palatii penetralia*, hic vocantur, in quibus ὁ πλοῦτος seu pecuniae vel thesauri principis erant reconditi; ita, quod nec adsequutus est ibi Interpres, nec animaduertit ὁ πάνυ, μυχὸν πόλεως de *vrbis erario* a Xenophane dici[illegible] apud Athenaeum Lib. X. p. 414.

Οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα ΜΥΧΟΥΣ πόλεως,
Non enim AERARIVM vrbis ideo pinguescit, etiamsi nempe eiusdem vrbis ex athletis certaminibus, de quibus ibi egerat Xenophanes, victoriam reportarint.

Ibid. B. lin. 8. τὸ πλῆθος ἀφιλανθρώπως [illegible]

πλούτου

κλεισιν ἀθέως τοῦ πλούτου πάντα) Nempe prout id genus *μυχοὶ* seu *ταμιεῖα*, *penus* vel *ærarium*, obserari solita, eorumque custodia *μυχοῖς*, de quibus modo actum, seu *κτησίοις θεοῖς*, *Penatibus Diis & Locupletatoribus*, apud Gentiles, erectis ibidem eorum simulacris, & ara etiam, ad quam iis sacra fierent, commendari. Quorum prius tangunt Menandri apud Harpocrationem versus in voce *Κτησίου*,

Νῦν δ᾽ εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ᾽ ὅταν
Ἴδω τὸν παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν ΚΤΗΣΙΟΝ
Ἔχοντα τὸ ταμιεῖον οὐ ΚΕΚΛΕΙΣΜΕΝΟΝ,

Nunc quum intrantem conclaue mulierum Video parasitum, Iouem vero CTESIVM Penum tenentem HAVD OBSERATAM. De Ara vero liquet ex Aeschylo, apud quem Clytemnestra reducem Argos Agamemnonem, vna cum Cassandra, interiora Regiæ iubet ingredi, eamque *σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας*, *collocatam iuxta aram Iouis Ctesii*, seu *Locupletatoris*, Agamemn. v. 1047. Vnde iidem Iupiter *κτήσιος* dictus, iuxta Dionem Chrysostomum Orat. I. p. 9. tanquam *δοτὴρ πλούτου καὶ κτήσεως, οὐ πενίας οὐδ᾽ ἀπορίας*, *dator diuitiarum & facultatum, non vero paupertatis vel indigentiæ*; & quomodo *χρήματα κτήσια*, *opes quæ possidentur*, dicuntur ab eodem, de quo modo, Aeschylo Agam. v. 1017. Quod vero *claustra* sacri in palatio ærarii, *sacrarii* inde dicti Leg. XLIX. Cod. Theod. De Hæreticis, a Constantino *reserata* hic dicit Iulianus, omnesque repositas in eodem *diuitias* ab eo *confestim effusas*; id tangit etiam Libanius in Basilico, vbi de Constantino itidem ait p. 108. ΧΡΗΜΑΤΩΝ ὄγκον ΕΚ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ εἰς τοὺς ἀρχομένους ΕΞΕΧΕΙ, *PECVNIARVM vim e PALATIO* (non *e regiis*, vt ibi Interpres) *erutam*, *in subiectos populos EFFVNDIT.* Quamquam iis, quæ hic ea de re tangit Iulianus, verbis, profudisse potius promiscue nulloque delectu eas pecunias Constantinus, quam easdem liberaliter distribuisse, censeri possit: quo nomine illum non, vt hic, tacite, sed aperte, in Cæsaribus, vt id iam ante vidimus, redarguit Iulianus.

Ibid. B. lin. 9. *πόλιν τε ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέστησεν, ἐν οὐδὲ ὅλοις ἔτεσι δέκα)* Præclarus & vnicus ferme locus, de vero annorum spatio, quo condi cœpta & absoluta Constantinopolis: neque vero ille a difficultatibus chronologicis immunis. *Encænia* quidem, seu dedicatæ illius vrbis, & anniuersariis inde solemnibus celebrati *Natalis* annum, immo & diem, adtingunt eveteribus multi, vt Chronicon Eusebianum & Alexandrinum, Idatius, Theophanes, Nicephorus, Codinus, Cedrenus, aliique; ita tamen, vt nec in anno iidem inter se conveniant, autem quidam cum iactis vrbis fundamentis confundant, aut biennium duntaxat inter ea duorum illorum temporum, inchoatæ nempe & absolutæ Constantinopoleos, interualla statuant, ac eam tanquam illo eiusdem Encæniorum seu Natalis anno plene conditam memorent: quæ singula cum *decem* illis *ferme annis*, hic a Iuliano exstruendæ Constantinopoli adscriptis, haud consentiunt. Vnde, quo eundem Iulianum cum aliis veterum Auctorum ea de re narrationibus conciliaret, ita illum explicauit doctissimus Petauius, vt nempe Constantinopolim anno Christi CCCXXVIII, iuxta Chronicon Alexandrinum, inchoatam, anno, quo eadem est dedicata, CCCXXX, promotam incolisque frequentatam; anno vero Constantini emortuali CCCXXXVII, absolutam demum & perpolitam statueret. Cui etiam sententiæ, de iactis primis Constantinopoleos, anno Christi CCCXXVIII, fundamentis, accesserunt quum alii, tum Cl. Iacobus Gothofredus in Chronologia Cod. Theodosiani ad eundem annum, & in Differt. ad Philostorgium Lib. II. cap. IX. vbi istud quum ex eodem Chronico Alex. tum præterea e Cedreno & hoc Iuliani loco adstrui, post Petauium nempe, existimat. Hoc autem nuper in Critica Baroniana ad annum CCCXXIV. p. 82. & seqq. merito impugnatum iuit eruditissimus Pagi; & e Socrate, Sozomeno, Nicephoro, Cedreno, qui celebratis Constantini Vicennalibus Constantinopolim condi cœptam tradiderint, id anno CCCXXV, quo illa contigere, factum colligit. Quum vero Philostorgius dicto iam loco, eandem vrbem anno imperii Constantiniani vicesimo octauo, qui mense Iulio anni CCCXXXIV fuit absolutus, exstructam dicat; inde etiam idem eruditus Baronii & hoc loco Petauii Aristarchus, *decem* illos *annos* eosque *non integros*, in exstruenda Constantinopoli a Iuliano memoratos, ab anno, de quo modo actum, CCCXXV inchoandos, in eodem vero illo anno CCCXXXIV desinere, contendit. Vnde insuper eadem opera Cl. Cangium adgreditur, qui Lib. I. Constantinop. Christianæ cap. II. e Themistii loco Orat. IV. p. 58. postr. edit. cœptam anno CCCXXVI hanc illius vrbis ædificationem statuebat: ipsaque Themistii ea de re verba idem laudatus Pagi aliter putat intelligenda. Nempe quum ibi dicatur Constantinus eodem tempore circumdedisse *vrbi murorum ambitum, & filio purpuram, τῇ τε ἄστει τὸν κύκλον, καὶ τὸν υἱέα τῇ ἁλουργίδι*, quod postrema verba non de *purpura Imperiali*, Cæsarea nempe, sed de *purpura Consulari* explicari debeant, quum in sequentem annum CCCXXVI Consul foret designatus Constantius. Verum

hanc

hanc solertem viri præstantis explicationem, vti supra obiter monui p. 39. aperte conuellunt quæ præcedunt ibidem Themistii verba: *βασιλεῖ δὲ εἰκότως συναυξάνεται ἡ πόλις, ἡ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ἡλικιῶτις. πυνθάνομαι γὰρ* &c. *Cum Imperatore vero merito vrbs* (Constantinopolis) *iisdem incrementis augescit, quæ ætate IMPERII huius est AEQVALIS. Audio enim circumdatum* (vt continuo addit) *eodem tempore a patre vrbi murum, filio purpuram*: vt omnino ibi de *purpura Imperii* Cæsarei eiusdem Constantii, non de *Consulari*, sit Themistio sermo. Quod etiam de altero huius Themistii loco, quo de *purpura Consulari* agi itidem existimat vir eximius, statuendum est: vbi nempe de Iouiano Augusto, qui cum Varroniano filio Consul nuncupatus fuerat, dicitur Orat. V. pag. 64. in eo positam illius anni celebritatem, *ἡ τὴν ξυνωρίδα ἐπέγραψε τὴν εὐδαίμονα πατρός τε ἅμα καὶ υἱέως, τῆς πατρῴας ἁλουργίδος ἡλικιώτου* (non, vt ibi Baronianus Aristarchus, *ἡλικιώτης*) *quæ par beatum præscripsit, patris simul ac filii, qui paternæ purpuræ est æqualis* seu *coætaneus*: nempe qui patre Iouiano superiori anno ad imperium euecto, seu paullo ante, natus demum erat; ac vnde eius *VAGITVS, pertinaciter reluctantis, ne in curuli sella veheretur ex more*, tradit Ammianus Lib XXV. cap. X. Quod clare etiam adstruunt postrema eiusdem Orationis verba pag. 71. vbi Deum precatur Themistius, vt qui hunc filium Varronianum participem Magistratus illius fecerit, a quo anni nominantur, *μετέχειν ἀποφήνῃ καὶ τῆς ἁλουργίδος*, Petavio interprete, *eundem & purpuræ aliquando atque imperii participem efficiat*; & quomodo haud semel alibi *ἁλουργίδα* pro *imperiali purpura*, seu *imperio* duntaxat adhibet, vti paullo post etiam liquebit, idem Themistius. Neque vero audiendus Cl. Cangius, dum e priori illo Themistii loco, anno demum CCCXXVI Constantium *Cæsarem* nuncupatum putat, quod iam anno CCCXXIII contigisse, alibi postea ab eodem Cangio, & laudato Pagi, monitum vidimus supra p. 32. Postremus vero ac eruditus Themistii editor eadem Auctoris illius verba, non ex Chronologico rigore, sed oratorie dicit accipienda: quod Constantius quidem Cæsar leuatus sit anno CCCXXIII; Constantinopolis autem anno CCCXXVIII, Iusto & Ianuario Coss. (prout nempe ad hunc locum Petauius) ædificari cœpta. Quod vltimum tamen ex iis, quæ iam aliunde de anno inchoatæ Constantinopoleos sunt adducta, infirmatur. Vt mittam, quod nec ea oratoris licentia admitti facile possit vel concedi, vt duas res adeo memorabiles, quæque Themistii æuo contigerant, *eodem tempore* dicat ille obvenisse; immo hoc ipsum, vt singulare faustique ominis indicium, apud ipsum Co[illegible]antium prædicet: quæ tamen integro quinquennii interuallo forent a se inuicem distita. Quo vtique incommodo non adeo premitur, quæ intra biennii duntaxat, quod ante dicta ar[illegible]nt, spatium, vtrumque statuit contigisse, sent[illegible]ntia: nempe Constantium anno CCCXXIII Cæsarem nuncupatum, anno autem CCCXXV Constantinopolim condi cœptam. Quamquam multa hic soleant confundere, neq[illegible] in notatione temporum sint valde accurati, Græci, qui iis de rebus agunt, Historiarum, Chronicorum, aut vero Originum eiusdem vrbis scriptores; iique ibidem plurimis ac in [illegible]ibus, maxime quoad numeros, mendis etiamnum obsiti. Quod liquidum fiet iis, qui ea, quæ a Chronici Alexandr. Auctore ad annum Christi CCCXXVIII & CCCLX, Philostorgio dicto supra loco, Theophane, Nicephoro, Codino & Hesychio de Originibus Constantinopoleos, & ab eodem Hesychio præterea in Historia vniuersali apud Photium Cod. LXIX, Zonara insuper, Cedreno & Suida prolata inspexerint; seu de anno Mundi, quo eadem vrbs est inchoata, seu qua Olympiade, quibus Consulibus, quoue imperii Constantinianei anno id contigit; vel quo anno denique vrbs illa est absoluta. Ita (qua de re mox plenius) vrbs condi cœpta dicitur a Theophane anno Mundi 5[illegible]6, Christi iuxta Aeram nempe Alexandrinam, CCCXVI; a Nicephoro modo Mundi anno 5815, (Christi autem cccx) modo 5825; a Codino M[illegible]ndi anno 5837; a Cedreno 5836: biennio en[illegible] post, idque anno Mu[illegible]di 5838 eandem is [illegible] absolutam. Addit Codinus, id contigisse, v[illegible]hodie apud eum legitur p. 8. edit. Reg. prim[illegible] anno Olympiadis CCLXV, qui tamen inc[illegible] in primum Probi Imp. annum, Christi aute[illegible] iuxta Aeram vulgarem CCLXXXI, hoc est, [illegible]XV circiter annis, antequam imperium capess[illegible]ret Constantinus. Hesychius autem apud Photium Cod. LXIX. incrementa nactam tradit Constantinopolim, (vbi nempe celebrata eius Encænia) idque magis ad veri fidem, sicut etiam in Eusebii Chronico factum, Olympiade CCLXXVII. Sic eam Theophanes anno Constantinianei imperii vicesimo, Nicephorus autem decimo inchoatam: ille, eiusdem imperii vicesimo quinto, hic vicesimo dedicatam; alibi autem vicesimo octauo, vt Philostorgius iam ante, quod supra vidimus, tradiderat, absolutam: Codinus duodecimo illius imperii anno conditam: eandem autem decimo circiter octauo, & ante exutum aut cæsum [illegible]icinium, cœptam, & vicesimo perfectam Ce[illegible]nus: quod postremum, & verius quidem, anno demum

mum XXV illius Conſtantinianei imperii factum, dicit Heſychius Origin. Conſtantinop. p. 29. edit. Regiæ. Quæ nata inde apud eos ſententiarum diuortia, vel quod ſubinde primam illius vrbis *exſtructionem* & eius *Encænia* confuderint; vel quod diuerſam ſequuti ſint Mundi & Chriſti natalis Aeram; vel nihil vltra eius Encænia, de eadem vrbe a Conſtantino abſoluta, adnotauerint; vel quod mendis ſint etiam iidem obſiti, indeque emendandi; vti in adducto Codini (non, vt ibi legitur, Cedreni) loco ab illuſtri Scaligero de Emend. Temp. p. 509 & nuper a laudato Pagi in Critica Baroniana Seculo IV. p. 82. factum. Neque vero magnam hiſce facem præferunt quæ doctiſſimus Petauius Lib. XI. Doctr. Temp. cap. XLII. *de Encæniis & conditu Nouæ Romæ ſeu Conſtantinopoleos* adnotauit; dum & illa *Encænia* cum vrbis *conditu*, vbi Auctores, qui ea de re agunt, tangit, ibidem confundit; de hoc autem nihil nominatim monet, niſi quod biennio condi cœptam & abſolutam, vnius Chronici Alexandrini fide, vrbem ſimiliter ſtatuat. Quamquam, vt de aliis Auctoribus ſileam, in alia ducentem haberet quum adductum Themiſtii, pridem a ſe editi, tum hunc Iuliani, cuius itidem Orationem multis ante elucubratum Opus chronologicum annis vulgauerat, locum. Adde quod is etiam nonnulla Auctoribus, qui de hiſce agunt, ab ipſis aliena, vti paullo poſt dicetur, adfingit: aut vero eos præterit, quorum tamen ea de re verba referri & excuti omnino merebantur. Vnde, vt eo certius conſtet illorum *decem annorum non integrorum*, intra quos Conſtantinopolis dicitur ibi a Conſtantino exſtructa, eorumque quæ aliunde iam ſunt a nobis adlata, ratio, ſequentia eam in rem κεφάλαια hic adnotanda duximus.

Primo: condi cœptæ a Conſtantino huius vrbis initium, ab eius monarchia, quum profligato Licinio ſolus rerum potitus eſt, omnino eſſe arceſſendum. Id enim aperte indicant Auctores qui ea de re agunt, Anonymus Valeſianus, Zoſimus Lib. II. cap. XXVIII. & XXX. Nicephorus Lib. VII. cap. XLVI. & XLVII. & Lib. VIII. cap. I. & IV. iisque antiquior & ipſi Conſtantino coæuus, eoque maiori fide hic dignus, Praxagoras. Exſtant huius e libris eiusdem de Geſtis Conſtantini verba apud Photium Cod. LXII. vbi hic Imperator debellato, cuius nomen ibi præcedit, Licinio, dicitur κεχειρωμένος ὢν καὶ MIAN δείξας τὴν σύμπασαν ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, ΚΤΙΖΕΙ τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἑαυτοῦ, *victor itaque & VNVM conſtituens* (in duo nempe, ſuperſtite aut nondum exuto Licinio, diuiſum) *vniuerſum IMPERIVM, Byzantium cognominem ſibi ciuitatem CONDIT.* Initium autem illius monarchiæ ad annum Chriſti CCCXXV a Chronici Alexandrini Auctore, refertur: adde & ab Idatio, dum ſuperiori anno debellatum, ſequenti autem, ſeu ſub Iuliano & Paulino Coſſ. occiſum tradit Licinium. Quam ſententiam amplexus eſt in Critica Baroniana ad annum Chriſti CCCXVIII eruditiſſimus Pagi, eamque ibi contra Cl. Iacobum Gothofredum tuetur, qui in Chronologia Cod. Theod. & alibi, anno CCCXXIV debellatum & occiſum tradiderit Licinium, indeque etiam ſit Conſtantini monarchiam auſpicatus. Quæ autem contra teſtimonia eam in rem e Legibus Codicis Theodoſiani ab eius Enarratore adlata reponat idem Pagi, aut quo nouo id firmet ex Euſebii & Theodoriti Hiſtoria argumento; dum illa vsque ad annum CCCXXV, ſeu cœptam a Conſtantino monarchiam pertingit, hæc vero ab ea initium ducit; non hic tango, quæ conſulere poterit ibidem Lector. Illud tantum addam, quod priori ſententiæ de debellato nō ſolum, ſed ſublato etiam Licinio, anno CCCXXIV, ac ab eo cœptæ Conſtantini monarchiæ, ſuffragari poſſent adducta ſupra Themiſtii verba, indeque eadem, & quod ad hunc Iuliani locum eximie etiam facit, egregie illuſtrari: ea nempe, quibus dicit, vt vidimus, Themiſtius, *Conſtantii imperii æqualem eſſe ætate Conſtantinopolim: eodem enim tempore patrem vrbi muros, & filio purpuram circumdediſſe.* Conſtantium quippe Cæſarem, Criſpo III & Conſtantino III Coſſ. ſeu anno CCCXXIV nuncupatum tradit Idatius, & ad eundem annum refert Chronicon Scaligeri Euſebianum; quo autem tempore, iuxta Themiſtium, & profligato iam Licinio cœptaque Conſtantini monarchia, vrbis Conſtantinopoleos iacta forent ab eo fundamenta. Vnde inſuper horum *decem circiter annorum*, quos in exſtruenda Conſtantinopoli impendiſſe Conſtantinum hic dicit Iulianus, ab eodem illo anno CCCXXIV, ducendum eſſet initium. Adde, quod non adeo a Licinii cæde, quam ab eo poſt deditionem in priuati ſortem iam ante redacto, quod hoc anno CCCXXIV contigiſſe tradunt ſupra memorati Auctores, & agnoſcit etiam eruditus Baronii Ariſtarchus, ſolus imperium obtinuit Conſtantinus. Quod adſtrui inſuper poteſt ex alio eiusdem Themiſtii loco Orat. VI. p. 83. vbi a Conſtantino ideo dilecta dicitur, ac noua inde imperii ſedes conſtituta Conſtantinopolis, ἐφ᾽ οἷς ἀφείλετο γαμβρὸν τὴν ἁλουργίδα, quod ibidem *adfini*, Licinio nempe, *purpuram abſtulit*: vbi cæteroquin γαμβρὸν male per *generum* vertit Petauius, ac in Notis κατ᾽ ἐξοχὴν id de Licinio dictum, qui ſororem Conſtantini duxiſſet, tradit. Neque enim ignorare debuit

(I) 3 vir

vir Græce doctissimus, *γαμβρὸν* quum pro *sponso*, vt apud Pindarum Olymp. Od. VII. & Pyth. Od. IX. vbi per *generum* male vox eadem ab interprete redditur, & quomodo debet etiam apud Aeschylum Agam. v. 713. *γαμβροῖσιν sponsis*, non *cognatis*, vti factum, reddi; tum pro *socero*, vt apud veteres Tragicos, iuxta Eustath. ad Iliad. E. p. 572. & ita apud LXX Seniores Exod. III. v. 1. Ἰοθὼρ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, pro quo in aliis MSS, τοῦ πενθεροῦ, *Iothir soceri eius*, nempe Mosis, ac similiter de eodem apud Ioseph. Lib. V. Ἀρχαιολ. cap. I. dicitur Μωσέως γὰρ ἦν γαμβρὸς, *Mosis enim erat socer*; ac pro *adfine* denique, vt hic apud Themistium, apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 70. ipse Oedipus vocat Κρέοντ' ἐμαυτοῦ γαμβρὸν, *Creontem meum adfinem*, vxoris nempe Iocastes fratrem. Sed hoc obiter. Illud vero e dicto Themistii loco firmatur, post redactum in priuati hominis sortem a Constantio Licinium, quod anno, vt modo dixi, CCCXXIV contigisse constat, Constantinopoleos condendæ consilium ab eodem captum. Quomodo plana etiam forent nullisque amplius, quibus laborant aliæ, vt iam vidimus, explicationes, difficultatibus implicita memorata iam supra eiusdem Themistii verba, quibus eodem circiter tempore Constantio purpurati & Constantinopoli muros circumdedisse, facto nempe tum eius rei auspicio, dicitur Constantinus. Ita enim non *quinquennii*, vt a postremo ac erudito Themistii editore factum diximus, sed nec *biennii* quidem, de quo nos paullò ante, metachronismus foret ei tribuendus. Vnde etiam *decem annorum non integrorum*, quos in exstruenda Constantinopoli impendisse Constantinum dicit hoc loco Iulianus, ab anno CCCXXIV, & quidem a mense Nouembri, iuxta Codinum, ducendum esset initium. Neque vero ab hisce valde recedunt, quæ de Constantio, superiori iam anno seu Christi CCCXXIII, Cæsare nuncupato, ab eruditissimo Pagi, & a nobis supra obiter sunt adlata, & qua de re posset accuratius, si id nunc ageretur, anquiri: idque quod non vna subinde, nec id alibi diffitetur vir præclarus, in celebrandis Cæsarum aut Imperatorum Quinquennalibus, Decennalibus &c. nec ad annum, in quem eadem incidebant, præcise restricta fuerit ratio.

Secundo: quamquam neque eam reiiciendam putem sententiam, quæ in prima Constantini Vicennalia, & sequentem proinde annum, seu Christi CCCXXV, primam illius vrbis ædificationem refert. Præter Socratem enim, qui id haud obscure tradit Lib. I. Hist. Eccl. cap. XVI. ita tamen vt quorundam Græcorum, qui ea de re agunt, more, iacta eius fundamenta & Encænia simul eademque periodo complectatur, idem quoque statuisse videtur Theophanes. Is enim Constantini Vicennalia, Synodum Nicænam, Crispi cædem, quæ anno Christi CCCXXV, vt aliunde liquet, contigere, & *Constantinopolim condi cœptam*, καὶ τὸ Βυζάντιον ἤρξατο κτίζεσθαι, ad vnum eundemque annum refert: etsi ab eo ibidem adscripti, & iuxta eam, quam sequutus est, Aeram, annorum aut Indictionis etiam numeri, ad alium annum, iuxta proprios ei calculos, vt adnotauit eruditus eius editor P. Goar, respiciant. Idem vero ad annum Mundi 5821, Christi CCCXXI Constantinianei vero imperii XXV, conditam ac dedicatam vrbem statuit. Qui autem ab eo adscribuntur Mundi, aut Christi Natalis, a Dionysianis seu vulgaribus diuersi anni, ii pertinent ad Aeram, quam ille adhibuit post Syncellum aliosque, Alexandrinam; de qua aliisque Græcorum Aeris videri potest præter Scaligerum ac Petauium, illum De Emendat. Tempor. p. 746. hunc Lib. IX. Doctrin. Temp. cap. II. & III. & Auctar. Temp. Lib. VIII. cap. I. quum ipse Pagi in Dissertatione de Periodo Romano-Græca Criticæ Baronianæ præmissa, tum in Notis ad Theophanis prooemium laudatus modo eius Editor. Hæc autem duo Auctoris illius loca, primum de Constantinopoleos *conditu*, alterum de eius *Encæniis*, non adtendit sed confudit doctissimus Petauius vbi ea de re agit, memorato supra loco, Lib. XI. Doctrin. Temp. cap. XLII. aliaque ibi Theophani adfingit, quasi Constantinianei imperii anno XXXII conditam vrbem diceret, quæ apud eum non leguntur: quo nomine iure eundem Petauium ad illum Theophanis locum iam redarguit dictus modo Adnotator. Aperte enim Theophanes primam vrbis ædificationem ad vicesimum Constantinianei imperii annum, ac proinde iuxta certos Chronologorum calculos, anno Aeræ Christi Dionysianæ CCCXXV; Encænia autem vrbis ad eiusdem Imperii annum vicesimum quintum retulit, seu Christianæ Aeræ CCCXXX. Neque vero hic prætereundus Nicephorus Callistus, cuius nimirum duo memorabilia exstant de anno condi cœptæ huius vrbis, quæ obiter supra adtigi, loca, & de quibus silet quum ibi, vbi ea de re agit in magno opere, tum ad hæc Iuliani verba Petauius; postremum vero refert in Critica Baroniana Cl. Pagi p. 82. Secul. IV. Exstat vero prior locus sub fin. Lib. VII. Hist. Eccl. vbi de Constantino dicitur,

dicitur, eum post sublatos Tyrannos, & parta iam monarchia, cognominem sibi vrbem condidisse, ac, vt additur, ἐπῆχε κοσμᾳ μετὰ ἔτη ε, ω ιε, ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως, τριακοσιοστὸν καὶ δέκατον ἐπελογίζετο, *Quo tempore Mundi quidem annus quinquies millesimus octingentesimus decimus quintus, a Christi autem natiuitate trecentesimus decimus.* Idem vero Libro sequenti VIII. cap. IV. vbi quum condi cœptæ, tum absolutæ vrbis tempus plenius a se attingit: καὶ ΗΞΑΣΘΑΙ γε τῆς οἰκοδομῆς κατὰ τὸ πεντακισχιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος τοῦ κόσμου, τῆς δὲ ἀρχῆς αὐτοῦ δέκατον. ΤΕΛΕΣΑΙ δὲ τοῦτον ΠΑΝΤΑΠΑΣΙ κατὰ τὸ εἰκοστὸν ὄγδοον αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς, ὅπερ ἐστὶ κόσμου ἔτος τὸ πεντακισχιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν τρίτον, ὡς δὲ ἕτεροι, ,ε.ω.λ.η. *Et vrbem CONDI COEPISSE anno ab orbe condito quinquies millesimo octingentesimo vigesimoquinto, Imperii vero eius* (Constantini nempe) *decimo: ABSOLVTAM autem PRORSVS esse eiusdem Imperii vicesimo octauo, qui incidit in conditi Mundi annum quinquies millesimum octingentesimum quadragesimum tertium, siue, vt alii tradunt, trigesimum octauum.* Vnde liquet, priori loco alium tradi Mundi annum, quo condi cœpta Constantinopolis, nempe 5815, qui propius accedit ad eum a Theophane, vt vidimus, adductum 5816; alium vero annum posteriori loco designari, nempe 5825. (Adeo vt vel duas diuersas Græcorum Aeras equutus dicendus sit in eodem opere, ac vbi de eadem re agit, Nicephorus, Alexandrinam nempe priori loco, altero autem Constantinopolitanam; vel corrupti in alterutro loco numeri sint omnino statuendi. Quorum prius certum quum alia reddunt, tum ipse Nicephurus, qui Lib. VIII. cap. II. Constantinum tradit patre mortuo Imperium consequutum, eodem illo Mundi anno ibi adscripto 5815, nempe iuxta Aeram Constantinopolitanam, qui incidit in annum Aeræ Christianæ CCCVI, qui primus etiam exstitit Cæsarei Constantinianei Imperii annus. Haud eo minus adnotatum posteriori loco a Nicephoro Mundi annum 5825, quem ad Aeram Dionysianam CCCXVI reuocat eruditissimus Pagi, abire haud parum constat a Theophanis vel aliorum calculis, qui Constantini Vicennalibus, ac proinde anno Christi CCCXXV, iacta Constantinopoleos fundamenta, vti iam vidimus, referunt. Idem proinde de *decimo* Constantinianei Imperii anno, quo iuxta Nicephorum vrbs fuerit inchoata, statuendum, qui in annum vulgaris Aeræ CCCXVI recidit, & cuius proinde loco (siue librariis siue ipsi Nicephoro quod reliqua apud eum arguunt, error sit adscribendus) *decimus nonus* aut *vicesimus* est omnino reponendus. Neque enim hic adsentior laudato Pagi, qui *decem annos* a Iuliano hic memoratos, de *decimo* Imperii Constantinianei anno, qui Christi CCCXVI absoluitur, *imperite interpretatum* credit Nicephorum. Aliud enim tradunt quum adducta ipsa Nicephori, quæ superiori libro leguntur de Constantini Imperio, aut condita ab eo Constantinopoli, verba; tum quæ mox ille addit, de absoluta eadem vrbe, anno Constantinianei Imperii *vicesimo octauo*; quæ proinde inter conditam absolutamque vrbem non *nouem*, vel vt hic apud Iulianum *decem* circiter, sed *octodecim* annorum interuallum statuunt. Adde, quod alibi idem Nicephorus, nempe Lib. VIII. cap. XXVI. cuius vnum ea de re locum adduxit in magno opere, vbi *de conditu & Encæniis* huius vrbis agit, Petauius, *vicesimo* Constantinianei Imperii anno celebrata tradit Encænia. Quod a Cedreno itidem factum, & quidem postquam profligatum & cæsum dixit Licinium, pag. 284. edit. Regiæ, τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ Κωνσταντίνου, πληρωθείσης τῆς πόλεως, *anno vicesimo Imperii Constantini vrbs absoluta*, & sequuta eius, vt ibidem additur, Encænia; quæ tamen vicesimo quinto illius Imperii, vt aliunde constat, anno contigerunt; ac vnde apud Cedrenum pro κ ἔτει leui & facili omnino lapsu κέ ἔτει (vt in libris de Emend. Temp. pag. 509. monuit iam ὁ πάνυ) legendum liquet. Quod euincit etiam adscriptus ibidem ab eo Mundi annus 5838, qui non in annum Constantinianei Imperii vicesimum, sed in vicesimum quintum, seu XI Maii, qui ibidem a Cedreno notatur, anno nempe Dionysiano CCCXXX, quo celebrata reuera vrbis Encænia, recidet. Idem vero dicendum de corruptis aut male constitutis apud Codinum numeris, dum is *duodecimo* illius Constantinianei Imperii anno, qui incidit in annum Aeræ Dionysianæ CCCXVII, aliquot proinde annis ante profligatum Licinium, & obtentam a Constantino monarchiam, non iacta solum Constantinopoleos fundamenta, sed absolutam etiam tradit, de Origin. Constantinup. p. 6. & 7. edit. Regiæ.

Tertio: Chronicon Alexandrinum quod adtinet, in quo demum anno CCCXXVIII, Ianuario & Iusto Coss. iacta dicuntur Constantinopoleos fundamenta, & quo auctore hic nititur

RANNI Constitutionibus & Legibus, ac similiter Leg. II. III. & IV. ibidem; & quo alioquin nomine Maxentium itidem indigitat Constantinus eod. Cod. Theod. Leg. I. De ingenuis, qui tempore Tyranni, & Lege I. de Cohortalibus, vt ibi obseruat doctissimus Iac. Gothofredus. Quomodo cæteroquin de eodem Maxentio a Socrate dicitur, apposite ad hunc Iuliani locum, Lib. I. Hist. Eccl. cap. II. ἤδη τύραννος μᾶλλον, ἢ βασιλεὺς, *Tyrannus potius quam Imperator dictus est*, a Prætorianis nempe militibus, & paullo post: τυραννικῶ μᾶλλον ἢ βασιλικῶ χρώμενος κατ' αὐτῶν, *tyrannum se potius erga illos* (Romanos) *quam Imperatorem gerens*. Quo spectat etiam quod legitur in veteri Vrbis Kalendario, a viris eruditis Bucherio & Lambecio edito, *V. Kal. Nouembr. EVICTIO TYRANNI*, ac ad Licinium refertur ab eodem Lambecio & Cl. Pagi in Critica Baroniana ad Annum CCCXVII. sed verius ad Maxentium, a viris eximia doctrina Norisio, Baluzio ad Lactant. de Mort. Persec. & Dodwello in Dissert. Cyprian. Qua ratione autem vtraq; hæc Maxentii & Licinii *tyrannis* sit a Constantino, quod hic a Iuliano dicitur, *oppressa*, obuium e Scriptoribus illorum temporum, Eusebio, Eutropio, vtroque Victore, Anonymo Valesiano, Zozimo &c. vt de lapidibus ac nummis, quibus eadem signantur, nunc sileam. Addi autem debet hisce duobus, *Licinio* & *Maxentio*, *Martinians* quoque *sublata* ab eodem Constantino, ad quam ille a Licinio fuerat euectus, *tyrannis*; vti id rursus ex vtroque Victore, Anonymo de Gestis Const. & Zozimo constat; quodque itidem arguunt veteres nummi ab antiquariis descripti, cum *Augusti*, quem huic tyranno iidem tribuunt, nomine.

Ibid. A. lin. 3. τὴν οἰκουμένην ἐπῆλθε ἅπασαν) Qualia vtique sublatis illis, vt hic dicitur, tyrannis de Constantino similiter memorat cum Eusebius Lib. X. Hist. Eccl. cap. IX. & Lib. I. de vita Constant. cap. VIII. quod inscribitur, ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν, *quod orbem propemodum vniuersum subegerit*; tum Libanius in Basilico p. 106. vbi post debellatum a Constantino Maxentium, de eo dicitur, ἀνακαθαιρόμενος γῆν τε καὶ θάλατταν, *terram & maria perpurgans*, & mox: τὸ δὲ πανταχοῦ ἀνισταμένων πανταχῇ, *vbique salutem restituens*. Quale de eodem Imperatore testimonium perhibent præclari eius, iique e maximorum genere, quos e Cimeliarchio Gallorum Regio ad Iuliani Cæsares olim adduxi, nummi, inscripti EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM, & DEBELLATORI GENTIVM BARBARARR; cuiusque postremo similis exstat aureus, sed cum aliis typis & nomine integro BARBARARVM, in Electorali hoc Cimeliarchio. Quibus addi ... sunt alii, iique insignes, huius Con... mi, in quibus VICTOR OMNIVM ... TIVM, aut VBIQVE VICTOR, aut ... DATOR PACIS, aut SECVRITATI ... PETVAE, vel SECVLI FELICITAS, ... id genus symbolis ac elogiis idem est ... tus, aut celebratur eius imperii felicitas ... potiori quidem iure, quam de illo, ... modo vidimus, Licinio in veteri Ins... Panormitana apud Gualtherum num. C... quam adduxerunt iam viri præstantes ... risius & Pagi, dicitur RESTITVTORI ... BERTATIS AC FVNDATORI PVBLI... SECVRITATIS &c.

Ibid. A. lin. 6. οἱ μὲν στρατευόμενοι ... τὰς δωρεὰς) Inter alias Constantini v... eluxit, quam extollunt qui res eius ad... re, Eusebius, Eutropius, aliique, insignis q... dam beneficentia ac liberalitas, quam ... post tangit Iulianus. Eam vero hic p... idem, quam in *milites* Constantinus exerc... & quæ vulgo *donatiui*, vt hic δωρεᾶς, nomine vocari a Romanis consueuerat, inter ... etiam sub *liberalitatis* & *congiarii* no... a priscis Auctoribus, ac in nummis an... designatur. Constantini autem æuo *lar...tis* & frequentius *largitionis* vocibus ... quidem alibi monui, adductis ibidem eius ... exemplis & testimoniis, dicebatur. Vnd... ductus itidem a me, nempe Diss. IX. de ... & vsu Numism. p. 823. præclarus Co... cui dicta ... æc Oratio, nummus, e ... CHRISTINAE Augustæ, in quo LARG... inscribitur. Ad ea vero militum, seu ... *ria*, de quibus hic Iulianus, *donatiua* ... potissimum veteres illos nummos ib... cui, in quibus ante ... stant milites prætoriani, aut in qui... stans dextra congium, sinistra lab... net. Ne iam hic, addam singularem ... Imp. nummum, qui exstat in Gaza ... Regia, in quo Mercurius signat... ceo & crumena ac inscr. DONA A... enim non ad *dona* seu *donatiua* mi... gari solita, sed ad pacis seu do... trinarum ... bus inclaruisse dicitur ... nera referre visum est ... Medi... exemplo Cl. Vaillantio in nou... Numismatum præstantiorum edition... hic non expendo. Effusas ... ni non in *milites* solum, vt h... loco, ... amicos promisisse, eosque, ... Lib. II. cap. XXXIIX. viles ac ind... seu *largitiones*, ... Iulianus p. ... ac Zozimo, ...

trectatoribus, vt hic obiter doctissimus Petauius, *notatus* statuatur eo nomine Constantinus) suffragantur non alii solum Gentiles illius æui scriptores, Eutropius, Victor Schotti, Ammianus; sed ipse etiam Constantini Panegyrista Eusebius, vti olim ad eosdem Cæsares monui, & qua de re iterum nos ibidem.

Ibid. A lin. 8. *καθάπερ ζῶν διαπλῆσαι σεβόμενοι*) Cuius post Constantini fata, constantis *militum*, quod hic dicitur, in eum studii & *cultus* primum illud fuit documentum, quod eundem in suburbanis Nicomediæ mortuum, in arca aurea a se depositum, purpureaque veste obductum, Constantinopolim in Regiam deportarint milites, eumque ibi *perinde ac viuum ac spirantem, genu flexo, statis horis salutarint*, *οἷα περ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον, γονυκλινῶς ἠσπάζοντο*, teste Eusebio Lib. IV. de vita Constant. cap. LXVI. & LXVII. cui adde Theodoritum Lib. I. Hist. Eccl. cap. vlt. Alterum, prout ab eodem Eusebio sequenti cap. LXVIII. traditur, quod tres superstites Constantini filii sint a militibus, ceu vnanimi Exercituum consensu, *Augusti* continuo nuncupati. Neque intra *milites* solum stetit illa defuncti Constantini, instar *numinis* cuiusdam, vt hic dicitur, *veneratio:* vt vel ex iis, quæ ab eodem Eusebio capite LXIX eiusdem libri memorantur, constat; eum nempe, quod ille ait, non nudis solum vocibus, sed dedicatis imaginibus (quod & iam ante ab eo refertur Lib. I. cap. VIII.) mortuum perinde ac superstitem a Senatu Populoque Romano honoratum, ac, vt continuo addit, *οὐρανοῦ μὲν σχῆμα διατυπώσαντες ἐν χρωμάτων γραφῇ, ὑπὲρ ἁψίδων οὐρανίων* ΕΝ ΑΙΘΕΡΙΩι ΔΙΑΤΡΙΒΗι *διαναπαυόμενον αὐτὸν τῇ γραφῇ παρεδίδοσαν*. *Cæli quidem similitudinem in tabella exprimentes, ipsum supra cœlestes fornices IN AETHEREO DOMICILIO requiescentem pinxere*. Sed quibus adhuc manifestiora sunt ea, quæ ab eodem Eusebio referuntur cap. LXXIII dicti modo libri, & præsenti etiamnum nummorum fide comprobantur. In quibus nempe, vti ibidem ille tradit, velatum Constantini caput in anteriori parte visitur; in altera vero ipse in quadriiugo curru non *sedens*, vt Eusebii eadem verba vertit Cl. Valesius, sed *stans*, & porrecta ipsi cœlitus dextra ad superos adsumitur. Qualem vtique nummum, post viros magnos Ant. Augustinum, qui primus eum in Dialogis protulit, & Baronium in Annalibus ad A. C. CCCXXXVII, edidit ac illustrauit Cl. Tristanus Tom. III. p. 553. ac dein in Familiis Byzantinis inter alios Constantini nummos vulgauit eruditissimus Du Cange. Eundem vero hic in Lectoris gratiam, cui id genus libri aut *κειμήλια* haud continuo sunt præ manibus, nec alieno vtique loco, vbi de Constantino pro *Deo* habito agitur, signandum duximus:



Ad cuius nummi maiorem lucem apposite iam Tristanus adduxit Anonymi de Constantini parente Constantio verba, quæ exstant in Panegyrico Maximiani & Constantini cap. XIV. *Audis enim profecto hæc & vides, DIVE Constanti, quem CVRRV pene conspicuo, dum vicinos ortus repetit, occasu Sol ipse INVECTVRVS COELO excepit*. & ad nummum adhuc, vt cum Fabio loquar, significantius, quæ de eodem Constantio ab Eumenio dicuntur in Constantini Panegyrico cap. VII. *Vere enim profecto illi superum templa patuerunt, receptusque est consessu COELITVM, Ioue ipso DEXTERAM PORRIGENTE*. Adde quod de Constantino dicit Libanius in Basilico p. 113. *τὴν οἰκουμένην ὁ τῶνδε πατὴρ ἰθύνας, αὖθις ἐπῆλθε συνεσόμενος τῷ τῆδε καταπέμψαντι*, *Horum parens* (Constantinus) *orbem terrarum moderatus, rursus hinc migrauit, vt cum eo esset, qui eum miserat*. Vnde quod ille *inter Diuos meruit referri*, dicitur a Gentili itidem Eutropio Constantinus: immo hæc *Diui* appellatio eidem a Christianis Imperatoribus, quamquam nec soli, tribuitur, vt a Valentiniano. Theodosio & Arcadio Leg. IX. & X. Cod. Theod. & Leg. I. Cod. Iustin. de Annonis ciuicis. Quibus addere licet, quæ de honoribus cultuque eiusdem Constantini statuæ, a sequutis eum Imperatoribus Populoque, solenni ritu & more exhibitis, a Chronici Alexandrini seu Paschalis auctore ad A. C. CCCXXX, ab Hesychio & Codino Originibus Constantinopolitanis, illo sub fin. hoc p. 8 edit. Regiæ, ac plenius a Philostorgio Lib. II. Hist. Eccl. cap. XVII. traduntur; ac inter alia *καὶ εὐχὰς προσάγειν* ΩΣ ΘΕΩι *καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν*, *votaque VELVT DEO* Constantino *facerent, & supplicationes ad depellendas calamitates peragerent*. Quibus accedunt, quæ de miraculis etiam & sanationibus morborum, non ad eius solum statuam, sed ad

ſepulcrum eiusdem Conſtantini factis, innuit Theodoritus Lib. I. Hiſt. Eccl. cap. vlt. vberius autem memorat Nicephorus Lib. VIII. cap. LV. vt ad Philoſtorgium iam obſeruarunt viri doctiſſimi Iac. Gothofredus & Henr. Valeſius. Quomodo præterea factum, vt per plura dein ſecula Imperatores ad ſepulcrum Conſtantini, ſolemni ac ſtata die, ad celebrandam eius memoriam, quod tradit Codinus de Officiis Conſtant. cap. XV. procederent; eiusque, vt e Græcorum Menologiis itidem liquet, Natalis diem anniuerſarium religioſo cultu ſint iidem Græci deinceps proſequuti.

Ibid. B. lin. 4. *ἐξ ἀυχμῶ τῆς ἀπληςίας τῦ δυναςεύσαντος*) Licinii nempe, cuius *ἀπληςίαν*, *inexplebilem cupiditatem* ſeu *auaritiam*, perſtringit ſimiliter Euſebius Lib. I. de vita Conſt. cap. LV. *ἐπινοῶν μυρίας κτ̃ τῶν ὑπηκόων. ἔνθεν ἀναμετρήσεις ἐπινοεῖ γῆς, ὡς ἂν πλείονα τῷ μέτρῳ λογίζοιτο τὴν ἐλαχίστην, ΔΙ' ΑΠΛΗΣΤΙΑΝ πλεονεκτῶν εἰς πράξεων*, dein, *ὁ γὰρ εἶχεν αὐτῷ μέτρον ἡ μικρολογία, ὁ δ' Η ΑΠΛΗΣΤΙΑ κόρῳ περιεζέτο*, *Mille præterea exactionum genera aduerſus ſubditos excogitauit. Quocirca nouas agrorum menſiones adinuenit, vt exigui agri maiorem imputaret modum, ob INEXPLEBILEM CVPIDITATEM nimiarum exactionum.* Tum: *Neque enim ſordida hominis parſimonia vllum habebat modum, nec INEXPLEBILEM habendi CVPIDITATEM ſatietas finiebat.* Qualia rurſus de hoc Licinio ab eodem Euſebio referuntur Lib. X. Hiſt. Eccl. cap. VIII. ac prout *auaritiæ cupidine omnium peſſimus* a Victore Schotti idem dicitur; & ab Anonymo de Geſtis Conſtantini Valeſiano, *auaritia, crudelitate, libidine ſæuiebat, occiſis ob diuitias pluribus.* Neque vero de nihilo eſt, quod *τῦ δυναςεύοντος*, non *βασιλεύοντος*, *dominantis* nempe, ſeu Tyranni, non *imperantis*, ſeu Auguſti, voce deſignetur hic Licinius; eiusque proinde *ἀπληςία*, iuxta quam ſibi ſubiectorum facultates omni exactionum genere diriperet & exhauriret, notetur. Haud aliter nempe ac *δυνάςυ* & *βασιλέως* diſcrimen tangit Themiſtius Orat. I. qua humanitatem huius Conſtantii prædicat, *καὶ διὰ τῦτο ὁ Περσικὸς οἶμαι ΔΥΝΑΣΤΗΣ πόῤῥω τῦ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ὀνόματ⊗*, *propterea Perſarum DYNASTA longe abeſt a REGIS ſeu IMPERATORIS appellatione*, quod omnes ſibi ſubiectos, cognatos etiam, ipſumque fratrem ac filium, quem habiturus erat ſucceſſorem, ſeruos exiſtimet faciatque. Vnde apud antiquum auctorem Aeſchylum Perſ. v. 677. bis *δυνατα, δυνάτα*, pro *δυνάςα*, ad Darium Perſarum Regem, ſeu eius ex inferis euocatum idolum dicitur; prout nempe *γῶνα* & *ἄγωνα* pro *γωνία* & *ἀγωνία* apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 404. & *ἀγκλαυτον* pro *πάγκλαυςον* apud eundem legitur Electr. v. 1090. quod Atticurum more fieri obſeruant ibi veteres Grammatici. Quamquam *δυνάςαι* & *δυναςεύοντες* a Græcis ſint etiam dicti *optimates* in ſtatu Reipublicæ oligarchico, vt apud Platonem Lib. IV. de Legib. p. 710. *πολλοὶ γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάςαι γίγνον*), *multi enim in ea dominatum obtinent*; ac prout *δυνάςαι* appellati ſunt ab Atticis *primarii ciues*, vt a Diodoro Sinopenſi de iis, qui ſacra Herculis Athenis procurabant, apud Athenæum Lib. VI. p. 239.

Ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας ἐπιμελῶς
Ἐκλεξαμένη, τῶν ἐκ ΔΥΝΑΣΤΩΝ γεγονότας.
E duodecim ciuibus viros accurate
Deligens, natos ex primoribus ciuium.

Ibid. B. lin. 6. *τῦ πλύτυ τῶν βασιλικῶν ἐν μυχοῖς*) Nempe prout *ὁ μυχὸς πλούτου*, *quorum penetrale* ſeu *penus* in receſſu ædium, & vbi vulgo pecuniæ reconditæ, *diues* a Phœnice Colophonio dicitur apud Athenæum Lib. IIX. p. 360. Immo quomodo *πλοῦτον ἀγαθὸν μυχὸν* dixerat pridem Aeſchylus Choeph. v. 798.

οἱ τ' ἔσωθε δωμάτων
ΠΛΟΥΤΟΓΑΘΗ ΜΥΧΟΝ νομίζετε,
Κλῦτε, συμφρονες θεοί,

Quique interiorem ædium Diuitiis adfluentem receſſum ſeu *penum adminiſtratis, Audite beneuoli Dii*; nempe qui, vt hic apud Tragicum, *οἱ ἔσωθε δωμάτων θεοί*, ſeu *Dii penates*, apud Ioſephum ſimiliter, & quidem intra *τὰ βασίλεια* ſeu *palatium*, cuius hic fit etiam a Iuliano mentio, *οἱ ἔνδον θεοὶ* vocantur; quibus nempe Veſpaſianus, poſt ſuſceptum imperium Romam & palatium ingreſſus, aduentus ſui gratulatori ſacra celebrarit Lib. VII. *Ἁλώσ.* cap. XXII. Qui Dii etiam inde *θεοὶ μύχιοι*, quaſi *Dii penetrales* a Græcis ſunt appellati, vt apud Dion. Halicarn. Lib. I. Antiqu. p. 54. ac, vt præterea obſeruat, apud Aelianum Lib. X. de Animal. cap. XLV. (ſicut bene ibi *θεοὺς μυχίους* pro *μοιχίους* legendum viderunt eruditi eius editores, Gillius & Geſnerus) & *κτήσιοι* præterea, qua de re alias, ſunt appellati. Adde, quod prout *βασιλικοὶ μυχοὶ*, *palatii penetralia*, hic vocantur, in quibus *ὁ πλῦτ⊗* ſeu pecuniæ vel theſauri principis erant reconditi; ita, quod nec adſequutus eſt ibi Interpres, nec animaduertit *ὁ παντὸς μυχὸς πλῦτον* de *vrbis ærario* a Xenophane dicuntur apud Athenæum Lib. X. p. 414.

Οὐ γὰρ πᾶσιν ταῦτα ΜΥΧΟΥΣ πίαινει πόλεως,

Non enim AERARIVM vrbis ideo pinguefit, etiamſi nempe eiusdem vrbis ex athletis certaminibus, de quibus ibi egerat Xenophanes, victoriam reportarint.

Ibid. B. lin. 8. *τὸ κλῆϑ⊗ ἀφελὼν.* ... *κλειτὶ* ...

κλυσιν ἀδήλως τοῦ πλήτου κείται) Nempe prout id genus μυχοῖς seu ταμιεῖοις, penus vel ærarium, obserari solita, eorumque custodia μυχίοις, de quibus modo actum, seu κτησίοις θεοῖς, *Penatibus Diis* & *Locupletatoribus*, apud Gentiles, erectis ibidem eorum simulacris, & ara etiam, ad quam iis sacra fierent, commendari. Quorum prius tangunt Menandri apud Harpocrationem versus in voce Κτησίῳ,

Νῦν δ᾽ εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιοῦσ᾽ ὅταν
ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν ΚΤΗΣΙΟΝ
Ἔχοντά τι ταμιεῖον ἐ ΚΕΚΛΕΙΣΜΕΝΟΝ,

Nunc quum intrantem conclaue mulierum Video parasitum, Iouem vero CTESIVM Penum tenentem HAVD OBSERATAM. De Ara vero liquet ex Aeschylo, apud quem Clytemnestra reducem Argos Agamemnonem, vna cum Cassandra, interiora Regiæ iubet ingredi, eamque σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας, *collocatam iuxta aram Iouis Ctesii*, seu *Locupletatoris*, Agamemn. v. 1047. Vnde iidem Iupiter κτήσιος dictus, iuxta Dionem Chrysostomum Orat. I. p. 9. tanquam δοτὴρ πλούτου καὶ κτήσεως, ὀ πενίας ἐδ᾽ ἐνδείας, *dator diuitiarum & facultatum, non vero paupertatis vel indigentiæ*; & quomodo χρήματα κτήσια, *opes quæ possidentur*, dicuntur ab eodem, de quo modo, Aeschylo Agam. v. 1017. Quod vero *claustra* sacri in palatio ærarii, *sacrarii* inde dicti Leg. XLIX. Cod. Theod. De Hæreticis, a Constantino *reserata* hic dicit Iulianus, omnesque repositas in eodem *diuitias* ab eo *confestim effusas*; id tangit etiam Libanius in Basilico, vbi de Constantino itidem ait p. 108. ΧΡΗΜΑΤΩΝ ὄγκον ΕΚ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ εἰς τὰς ἀρχομένους ΕΞΕΧΕΙ, *PECVNIARVM vim e PALATIO* (non *e regiis*, vt ibi Interpres) *erutam, in subiectos populos EFFVNDIT.* Quamquam iis, quæ hic ea de re tangit Iulianus, verbis, profudisse potius promiscue nulloque delectu eas pecunias Constantinus, quam easdem liberaliter distribuisse, censeri possit: quo nomine illum non, vt hic, tacite, sed aperte, in Cæsaribus, vt id iam ante vidimus, redarguit Iulianus.

Ibid. B. lin. 9. πάλιν τι ἐπαίνου μὲν αὐτῷ κατέστησεν, ἐν ᾧδε ἐλως ἐπεὶ δίκα) Præclarus & vnicus ferme locus, de vero annorum spatio, quo condi cœpta & absoluta Constantinopolis: neque vero ille a difficultatibus chronologicis immunis. *Encænia* quidem, seu dedicatæ illius vrbis, & anniuersariis inde solemnibus celebrati *Natalis* annum, immo & diem, adtingunt e veteribus multi, vt Chronicon Eusebianum & Alexandrinum, Idatius, Theophanes, Nicephorus, Codinus, Cedrenus, aliique; ita tamen, vt nec in anno iidem inter se conveniant, aut eum quidam cum iactis vrbis fundamentis confundant, aut biennium duntaxat inter ea duorum illorum temporum, inchoatæ nempe & absolutæ Constantinopoleos, interualla statuant, ac eam tanquam illo eiusdem Encæniorum seu Natalis anno plene conditam memorent: quæ singula cum *decem* illis *ferme annis*, hic a Iuliano exstruendæ Constantinopoli adscriptis, haud consentiunt. Vnde, quo eundem Iulianum cum aliis veterum Auctorum ea de re narrationibus conciliaret, ita illum explicauit doctissimus Petauius, vt nempe Constantinopolim anno Christi CCCXXVIII, iuxta Chronicon Alexandrinum, inchoatam; anno, quo eadem est dedicata, CCCXXX, promotam incolisque frequentatam; anno vero Constantini emortuali CCCXXXVII, absolutam demum & perpolitam statueret. Cui etiam sententiæ, de iactis primis Constantinopoleos, anno Christi CCCXXVIII, fundamentis, accesserunt quum alii, tum Cl. Iacobus Gothofredus in Chronologia Cod. Theodosiani ad eundem annum, & in Differt. ad Philostorgium Lib. II. cap. IX. vbi istud quum ex eodem Chronico Alex. tum præterea e Cedreno & hoc Iuliani loco adstrui, post Petauium nempe, existimat. Hoc autem nuper in Critica Baroniana ad annum CCCXXIV. p. 82. & seqq. merito impugnatum iuit eruditissimus Pagi; & e Socrate, Sozomeno, Nicephoro, Cedreno, qui celebratis Constantini Vicennalibus Constantinopolim condi cœptam tradiderint, id anno CCCXXV, quo illa contigere, factum colligit. Quum vero Philostorgius dicto iam loco, eandem vrbem anno imperii Constantiniani vicesimo octauo, qui mense Iulio anni CCCXXXIV fuit absolutus, exstructam dicat; inde etiam idem eruditus Baronii & hoc loco Petauii Aristarchus, *decem* illos *annos* eosque *non integros*, in exstruenda Constantinopoli a Iuliano memoratos, ab anno, de quo modo actum, CCCXXV inchoandos, in eodem vero illo anno CCCXXXIV desinere, contendit. Vnde insuper eadem opera Cl. Cangium adgreditur, qui Lib. I. Constantinop. Christianæ cap. II. e Themistii loco Orat. IV. p. 58. postr. edit. cœptam anno CCCXXVI hanc illius vrbis ædificationem statuebat: ipsaque Themistii ea de re verba idem laudatus Pagi aliter putat intelligenda. Nempe quum ibi dicatur Constantinus eodem tempore circumdedisse *vrbi murorum ambitum, & filio purpuram*, τό τε ἄστυ τῷ κύκλῳ, καὶ τὸν υἱὸν τῇ ἁλουργίδι, quod postrema verba non de *purpura Imperiali*, Cæsarea nempe, sed de *purpura Consulari* explicari debeant, quum in sequentem annum CCCXXVI Consul foret designatus Constantius. Verum

(I) 2 hanc

hanc ſolertem viri præſtantis explicationem, vti ſupra obirer monui p. 39. aperte conuellunt quæ præcedunt ibidem Themiſtii verba: *ἐκεσ-λεῖ δὲ εἰκότως συναυξάνε[ται]) ἡ πόλις, ἡ* ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ *ἡλικιῶτις. πυνθάνομαι γὰρ* &c. *Cum Imperatore vero merito vrbs* (Conſtantinopolis) *iisdem incrementis augeſcit, quæ ætate IMPERII huius eſt AEQVALIS. Audio enim circumdatum* (vt continuo addit) *eodem tempore a patre vrbi murum, filio purpuram*: vt omnino ibi de *purpura Imperii* Cæſarei eiuſdem Conſtantii, non de *Conſulari*, ſit Themiſtio ſermo. Quod etiam de altero huius Themiſtii loco, quo de *purpura Conſulari* agi itidem exiſtimat vir eximius, ſtatuendum eſt: vbi nempe de Iouiano Auguſto, qui cum Varroniano filio Conſul nuncupatus fuerat, dicitur Orat. V. pag. 64. in eo poſitam illius anni celebritatem, *ἡ τὴν ξυνωρίδα ἐπέγραψε τὴν εὐδαίμονα πατρός τε ἅμα καὶ υἱέως, τῆς πατρῴας ἀλουργίδος ἡλικιώτου* (non, vt ibi Baronianus Ariſtarchus, *ἡλικιώτης*) *quæ par beatum præſcripſit, patris ſimul ac filii, qui paternæ purpuræ eſt æqualis* ſeu *coætaneus*: nempe qui patre Iouiano ſuperiori anno ad imperium euecto, ſeu paullo ante, natus demum erat; ac vnde eius *VAGITVS, pertinaciter reluctantis, ne in curuli ſella veheretur ex more*, tradit Ammianus Lib XXV. cap. X. Quod clare etiam adſtruunt poſtrema eiuſdem Orationis verba pag. 71. vbi Deum precatur Themiſtius, vt qui hunc filium Varronianum participem Magiſtratus illius fecerit, a quo anni nominantur, *μεςίτην ἀποφήνειε καὶ τῆς ἀλουργίδος*, Petauio interprete, *eundem & purpuræ aliquando atque imperii participem efficiat*; & quomodo haud ſemel alibi *ἀλουργίδα* pro *imperiali purpura*, ſeu *imperio* duntaxat adhibet, vti paullo poſt etiam liquebit, idem Themiſtius. Neque vero audiendus Cl. Cangius, dum e priori illo Themiſtii loco, anno demum CCCXXVI Conſtantium *Cæſarem* nuncupatum putat, quod iam anno CCCXXIII contigiſſe, alibi poſtea ab eodem Cangio, & laudato Pagi, monitum vidimus ſupra p. 32. Poſtremus vero ac eruditus Themiſtii editor eadem Auctoris illius verba, non ex Chronologico rigore, ſed oratorie dicit accipienda: quod Conſtantius quidem Cæſar leuatus ſit anno CCCXXIII; Conſtantinopolis autem anno CCCXXVIII, Iuſto & Ianuario Coſſ. (prout nempe ad hunc locum Petauius) ædificari cœpta. Quod vltimum tamen ex iis, quæ iam aliunde de anno inchoatæ Conſtantinopoleos ſunt adducta, infirmatur. Vt mittam, quod nec ea oratoris licentia admitti facile poſſit vel concedi, vt duas res adeo memorabiles, quæque Themiſtii æuo contigerant, *eodem tempore* dicat ille obvenisse; immo hoc ipſum, vt ſingulare fauſtique ominis indicium, apud ipſum Co[n]ſtantium prædicet: quæ tamen integro quin[que]nnii interuallo forent a ſe inuicem diſſita. Quo vtique incommodo non adeo premitur, quæ intra biennii duntaxat, quod antedicta arguunt, ſpatium, vtrumque ſtatuit contigiſſe, ſententia: nempe Conſtantium anno CCCXXIII Cæſarem nuncupatum, anno autem CCCXXV Conſtantinopolim condi cœptam. Quamquam multa hic ſoleant confundere, neque in notatione temporum ſint valde accurati, Græci, qui iis de rebus agunt, Hiſtoriarum, Chronicorum, aut vero Originum eiuſdem [ur]bis ſcriptores; iique ibidem plurimis ac in[ſi]gnibus, maxime quoad numeros, mendis etiamnum obſiti. Quod liquidum fiet iis, qui ea, quæ a Chronici Alexandr. Auctore ad annum Chriſti CCCXXVIII & CCCLX, Philoſtorgio dicto ſupra loco, Theophane, Nicephoro, Codino & Heſychio de Originibus Conſtantinopoleos, & ab eodem Heſychio præterea in Hiſtoria vniuerſali apud Photium Cod. LXIX, Zonara inſuper, Cedreno & Suida prolata [illegible]pexerint; ſeu de anno Mundi, quo eadem vrbs eſt inchoata, ſeu qua Olympiade, quibus Conſulibus, quoue imperii Conſtantinianei anno id contigit; vel quo anno denique vrbs illa eſt abſoluta. Ita (qua de re mox plenius) vrbs condi cœpta dicitur a Theophane anno Mundi [illegible]6, Chriſti iuxta Aeram nempe Alexandrinam CCCXVI; a Nicephoro modo Mundi anno 5815, (Chriſti autem cccx) modo 5825; a Codino Mundi anno 5837; a Cedreno 5836: biennio enim poſt, idque anno Mundi 5838 eandem i[illegible]it abſolutam. Addit Codinus id contigiſſe, v[ti] hodie apud eum legitur p. 8. edit. Reg. prim[o] anno Olympiadis CCLXV, qui tamen inc[illegible]n primum Probi Imp. annum, Chriſti aut[em i]uxta Aeram vulgarem CCLXXXI, hoc eſt, [illegible]V circiter annis, antequam imperium caperet Conſtantinus. Heſychius autem apud Photium Cod. LXIX. incrementa nactam tradit Conſtantinopolim, (vbi nempe celebrata eius Encænia) idque magis ad veri fidem, ſicut etiam in Euſebii Chronico factum, Olympiade CCLXXVII. Sic eam Theophanes anno Conſtantinianei imperii viceſimo, Nicephoru[s] autem decimo inchoatam: ille, eiuſdem imperii viceſimo quinto, hic viceſimo dedicatam; alibi autem viceſimo octauo, vt Philoſtorgius iam ante, quod ſupra vidimus, tradiderat, abſolutam: Codinus duodecimo illius imperii anno conditam: eandem autem decimo circiter octauo, & ante exutum aut cæſum Licinium, cœptam, & viceſimo perfectam Cedrenus: quod poſtremum, & verius quidem, anno demum

mum XXV illius Constantinianei imperii la- ctum, dicit Hesychius Origin. Constantinop. p. 29. edit. Regiæ. Quæ nata inde apud eos sententiarum diuortia, vel quod subinde primam illius vrbis *exstructionem* & eius *Encænia* confuderint; vel quod diuersam sequuti sint Mundi & Christi natalis Aeram; vel nihil vltra eius Encænia, de eadem vrbe a Constantino absoluta, aduotauerint; vel quod mendis sint etiam iidem obsiti, indeque emendandi; vti in adducto Codini (non, vt ibi legitur, Cedreni) loco ab illustri Scaligero de Emend. Temp. p. 509 & nuper a laudato Pagi in Critica Baroniana Seculo IV. p. 82. factum. Neque vero magnam hisce facem præferunt quæ doctissimus Petauius Lib. XI. Doctr. Temp. cap. XLII. *de Encæniis & conditu Nouæ Romæ seu Constantinopoleos* adnotauit; dum & illa *Encænia* cum vrbis *conditu*, vbi Auctores, qui ea de re agunt, tangit, ibidem confundit; de hoc autem nihil nominatim monet, nisi quod biennio condi cœptam & absolutam, vnius Chronici Alexandrini fide, vrbem similiter statuat. Quamquam, vt de aliis Auctoribus sileam, in alia ducentem haberet quum adductum Themistii, pridem a se editi, tum hunc Iuliani, cuius itidem Orationem multis ante elucubratum Opus chronologicum annis vulgauerat, locum. Adde quod is etiam nonnulla Auctoribus, qui de huice agunt, ab ipsis aliena, vti paullo post dicetur, adfingit: aut vero eos præterit, quorum tamen eadem re verba referri & excuti omnino merebantur. Vnde, vt eo certius constet illorum *decem annorum non integrorum*, intra quos Constantinopolis dicitur ibi a Constantino exstructa, eorumque quæ aliunde iam sunt a nobis adlata, ratio, sequentia eam in rem *κεφάλαια* hic adnotanda duximus.

Primo: condi cœptæ a Constantino huius vrbis initium, ab eius monarchia, quum profligato Licinio solus rerum potitus est, omnino esse arcessendum. Id enim aperte indicant Auctores qui ea de re agunt, Anonymus Valesianus, Zosimus Lib. II. cap. XXVIII. & XXX. Nicephorus Lib. VII. cap. XLVI. & XLVII. & Lib. VIII. cap. I. & IV. iisque antiquior & ipsi Constantino coæuus, eoque maiori fide hic dignus, Praxagoras. Exstant huius e libris eiusdem de Gestis Constantini verba apud Photium Cod. LXII. vbi hic Imperator debellato, cuius nomen ibi præcedit, Licinio, dicitur *χειρωσάμενος οὖν καὶ* ΜΙΑΝ *δείξας τὴν σύμπασαν* ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, ΚΤΙΖΕΙ *τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἑαυτοῦ*, *victor itaque & VNVM constituens* (in duo nempe, superstite aut nondum exuto Licinio, diuisum) *vniuersum IMPERIVM, Byzantium cognominem sibi ciuitatem CONDIT.* Initium autem illius monarchiæ ad annum Christi CCCXXV a Chronici Alexandrini Auctore refertur: adde & ab Idatio, dum superiori anno debellatum, sequenti autem, seu sub Iuliano & Paulino Coss. occisum tradit Licinium. Quam sententiam amplexus est in Critica Baroniana ad annum Christi CCCXVIII eruditissimus Pagi, eamque ibi contra Cl. Iacobum Gothofredum tuetur, qui in Chronologia Cod. Theod. & alibi, anno CCCXXIV debellatum & occisum tradiderit Licinium, indeque etiam sit Constantini monarchiam auspicatus. Quæ autem contra testimonia eam in rem e Legibus Codicis Theodosiani ab eius Enarratore adlata reponat idem Pagi, aut quo nouo id firmet ex Eusebii & Theodoriti Historia argumento; dum illa vsque ad annum CCCXXV, seu cœptam a Constantino monarchiam pertingit, hæc vero ab ea initium ducit; non hic tango, quæ consulere poterit ibidem Lector. Illud tantum addam, quod priori sententiæ de debellato nō solum, sed sublato etiam Licinio, anno CCCXXIV, ac ab eo cœptæ Constantini monarchiæ, suffragari possent adducta supra Themistii verba, indeque eadem, & quod ad hunc Iuliani locum eximie etiam facit, egregie illustrari: ea nempe, quibus dicit, vt vidimus, Themistius, *Constantii imperii æqualem esse ætate Constantinopolim: eodem enim tempore patrem vrbi muros, & filio purpuram circumdedisse.* Constantium quippe Cæsarem, Crispo III & Constantino III Coss. seu anno CCCXXIV nuncupatum tradit Idatius, & ad eundem annum refert Chronicon Scaligeri Eusebianum; quo autem tempore, iuxta Themistium, & profligato iam Licinio cœptaque Constantini monarchia, vrbis Constantinopoleos iacta forent ab eo fundamenta. Vnde insuper horum *decem circiter annorum*, quos in exstruenda Constantinopoli impendisse Constantinum hic dicit Iulianus, ab eodem illo anno CCCXXIV, ducendum esset initium. Adde, quod non adeo a Licinii cæde, quam ab eo post deditionem in priuati sortem iam ante redacto, quod hoc anno CCCXXIV contigisse tradunt supra memorati Auctores, & agnoscit etiam eruditus Baronii Aristarchus, solus imperium obtinuit Constantinus. Quod adstrui insuper potest ex alio eiusdem Themistii loco Orat. VI. p. 83. vbi a Constantino ideo dilecta dicitur, ac noua inde imperii sedes constituta Constantinopolis, *ἐφ᾽ οἷς ἀφείλετο γαμβρῷ τὴν ἁλουργίδα*, quod ibidem *adfini*, Licinio nempe, *purpuram abstulit*: vbi cæteroquin *γαμβρὸν* male per *generum* vertit Petauius, ac in Notis *καταχρηστικῶς* id de Licinio dictum, qui sororem Constantini duxisset, tradit. Neque enim ignorare debuit

dicitur, cum post sublatos T[illegible], & parta iam monarchia, cognominem ibi vrbem condidisse, ac, vt additur, [illegible] *Quo tempore Mundi quidem annus quinquies millesimus octingentesimus d[illegible] quintus, a Christi autem natiuitate tre[illegible] decimus.* Idem vero Libro sequenti VIII. cap. IV. vbi quum condi cœptæ, tum absolutæ vrbis tempus plenius a[illegible] tangit. [illegible] *Et vrbem CONDI COEPISSE anno ab orbe condito quinquies millesimo octingentesimo vigesimoquinto, Imperii vero eius* (Constantini nempe) *decimo: ABSOLVTAM autem PRORSVS esse eiusdem Imperii vicesimo octauo, qui incidit in conditi Mundi annum quinquies millesimum octingentesimum quadragesimum tertium, siue, vt alii tradunt, trigesimum octauum.* Vnde liquet, priori loco alium tradi Mundi annum, quo condi cœpta Constantinopolis, nempe 5815, qui propius accedit ad eum a Theophane, vt vidimus, addi[illegible]tum 5816; alium vero annum posteriori loco designari, nempe [illegible]. (Adeo vt vel duas diuersas Græcorum Aeras equuitus dicendus sit in eodem opere, ac vbi de eadem re agit, Nicephorus, Alexandrinam nempe priori loco, altero autem Constantinopolitanam; vel corrupti in alterutro loco numeri sint omnino statuendi. Quorum prius certum quum alia reddunt, tum ipse Nicephorus, qui Lib. VIII. cap. II. Constantinum tradit patre mortuo Imperium consequutum, eodem illo Mundi anno ibi adscripto 5815, nempe iuxta Aeram Constantinopolitanam, qui incidit in annum Aeræ Christianæ CCCVI, qui primus etiam exstitit Cæsarei Constantinianei Imperii annus. Haud eo minus adnotatum posteriori loco a Nicephoro Mundi annum 5825, quem ad Aeram Dionysianam CCCXVI reuocat eruditissimus Pagi, abire haud parum constat a Theophanis vel aliorum calculis, qui Constantini Vicennalibus, ac proinde anno Christi C[illegible]CXXV, iacta Constantinopoleos fundamenta, vti iam vidimus, referunt. Idem proinde de *decimo* Constantinianei Imperii anno, quo iuxta Nicephorum vrbs fuerit inchoata, statuendum, qui in annum vulgaris Aeræ CCC[illegible] recidit, & cuius proinde loco (siue librariis siue ipsi Nicephoro, quod reliqua apud eum arguunt, error sit adscribendus) *decimus nonus* aut *vicesimus* est omnino reponendus. Neque enim hic adsentior laudato Pagi, qui *decem annos* a Iuliano hic memoratos, de *decimo* Imperii Constantinianei anno, qui Christi [illegible]XVI absoluitur, *imperite interpretatum* credit Nicephorum. Aliud enim tradunt quum adducta ipsa Nicephori, quæ superiori libro leguntur de Constantini Imperio, aut condita ab eo Constantinopoli, verba; tum quæ mox ille addit, de absoluta eadem vrbe, anno Constantinianei Imperii *vicesimo octauo*; quæ proinde inter conditam absolutamque vrbem non *nouem*, vel vt hic apud Iulianum *decem* circiter, sed *octodecim* annorum interuallum statuunt. Adde, quod alibi idem Nicephorus, nempe Lib. VIII. cap. XXVI. cuius vnum ea de re locum adduxit in magno opere, vbi *de conditu & Encæniis* huius vrbis agit, Petauius, *vicesimo* Constantinianei Imperii anno celebrata tradit Encænia. Quod a Cedreno itidem factum, & quidem postquam profligatum & cæsum dixit Licinium, pag. 284. edit. Regiæ, [illegible] *anno vicesimo Imperii Constantini vrbs absoluta*, & sequuta eius, vt ibidem additur, Encænia; quæ tamen vicesimo quinto illius Imperii, vt aliunde constat, anno contigerunt; ac vnde apud Cedrenum pro κ' ἔτει leui & facili omnino lapsu κέ ἔτει (vt in libris de Emend. Temp. pag. 509. monuit iam ὁ πάνυ) legendum liquet. Quod euincit etiam adscriptus ibidem ab eo Mundi annus 5838, qui non in annum Constantinianei Imperii vicesimum, sed in vicesimum quintum, seu XI Maii, qui ibidem a Cedreno notatur, anno nempe Dionysiano CCCXXX, quo celebrata reuera vrbis Encænia, recidet. Idem vero dicendum de corruptis aut male constitutis apud Codinum numeris, dum is *duodecimo* illius Constantinianei Imperii anno, qui incidit in annum Aeræ Dionysianæ CCCX[illegible], aliquot proinde annis ante profligatum Licinium, & obtentam a Constantino monarchiam, non iacta solum Constantinopoleos fundamenta, sed absolutam etiam tradit, de Origin. Constantinup. p. 6. & 7. edit. Regiæ.

Tertio: Chronicon Alexandrinum quod adtinet, in quo demum anno CC[illegible]VIII, Ianuario & Iusto Coss. iacta dicuntur Constantinopoleos fundamenta, & quo auctore hic nititur

nititur Petauius, ac post eum alii, id occurrit monendum: (1) quod reuera biennii metachronismo peccasse ibi Chronici illius Auctorem docuerit in Comm. ad Leg. III. Cod. Theod. prædicti tituli De Infirmandis His Quæ Sub Tyrannis, Cl. Iac. Gothofredus: quæ enim de Constantini mora in vrbe Roma in Chronico ad hunc annum Christi CCCXXVIII dicuntur, omnino spectare ad annum CCCXXVI; cui etiam ea quidem in re suffragatur eruditissimus Pagi. (2) Quod in eodem Chronici Alexandrini loco ea occurrant, quibus non primos solum vrbis muros dicitur instaurasse Constantinus; sed de absoluto Circo, Foro, erecta Columna Porphyretica, Basilica, aliisque id genus magnificis operibus iam absolutis fiat ibi mentio: quæ non tam iacta eo anno prima illius vrbis fundamenta, quam promotam eiusdem ædificationem, arguunt: quæque etiam ad biennium proximum, quo, iuxta illius Chronici Auctorem, celebratus vrbis Natalis, ab aliis qui de eo arguunt Scriptoribus, solent referri. (3) Quod potior hic esse debeat Themistii, coæui grauisque Auctoris, locus iam expenso eamque in rem plane singulari, eorumque præterea quos adduxi, vt de Iuliano nunc sileam, auctoritas; qui paullo altius, & a Cæsarei Constantio delati Imperii temporibus, aut tempore quo profligato Licinio monarchiam obtinuit Constantinus, illius vrbis ab eo instaurari cœptæ initium omnino repetunt. (4) Immo quod ipse se refellat Chronici illius Auctor, dum ad annum Christi CCCLX, vt erudite iam obseruauit memoratus sæpe hic Pagi, ad Annum Christi CCCLX pag. 294. edit. Reg. notat, Encænia Magnæ Ecclesiæ vrbis Constantinopoleos celebrata XVI. Kal. Mart. seu XIV. Febr. anno trigesimo quarto plus minus a iactis a Constantino fundamentis: & a quo die per annos, non iuxta laudatum Pagi, triginta quinque ac menses tres aut quatuor, sed per triginta quatuor annos tresque menses cum dimidio retrocedendo, ad mensem Nouembris anni CCCXXV peruenitur: quo mense condi cœpta Constantinopolis. Ita enim apud Codinum, vbi de eo condit agitur, pag. 8. ed. Reg. *Nouembrem* pro *Septembri* reponendum, primus erudite monuit ὁ πάνυ de Emend. Temp. Lib. V. pag. 509. & adstruit, iuxta Lambecium in Notis ad eum Codini locum, Codex Vaticanus.

Quarto: Encænia quidem Constantinopoleos, fundata nempe iam vrbe & incolis frequentata, maiori cum veterum Auctorum, vt Idatii, Chronici Alexandrini, Theophanis, Hesychii Milesii; quique inde a magno Scaligero explicantur, Marcellini Comitis, Methodii, Zonaræ, consensu: recentiorum etiam, vt eiusdem Scaligeri, Baronii, Pagi, ipsiusque Petauii ad hunc locum & alibi calculis, referri constat ad annum Imperii Constantinianei XXV, ac proinde Aeræ Christianæ CCCXXX. Nemo autem, qui id propius expendet, facile, vt opinor, inducetur, vt credat intra biennii spatium, quod tamen post Chronici Alexandrini Auctorem, Cedrenum (sed ob corruptos, vt iam ante monui, eiusdem numeros) viris erudins, Petauio in Notis ad hunc locum, Iac. Gothofredo ad Philostorgium, Harduino ad Themistium, aliisque visum, tantam vrbem iam ad illud fastigium eo celebrati eius Natalis anno euectam; tot publicis splendidisue ædificiis, Senatu & quidem qui Romano æmulus, tanta incolarum frequentia, immo vt de eadem Eusebianum Chronicon, *pene omnium vrbium nuditate* locupletatam exstitisse: sed hæc [illegible] maius aliquantum annorum interuallum, quale & agnouerunt, vti vidimus, Theophanes, Nicephorus, aliique, omnino flagitasse, fatebuntur. Neque tamen posse illud contra veterum omnium Auctorum & [illegible] silem adeo protendi, vt iuxta Ni[illegible], *decimo* Imperii, vti nempe hodie ap[illegible] legitur & supra iam vidimus, Constantinianei anno, vrbs iam sit inchoata, quæ eod[illegible] ctore, illius Imperii *vicesimo octauo* fue[illegible] mum absoluta atque ita non, vt hic Iuli[illegible], quod iam antea monui, intra *decem* ann[illegible] non integros, sed intra *octodecim* a C[illegible]o exstructa eadem statuatur. De Codino ia[illegible]te vidimus, male ad vnum eundemque a[illegible]um, illumque, vt hodie apud eum legitur, Constantinianei Imperii *duodecimum*, qui inci[illegible] annum Aeræ Dionysianæ C[illegible]XVI, cœpt[illegible] tæque Constantinopoleos tempus referri [illegible]de, nec certius ab eo describi annum Mundi 5837. quo iacta fuerint vrbis fundamenta, qui nempe incidit in annum dictæ modo Aeræ C[illegible]XXVIII. Kal. Septembr. inceptum ac proinde quomodo paria hic facit cum Chronici Alexandrini auctore, de quo supra, & cui adhæsit hic Petauius. De Cedreno autem nihil hic addam, qui ante annum Constantini Imperii, vt ibi apud eum l[illegible]ur, [illegible] XIX, condi cœptam tradit Constantinopolim, & mox anno eiusdem Imperii vicesimo celebrata illius vrbis Encænia; ob corruptos nempe, vti supra iam ostendi, apud eum numeros.

Quinto ac vltimo loco: abunde illud e modo

modo dictis adstrui, tria conditæ huius Constantinopoleos tempora, quæ confundunt subinde, vti iam vidimus, Auctores, debere omnino distingui: Primum nempe, quo condi eadem cœpta, quodque iuxta adducta coævi auctoris Themistii verba, & Chronici Alexandrini, vbi de Encæniis agit Constantinopolitanæ Ecclesiæ, numeros, ad annum Christi cccxxiv referendum videretur, aut saltem, iuxta fundatæ post debellatum sublatumque Licinium a Constantino Monarchiæ tempus, vti ab eruditissimo Pagi factum, ad annum proximum cccxxv. Alterum tempus, quo Encænia eiusdem vrbis celebrata, quod anno Christi cccxxx contigisse, e maiori veterum Auctorum consensu aliisque documentis constat. Tertium, quo vrbs eadem nouis adhuc incrementis aucta & locupletata censenda est; quod a Philostorgio, ac inde a Nicephoro, ad annum Constantinianei Imperii XXVIII, ac proinde ad annum aeræ Christianæ cccxxxvi. VIII. Kal. Aug. inchoatum, refertur. Vnde etiam haud ambiguum, quid de illis *decem Iuliani annis non integris*, intra quos hæc vrbs a Constantino fuerit exstructa, statuendum sit; ducto nempe a Kal. Nouemb. iuxta priorem sententiam anni cccxxiv, aut saltem ab eodem die anni cccxxv, eorum initio, ad annum Christi cccxxxvi, iisdem Kal. Nouemb. inchoatum, & proinde anno cccxxxiv demum completum. Verum hæc ad memorabilem hunc Iuliani locum, de tempore condi cœptæ absolutæque Regiæ illius vrbis, variasque in quas ille apud veteres etiam Auctores & Chronologos difficultates incurrit, plenius elucidanda; maxime vbi a Viri, in hac palæstra chronologica celeberrimi, ad eadem verba adnotatis erat recedendum; dicta nunc, vti opinor, sufficient.

Ibid. B. lin. 11. δευτέρα τῶν ἄλλων ἁπασῶν μείζων:) Nempe quod in ipsis vrbis incunabulis, seu a Natali eiusdem die, Constantinopolis omnium aliarum Romani orbis ciuitatum, post Romam, & dignitate princeps, & magnitudine etiam potior haberetur. Vnde de eadem dixerat paucis ante annis, & in eundem plane, quo hic Iulianus, sensum in Basilico Libanius p. 127. τῇ μεγίστῃ μὲν τῶν τῇδε πόλεων, τῆς δὲ ἁπασῶν μεγίστης δευτέραν, *maximam quæ illic fuit, & ab omnium maxima secundam.* Hinc μεγάλης πόλεως nomine eadem haud semel designatur, vt a Libanio in Apologetico p. 66. Gregorio Nazianzeno Orat. II. in Iulian. p. 119. & Chrysostomo Serm. de Statuis XVII. p. 577. & Serm. XX. p. 597. Tom. VI. edit. Sauil. Immo vno nomine Μεγαλοπόλεως, haud minus ac olim Alexandria, nuncupata, vt ab eodem Nazianzeno Orat. XXXII. p. 528. Socrate Lib. II. Hist. Eccl. cap. XLIII. & Lib. V. cap. VIII. ac a Themistio Orat. XIV. p. 183. Vt minus mirum sit, sequutis adhuc ætatibus, sicut a Nicephoro Bryennio Præfat. p. 8. edit. Reg. eodem nomine illam appellari. Mitto iam alias, quibus iuxta Romam, Βασιλὶς, Βασιλεύουσα, *Regia, Regina, Sacra, Sacratissima* &c. decorata fuit, appellationes; easque quum apud Auctores eorum & proximorum temporum, tum in Constitutionibus Imperatorum obuias; aut insignes eiusdem, quas commemorant, & verbis ornant, prærogatiuas, vel Nazianzenus Orat. XXVI. p. 435. ac Orat. XXXII. p. 527. aut Sozomenus Lib. II. Hist. Eccl. cap. III. aliique. Vnde non Μεγαλόπολις solum, sed Καλλίπολις quoque eadem est dicta, vt apud Themistium Orat. V. p. 70. & Orat. VI. p. 83. postremæ edit.

Ibid. C. lin. 1. ὅσῳ τῆς Ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ ἐς τὰ δεύτερα.) Nempe eo Iuliani æuo, quod iam supra attigi, vbi de Roma agebatur p. 30. & 31 potior adhuc erat eiusdem præ Noua Roma auctoritas & prærogatiua. Vnde de huius discrimen βασιλίδος, βασιλευούσης, iuxta Seniorem Romam iam appellari cœpta, dicta eadem, vti hoc loco a Iuliano, ita ab aliis illius ætatis Scriptoribus; sicut a Libanio loco paullo ante adducto, τῆς δὲ ἁπασῶν μεγίστης δευτέρα, *secunda ab omnium maxima;* ac a Themistio, non solum, quod antea vidimus, Legatione ad Constantium p. 41. ἡ δευτέρα βασιλεύουσα, *secunda imperans*, sed multis adhuc post annis in Legatione ad Theodosium p. 184. & quidem vt dicat, modo Constantinopolitani Senatus ab illo honores augeantur, τότε ἀληθῶς ἔσται δευτέρα Ῥώμη, ἡ πόλις, *tum vero hæc tua vrbs altera Roma revera fuit.* Idque proinde quinquaginta circiter annis post Constantini latam ea de re legem, iuxta Socratem Lib. I. Hist. Eccl. cap. XVI. χρηματίζειν ΔΕΥΤΕΡΑΝ ΡΩΜΗΝ νόμῳ ἐκύρωσε, *vtque SECVNDA, seu altera, ROMA vocaretur, lege sanxit.* Hinc eiusdem tanquam deductæ a se Coloniæ (seu, quam *velut ipsius Romæ filiam* a Constantino conditam dicit Augustinus Lib. V. de Ciuit. Dei cap. XXV.) Μητρόπολις appellatur etiam a Themistio Roma Orat. XVIII. p. 222. & Orat. XXIII. p. 298. vbi cæteroquin, tanquam insignem Constantinopoleos prærogatiuam, tangit, quod Roma quidem τῶν μὲν ἄλλων πόλεων βασιλεύει, τῇ δὲ ὑστέρᾳ συμβασιλεύει, *aliis quidem ciuitatibus imperat, commune autem*

(K) cum

cum vestra, Constantinopoli nempe, *imperium obtinet.* Vnde etiam alibi, seu in memorata ante ad Theodosium huiusce Themistii Legatione p. 182. eadem vrbs dicitur Orbis iuxta Romam *Metropolis*: quo sensu nempe ea vox non iam de *matrice*, sed de *principe* seu primaria alicuius regionis vrbe accipitur, καὶ τῶν γε δυοῖν Μητροπόλεων τῆς οἰκουμένης, λέγω δὲ τῆς Ῥωμύλου καὶ τῆς Κωνςαντίνου, interprete Petauio: *Quum autem duæ vrbes primariæ sint vniuersi terrarum orbis, altera a Romulo, altera a Constantino condita.* Ita paullatim etiam factum, vt non *secunda* amplius, prout hic a Iuliano similiter dicitur, aut veteri Roma inferior censeri eadem voluerit, sed par omnino, vti a Claudiano vocatur Bell. Gildon. v. 60. *Quum subiit PAR ROMA mihi*; indeque etiam *Romæ veteris prærogatiua lætari* dicta Leg. XLV. Cod. Theod. de Episcopis. Vnde de eadem vrbe tradit Sozomenus Lib. II. Hist. Eccl. cap. III. illam post omnium honorum & prærogatiuarum, quibus eam Romæ per omnia æquare adnisus est Constantinus, ornamenta, tantopere postea increuisse, ὡς καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι ΜΕΙΖΟΝΑ συνομολογεῖσθαι, *vt & incolarum multitudine & opibus* Seniorem Romam *SVPERARE omnium consensu indicaretur.* Hinc etiam factum, vt omnia Veteris Romæ πρεσβεῖα in Nouam transierint, ac inde eam deinceps, quod hic de seniore seu eius Metropoli Iulianus aliique eidem coæui, vt vidimus, Scriptores, τὴν ἄρχουσαν τῶν πόλεων πασῶν, *vrbem omnibus aliis imperantem*, dixerit Constantinus Porphyr. in Basilici Imp. vita p. 139. edit Reg. & in genere βασιλίδα τῶν πόλεων, *Reginam vrbium*, Nicephorus Bryen. Præfat. p. 7. & Lib. II. cap. VIII. Immo prout pridem secunda in hunc Iulianum Philippica, eam vocat Nazianzenus p. 119. ὀνομαστοτάτην τῶν πώποτε γενομένων, ἢ ἐσομένων, *earum quæ vnquam fuerunt, quæque erunt, celeberrimam.*

Ibid. C. lin. 9. ςρατηγὸς ὀνομαζόμενος ἠξίου καλεῖσθαι) Memorabilis hic Iuliani locus; quo Constantinus iam omnium Dominus, Atheniensium Στρατηγοῦ seu *Prætoris* dignationem non refugisse, immo ob eam, vt continuo additur, titulis suis & imaginibus adpositam, impense lætatus dicitur. Ita de Hadriano iam Imperatore, tanquam in Hetruria Στρατηγῷ, ac Athenis Archonte, tradit Spartianus in eius vita cap. XIX. *in Hetruria PRAETVRAM Imperator egit*; mox, *& Athenis. ARCHON fuit*: quod postremum tamen priuato adhuc eidem contigisse, e Phlegonte, ipsius Hadriani liberto, Mirabil. cap. XXV. ac Dione in eius vita, alibi ad Spartianum, vbi pro Agonotheta Athenis resedisse in Liberalium ludis idem Hadrianus iam Imperator dicitur, contra magnum Casaubonum adseruit ὁ πάνυ. De Gallieno similiter nondum principe refert in eius vita Trebellius Pollio cap. XI. *Quum tamen sibi milites dignum principem quærerent, Gallienus apud Athenas ARCHON erat, id est, summus Magistratus.* Athenis autem desitis iam Archontibus, aut oblitterata eorum potestate, Στρατηγοὺς exstitisse, e Meursio de Archontibus Lib. I. cap. IX. monet obiter hic Petauius. Stante nempe Atheniensium republica obuii in eadem Στρατηγοὶ, sed qui, vt totidem Armorum præfecti, & Exercituum duces, ab Archontibus, vt docet Pollux Lib. VIII. cap. IX. creati, delectum militum instituerent, & extra eandem belli munia obirent. Vnde Στρατηγοὶ αὐτοκράτορες, quod nempe pleno cum imperio mitterentur, subinde idem appellati: prout de Atheniensium Ducibus, Alcibiade, Nicia, & Lamacho in Siciliam missis, loquitur Thucydides Lib. VI. p. 416. edit. Wechel. & sicut ςρατηγὸν αὐτοκράτορα apud Messenios memorat Pausanias Lib. IV. p. 241. Sic Στρατηγῶν mentio non semel in Decretis a Populo Atheniensium latis, quæ refert Demosthenes Orat. de Corona, & quidem conuocatæ ab iis concionis, Prytanum tamen & Senatus auctoritate, vbi nempe de tuendis præsidiis, iis belli tempore, quæ in agris erant, in vrbem importandis, mittendisue ad Philippum legatis, qui cum eo de pactis seruandis aut induciis agant, decerneretur. Ita pag. 318. edit. Basil. ἐπὶ Μνησιφίλου ἄρχοντος συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ γενομένης, καὶ Πρυτάνεων, καὶ Βουλῆς γνώμῃ, *sub Mnesiphilo Archonte, concione a Prætoribus, & de sententia Prytanum ac Senatus, conuocata.* Diuersa vero Στρατηγῶν in aliis Græciæ aut Asiæ vrbibus nuncupatorum ratio, apud quos nempe ita dicti vrbani & ciuiles Magistratus, qui Athenis & alibi etiam, vt apud Theræos in Inscript. apud Cl. Sponium S[illegible] X. p. 341. & quandoque in aliarum Græcarum vrbium nummis, ἄρχοντες dicebantur. Idque pro veteri & apud antiquos Atticos Scriptores familiari vocis ςρατοῦ vsu, de *populi cœtu* seu *vrbana multitudine*, pro δήμου nempe & ὄχλου, quod vulgo non aduerterunt Interpretes. Ita apud Aeschylum quum alibi, vbi de Persis agit, Pers. v. 658. & [illegible]6. tum nominatim, vbi Minerua Atheniensium concionem ad disceptandam Orestis caussam iubet conuocari Eumen. v. 569.

Κη·

κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατηρύκου,
Promulga, præco, & multitudinem cohibe.

Cuiusmodi etiam Στρατηγοὶ, ſeu *Prætores vrbani*, paſſim occurrunt non in priſcis ſolum Marmoribus, ſed maxime in Græcis variarum vrbium nummis; quorum nempe Στρατηγῶν nominibus Faſti & alia monumenta publica ſignabantur. Neque vero id duntaxat in nummis ab Antonini Pii temporibus, vt exiſtimat eruditus Auctor de Nummis Vrb. illuſtr. p. 42. ſed in iis etiam, qui pridem ante ſunt percuſſi; prout obuia eius rei exempla, quæ alibi opportunius promentur. Quomodo apud Libanium quidam Ariſtophanes, pro quo ille cauſſam apud Iulianum Imp. agit, Στρατηγοῦ munus apud Corinthios obiiſſe dicitur; ſed cuius duo ea de re loca, vt ſæpius ei contigit, non cepit Interpres, & quæ alia inſuper de eodem munere ibidem nos docent. Prior locus exſtat Oratione pro Ariſtophane p. 212. *δαπανῶν εἰς τὴν τοῦ καλουμένου* ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ *λειτουργίαν· καὶ τοῦτον αὐτὸς εἶδον ἐν ἐκείνῃ τῇ στολῇ παραπεμπόμενον ὑπ' εὐφημιῶν*, *ſumptus ſuppeditans ad obeundum PRAETORIS munus: & ipſe in eo* Magiſtratus illius *amictu deductum eundem cum acclamationibus vidi.* alter pag. 214. *καὶ παρὰ Κορινθίοις ἐλειτούργει τὰ* ΤΩΝ *καλουμένων* ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ, *Et apud Corinthios obiens ea, quæ iis, qui PRAETORES vocantur, incumbunt.* E quo priori loco præterea diſcimus, ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ in iisdem Græcanicis vrbibus, ſicut olim Conſulum Romæ, ſolemnem fuiſſe, die, qua Magiſtratum inibant, proceſſum, eumque in ſplendida itidem ſeu prætoria, ſicut de conſulari trabea res nota, veſte ſeu ſtola. Accedit, quod ſicut in poſteriori loco, ita plures genus vnius vrbis Στρατηγοὶ occurrant ſubinde in priſcis illis monumentis: quemadmodum e duobus Smyrnæorum Decretis liquet Marm. Oxon. p. 5. & 15. *ἔδοξεν τῷ Δήμῳ, Στρατηγῶν γνώμῃ*, *placuit Populo, Prætorum conſilio*, & vnde in Inſcriptione Sardianorum apud Cl. Sponium Miſcell. Sect. X. 356. & 357. *πρῶτος Στρατηγός*, & in alia ſimiliter p. 340. Nempe ſicut *primi Archontes* quandoque leguntur, cum in præclaris Nummis, tum in antiquo Theræorum lapide apud eundem Sponium Miſcell. p. 341. *τοῦ πρώτου Ἄρχοντος*, ac nonnunquam in Græcis, iisque vulgo obuiis, vrbium nummis, ΑΡΧΟΝ. Α. Sicuti autem Στρατηγοὶ duntaxat, aut ſubinde Στρατηγοὶ τῆς πόλεως, *Prætores vrbis*, vt in veteri Megarenſium lapide apud laudatum Sponium Miſcell. p. 329. appellati; ita etiam Athenis, de cuius vrbis Στρατηγῷ hic agit Iulianus, Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων olim ſpeciatim appellatus, *Armorum* apud eos *præfectus* ſeu *magiſter*. Hinc de Athenione Philoſopho, qui Mithridatis temporibus Athenis tyrannidem inuaſit, tradit Athenæus Lib. V. p. 213. quod Athenienſes *εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα Στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων*, *Athenionem armorum Præfectum conſtituerint.* Neque tamen audiendus ibi magnus Animaduerſor, qui ita dictum putat, quod ætate Athenæi Στρατηγοὶ in municipiis dicerentur ciuiles & vrbani Magiſtratus. Præterquam enim quod iſtud pridem ante Athenæum, qui M. Aurelii temporibus demum, vt notum, vixit, ſit inductum; receptum fuit olim, ante Mithridatis etiam tempora, apud Athenienſes illud Στρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων munus. Manifeſtum id, & quod miror fugiſſe Virum incomparabilem, e Demoſthenis Orat. de Corona, in eodem Athenienſium Decreto, de quo paullo ante, p. 318. vbi non Στρατηγῶν facta ſolum in genere mentio, ſed mox additur, vt de eo qui ſe neceſſitate adactum a loco, quem ſortitus erat, abeundi obtendit, cognoſcat ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων Στρατηγὸς &c. qui *Armorum præfectus*: & dein p. 329. *στεφανῶσαι Ναυσικλέα ἐπὶ τῶν ὅπλων*, *coronari Nauſiclem, Armorum præfectum*, melius quam *armamentarium*, vt in vtroque loco eruditus Wolfius. Adde, quod de Lolliano Epheſio Sophiſta, quem ſub Hadriano vixiſſe tradit Suidas, Iſæique Aſſyrii, non vero Athenienſis, fuiſſe auditorem refert Philoſtratus Lib. I. de vit. Sophiſt. p. 526. *προὔστη δὲ τοῦ Ἀθηναίων δήμου*, ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΣ *αὐτοῖς τὴν ἐπὶ* ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ· *ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη πάλαι μὲν κατέλεγέ τε, καὶ ἐξῆγεν ἐς τὰ πολέμια. νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται καὶ σίτου ἀγορᾶς*, *præfuit enim Athenienſium Populo, Armorum Præfectura apud eos functus. Hæc vero præfectura olim quidem delectum inſtituebat militum, & educebat eos ad bellum: nunc autem cibaria & fori annonam curat.* A quibus proinde Στρατηγοῖς ἐπὶ τῶν ὅπλων diuerſi Στρατηγοὶ ἐπὶ τῆς εἰρήνης, quomodo ſupplendam cenſet priorem vocem in Smyrnæorum Marmore Oxon. p. 294. P. I. Cl. Reineſius Syntagm. p. 446. & quomodo εἰρηνικοὺς Ἄρχοντας, *pacificos Præfectos*, Prouinciarum, qui pacatis prouinciis præerant, Rectores vocat Themiſtius Orat. VIII. p. 116. prout in alio Marmore Oxon. p. 264. P. II. Geſſius quidam Florus dicitur Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, *armorum præfectus*; alius autem ibidem, nempe T. Auidius Niger, ἐπίτροπος τῆς Στρατηγίας *Procurator præfecturæ.* Haud aliter nempe ac Athenis Στρατηγοῦντος & Ἄρχοντος, vt diuerſorum adhuc Magiſtratuum, mentio fit in veteri Lapide apud Gruterum cccv. 9.

E postremis autem Philostrati, & quod hic ad Iulianum præcipue facit, verbis constat, receptum iam Athenis, illius Auctoris æuo, hoc inter priscos & recentes Atheniensium Στρατηγὺς discrimen; vt penes illos armorum olim ac belli, penes hos autem annonæ ac rei frumentariæ esset cura. Ita tamen vt paullatim, & quod vel hic Iuliani locus de creato Constantino Imp. eiusdem vrbis Στρατηγῷ abunde arguit, primus ille eadem in vrbe Magistratus, priscorum *Archonton* loco, aut multum imminuta horum potestate, euaderet. Adde, quod non Στρατηγὸς solum, sed Στρατοπεδάρχης etiam sit Athenis dictus, eo Iuliani æuo, eidem aut ei adfinis Præfectura: prout, & qua de re mox, ex Eunapio liquet in Proæresio, quodque iam monuit Cl. Meursius de Archontib. p. 33.

Ibid. D. lin. 3. πυρῶν μεδίμνους δίδωσι πολλάκις μυρίας) Multas frumenti seu *tritici medimnorum* quotannis *myriadas* Atheniensibus a Constantino, in grati animi memoriam, quod nempe Στρατηγῶ apud eos dignitate, eoque nomine imagines ejus inscriptæ, donatus foret, *erogatas* nunc dicit. Id autem præcipuum Στρατηγῶ apud Athenienses munus iam æuo Philostrati euasisse modo ex eodem vidimus, nempe τροφῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ σίτου ἀγορᾶς, *cibaria & fori annonam curare.* Vnde etiam de Proæresio dicto itidem loco Eunapius refert p. 157. ei Athenas reditum e Galliis paranti concessisse Constantem Imperatorem, vt munus posceret, quod vellet: cum vero postulasse aliquot *Insulas vectigales Athenarum ciuitati in pendendo FRVMENTO. Donauit istas Imperator, & primariam dignitatem adiecit, vt CASTRORVM PRAEFECTVS vocaretur*, εἰς ἀπαγωγὴν φόρου κατὰ ΣΙΤΗΡΕΣΙΟΝ ἐς τοὺς Ἀθηναίους· ὁ καὶ ταῦτα δίδωσι, καὶ προστίθησι τὸ μέγιστον τῶν ἀξιωμάτων ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑΡΧΗΝ ἐπιτρέψας καλεῖσθαι. Hinc de Lolliano Atheniensium, vti paullo ante vidimus, Στρατηγῷ refert Philostratus dicto loco p. 527. eum in id incubuisse, vt frumento ex Thessalia Athenas aduecto, quum publica pecunia non exstaret, vnde illius pretium persolueretur, eadem aliunde erogaretur. Addit insuper, Leptinem ab eodem Lolliano ideo Athenis accusatum, ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος, *quia ex Ponto Atheniensibus frumentum non deuehebatur.* Quamquam enim in Attica fruges primum satas veteres olim finxerint, vnde etiam *frugum parens* illa est olim, vti a Floro Lib. III. cap. V. dicta; eadem tamen propter agri tenuitatem, seu quod λεπτόγεως foret & aspera, ac inde *alendo pecori magis, quam agriculturæ opportuna*, βοτὰ νέμειν, ἢ γεωργεῖν ἔχουσα a Plutarcho in Solone dicitur pag. 91. Adde a Galeno in Protreptico cap. VII. Atticam celebrari ὡς διὰ τὴν γῆς ἀρετὴν λεπτόγεως γάρ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῷ φύντας, *non ob soli fœcunditatem, id namque tenue, sed ob viros illic prognatos.* Quod a Thucydide dictum pridem fuerat ab initio ferme præclari operis, Atticam nempe vetustissimis temporibus ideo a seditionibus immunem fuisse, διὰ τὸ λεπτόγεων, *propter agri tenuitatem.* Adde, quod Atticæ ager hordeo magis ferax foret, quam frumento; vnde illa κριθοφόρος a Theophrasto vocatur Lib. IIX. Hist. Plant. cap. VIII. & apud Atheniensem Comicum vota Diis nuncupantur, Εἰρήν p. 721.

κριθὰς τε πολλὰς ἡμῖν ποιεῖν,
vt multa hordea nobis suppetant.

Ob quam proinde frumenti apud Athenienses penuriam, legibus etiam seueris apud eos cautum, vt vltima apud eos pœna mulctaretur, qui frumentum peregre emptum alio quopiam quam Athenas inueheret. sicuti videre est apud Demosthenem aduersus Lacritum p. 598. & aduersus Phormionem p. 58 edit. Basil. Immo frumentarii negotiatores ad id etiam immunitate vectigalium inuitati; prout facto ea de re Bosporı (vnde, seu ab Hellesponto, frumentum Athenas in potissimum confueuerat) præconio itidem tradit aduersus Phormionem Demosthenes: ἐάν τις ἐξάγει Ἀθήν. ... τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον σιτηγῶν, ἀτελῆ τὸν σῖτον ἐξάγειν, *vt, qui ... Athenas in Atticum mercatum frumentum vehere, immunis frumentum eueheret.* Immo quod lege etiam apud eos cautum docet Theophilus Lib. I. Tit. IV. ὥστε τοὺς σιτηγοὺς ἀτελείας ἀξιοῦσθαι, *vt frumentarii immunitate vectigalium gauderent.* Cuius instituti rationem ibidem præmiserat Theophilus, quod nempe ἐπεισάκτῳ σίτῳ *aduectitio frumento* vterentur Athenienses, οἱ αλιτενῆ γεωργοῦντες ..., καὶ μεγίστω ὡς πως αὐτοῖς ἐλάττωμα, τὸ τῆς σιτοδείας πάθος, *vtpote qua tenui solo esset, nec vlla res alia magis eos grauaret, quam annonæ caritas.* Adeo, vt quum olim Athenis frumenti *medimnus* visitato pretio væniret quinque drachmis, (prout quatuor drachmis vænire solitam apud Lampsacenos hordeaceam farinam tradit Aristoteles Lib. II. Oeconom. Sect. VI.) quandoque in annonæ caritate ad sedecim drachmas peruenisse medimnum, tradat aduersus Phormion. loco indicato Demosthenes. Cui proinde incommodo mederi voluit, non pro Imperatoria solum in claram adeo vrbem sollicitudine, sed quo se verum vtique ac mu-

nificum eiusdem Στρατηγὸν ea annonæ liberalitate exhiberet, Constantinus, dum *multas tritici medimnorum myriadas* (non, vt hic Petauius, *medimnorum millia*) *quotannis* eidem *gratuitas*, vt additur, *adsignauit*. Iisdem ferme verbis eam in rem hic vsus Iulianus, quibus Demosthenes dicto iam loco in summa annonæ apud Athenienses caritate inuectos Athenas dicit πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, *amplius decem mille tritici medimnis*. Bene cæteroquin, vt obiter hoc addam, *medimnorum* vocem, vt ibi eruditissimus Wolfius, ita hic apud Iulianum retinuit Petauius, qui minus accurate apud Themistium Orat. VIII. p. 113. μεδίμνους per *modios* reddit: quum tamen, vt aliunde constat, sex Romani modii *medimnum* Atticis dictum constituerent. Vt vero hic Atheniensibus, ita etiam Constantinopolitanis ciuibus, annonas ciuicas gratuitas, eamque in rem plurium tritici myriadum modios, ab eodem Constantino datos memorant, qui res eius adtigerunt Auctores, præter Constitutiones quæ exstant Cod. Theod. Titulis *de Frumento vrbis Constantinop.* & *de Annonis ciuicis*, ad quas consuli potest Cl. Iac. Gothofredus: quodque σιτηρέσιον δημόσιον, vel ἀπὸ δημοσίου aut σιτηρέσιον δαπάνην, *frumentum publicum*, vel *e publico*, aut *annonæ expensam* vocant Græci, qui de ea Constantini liberalitate agunt, auctores, Socrates Lib. II. cap. XIII. Sozomenus Lib. III. cap. VII. Philostorg. Lib. II. cap. IX. Zozimus Lib. II. cap. XXXII. Immo quam in rem, & apposite ad hunc Iuliani locum, Constantinopolitanis ciuibus *fere octoginta millia modiorum frumenti*, ὀκτὼ καὶ ἐγγὺς μυριάδας εἰσκομιζόμενα σιτηρέσια τοῦ σίτου, ab vrbe Alexandria aduecti a Constantino erogata, quorumque vltra dimidiam partem ob Hermogenis cædem eis ademerit Constantius, tradit Socrates d. l. Lib. II. Hist. Eccl. cap. XIII. De *modiis* enim *frumenti* potius quam *gradilibus panibus*, vt hæc cæteroquin accepit Auctor vitæ Pauli Constantinop. apud Photium Cod. CCLVII. intelligenda ea Socratis verba, vere ad eum huius Auctoris locum obseruat doctissimus Valesius. Quod insuper e Sozomeni eadem de re verbis, ac, vt hoc prætera addam, e duabus Legibus, quæ de Annonis illis gratuitis agunt, liquet. Vna est lex II. Cod. Iustin. De annonis ciuilib. vbi Theodosius Constantinopolitanis auxisse dicitur *centum viginti quinque* MODIOS FRVMENTI DIVRNI, *præter solitum canonem*, a Constantino nempe præstitum, vti & de re Leg. II. Cod. Theod. De frumento vrb. Constantinop. Altera lex est II. Cod. Theod. De frumento vrbis Alexandrinæ, vbi similiter dicitur: *DIVRNOS centum & decem* MODIOS *alimonii Alexandrinæ ciuitati dari decernimus*. Quamquam enim annona illa gratuita, Constantini liberalitate, non in frumento, sed in pane cocto, sicut præscribitur dicta Lege II. Cod. Theod. De frument. vrb. Constantinop. ciuibus Constantinopolitanis erogaretur; haud eo minus modiorum frumenti diurni, ad *panes* illos *diurnos*, ἡμερησίους ἄρτους, vt de iis Græci scriptores, destinati: non vero certæ panium ipsorum quantitatis fit iis in locis, aut vero apud Socratem, mentio.

Ibid. D. lin 10. καὶ ὅσα περὶ τὸ μῆκος παραλιπεῖν δοκῶ) In margine MS. Vossiani exstat ad hunc locum glossa, qua arguitur Iulianus, tanquam qui laudaret in Constantino minus laude digna, omitteret vero ac sileret maiora, τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν εἰδώλων καθαίρεσιν, *pietatem & idolorum euersionem*. Quod haud frustra ibi monitum licet omnino statuere, & quæ Iuliani clandestinum ad Gentiles transitum haud obscure iam prodebant. Vnde mortuo etiam Constantio, & ita sublato omni ab eo metu, aperte in Constantinum, quamquam patruum, quum in Cæsaribus, tum alibi, vt suis locis videbitur, tanquam prodigum, effœminatum, luxuriosum, qui nihil præclarum contra Barbaros gesserit, idque vno illo in Christianam religionem odio, & ob euersa ab eo Gentilium idola, inuehitur Iulianus.

Pag. 9. A. lin. 2. τὴν γένεσιν, καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν) Quæ præcipua inter Constantini laudes nunc dicuntur, Constantii nempe filii *procreatio*, *educatio* & *institutio*. Quo ita post genus & patrem Constantii memoratos, ad ἀνατροφὴν eius laudandam transiret Iulianus: prout præter triuiales Rhetorum præceptiones in Βασιλικῷ λόγῳ debere omnia fieri, monet Menander Rhetor Ἐπιδεικτ. p. 97. ac vti ait, ἑξῆς κεφάλαιον μετὰ τὴν γένεσιν ἡ ἀνατροφή, *dein præcipuum est educatio*, & vt mox addit in laude Achillis, ὅτι Χείρωνι ἐπέτρεψε τὴν παιδείαν, (non, vt ibi male, & quod aliud innuit, παιδείας seu παιδιᾶς) *a Chirone quasi institutionem*. Obuia etiam eius rei, quam hic Iulianus reddit, ratio: e qua nempe institutione seu παιδείᾳ optimo Imperio, non ad breue tempus, sed quam fieri potest longissimum, nempe post Principis etiam fata, in successore eidem simillimo datur, vti mox dicetur, perfrui. Adde iuste, quæ de præclara hujus Constantii fratrisque

 Con-

Constantis adhibita a patre Constantino παιδεία, & quæ inde in genere de accurata principum institutione disserit Libanius in Basilico pag. 109.

Ibid. A. lin. 6. δοκεῖ γοῦν ἐκεῖνος ἄρχειν αὐτὸς) In filio nempe eius Constantio, qui fato functum patrem Constantinum, illius, quam ab eo acceperat, institutionis beneficio, vt viuum ac spirantem redderet. Haud aliter ac de ipso Constantino, ad huius parentem Constantium Chlorum iam cœlo receptum, dixerat Anonymus circa finem Panegyrici Maximiano & Constantino dicti: *Hæc est tua præter omnes Diuos propria immortalitas, quam videmus, FILIVS SIMILIS adspectu, SIMILIS animo, PAR imperii potestate. Inuiderint licet nobis, nihil tamen auferre domui tuæ Fata potuerunt.* Ita etiam Eumenius in eiusdem Constantini Panegyrico cap. IV. ad Diuum Constantium conuerso itidem sermone: *Inde est, quod tanta ex illo IN TE formæ SIMILITVDO transiuit, vt signante natura, vultibus tuis impressa videatur. IDEM enim est, quem rursus IN TE colimus, ADSPECTVS, eadem in fronte grauitas, eadem in oculis & in ore tranquillitas. Sic est index modestiæ rubor; sic testis sermo iustitiæ.*

Ibid. A. lin. 10. ὥσπερ ὁ μὲν ἐκαλεῖτο πατὴρ, ὁ δὲ ἐπωνομάσθη δεσπότης) Diuersum Cyri & Cambysis eius filii, illiusque longe deterioris, a Constantino, qui in filio Constantio erat rediuiuus, exemplum inde hic firmat Iulianus, quod Cyrus *Pater* sit a Persis, Cambyses autem filius *Dominus* nuncupatus. Vtrumque vero de iis notat etiam Themistius. Orat. XIX. pag. 233. postremæ editionis: Καὶ διὰ τοῦτο Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν ΠΑΤΕΡΑ, Καμβύσην δὲ ΔΕΣΠΟΤΗΝ, Δαρεῖον δὲ κάπηλον ἐπωνόμαζον, *Ob id merito Persæ Cyrum, PATREM; Cambysem, DOMINVM; Darium, Cauponem nominabant.* Quod ab Herodoto, vt vel vno verbo ad Themistium, aut hic ad Iulianum, moneri ab eruditis eorum editoribus poterat, haustum, qui id pridem tradiderat Lib. III. cap. LXXXIX. & quidem addita simul earundem appellationum, cur eas Persæ Cyro & Cambysi indiderint, & ad quam hic respicit Iulianus, ratione, nempe ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος. ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε (Vlyssis nempe apud Homerum exemplo Odyss. E. v. 12.) καὶ ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο, *Cambyses autem, quod asper erat ac vecors: Cyrus vero mitis, & qui omnia illis bona procuraret.* Id vero contigisse ob diuersam vtriusque παιδείαν, innuit hoc loco Iulianus; quo nomine, ac vnde ille in eius lectione assiduus id hausit, Cyrum itidem redarguit Plato Lib. III. de Legib. pag. 695. quod is nempe haud optimis moribus filium Cambysen erudiuerit, & qui proinde eundem sibi dissimillimum vti a Dario etiam cum filio Xerxe factum, reliquerit, ἐθρέψατο δὲ Ξέρξην ἐν τοῖς αὐτοῖς ΗΘΕΣΙΝ, ΕΝ ΟΙΣΠΕΡ ΚΥΡΟΣ ΚΑΜΒΥΣΗΝ. ὁ δὲ τῶν αὐτῶν ΠΑΙΔΕΙΩΝ γενόμενος ἔκγονος, παραπλήσια ἀπετέλεσε τοῖς ΚΑΜΒΥΣΟΥ παθήμασι, *Enutriit autem Xerxem iisdem omnino MORIBVS, QVIBVS CYRVS CAMBYSEN: ille ergo, vt eiusdem INSTITVTIONIS successor atque consors, similia quoque cum CAMBYSE perpessus est.* Prioris autem appellationis, *Patris* nempe, Cyro a seruis iuxta & optimatibus, iisque, quos ipse subegerat, populis tributæ, meminit etiam haud vno loco Xenophon, Inst. Cyri Lib. VIII. pag. 207. & 209. Quibus accedit, quod & alibi pridem notum, Pausanias, qui Lib. VIII. pag. 526. Antoninum Pium Cyri Maioris cognomen dicit meruisse; quippe qui ad eius exemplum ΠΑΤΗΡ ἀνθρώπων καλούμενος, *PATER hominum sit vocatus:* haud aliter ac Augustum compellat Ouidius Fastor. Lib. II. v. 131.

Hoc tu per terras, quod in æthere Juppiter alto
Nomen habes, HOMINVM tu PATER, ille Deum.

Quamquam post Cyrum, idem Darius, quem κάπηλον a Persis dictum tradit, vt modo vidimus, Herodotus, ΠΑΤΕΡ ἄκακε Δαριᾶνα, *PATER optime, Darie*, post eius etiam fata, inuocetur a Persarum Choro, apud Aeschyl. Pers. v. 666. Posteriore autem δεσπότου appellatione, quæ Cyri filio a Persis primum tributa hic post Herodotum dicitur, idem Cambyses, iuxta Iosephum Lib. XI. Originum cap. II. pag. 359. ed. Genev. (qui Artaxerxes apud Esdram) compellatur in litteris a Satrapis ad eum scriptis, δέσποτα. οἱ παῖδές σου, *Domine, serui tui*, seu vt apud Esdram IV. 7. 9. &c. σύνδουλοι, & sicut Ionas & Aeolas, ab eodem Cambyse, ὡς δούλους πατρωΐους, *vt seruos paternos* seu *hæreditarios* habitos, dicit Herodotus Lib. II. cap. I. Quomodo etiam a Themistio, loco iam supra adducto, Orat. I. pag. 11. ὁ περσικὸς δυνάστης, idem quoque qui δεσπότης, longe abesse a *Regis* appellatione dicitur; quod omnes sibi subiectos, fratrem etiam ac filium, potestatis hæredem, δούλους ὑπολαμβάνει τε καὶ ποιεῖ, *seruos existimat ac facit.* Post Cambysen certe eadem appellatio, ac τὸ δεσπόζειν, seu ad vnius imperantis arbitrium *dominatio*, Persarum Regibus remansit. Hinc legi-

legitimus eiusdem Cambysis successor, de quo paullo ante, Darius fato iam functus, Δέσποτα Δεσποτᾶν, *Domine Domini*, Xerxis nempe tum regnantis Pater, a Persis inuocatur apud eorumdem auctorem Aeschylum dicto Dramate v. 669. Quamquam a Platone traditum sit Lib. III. de Legib. pag. 694. T. II. Persas sub Cyro moderatam quandam inter seruitutem & libertatem viam tenuisse; exstinctam eandem sub Cambyse; sub Dario autem quasi rediuiuam exstitisse; quæ sub eius filio Xerxe, vt paullo post dicitur, denuo perierit. Qua ratione etiam factum, sicut id ille adhuc tangit pag. 697. vt Persarum Reges τὸ ΔΕΣΠΟΤΙΚΟΝ δὲ ἐπαγαγόντες μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, τὸ φίλον ἀπώλεσαν καὶ τὸ κοινὸν ἐν τῇ πόλει, *DOMINATVM autem præter æquum inducentes, amicitiam & communitatem e ciuitate*, seu communi Persarum, *sustulerint*. Vnde apud eundem, de quo modo, Aeschylum, profligato a Græcis Xerxe ac eiusdem exercitu, a Choro Persarum dicitur v. 587.

Οὐκ ἔτι περσονομεῦνται.
Οὐκ ἔτι δασμοφοροῦσι.
ΔΕΣΠΟΣΥΝΑΙΣΙΝ ἀνάγκαις,

Non amplius Persarum legibus viuunt; Non amplius tributa pendent DOMINICIS exactionibus. Quam in rem cæteroquin, sed quæ vulgo iam nota, de ἀνυπευθύνῳ ac vere despotico Persarum Regum imperio, consulat, qui volet, Ill. Brissonium de Regio Persarum Principatu pag. 30. &c. Quod vero præteriri ab eo non debuit, & innuit, hoc etiam loco, vbi de Cambyse Δεσπότῃ dicto loquitur, Iulianus; non adeo antiquiorum apud Persas, quam apud Medos Regum fuisse illud proprium, τὸ δεσπόζειν, Persarum autem ante Cyrum & Cambysen, vt illi æquali iure & ex legum præscripto regerentur. Quod inter vtrosque hosce Reges & populos discrimen nominatim tangit ad filium Cyri mater, apud Xenophontem Lib. I. Inst. Cyri pag. 12. edit Wechel. οὗτος μὲν γὰρ τῶν ἐν ΜΗΔΟΙΣ πάντων ΔΕΣΠΟΤΗΝ ἑαυτὸν πεποίηκεν, ἐν ΠΕΡΣΑΙΣ δὲ τὸ ΙΣΟΝ ἔχειν, δίκαιον νομίζεται. Καὶ ὁ ΣΟΣ πρῶτος ΠΑΤΗΡ, τὰ τεταγμένα μὲν ποιεῖ, ἃ ποιεῖ τῇ πόλει, τεταγμένα δὲ λαμβάνει. *Nam hic*, Astyages nempe Cyri auus, *omnium apud MEDOS se DOMINVM constituit. apud PERSAS autem æqualitas, ius ducitur. Ac tuus adeo PATER*, Cambyses Rex Persarum, *primus ex præscripto facit, quæ facit ciuitati*, ceu communi, *sicut ea ex præscripto accipit*. ita, quod addit, vt modus ei sit, non animi libido, seu fortuna, sed ipsa lex. Et quo referri etiam possunt, quæ de Medorum luxu, prauaque apud eos Regum educatione, diuersissimis autem veterum Persarum moribus, tangit Plato adducto iam Libro III. de Legib. pag. 694. & 695. Qua ratione etiam factum video, vt ea Δεσπότου appellatione ipse Cambysis pater Cyrus, non a Persa quidem, sed ab Assyrio Gobria, vbi ille primum ad Cyrum admissus, haud semel compelletur apud Xenophontem, Lib. IV. παιδ. p. 111. 112. Aristides alioquin de regio imperio & despotico, nondum olim apud Barbaros distincto, dixit Orat. in Romam pag. 356. οὔπω γὰρ ἦν τὸ ἀρχὴ καὶ τὸ ΔΕΣΠΟΖΕΙΝ διῃρημένα, ἀλλ' ἦν ἴσον, Βασιλεὺς καὶ ΔΕΣΠΟΤΗΣ, *Nondum enim Imperium ac DOMINATVS diuisum erat: nec a Rege DOMINVS quidquam differebat.* Hinc plerasque Asiæ gentes illi Regum dominatui obnoxias, & quidem eo tempore quo late in eadem Asia protensum erat Persarum imperium, tradit Hippocrates de Aere, Aquis & Locis cap. XL. cuius ea de re verba merentur hic adscribi: τῆς γὰρ Ἀσίης τὰ πολλὰ βασιλεύεται. ὅκου δὲ μὴ αὐτοὶ ἑωυτῶν εἰσι καρτεροὶ ἄνθρωποι, μηδὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ ΔΕΣΠΟΖΟΝΤΑΙ, οὐ περὶ τούτου αὐτοῖσιν ὁ λόγος ἐστὶν, ὅκως τὰ πολέμια ἀσκήσωσιν, ἀλλ' ὅκως δόξωσι μὴ μάχιμοι εἶναι, *Multo enim maxima Asiæ pars, Regum imperio regitur. Qui vero sui potestatem non habent, neque sui iuris sunt, sed DOMINIS subditi, ii rerum bellicarum nullam curam habent, sed vt ne bellicosi videantur.* Quod ad Romanos vero adtinet, vbi illi sub Imperatorum potestatem transierunt, eadem DOMINI appellatio (quamquam eam, iuxta Victorem Schotti ambiuerit Caligula, illaque sub Domitiano postea fuerit renouata, verum ab eo, iuxta Statium, reiecta Lib. I. Sylv. Carm. VI.

Et dulci DOMINVM fauore clamant;
Hoc solum vetuit licere Cæsar.)

sub Aureliano, quod alibi prolato eam in rem insigni & singulari plane nummo pridem docui, primum publico eius ære signata, dein sub Caro ac successoribus passim adhibita cernitur. Adeo etiam, vt solam Δεσπότου appellationem, omissis aliis summi fastigii titulis, iidem nummi quandoque præferant, & inde Augustæ Δέσποιναι & Κυρίαι fuerint dictæ. Vt hoc postremo de Persis addam, quod refert Maximus Tyrius Dissert. XXXVIII. pag. 384. Ignem Δεσπότου nomine ab iis coli; indeque eos huic sacra facientes exclamare, πῦρ δέσποτα ἔσθιε, *Domine ignis comede.*

Ibid. A. lin. 11. Σὺ δὲ πρακτικώτερον μὲν τοῦ πατρὸς) Insignis hæc Iuliani in Constantium adulatio, quem alibi, sicut in Epistola ad Athenienses pag. 270. & 281. & omnium propinquo-

pinquorum homicidam, *communisque domus & cognationis carnificem*, τῆς κοινῆς ἡμῶν ἑστίας καὶ συγγενείας τὸν δήμιον, exagitat. Quibus addi possunt quum ea, quæ de eadem illa Constantii in propinquos sæuitia adhuc tangit Iulianus Orat. VII. pag. 230. & sub finem Cæsarum, ac similiter eorundem temporum scriptores, Ammianus, Zozimus, Philostorgius, aliique, de quibus nos postea ad eadem Iuliani loca; tum quæ de eiusdem Constantii in alios, maxime vbi vel minima aut falsa etiam adfectati imperii suspicio, crudelitate tradit idem Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *fasque eodem loco ducens & nefas, Caligulæ & Domitiani & Commodi immanitatem facile superabat.* Quod tamen paullo inclementius de eodem Constantio, ab Ethnico scriptore & Iuliani Imp. cliente dictum, licet statuere. Exstat alioquin Ethnici Oratoris ac Philosophi Themistii oratio, eaque prima in postrema eius editione, vbi illa demum prodiit, quæ nominatim περὶ Φιλανθρωπίας, ἢ Κωνστάντιος, *de Humanitate, siue Constantius*, est inscripta; in qua id in eo potissimum laude dignum prædicat, quod ille iracundiam vicerit, quod præclare factis ampliora præmia, male factis leuiores pœnas constituat; esse enim humanitatis proprium magis bene alicui facere, quam male; quod ostenderit ille, clementia non ali improbitatem, sed cedere hanc magis ac remittere: quæ aliaque eam in rem occurrunt eiusdem Orationis pag. 7. 13 16. &c. Quam *humanitatis* similiter & *clementiæ* in Constantio laudem, ante Iulianum quoque, celebrauerat Gentilis itidem illique etiam familiaris Libanius in Basilico pag. 135. & nominatim adhuc pag. 148. vbi de hac Constantii virtute ait, τῆς δὲ βασιλικῆς ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ ἐν ταῖς τῶν ὑπάρχων ψυχαῖς εἰκόνας ἐχούσης, *Imperatoriæ autem CLEMENTIAE in animis Præpositorum imagines essent* &c. Adde eundem Sophistam in Oratione XII. ad Theodosium pag. 399. Tom. II. vbi ejusdem Constantii, tanquam πρὸς τὰς τῶν πόλεων ἁμαρτίας ἡμέρου, *in puniendis ciuitatum delictis lenis* meminit, additis duobus insignibus eius rei exemplis: vno erga vrbem Antiochiam, post indignam Præfecti Theophili cædem; altero in vrbem Edessam, simulacro eius ex ære ab incolis sublato ac flagellato. Quibus autem subdit Libanius, quod etsi quotannis Persæ Romanorum agros vastarent, suosque fines prolatarent, haberet tamen Constantius sibi gratulantes, quique vellent viuere ὑπὸ τῇ ἐκείνου ΠΡΑΟΤΗΤΙ περὶ τὰς πόλεις, *sub eius erga vrbes MANSVETVDINE.* Quod postremum etiam illius principis erga Edessenos mansuetudinis & clementiæ exemplum, tangit & prædicat, eadem iuxta Libanium de caussa, apud Theodosium Flauianus Antiochensis Antistes, indice eius rei Chrysostomo Serm. XX. de Statuis pag. 5[illegible]9. Tom. VII. Quo respicere itidem Themistium, sub finem Orat. XIX. ad eundem Theodosium p. 233. statuunt duo eruditi eius editores, Petauius ac Harduinus: nisi quod ille ad Constantinum, prout apud Chrysostomum legitur, id referat; melius autem ad Constantium, obuio & facili librariorum apud τὸν Χρυσόστομον lapsu, & fide Libanianæ eadem de re narrationis, Harduinus. Quod tamen ad Libanii oram pag. 399. Tom. II. ab editore eius ac interprete Morello iam fuerat adnotatum. Mitto nunc Victorem Schotti, a quo idem Constantius *placidus clemensque pro negotio* dicitur. Quibus proinde auctoribus & exemplis tueri se hic posset Iulianus; nisi quod illi a se ea de re dictis alia adeo iisdem contraria, vti a Iuliano factum, alibi non prodiderint. Adde quod et *humanitatem* aut *clementiam* Constantii dicti modo Auctores prædicarint, non ideo tamen, quod contendit hoc loco Iulianus, eum patre Constantino *humaniorem* aut *clementem magis* iidem dixerint; cuius *clemens imperium*, inter alia eius decora, neque restricte, sicut vbi de Constantio idem, vti modo vidimus, loquitur, memorat Victor Schotti. Quanquam idem Constantinus, ob Crispi filii, Licinii iunioris, & Faustæ vxoris, de qua mox, cædem, crudelitatis notam non apud Gentilem solum Zozimum, sed apud ipsum Eusebium in Chronico non effugerit. Vt de Ablauii Consulis appenso inde gemino palatinis foribus, vt ea de re Sidonius Lib. V. Epist. VIII. versu sileam, quo *Neroniana* Constantini secula nuncupat. Mitto hic vero eam Constantii, quam in orthodoxos Antistites, iisque addictos, ad id ab Arianis inductus, exercuit, aut exerceri passus est sæuitiam; cuius vtique a Gentilium superstitionibus addicto iam Iuliano haud habita foret hic ratio.

Ibid. B. lin. 1. καὶ ἐν ἄλλαις πολλοῖς κρείττονα) Neque rursus ab adsentatione aliena, quæ *plerisque aliis in rebus* Constantino *superiorem* filium eius Constantium hic adstruunt; ac prout postea adhuc eundem longe maiores suos gloria ac veneratione antecelli ille prædicat. Cautior vtique hoc Constantii laudator Themistius, qui in vna e tribus, quibus illius laudes est prosequutus, quæque editæ etiamnum prostant, Orationibus,

bus, ea in re illos tantum, patrem nempe & filium, inter se componit, vt dicat Orat. III. pag. 47. paternum Constantini Imperium, a Constantio non seruatum duntaxat, sed multiplici incremento auctum. Quibus mox subdit, certamen cum parente Constantium in id solum instituisse, vter vtrum de vrbe Constantinopoli, cuius nempe legatus accedebat ad Constantium Themistius, bene merendo superaret: οὕτω γὰρ, vt continuo additur, βασιλεὺς πρὸς βασιλέα, καὶ πρὸς πατέρα παῖς ἀγωνίζεται, *sic enim & cum principe principem, & cum patre filium oportet contendere.* Dein, τῇ δὲ ὑμετέρᾳ ἁμίλλῃ καὶ φιλοτιμίᾳ ἡ πόλις σύμπασα ἦν τὸ ἀγώνισμα, *at certamini vestro, & ambitiosæ contentioni, tota erat præmii loco proposita ciuitas.* Neque etiam eodem cum Iuliano, sicuti hic ab eo factum, instituto, ad Constantii laudes progreditur Libanius; vt nempe, quod Sophistæ tamen magis quam Constantini e fratre nepoti licuit, eum patre comparet & ferme per omnia superiorem tradat Constantium; sed per patris res præclaras pace & bello gestas, quas non leuiter adtingit aut extollit, ad filiorum Constantii & Constantis, vt virtutum eius non minus ac imperii hæredum, transit præconium, atque ita, vt a patre imperium, quod a maioribus acceperat, auctum; ab iis vero, qui tum imperio potiebantur, Constantio nempe & Constante, firmatum sit & stabilitum: τῆς, nempe βασιλείας, ὑπὸ τῶν προγόνων κτηθείσης, ὑπὸ δὲ τοῦ πατρὸς αὐξηθείσης, ὑπὸ δὲ τῶν νῦν ἀρχομένων βεβαιωθείσης, in Basilico pag. 114. Verum insita erat Iuliano, quod hic locus aliaque in his eius operibus, maxime in Cæsaribus, abunde arguunt, erga Constantinum, quamquam patruum, neque de eo male vllatenus meritum, qui sexenni adhuc Iuliano fato fuerat functus, singularis quædam maleuolentia; eaque, vt paullo ante dictum, ob vnum adsertum ab eo propagatumque feliciter Christianæ Religionis cultum, clausaque Gentilium templa. Neque melius erat ille erga Constantium adfectus; vt quum aliunde, tum ex aliis eius operibus constat, in quibus omni eum probro viuum adhuc & mortuum, vti iam supra innui, & in processu huius commentationis videbitur, insectatur. Quamquam hac & sequenti Oratione partim metu, cæso iam Constantii iussu Gallo fratre; tum quod Cæsaris dignitate recenter ab eo foret auctus; eundem non veris solum, sed fictis etiam laudibus, quibusque simul parentem eius, vt hoc loco, præter fas deprimeret, prosequatur. Si enim insignem Constantii in eo fastigio laudant temperantiam, *vitam,* vt de eo Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. qui vitia ceteroquin eius non dissimulat, *parcam & sobriam;* quamquam eandem etiam virtutem in Constantino commendet Eusebius in eius Panegyrico; equitandi præterea & iaculandi artiumque pedestris armaturæ scientiam, quas in eodem dotes extollit quoque hac & sequenti Oratione Iulianus; longe vtique aut cunctis, quæque maxime Imperatorem decent, pacis bellique artibus, aut illa ipsa, de qua modo Iulianus, clementiæ, vti iam vidimus, adde & magnanimitatis, vigilantiæ, liberalitatis laude, rerum denique contra Tyrannos aut Barbaros, Scythas, Gothos, Sarmatas feliciter gestarum gloria, Constantium filium superauit Constantinus. Neque solum id ex Eusebio aliorumue inter Christianos scriptorum, qui vitam ac laudes Constantini, vel qui res amborum principum adtigere; sed Gentilium etiam, qui de ambobus agunt, Eutropii, Victoris vtriusque, Libanii autem potissimum, iudiciis & narrationibus constat. Is enim de Constantino ait in dicto paullo ante λόγῳ βασιλικῷ, post eius mortem, & in Constantii quidem, vti iam ante dictum, & Constantis laudem scripto, pag. 116. & 117. eorum Parentem vno omnium consensu omnes ante se retro principes, quum virtute bellica, tum ceteris omnibus laudibus, cunctisque quæ ad virtutem tendunt, anteiisse. Quod adstruit Ethnicus itidem scriptor Praxagoras apud Photium Cod. LXII. & Optatianus Porphyrius in Constantini Panegyrico. Neque tamen sui defuere Constantino nævi: sed de quibus non est hic agendi nunc locus.

Ibid. B. lin. 9. καὶ τρόπου ἀρετῆς, ὅσον οὐκ ἄλλῃ γυναικί) Non *generis* solum *nobilitatem* in Constantii matre Fausta Maximiana, vtpote Maximiani Herculii Imperatoris filia, aut *pulchritudinem* etiam, quam vtcunque licet in nummis adhuc eius intueri; sed *morum* insuper *probitatem*, & quidem quantum in nulla alia femina exstiterit, commendat hic Iulianus. Quæ insignis est iterum eius adsentatio; ac simul haud obscura ipsius Constantini, eius mariti, cuius nempe iussu eadem perierat, insectatio. Hanc enim Faustam, alterius Phædræ instar, insano Crispi priuigni amore correptam, indeque calumniis suis exitii caussam eidem exstitisse, tradunt Victor in Epitome, Philostorgius Lib. II. cap. IV. Zonaras, aliique. Hinc vbi de filii innocentia, quamquam sero, patri constitisset, hanc eius vxorem, Faustam, balnei calore, iussu Constantini, suffocatam, iidem memorant: nisi

quod aliam, sed quæ haud minus fœdam illius Faustæ libidinem arguit, caussam adducit Philostorgius, nempe φωραθεῖσαν τινὶ τῶν κυρσόρων, *quum in adulterio deprehensa fuisset cum quodam e Cursoribus.* Quam rem ita cæteroquin narrat, sed iniquus Constantini memoriæ, Zozimus Lib. II. cap. XXIX. vt dicat ideo cæsum iussu patris Crispum, quod ille, quasi cum Fausta nouerca consuesceret, in suspicionem venisset: in Helenæ vero matris, interemptum nepotem ægerrime ferentis, solatium, eandem Faustam balneo supra modum accenso inclusam, indeque, iubente Constantino, exstinctam. Quæ vtique Gentilis, illiusque Constantino, vt dixi, parum æqui auctoris narratio; quæque eidem subdit de Constantino, quod dum tam fœda piacula eluere inter Gentiles non posset, inde ad Christianorum sacra, quæ vim quodcunque peccatum absoluendi pollicerentur, se conuerterit; quam fidem mereantur, nemo non videt. Vnde etiam factum, vt dum hæc aliaque a Zozimo, in Christianæ religionis odium Constantino obiecta conuellunt Sozomenus Lib. I. cap. V. Euagrius Lib. VII. cap. XXXV. &, qui id ab iis hausit, Nicephorus Lib. VII. cap. XXXV. ipsam Crispo ac dein Faustæ indictam Constantini cædem, præter adductos supra Christianos auctores, ab Hieronymo insuper in Chronico, &, vbi de Lactantio agit, in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Idatio, Sidonio Lib. V. Epist. VIII. aliisque traditam, male, vti falsam aut a Zozimo confictam, iidem redarguant. Frustra vero alibi idem Zozimus, quo hanc fœdi criminis ab eadem Fausta labem amoliretur, aliam dein Constantini vxorem, qualis nuspiam, vt iam supra monui, exstitit, adulterii insimulatam, ac inde morte ab eo adfectam tradit, Lib. II. cap. XXXIX. De qua autem Faustæ cæde, eiusque caussa, addit Zonaras pag. 6. Tom. II. edit. Reg. ὡς δὲ ἔγνω μετέπειτα ὁ Αὐτοκράτωρ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὴν γυναῖκα ἐκόλασε, διὰ δὲ τὸ ταύτης ΑΚΟΛΑΣΤΟΝ, καὶ ΤΟΝ ΦΟΝΟΝ τοῦ παιδὸς, *Imperator autem, veritate cognita, de ipsa quoque vxore, quum propter IMPVDICITIAM, tum propter filii CAEDEM, pœnas sumpsit;* balnei nempe, vt continuo subdit, æstu præfocata. Vnus, quod iam ad Philostorgium monuit doctissimus Iac. Gothofredus, alio mortis genere eandem Faustam mariti iussu periisse tradit Chrysostomus; nempe vbi se rem, quæ suis temporibus contigerat, narraturum tradit, filiique simul a patre interempti meminit, Homil. XV. in Philippenses pag. 87. edit. Sauil. ὁ δεῖνα, φησὶ, τὴν γυναῖκα ὑποπτεύσας ΕΠΙ ΜΟΙΧΕΙΑι, γυμνὴν προσδήσας ὄρεσι (melius ὄρεσι) καὶ θηρσὶν ἐξέδωκεν, ἤδη μητέρα γενομένην αὐτῷ βασιλέων πολλῶν. οἴεσθε ζωὴν ζῆν ἐκεῖνον; οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ σφόδρα κατετάκη τῷ πάθει, εἰς τοσαύτην ἐξέπεσε τιμωρίαν. αὐτὸς δὴ ΤΟΝ ΥΙΟΝ ἀπέσφαξε τὸν αὐτοῦ. *Quidam, inquit, Imperator* (de principibus enim ibi sermo τῶν χρυσοφορούντων) *VXOREM ADVLTERII insimulatam, nudam montibus adligari iussit, & bestiis deuorandam obiecit, quæ iam mater ei multorum Cæsarum exstiterat. Qualem autem vitam vixisse illum putatis? qui sane, nisi immodica plane ira confectus, in tantam vltionem non prorupisset. Idem vero proprium FILIVM interemit.* Eundem Chrysostomi locum tangit, vbi ei de hac Fausta sermo, Cl. Tristanus Comm. pag. 571. Tom. III. sed ita, vt eum non videatur consuluisse: dum de mortuæ prius, balnei nempe ad id accensi æstu, Faustæ ossibus, Constantini iussu in montis cacumen delatis, quibus corui ac lupi pascerentur, ibidem agi existimat. Quod tamen adducta Chrysostomi verba abunde refellunt; quæ tam atrox de viua etiamnum vxore supplicium a marito sumptum, manifesto satis indicant. Vnde vero id hauserit ὁ ἀοίδιμος Iohannes, vt de eo loqui solet eius discipulus Isidorus Pelusiota, haud facile licet hodie statuere. Præter ea enim, quæ ibi de vtriusque, vxoris nempe & filii, patrata mariti eiusdemque patris Imperatoris iussu cæde, idque suis, vt ibidem ait, temporibus, necdum oblitterata adhuc eius rei memoria, illiusque mulieris plurium Cæsarum iam matris: præter hæc, nunquam, liquida adeo ac manifesta, ea, quæ continuo de iisdem Cæsaribus seu Imperatoribus filiis ibi subdit, id satis insuper conuincunt, non ad aliud, quam ad hoc Faustæ coniugis, ob impudicitiam a Constantino interemptæ, factum respici. Verum non nouum in Christiano illo facundissimoque Iohanne, vt in iis, quæ res externas tangerent, neque a suis etiam temporibus remotas, haud semel aberrauerit, norunt eruditi; aliisque adhuc exemplis, si res id nunc exigeret, adstrui a nobis posset. Hoc autem e supra dictis liquidum, præter adscriptum atrocissimum calumniæ, qua priuignus est oppressus, crimen, impudicitiæ infamia laborasse etiam Faustam, meritasque vel eo nomine a marito pœnas de eadem sumptas. Vt proinde qua fide, aut qua fronte, eam *virtute ac probitate morum*, quantum vlla mulier vnquam extitit, (τρόπων δεξιότης, ὅσον οὐκ ἄλλη &c.) insignem, prædicare ausus sit Iulianus, mirari haud immerito liceat; quamquam haud vna aliqua caussa videatur impulsus. Prima est quod Gentili

tili

tili patre eoque acerrimo Christianorum persecutore nata, in eadem religione credatur etiam exstincta. Altera, quod Constantii, cuius hic est Panegyricus, mater eadem exstiterit; ac proinde haud ingrata posset filio contingere honesta eius, quæque illam a gravi impudicitiæ nota, multis post eius mortem annis, liberaret, commemoratio. Tertia, quod Helenæ Constantii sororis eadem foret parens; quæ illo tempore, quo habita est a Iuliano hæc Oratio, eidem a Constantio fuerat iam forte elocata. Id enim paucis diebus, postquam Cæsar est ab eo nuncupatus, contigisse, tradit Ammianus Lib. XV. c. VIII. Accedit denique, quod quamcunque Constantini laudes imminuendi eumue clam aut aperte perstringendi occasionem, ac proinde vt indigna probæ moratæque vxoris cæde fœdatum traducendi, haud illibenter, vti iam antea monui arriperet Iulianus.

Ibid. C. lin. 1. Παρυσάτιδος λέγει, ὅτι μόνη γέγονεν ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ, καὶ γαμετὴ, καὶ παῖς βασιλέως) PARYSATIS, de qua hic dicitur, quod *sola Regis*, Persarum nempe, *soror*, *mater*, *vxor & filia* exstiterit, haud alia habenda est, quam quæ Darii Nothi *vxor*, & Artaxerxis, Mnemonis nempe dicti, *mater*, a duobus Auctoribus, quibus omnium optime hæc debuerunt esse perspecta Ctesia in Persicis, & Xenophonte memoratur ab init. Lib. I. Ἀναβάσεως, ac præterea a Plutarcho in eodem Artaxerxe. De *patre* vero aut *fratre* illius Parysatidos, totidem etiam Persarum *regibus*, quinam iidem fuerint, rem ambiguam aut perplexam haud parum reddunt, quum eorundem Ctesiæ & Plutarchi, tum quæ proxime hic sequuntur, Iuliani de eadem Parysatide, vt *mariti*, *cui eadem nupserat*, *sorore* verba. Vnde & quia id flagitat omnino loci huius ratio, & quod hactenus ab aliis non sint hæc, quod equidem sciam, occupata, de iis certe hic silcat doctissimus Petauius, indeque etiam lux dictis Auctoribus aut medela accedat, eadem nunc paucis sunt hic nobis explananda. Quam in rem ante omnia expendi merentur Ctesiæ, æqualis non solum iis temporibus, sed Artaxerxis etiam Mnemonis, & matris eius Parysatidos, de qua hic agitur, archiatri, verba, quæ exstant in eius Persicis apud Photium Cod. LXXII. aut vulgo post Herodotum editis, cap. XLII. vbi postquam de Artaxerxe Longimano, susceptisque ab eo pluribus spuriis filiis, ac inter eos Ocho, egisset, addit continuo: ὁ δὲ ὮΧΟΣ ὕστερον καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΕΙ· ἔτι δὲ παῖδες αὐτῷ, πρὸς τοῖς προειρημένοις, καὶ Βαγαπαῖος, καὶ ΠΑΡΥΣΑΤΙΣ ἐξ Ἀνδίας, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας. αὕτη Η ΠΑΡΥΣΑΤΙΣ Ἀρτοξέρξου καὶ Κύρου ΜΗΤΗΡ ἐγένετο. τὸν δὲ ὮΧΟΝ ζῶν ὁ πατὴρ Ὑρκανίων σατράπην ἐποίησε, δοὺς αὐτῷ καὶ γυναῖκα ΠΑΡΥΣΑΤΙΝ ὄνομα· ἣ ἦν ΞΕΡΞΟΥ μὲν ΘΥΓΑΤΗΡ, ΑΔΕΛΦΗ δὲ οἰκεία. *OCHVS autem hic post etiam REGNO potitur. Porro liberi adhuc eius*, Artaxerxis nempe Longimani, *præter iam dictos exstitere Bagapæus, & PARYSATIS, ex Andia itidem Babylonia. Hæc PARYSATIS Artaxerxis Cyrique MATER fuit. OCHVM autem pater, dum adhuc in viuis esset, Hyrcaniorum satrapam constituerat, data ei vxore, cui PARYSATIS nomen, quæ quidem erat XERXIS FILIA, propria autem* ipsius *SOROR*. In quibus verbis illud primo, quod supra iam diximus, occurrit, *Ochum*, vnum e spuriis Artaxerxis Longimani filiis, sub *Darii* postea, vt ex eodem Ctesia in sequentibus & aliunde constat, vulgo addito *Nothi* nomine, regnasse. Alterum, Parysatin eiusdem Artaxerxis, sed ex alia, quam Ochus, muliere, filiam, eandemque alterius Artaxerxis, Mnemonis nempe, & *Cyri* matrem ibidem dici. Tertio, a patre Artaxerxe Longimano eidem Ocho datam vxorem nomine *Parysatim*. Verum vbi hæc apud Ctesiam de duplici Parysatide, diuersoque patre, vt ibi legitur, prognata; & quarum prior primi Artaxerxis filia ac secundi Artaxerxis mater; altera vero Xerxis filia, eademque Ochi seu Darii Nothi coniux exstiterit, propria autem seu germana, vt ibi additur, alterius soror; ea, inquam, haud parum rem totam illam turbant, nec cum aliis, qui hæc tangunt, Auctoribus, & Iuliani quidem hoc loco, possunt facile conciliari. Neque enim alia secundi Artaxerxis mater *Parysatis*, quam ea quæ Ochi seu Darii Nothi vxor statuenda est: prout id ab ipso Ctesia in sequentibus, & a Xenophonte, vti iam ante monitum, a limine Ἀναβάσεως, refertur: ΔΑΡΕΙΟΥ καὶ ΠΑΡΥΣΑΤΙΔΟΣ γίγνονται παῖδες δύο, πρεσβύτερος μὲν ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΣ, νεώτερος δὲ ΚΥΡΟΣ. *DARII & PARYSATIDIS duo filii fuere: quorum natu maior ARTAXERXES, minor autem CYRVS erat.* Quod adstruit etiam Plutarchus ab initio vitæ eiusdem Artaxerxis: Δαρείου γὰρ καὶ ΠΑΡΥΣΑΤΙΔΟΣ παῖδες ἐγένοντο τέσσαρες· πρεσβύτατος μὲν Ἀρτοξέρξης, *Darii enim*, Nothi nempe, *& PARYSATIDIS quatuor filii fuere: maximus quidem natu Artaxerxes* &c. Accedit, quod in postremis apud Ctesiam verbis, quæ non exiguam hic caliginem adfundunt, eadem hæc Ocho a patre, priore nempe Artaxerxe, elocata *Parysatis*, non eiusdem Artaxerxis filia, & Ochi proinde coniugis (sicut de *Parysatide* mox a Iuliano

dicitur, idque Persarum more) *soror*, sed ἥτις ἦν Ξέρξου μὲν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ οἰκεία, *quæ quidem erat Xerxis filia, soror autem germana.* Quod postremum, vtique de Ocho dici non potuit, vt ibi tamen supplet Ctesiæ apud Photium interpres Andr. Schottus, si eadem Parysatis, ei a patre eiusdem Ochi Artaxerxe in vxorem data, *Xerxis filia*, vt ibi legitur, exstitit; nec vere *germana* proinde Ochi *soror*, sed ipsius Artaxerxis, qui fuit Xerxis, vt aliunde notum, filius, eiusque in regno successor. Adde, quod ea, quæ priore loco commemoratur in adductis supra Ctesiæ verbis, Artaxerxis filia, eademque secundi Artaxerxis mater *Parysatis*, neutiquam Ochi illius ἀδελφὴ οἰκεία, *soror propria* seu *germana* dici potuit: quum alia matre, vt ibi memorat Ctesias, ambo essent prognati; istud autem de sorore ὁμομητρίαν, simul & ὁμοπατρίαν, seu eodem vtroque parente, vti adhuc postea ex ipso Ctesia videbitur, nata dici soleat. Adeo, vt iuxta adducta ante Ctesiæ verba, hæc Darii Nothi vxor *Parysatis*, non ipsius Artaxerxis Longimani *filia*, sed *soror* exstiterit, eodem nempe patre Xerxe, eademque matre edita. Quod adstruere etiam videntur Plutarchi de altero Artaxerxe, ab initio eius vitæ verba; vbi nempe de priori Artaxerxe, seu Longimano, dicitur: ΞΕΡΞΟΥ δὲ ἦν υἱός. ὁ δὲ δεύτερος, περὶ οὗ τάδε γράφεται, Μνήμων ἐπικληθεὶς, ΕΚ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ἦν ΕΚΕΙΝΟΥ. *XERXIS hic filius fuit: secundus vero, de quo hic agimus, Mnemon cognomine, EX EIVS*, Xerxis nempe, e quo genitus etiam prior Artaxerxes, *FILIA nepos*; quæ *Parysatis* eaque Darii, Nothi scilicet, vxor mox ibidem dicitur. Idque inde etiam firmari videtur, quod idem Darius Nothus, prioris Artaxerxis, vt ex Ctesia & Pausania Lib. VI. p. 353. liquet, foret filius, secundi autem Artaxerxis pater; non adeo *ex filia*, hoc est, Darii vxore *Parysatide*, si ea eodem illo patre iuxta maritum edita, quam *ex filio* illius Longimani, ipso nempe Dario, natus ibidem a Plutarcho diceretur Artaxerxes Mnemon. Quomodo proinde Plutarcho ibi cum adductis Ctesiæ verbis, quæ tamen vulgo aliter accipiunt Interpretes, plane non conueniret: nempe hanc *Parysatida*, Ochi seu Darii Nothi coniugem, Xerxis *filiam* exstitisse, eandemque *germanam* prioris Artaxerxis, qui eam Ocho filio elocauit, non vero ipsius Ochi *sororem*. Qua ratione etiam plana iam forent hic Iuliani verba, & cum iis modo traditis consona; quibus nempe dicitur a Persis celebrari *Parysatis*, tanquam quæ sola Regis *soror* & *mater* & *vxor* & *filia* exstiterit: quippe quæ Xerxis *filia*, Artaxerxis Longimani *soror*, Darii Nothi *vxor*, Artaxerxis autem Mnemonis *mater* fuerit habita. Verum duo rursus hæc turbant: primo proxima Iuliani verba, quibus de eadem Parysatide, idque quod fas hoc esset Persis, addit: *erat vero eius, cui illa nupserat, natura soror*, ἥνγε αὐτῷ τῷ γήμαντι ἀδελφὴ τῇ φύσει. Neque enim ita Darii coniugis, quod iam dicta redarguunt, *natura soror* sed *amita* fuisset, vt modo vidimus, eadem Parysatis; prioris quippe Artaxerxis, qui Darii pater, & cui ille eam vxorem dedit, *propria* seu *germana soror*, ἀδελφὴ οἰκεία. Alterum obstare videtur, quod eiusdem Parysatidos, quum apud Ctesiam, tum inde apud Plutarchum, frequens fiat in rebus Artaxerxis Mnemonis eius filii mentio: vtpote quæ Cyro minori, eius itidem filio, in bello quod is contra fratrem Artaxerxem susceperat, cæso, fuerit superstes; multaque atrocia sæuitiæ & immanitatis, in eius percussores, ipsamque postea Artaxerxis coniugem Statiram, edidisse exempla ab iis traditur. Quomodo post Xerxis, vti e Ctesia & Plutarcho vidimus, parentis obitum, fratris Artaxerxis Longimani XL, XLI, aut XLII, quos ei vel ipse Ctesias, vel in laterculo Persarum Regum Ptolemæus, aut Eusebius in Chronico tribuunt, regni annis, Darii coniugis XIX, & tribus quatuorve prioribus filii Artaxerxis Mnemonis annis, superuixerit eadem Parysatis. Quamquam non absonum sit, aut præter naturæ leges, vt id contigerit: quum a morte Xerxis, ad eam Cyri expeditionem contra fratrem Artaxerxem Mnemonem, intercedant anni circiter LXIV, ipsa autem Parysatis, mortuo Xerxe parente, puellula adhuc statuatur: maxime quum Artaxerxes Longimanus, eius frater & in regno patri successor, *puer admodum* exstitisse dicatur a Iustino Lib. III. cap. I. vbi Xerxes ab Artabano cæsus. Maius proinde negotium hic facessunt adducta, & quæ proxime hic sequuntur, Iuliani verba; quæ ideo nunc venient explananda, vt quid de tota hac re sit statuendum, inde fiat manifestum.

Ibid. C. lin. 4. ἀλλ' ἥνγε αὐτῷ τῷ γήμαντι ἀδελφὴ τῇ φύσει) Parysatida vt Regis *sororem*, *matrem*, *vxorem* & *filiam*, a Persis celebrari dixerat, vti modo vidimus, Iulianus. Nunc vero addit, ita quidem hæc in eam decora confluxisse, *vt illius, cui eadem nupserat, natura soror exstiterit* Parysatis: non alium proinde *fratrem* Regem, nisi eundem, qui erat eius *coniux*, habuerit. Quo proinde nomine præ eadem Parysatide celebrari magis meruerit, vti continuo dicitur, *Fausta Maximiana* Constantii mater; vtpote quæ
præter

præter Imperatores, parentem itidem, neque vnum ſed plures filios, non, vt illa, maritum eundemque fratrem Imperatorem, ſed alium coniugem, alium fratrem, totidem etiam Imperatores, ſit nacta. Hæc autem cum Cteſiæ de ea *Paryſatide*, quæ ad ſuperiora Iuliani verba adduximus, narratione, vt iam de iis, quæ e Plutarcho itidem ſunt adlata, & de quibus poſtea agetur, nihil hic dicam, non conueniunt. Ibi enim a Cteſia dicitur, ab Artaxerxe Longimano data Ocho filia, qui poſtea ſub Darii vulgo Nothi cognomine regnauit, vxor *Paryſatis* nomine, ἥτις ἦν Ξέρξου μὲν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ οἰκεία, *quæ quidem Xerxis erat filia, ipſius autem*, nempe Longimani, *germana ſoror*. Quomodo illa Paryſatis, Ochi ſeu Darii quidem coniux, non autem *natura ſoror*, vt hic tamen a Iuliano dicitur, ſed *amita* extitit, eodem nempe patre Xerxe, iuxta Artaxerxem mariti parentem, prognata: multo minus *ſoror οἰκεία*, vt ibi a Cteſia vocatur, ὁμομήτριος ſimul & ὁμοπάτριος, prout ita eam vocem ab ipſo Cteſia alibi intelligi & explicari mox conſtabit. Vnde nec iſtud in alteram caderet Paryſatida, quam in eadem de Artaxerxis liberis narratione memorat, vti vidimus, Cteſias. Hæc enim alia, quam Ochus, matre edita, vnumque ex ea fratrem, Bagapæum nomine, nacta ibidem dicitur. Quare aut erraſſe hic Iulianum, qui hanc Paryſatida mariti, Darii nempe Nothi, *coniugem* ſimul & *natura ſororem* extitiſſe tradiderit; quod quum hic tamen, tum mox adhuc aperte contendit, eoque nomine Fauſtam Conſtantii matrem, eidem, vti iam diximus, Paryſatidi anteponit: aut vero falſum ea in re Cteſiam fuiſſe, dicendum eſt. Quod rurſus de auctore, non coæuo ſolum, quiue in Perſide vixit, ſed qui inſuper, vti iam ſupra dictum, eiusdem Paryſatidos, & Artaxerxis filii, medicus, ſicut de eo Plutarchus in eodem Artaxerxe, extitit, vix licet arbitrari. Vnde illud ſatius omnino videtur, quo ſua Iuliano ſimul & Cteſiæ fides hic conſtet, vt a librariis corrupta euincantur, familiari iisdem lapſu, non Iuliani quidem, quod totus loci huius contextus, & inſtituta inde illius Paryſatidos cum Fauſta Conſtantii Imp. matre, vti iam diximus, comparatio non patitur, ſed Cteſiæ ea de re verba. Quod vt liquidius pateat, audiendus ipſe Cteſias ab initio huius de Artaxerxis Longimani liberis narrationis: Ἀρταξέρξου δὲ τελευτήσαντος, ΞΕΡΞΗΣ ὁ υἱὸς βασιλεύει, ὃς μόνος ἦν ΓΝΗΣΙΟΣ ἐκ Δαμασπίας. *Artaxerxe mortuo, regnat XERXES eius filius qui ſolus erat LEGITIMVS, ex Damaſpia ſuſceptus.* Nempe *Xerxes*, qui hoc nomine ſecundus, ac vt patris Artaxerxis, quamquam ad breue tempus, ſucceſſor, præter Cteſiam, qui de eo mox adhuc agit, a Diodoro Siculo Lib. XI. p. 315. & Euſebio in Chronico, ac inde etiam a Chronologis in ſerie Perſarum Regum commemoratur. Vnde & quod duplicis omnino *Paryſatidos*, in adductis ſupra ex eodem Cteſia verbis, fiat mentio; & quo nullus ſit inter eum & Iulianum hac in re diſſenſus; ita poſtrema, quæ eam, de qua hic agit Iulianus, *Paryſatida* eandemque Ochi ſeu Darii Nothi *coniugem* ac *ſororem* reſpiciunt, ſunt conſtituenda: δὺς αὐτῷ καὶ γυναῖκα ΠΑΡΥΣΑΤΙΝ ὄνομα· ἥτις ἦν ΑΡΤΑΞΕΡΞΟΥ μὲν θυγάτηρ, ΞΕΡΞΟΥ δὲ ἀδελφὴ οἰκεία. *Data et*, Ocho nempe ceu Dario Notho, *vxor PARYSATIS nomine, quæ ARTAXERXIS quidem erat filia, XERXIS autem germana SOROR.* Vt nempe librarii, quod toties alibi contigiſſe notum, incuria, omiſſo patris *Artaxerxis* nomine, vnum *Xerxis* nomen fuerit ibi relictum, illudque perperam poſitum. Quomodo duplex etiam a Cteſia traditur, in ea de Artaxerxis Longimani liberis, quam ſupra adduximus, narratione, *Paryſatis*, vtraque tamen eodem illo patre nata: vna, cuius priori loco meminit Cteſias, quæ ex Andia muliere, quod ante vidimus, eaque Babylonia, & quæ Bagapæum fratrem habuerat, edita; altera autem, quæ Ocho, qui poſtea ſub Darii II. ſeu Nothi nomine regnauit, a patre Artaxerxe elocata, eaque, vt ibi additur, ipſius quoque *Artaxerxis* filia, *Xerxis* autem, quem nempe Longimanus e legitima vxore Damaſpia ſuſceperat, οἰκεία ἀδελφὴ, *germana ſoror*, nempe eadem etiam matre iuxta Xerxem prognata. Quomodo mox apud Cteſiam cap. XLIX. de Arſite, eiusdem Ochi ſeu Darii, vt id iam ante ex hac ipſa de Artaxerxis liberis narratione conſtare poterat, *germano fratre* dicitur, Ἀρσίτης ΟἸΚΕΙΟΣ ἀδελφὸς ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, *Arſites frater eius GERMANVS, ex eodem patre*, Artaxerxe nempe, *eademque matre genitus.* Vnde clara etiam & perſpicua eorundem Cteſiæ verborum mens, quibus hæc Paryſatis οἰκεία ἀδελφὴ, *germana ſoror*, non Ochi quidem mariti, vtpote qui ex alia matre (quæ *Martidene*, vel iuxta alios Cteſiæ codices *Coſmartidene* vocabatur) eaque inſuper Artaxerxis non iuſta vxore ſed pellice natus; verum *Xerxis*, legitimi nempe Artaxerxis filii, eiusque in regno ſucceſſoris, dicitur. Qua ratione inſuper factum videtur, vt ſecundi Artaxerxis regium genus ab initio eius vitæ tangens Plutarchus, eum *ex eius filia*, θυγατρὸς ἐξ ἐκείνου, primi nempe, cuius iam meminerat, Artaxerxis, quamque ille

e iusta vxore, sicuti & Xerxem, susceperat; non vero e filio, qui e pellice tantum natus, seu eius coniuge Dario, prognatum continuo dixerit. Idque pro recepta quoque, iam a Solonis æuo, apud Athenienses lege, cuius præter Oratores Atticos meminit Aristophanes Auib. p. 616.

> Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων.

NOTHO autem nullum esse IVS COGNATIONIS, vbi adsunt liberi LEGITIMI. Vt notas Romanorum leges hic mittam, quibus, vt ab Vlpiano Leg. VI. De his qui sui &c. iuris, dicitur *FILIVM eum definimus, qui ex viro & VXORE eius* (non vero e concubina, sicut hic Darius Nothus ex Artaxerxis pellice) *nascitur*; & similiter Leg. V. De in ius vocando, *PATER is est, quem NVPTIAE demonstrant*; ac vnde, an filii legitimi naturalis nepos eo *nepotis* nomine dici possit, quæritur in Iustiniani Constitutione XII. Cod. De naturalibus lib. Idque postquam *naturalium* liberorum conditio a Constantini æuo, vt quum e Legibus de iis in vtroque Codice Theodosiano ac Iustinianeo latis, tum vel e Præfatione Nouell. LXXXIX liquere potest, melior euaserat. Immo prout olim apud Persas, quod non fugit Ill. Brissonium de Regno Persar. p. 7. spurios, seu natos e pellicibus filios, a regni successione, vbi legitimi supererant liberi, exclusos docet Herodotus Lib. III. cap. III. Vnde præter ius illud successionis apud Persas contigit, vt hic Darius, illius Parysatidos coniunx, quamquam filius nothus, legitimum eiusdem parentis filium *Isogæum*, vt ille ibi vocatur, populi studiis fretus, regno expulerit, eiusque loco illud susceperit; vt id memorat Pausanias Lib. VI. p. 35[illegible]. Qua in re etiam haud dubitandum videtur, quin vxoris Parysatidos, legitimæ vtpote Artaxerxis filiæ, illiusque præterea, vt ex iis constat, quæ de ea memorant Ctesias & Plutarchus, magni & ambitiosi animi feminæ, consiliis, & apud Persarum multitudinem auctoritate, ad id fuerit adiutus maritus eius Darius. Quanquam de illo Isogæo, multo minus vt legitimo eiusdem Artaxerxis filio, nulla apud Ctesiam, qui plures eius liberos, sed vnum legitimum tradit, exstitisse e Damaspia vxore filium Xerxem, aut alibi occurrat mentio. Βαγαπαῖον quidem inter Artaxerxis nothos filios, eumque ex Andia Babylonia, seu ut & priorem, cuius ibi meminit, Parysatide natum memorat in eius verbis ad superiorem notam adductis Ctesias. Vnde vel pro Βαγαπαῖος ibidem Ἰσογαῖος forte, vti apud Pausaniam exstat, re[illegible]endus; aut, quod omnino potius duco, apud Pausaniam Βαγαπαῖος pro Ἰσογαῖος legi debet ac emendari: tum quod ita apud Ctesiam legerit Photius; tum maxime quod prius illud nomen Persicum magis redo[illegible] ut Βαγαζάκης dictus paullo ante apud Ctesiam, qui corpus Artaxerxis in Persidem auexerit, & mox ab eodem dicatur vnus e Persarum satrapis Βαγόζαρος, forte Βαγώζαρος, vti Βαγαζάκης & Βαγαῖος, totidem Persarum duces, apud Herodotum vocantur Lib. VII. cap. LXXVI. & LXXX. quibusque adfinia, aliquot litterarum μετάθεσις, Persica itidem Ducum Μεγαβάζης, Ἀγαβάτας, Μεγαβάτης, ac si[illegible]ter Κ.γδαγάτης apud Aeschylum no[illegible]a, Pers. v. 964. 988. & 1003. Illud autem ex ante dictis tam liquidum, eam, de qua hic agitur, *Parysatida*, non Regis Persarum [illegible] *filiam, matrem* aut *coniugem* exstitisse, [illegible] *eandem*, quod hoc & sequenti apud [illegible] loco dicitur, *maritum & fratrem*, [illegible] quidem, seu *germanum* vti [illegible] a Ctesia dicitur, nempe Xerxem, sed [illegible] tamen, siue ex eodem patre Artaxerxe, q[illegible] quam ex alia matre natum, eam ha[illegible]. Vere proinde, & qua in re cardo h[illegible] ae discrepantia versabatur, quibusque h[illegible]d repugnant amplius, vti ea supplenda ac emendanda diximus, Ctesiæ illa de re ver[illegible] a Iuliano de *Parysatide* hic dicitur, quo[illegible] erit τῷ γαμετῷ ἀδελφὴ τῇ φύσει, *cui qui*[illegible] *duxerat natura soror*, Ochi nempe seu Darii; cuius quamquam e pellice nati haud minus *natura soror* erat ipsa e iusta vxore nata Parysatis. Quomodo non dicuntur solum *naturales*, seu e concubina nati, de quibus in vtroque Codice, vti iam diximus, & in N[illegible] lis agitur, *liberi*, sed ipsi etiam eorum re[illegible]ctu *parentes*, vt Leg. XIV. D. de Ritu n[illegible]t. *Vnde nec vulgo quæsitam filiam PATER NATVRALIS potest vxorem ducere*, & Leg V[illegible]. Cod. de Nat. Liberis. *Humanitatis in*[illegible]*x, NATVRALIBVS PATRIBVS hoc* [illegible]*gemus* &c. Immo prout spurios e[illegible] liberos *sola natura donasse* dicitur a Theop[illegible]lo Lib. I. Tit. X. de Nupt[illegible] Sec. XI[illegible] ἡ φύσις ἐδωρήσατο, ὁ νόμος ἀγνοεῖ. *quos natura dedit, lex ignorat* &c. Quibus insuper il[illegible] accedit, & hic valde quidem oppor[illegible] quod de eadem *Parysatid[illegible]* tradit A[illegible] Lib. II. p. 62. edit. Re[illegible] illam [illegible] ror[illegible] seu illam [illegible] præter incestas [illegible], de [illegible] nis nuptias Arta[illegible] tre regna[illegible], concubit[illegible] ille [illegible] satus, ne[illegible] eadem tent[illegible]

Φασι

Φασὶ τὸν Δαρείου ΠΑΡΥΣΑΤΙΔΟΣ ΤΗΣ ΜΗΤΕΡΟΣ παραπλήσια τῇ Σεμιράμιδι παθούσης καὶ ξυγγενέσθαι οἱ ἱεμένης, ἀποκτεῖναι μὲν αὐτὴν ἥκιστα, ἐκκλῖναι δὲ ὅμως σὺν ὀργῇ καὶ ἀποσείσασθαι, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν τοῦτο, οὐδὲ πάτριον, οὐδὲ τῷ βίῳ ξυνηθισμένον, *Artaxerxem aiunt, Darii filium, MATREM PARYSATIDA, simili, qua Semiramis, vesania correptam, non quidem necasse, summouisse tamen a se iracunde ac resecisse: quod neque fas id esset, neque patrium, neque in communi vita consuetum.* Quod de patriis moribus adeo ab hoc nefando concubitu alienis, præter aliorum Auctorum de promiscuis inter Persas ac licitis id genus parentum cum filiis aut filiabus *ἐπιμιξίας* consensum hic dicitur, non iam tango. E qua autem narratione illud rursus hic adstruitur, haud vtique Xerxis filiam, ac proinde prioris Artaxerxis sororem, huius autem Artaxerxis Mnemonis, qui fuit illius Longimani nepos, amitam magnam, & simul matrem, habendam hanc *Parysatida*; quæ adeo vetula tantum scelus sit adgressa, cuiusque a filio repulsam, non tantum vt effœtæ libidinis anus, sed ob ingens ea in re piaculum, & a patriis moribus omnique in vita consuetudine adeo abhorrens passa ibidem dicitur. Quibus insuper illud, in prioribus Ctesiæ verbis ad superiorem notam iam adductis, abunde refellitur, vbi non hæc eadem quæ Dario nupsit, sed prior ab eo commemorata, eaque Bagapæi, de quo paullo ante, vterina soror *Parysatis*, huius *Artaxerxis Mnemonis & Cyri mater* dicitur exstitisse, αὕτη ἡ Παρύσατις Ἀρταξέρξου καὶ Κύρου μήτηρ ἐγένετο. Quum tamen vel ex iis, quæ sequuntur apud eundem Ctesiam, in rebus Darii Nothi & eiusdem Artaxerxis Mnemonis, (vt de Xenophonte, Diodoro Siculo, Plutarcho, Iustino, ac, vti modo vidimus, Agathia nihil hic addam) Dario Notho, eaque quæ illi a patre est elocata *Parysatide*, eundem Artaxerxem & Cyrum fratrem editos constet. Vt proinde vel errasse rursus ibi Ctesias, vbi id alteri *Parysatidi*, quam ei quæ Ochi fuit seu Darii vxor, tribuit, censendus sit; quod de eo tamen ob illa, quæ id mox aperte apud eum redarguunt, quique in ea Persarum aula vixit, ipsius *Parysatidos*, quod antea diximus, medicus, haud licet opinari; vel de vna eademque, quod tamen tota illius loci ac diuersa de vtraque narratio haud patitur, *Parysatide* loquutus statui debet, vbi de prioris Artaxerxis liberis agit Ctesias; aut vero, & quod potius dicendum est, eadem eius verba de *Parysatide, quæ fuit Artaxerxis & Cyri mater*, post illius cognominis filiæ mentionem, quæ Ocho a patre in vxorem data, sunt collocanda; eadem nempe male ab imperito librario, priori illi *Parysatidi*, ceu quæ de ea ibi dicuntur, subiecta. Nisi cui forte placeat, vt illud habeatur glossema alicuius Magistelli, quod in Auctoris contextum, neque suo loco positum, vt toties præclaris Scriptoribus contigit, irrepsit. Merebatur vero hic & superior de nobili illa, quamquam scelerata, Persarum Regina locus, immo quod antea dixi, flagitabat omnino, ne indictus aut intentatus, vt tamen a doctissimo Petauio eodemque celebratissimo Chronologo factum, nunc abiret; ac vt aliis simul, qui de ea agunt, aut a Iuliano hic discrepant, Auctoribus, lux aliqua, maleque constitutis salus etiam adferretur.

Ibid. C. lin. 5. *νόμῳ δὲ ἰδίῳ γαμεῖν ἀδελφὴν τῷ Πέρσῃ*) Obuium illud de licito apud Persas fratrum cum sororibus connubio, de quo Lucanus Lib VIII. v. 404. *iacuere sorores in Regum thalamis:* quod antea tamen apud eos inusitatum, a Cambyse Cyri filio, & quidem nulla Persarum lege illud prohibente, primo inductum, tradit Herodotus Lib. III. cap. XXXI. A quo etiam Cambyse, non vnam solum, sed geminam sororem, priori mortua, vxorem ductam idem refert; & primam quidem, quæ *ἦν οἱ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἀδελφή*, *erat Cambysi ex vtroque parente soror*, *ὁμομήτριος* proinde haud minus ac *ὁμοπάτριος*. Quem cæteroquin morem, proprias ducendi sorores, ab Assyriis ad Persas transiisse, e Luciano de sacrificiis & Constantino Manasse annotauit iam Ill. Brissonius de Regno Persarum pag. 291. Eundem vero apud Aegyptios obtinuisse, idque præter communem aliorum hominum morem, *παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*, iuxta Diodorum Lib. I. pag. 23. tradit itidem Philo de Legib. Special. pag. 779. & haud vno loco Sextus Empiricus, vt Hypoth. Lib. I. pag. 31. & Lib. III. p. 153. & 158. nempe prout de Cleopatra Lucanus Lib. X. v. 357. *nubet soror impia fratri.* Apud Athenienses autem licitas fratrum cum sororibus *ὁμοπατρίοις*, non vero *ὁμομητρίοις* ceu *vterinis*, nuptias, docent nota Cornelii Nepotis ea de re verba; adlatumque ab eo Cimonis, aut simile, quod e Plutarcho, vt alia mittam, de Themistoclis filio, addit exemplum eruditissimus Sam. Petitus Comment. ad Leges Atticas Lib. VI. pag. 440: cui ea iam in re præiuerat vir eleganti eruditione Ianus Rutgersius Lib. I. Var. Lect. cap. IX. Præter quæ aliud suppeditat, quod fugit virorum præstantium diligentiam, Demosthenes aduersus Eubulidem pag. 538. vbi dicitur:

ΑΔΕΛ-

ΑΔΕΛΦΗΝ γὰρ ὁ πάππος ἡμῶς ἔγημεν ΟΥΧ ΟΜΟΜΗΤΡΙΑΝ, *SORORE M enim duxit auus meus NON VTERINAM*: quod postremum nempe Athenis illicitum. Vnde Euripides ab Aristophane sugillatur, Νεφέλ. pag. 199. quod in Aeolo, deperdito dramate, Macareum induxerit, qui Canacen τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφὴν, *sororem vterinam* constuprarit. Quo proinde, vt hoc addam, respexit apud eundem Comicum, Aeschylus in Ranis pag. 252. vbi Euripides rursus redarguitur, tanquam

Γάμους δὲ ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην,

nuptias autem incestas inducens in artem, ceu *in drama tragicum*; prout τεχνῖται vulgo ab Atticis dicti, & οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, *scenici Tragœdiarum aut Comœdiarum auctores* seu *histriones*, vt vel e Demosthenis de Falsa Legat. pag. 225. Athenæo Lib. V. pag. 212, & Inscriptionibus etiam antiquis, sed qua de re alibi, constat. Ad quem autem postremum Comici locum exstat hæc veterum Grammaticorum glossa, ἐδόκει γὰρ τοῖς παλαιοῖς πάνυ ἐναγὲς εἶναι, ταῖς ἀδελφαῖς μίγνυσθαι. *apud veteres enim res videbatur plane nefanda, cum sororibus misceri.* Vnde etiam idem Macarei exemplum, vbi incestas id genus fratrum cum sororibus ἐπιμιξίας exagitat, refert Plato Lib. VIII. de Legib. pag. 838; eumque Macareum, ob clandestinum cum sorore concubitum, publicas tamen tanti sceleris pœnas dedisse ostendit. Idem tamen alibi, ac vbi de vxorum agit communione, incesta quidem parentum cum liberis vetat connubia; sororum vero cum fratribus, vbi nempe sors id tulerit, aut Delphicum Oraculum, concubitus permittit, Lib. V. de Republ. pag. 461. ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἀδελφὰς δώσει ὁ νόμος συνοικεῖν, ἐὰν ὁ κλῆρος ταύτῃ συμπίπτῃ, καὶ ἡ Πυθία προσαναιρῇ. *Fratres autem & Sorores lex concedit vna consuescere, si sors ita tulerit, & annuerit Pythia.* Ipse vero Iulianus id vt receptum quidem, sicut hoc etiam loco, apud Persas, a Græcorum autem moribus alienum, tangit infra apud Cyrillum, vbi eius ea de re verba leguntur Lib. IV. pag. 138. a. ΤΙΣ γὰρ ΕΛΛΗΝΩΝ ΑΔΕΛΦΗ; τίς δὲ θυγατρί; τίς δὲ μητρί, φησὶ, δεῖν ΜΙΓΝΥΣΘΑΙ; τοῦτο δὲ ἀγαθὸν ΠΕΡΣΑΙΣ κρίνεται. *Quis enim GRAECORVM cum SORORE? quis cum filia? quis cum matre MISCERI oportere dicet? Atqui PERSAE bonum id statuunt.* Quo itidem spectat illud Sexti Empirici Lib. III. Hypoth. pag. 153. ΑΘΕΣΜΟΝ τε ἐστὶ ΠΑΡ ΗΜΙΝ, μητέρα ἢ ΑΔΕΛΦΗΝ ἰδίαν γαμεῖν, *ILLICITVM etiam APVD NOS, matrem aut SOROREM propriam ducere.* Quamquam sicuti apud Athenienses licitas, vti modo dictum, fratribus eum sororibus ex eodem patre natis, non vero cum vterinis nuptias; sic vicissim apud Lacedæmonios easdem cum sororibus ὁμοπατρίαις prohibitas, cum ὁμομητρίαις autem concessas, tradit Philo, dicto iam loco de Specialibus Legibus pag. 779. Vt proinde id in Græcis haud immerito redarguisse videatur alter e recutitis Scriptor, in præclaro contra Apionem opere, Lib. II. pag 1080. vbi inter alios nefandos concubitus, quos, Deorum suorum exemplo, tueri iidem sunt ausi, addit. κατὰ τὸν αὐτὸν τὸν λόγον, καὶ τοὺς τῶν γνησίων ΑΔΕΛΦΩΝ ΓΑΜΟΥΣ, ταύτην ἀπολογίαν αὐτῶν τῶν ἀτόπων καὶ ΠΑΡΑ ΦΥΣΙΝ ἡδονῶν συνθέντες, *Eadem quoque ratione, germanorum FRATRVM SORORVMQVE, inter Deos nempe, NVPTIAS. pro defensione similium inter ipsos absurdarum & CONTRA NATVRAM voluptatum adducentes.* Haud aliter ac a Seneca apud Augustinum Lib. VI. de Ciuit. Dei cap. X. dictum legitur: *Quid, quod & matrimonia Deorum iungimus, & ne pie quidem, FRATRVM scilicet & SORORVM?* Vt mittam, quod promiscuas illas fratrum eum sororibus nuptias probasse dicatur Chrysippus Stoicus ab eodem, de quo ante, Sexto Empirico Lib. III. Hypoth. p. 153. & 161. Plutarcho præterea, libro de Stoicorum Repugnantiis pag. 1044. ac Diogene Laërtio Lib. VII. pag. 481. nouissimæ editionis.

Ibid. C. lin. 7. τὰς παρ' ἡμῖν νόμος, ἀχράντους καὶ καθαρὰς ταῖς οἰκειότητας τηρῶν) Has inter fratres sororesque, non ὁμομητρίους solum, sed ὁμοπατρίους quoque, seu tam ex eodem patre quam ex eadem matre genitos, nuptias; vt a Mose iam olim Leuit. XVIII. 9. ita Romanorum quoque moribus ac institutis ex æquo, vt incestas prohibitas ac damnatas, quod hic innuit Iulianus, satis liquet. Quod etiam non tam ex legibus ea de re, iisque proxime ante Iuliani ætatem, latis constat; & quidem ex ipsius Faustæ, de qua hic agit Iulianus, parentis Maximiani, ac Diocletiani Constitutione, Leg. XVII. Cod. de Nuptiis; aut quæ eandem in rem traduntur a Iustiniano §. Instit. eodem titulo; quam ex antiqua & inueterata, quæ apud Romanos obtinuit, consuetudine, ac lege proinde ἀγράφῳ, (vt de illicitis id genus connubiis loquitur dicto iam ante loco Plato Lib. VIII: de Legib. pag. 838.) eaque a natura velut hominibus insita. Vnde etiam Simplicius in Epictetum cap. XLVII tum consuetudine, tum lege, ἀγράφῳ nempe simul & ἐγγράφῳ, prohibitum id genus concubitum tradit, τὸ δὲ ἔθος, καὶ τὸ νόμον τὴν πρὸς ἀδελφὴν ἢ ἀδελφὸν μῖξιν ἀποκωλύοντος *iam quum lex & consuetudo sororis & fratris concu-*

concubitu interdictat. Nempe iuxta illud Pauli Leg. XXXIX. De Ritu Nuptiarum, *Si quis ex his, quas MORIBVS prohibemur, vxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere:* & quidem vt nihil interesset, quod e Scæuolæ Regulis traditur Leg. LIV. eodem titulo, an e iustis nuptiis, an vero non, eadem cognatio descenderit; quum, vt ibidem additur, *& vulgo quæsitam SOROREM quis vetatur vxorem ducere:* prout a Paulo ad Leg. XIV. iam ante traditum, *quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inspiciendus est.* Adeo vt vel inde non a Persarum solum, quod hic a Iuliano tangitur, ac nominatim, de qua hic egit, Parysatidos, quæ nato e parentis pellice fratri nupsit; aut ab Aegyptiorum moribus; sed a receptis etiam apud Athenienses, a quibus tamen illi legum suarum incunabula ac fontes petierant, ea in re institutis, verecundiori vtique naturalis honestatis intuitu, iam ab antiquo recessisse Romanos sit certum. Quemadmodum præter notum Papirii, quod Plutarchus in Parallelis pag. 312. refert, exemplum, discrimen illud inter eosdem populos tangit Cornelius Nepos in Præfatione: *NEQVE enim Cimoni TVRPE fuit, ATHENIENSIVM summo viro, SOROREM germanam in matrimonio habere: quod MORIBVS NOSTRIS NEFAS habetur.* Vnde post alia Iuliani adducta iam ante ea de re verba, subdit mox ex eodem Cyrillus infra Lib. IV. pag. 139. C. Ἕλλησι μὲν καὶ ΡΩΜΑΙΟΙΣ δι' ἀπεχθείας γενέσθαι πολλῆς, τὸ μητράσι γαμεῖν καὶ ΑΔΕΛΦΩΝ εὐναῖς ἐπιβῆναι, *Græcos quidem & ROMANOS omnibus modis incestas cum matribus ac SORORIBVS nuptias & concubitus detestari.* Immo prout Romanorum, quibus iam tum Romanus ferme orbis regebatur, mores ac instituta respicere potuit, in adductis ad superiorem notam verbis, Sextus Empiricus, qui inter Marci Antonini magistros a multis creditur exstitisse, ἀθέσμον τὸ ΠΑΡ ΗΜΙΝ, &c. *NEFAS est APVD NOS, matrem aut SOROREM in vxorem ducere.* Quomodo nempe mox idem Sextus, Atheniensium legi a Solone latæ, qua vnicuique filium suum licuit interficere, similiter opponit, ΠΑΡ ΗΜΙΝ δὲ τὸ τοὺς παῖδας φονεύειν, ἀπαγορεύουσι νόμοι, *APVD NOS autem, filium occidere vetant leges.* Quibus insuper addere licet Lucani de incestis vel Persarum vel Aegyptiæ Cleopatræ cum sororibus aut fratre nuptiis, vt a Romanorum moribus valde alienis, iisque minime piis ac licitis, adducta iam ante loca: ac similiter de incestis id genus apud Barbaras gentes amoribus, Iuuenalis Satyr. VI. v. 157.

hunc dedit olim
Barbarus INCESTAE, dedit hunc Agrippa
SORORI.

Quo loco etiam præteriri non debet illud, de illicitis hisce apud Romanos ἐπιμιξίαις, veteris apud Horatium Interpretis: *INCESTVS dicitur, qui flagitium commiserit aut IN SOROREM, aut in Sacerdotem, aut in adfinem*; nempe *adfinem*, quæ sit parentis aut filiæ loco; vt bene, qui me huius loci admonuit, ὁ πάνυ Grotius, in Florum ad Ius Romanum sparsione pag. 242. & prout explicandus etiam Nonius: *Incestum vsu dicitur flagitium in adfines admissum.* Immo quomodo apud Romanos *incesta* iam olim cum fratris aut sororis filia exstitisse *coniugia*, e Suetonii in Claudio cap. XXVI. ea de re verbis liquidum. Non item apud Athenienses, apud quos vt fratrum cum sororibus ὁμοπατρίαις, ita cum fratrum filiabus, licita quoque connubia, ex Isæo & Lysiæ vita apud Plutarchum vidit iam ὁ πάνυ Lib. II. de Iure Belli & Pacis cap. V. sect. XIV. Neque tamen apud Romanos id genus matrimonium, patrui nempe cum fratris filia, a Claudio inductum, a Nerua sublatum, ab Heraclito permissum, quod ex eodem Grotio in nouissimis ad dictum Suetonii locum Adnotatis refertur, rem eam recte aut plene explanat. Tale enim connubium, post contrariam ea de re latam a Nerua, cujus Xiphilinus meminit, legem, apud Romanos denuo concessum, ex Vlpiano in collatione Mosaicarum & Romanarum legum tit. VI. De incestis Nuptiis, & Diocletiani præterea ac Maximiani, quod ibidem legitur, Edicto constat; quibus prohibentur tantum cum sororum, non autem cum fratrum filiabus nuptiæ: donec sublatum rursus a Constantio, cui dicata hæc Oratio, omne illud inter fratrum aut sororum filias, sub capitis etiam pœna, discrimen. Cuius nempe exstat ea de re Constitutio Leg. I. Cod. Theodos. De Incestis Nuptiis, *si quis filiam FRATRIS SORORISVE faciendam crediderit ABOMINANTER vxorem* &c. ad quam consuli potest doctissimus eius Enarrator, qui ex ea Constantii lege, ius Romanorum vetus, quo omne cum fratrum aut sororum filiabus connubium erat ex æquo vetitum, abolitis aut rescissis, quæ ex Vlpiano, aut Diocletiano, interpolata proinde huius a Treboniano Lege XVII. Cod. de Nuptiis, modo diximus, denuo reductum, obseruat. Vnum hoc addam, natos omnes ex nefario aut incesto id genus siue fratrum, de quibus agitur hoc loco, cum sororibus, aut vero patrui vel auunculi cum fratris aut sororis filia concubitu

liberos, iisdem Romanorum legibus ac institutis, neque ipso *naturalium* nomine dignos dici, Nouell. LXXIX. cap. XV. Quod rursus quantum a Persarum moribus, quorum ea in re cum Romanorum institutis discrimen hic a Iuliano tangitur, foret alienum, quiuis videt.

Ibid. C. lin. 9. *γαμετὴ δὲ ἑτέρου, καὶ ἀδελφὴ ἄλλου*) Faustam nempe Constantii matrem, Parysatidi, Persarum, de qua egerat, Reginæ, hic anteponendam docet Iulianus; quod illa non solum vnius Imperatoris, Maximiani nempe Herculii, *filia*; alterius vero, seu Constantini, foret *vxor*; sed alterius etiam Imperatoris, non vero eiusdem, ceu mariti, iuxta Parysatida, *soror*, puta Maxentii; plurium autem Imperatorum, Constantini scilicet, Constantii, & Constantis, non vero *vnius* tantum, quod hic dicitur, iuxta eandem Reginam, *mater*. Quo loco illud duntaxat occurrit notandum, quod Maxentius (neque enim Fausta alium fratrem habuit Augustum) hic inter legitimos Imperatores referatur: qui vulgo tamen nudo *Tyranni* nomine, vtpote qui nec legitime imperium susceperit, & scelerate illud administrarit, ab illius & proximi æui Scriptoribus, non Christianis solum, sed Gentilibus etiam, solet appellari. Verum hac de re quid statuendum sit, iam antea monui pag. 46. nempe eundem Maxentium, quamquam is non legitime imperium sit adeptus, in eodem tamen postea a socero Galerio Maximiano, solo tum Augusto, & penes quem proinde vnum tum erat eius rei arbitrium, postea confirmatum fuisse vel adsertum; a quo, vt e Lactantio ac Eutropio ibi vidimus, *Imperator* sit cum tribus reliquis, Licinio, Maximino, & Constantino, tandem nuncupatus. Vnde etiam eiusdem Maxentii, quod Tyrannis alioquin vere dictis subinde contigit, superstites adhuc plures nummi, iique Romæ & alibi signati, cum iisdem illis *Imperatoris* & *Augusti*, quæ ei ibi tribuuntur, appellationibus, Tyrannis vero, dum administraret Imperium, ab eo exercita, non magis eum legitimorum principum seu Imperatorum, quam patrem Maximianum aut socerum Galerium, vt de aliis adhuc eorundem temporum Augustis sileam, numero eximit; qui cæteroquin hoc *Tyranni* nomine passim, & in Constitutionibus etiam sequentium Imperatorum, vt in Cod. Theodos. De Infirmandis his, quæ sub Tyrannis, Licinio nempe eodemque Maxentio, designantur.

Ibid, D. lin. 1. *ὁ μὲν ὡς τῷ πατρὶ συγκατειργάσατο* &c.) Hoc tamen de nullo e tribus Constantini & Faustæ filiis, vere dici posse, qui nempe patri in conficiendo contra Tyrannos bello socias operas præstiterit, obseruat hic Petauius. De vno proinde Crispo, quamquam alia matre, Mineruina scilicet, prognato, dici hoc a Iuliano potuisse; qui nempe aduersus postremum tyrannorum Licinium bellum cum patre feliciter gesserit. Neque vero frustra id a Petauio monitum. Constantinum enim, maximum e tribus Faustæ liberis, si non anno CCCXVII, vt e Zozimo, nec tam e Victore Schotti, cuius adfert verba, quam ex altero Victore in Epitome, colligit hic Petauius; at priore saltem anno CCCXVI, & quidem XXV Iulii, quod statuit etiam in Critica Baroniana ad hunc annum eruditissimus Pagi, natum videri antea diximus pag. 41. Quum autem confectum fuerit bellum illud Licinianum anno CCCXXIV, & *tyrannica dominatio*, in qua desinit Eusebii Historia, ac, vt ibidem in eius fine ab eo dicitur, tum exstincta; haud magnas vtique ea in re a Constantino vix nouenni suppetias patri adlatas liquet. Probabilius forte id suaderent, qui, sicuti a viris præstantibus, Tristano Comm. pag. 579. Tom. III. & Cangio Fam. Byzant. pag. 42. factum, eundem Constantinum anno CCCXII natum tradidere. Quamquam, neque si hoc concedatur, a tredecim annorum puero, insignem adeo operam eo in bello, aut profligandis, vt hic dicitur, Tyrannis præstitam, facile quis opinabitur; de quo silent etiam, qui hæc adtingunt vel enarrant, Scriptores. Magnas autem in eodem bello conficiendo fuisse Crispi partes, non Eusebius solum Lib. X. Hist. Eccl. cap. IX. sed Chronici Alexandrini Auctor, & plenius adhuc Anonymus Valesianus tradunt. Is enim a Crispo, Licinii, in quo potissimæ tum erant eius vires, classem captam & oppressam memorat; additque, *Byzantium Constantinus inuasit, victoriam maritimam CRISPO conueniente cognoscens.* Vnde nihil hic reliquum videtur, quam vt cum Petauio, de Crispo loquutus statuatur Iulianus; quamquam non vnus is foret e Faustæ, de quibus tamen vnice hic agitur, liberis, neque etiam Imperator exstiterit ac patri superstes, sed *Cæsar* tantum nuncupatus idem Crispus, ab eoque, vt antea vidimus, per illius Faustæ nouercæ calumnias oppressus. Vt proinde ab incuriæ cuiusdam haud vulgaris nota, hic eiusdem Crispi aliorumque Constantini liberorum patruelis, absolui nequaquam possit; dum apud ipsum Constantium,

tium, natum e priori coniugio, aliaque, quam Crispus, matre, immo quæ exitii fuit eidem caussa, cum eiusdem Constantii germano, seu vterino etiam fratre, confundit; & inde hanc horum matrem Faustam prædicandi ansam arripit. Vnde quod *matris* nomen, pro *nouercæ* possit etiam, vt id haud semel contigit, vsurpari; non inde continuo, prout hic a Petauio factum, a censoria virgula, ob ea quæ modo adtigi, immunis debet abire Iulianus. Adde, quod *Tyrannos* in genere, a Constantini ac Faustæ filio, simul ac a patre debellatos hic dicat: quum tamen alter Tyrannorum, nempe Maxentius, a Constantino patre pridem ante, & quidem anno CCCXII, nondum nato Constantino filio, Crispo autem puero etiamnum, & demum aliquot post annis Cæsare, foret profligatus. Nisi quis forte ad Calocerum, qui in Cypro res nouas est molitus, de quo Hieronymus in Chronico, Victor Schotti, Anonymus Valesianus, Orosius Lib. VII. cap. XXVIII. ac Cedrenus pag. 296. T. II. edit. Regiæ, respicere hic putet Iulianum. Id autem post deuictos a Iuniore Constantino, aut ab eius parente, (qua de re mox) Gothos, ac proinde post annum Christi CCCXXXIII, & quidem ad annum CCCXXXVI Chronicon Eusebii Scaligerianum, iidem Auctores referunt: vno Victore excepto, qui *repente* post Crispi cædem, quæ aliquot ante annis, seu ab initio CCCXXVI, iuxta Idatium aliosque, contigerat, Caloceri illius insanum molimen & infelicem exitum tangit. Vnde, præterquam quod mortuo demum Crispo, hunc Calocerum, vel iuxta Cedrenum *Calocærum*, Cyprum inuasisse, ibique mox oppressum, dicti modo Auctores tradant; non ea vtique *dementis* huius pecoris camelorum magistri, eiusque seruili more, quod de eodem Victor, excruciati, seu, iuxta Cedrenum, viuicomburio sublati, ratio hic a Iuliano haberi meruit; vt eo nomine *in conficiendo contra tyrannos bello*, eximiam quandam *patri operam tulisse* censendus sit, alius e superstitibus tribus Constantini liberis. Mitto hic quod alterius, non *Caloceri* quidem aut *Calocæri*, sed *Calocyri*, Chersonis principis, a Zonara ac Cedreno fiat mentio, qui Russorum opera Romani Imperatoris fastigium sub Ioanne Zemisco Imperatore, sed irrito itidem conatu, ambiuerit.

Ibid. D. lin. 3. ὁ δὲ τὴν πρὸς τοὺς Γέτας ἡμῖν εἰρήνην) Spectare hæc ad victoriam de Gothis a Constantino iuniore, anno Christi CCCXXXII, partam, vere ex Anonymo Valesiano, ac Idatio, monuit Petauius. Quamquam id Constantino patri vnice tribuant, nulla facta Constantini filii mentione, qui huius victoriæ, & sub promiscua quidem *Gothorum* aut *Scytharum* nomenclatione, meminerunt, Eusebius de vita Constantini, Hieronymus in Chronico, Eutropius, Socrates, Sozomenus, Zonaras, aliique: Idatius autem & Victor Schotti, victos ab exercitu Romano Gothos, aut in genere Gothorum Sarmatarumque stratas gentes, citra vllam patris aut filii commemorationem, tangant. Hinc inter Constantini patris, cuius nempe auspiciis res fuerat gesta, non vero Constantini filii, qui supersunt, nummos, signata occurrit, de qua iam supra obiter egi pag. 82. VICTORIA GOTHICA, ac instituti, vt liquet e priscis vrbis Kalendariis, memorati itidem a me LVDI GOTHICI. Vnus proinde Anonymus Valesianus hanc laudem Constantino Iuniori, maximo natu e tribus Faustæ liberis, imputat, vbi post conditam ornatamque a Constantino patre Constantinopolim, subdit: *Deinde aduersum GOTHOS bellum suscepit, & implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Ita PER CONSTANTINVM CAESAREM centum prope millia fame & frigore exstincta sunt. Tunc & obsides accepit, inter quos & Ariarici Regis filium.* Cui autem Anonymo suffragatur hoc loco, quamquam suppresso ipso huius Constantini Cæsaris nomine, Iulianus; dum ab uno e Constantini parentis liberis debellatos Getas, pacemque tutam ac securam, vt continuo addit, cum iis præstitam tradit. Quibus addi insuper debet in Constantini patris Panegyrico, quod iam vidit Cl. Tristanus Comm. pag. 581. Tom. I. Optatianus Porphyrius, vbi de filio eius Constantino ait:

& memorabile fama
Restituit VICTOR CAESAR NOMENQVE decusque,

nempe GOTHICI nomen, patri ac filio, debellatis Gothis, partum. Eadem vero Gothorum clades in Chronico Scaligeri Eusebiano (sicuti etiam ad Consules illius anni Pacatianum & Hilarionem ab Idatio) ad annum Christi CCCXXXII, non vero ad sequentem refertur, vti tamen notatur in Critica Baroniana ad annum CCCXXX. pag. 105, vbi ceteroquin vere redarguitur magnus Annalium Conditor, qui eo anno, nempe CCCXXX, fraude quorundam sublestæ fidei actorum a Surio editorum inductus, hanc Victoriam Gothicam consignauit. Non mirum autem *Getas* hic a Iuliano dici, qui non a Romanis solum Scriptoribus, vbi huius victoriæ meminerunt, Hieronymo in Chronico, Victore Schot-

Schotti, Eutropio, Anonymo Valesiano, Orosio, sed a Græcis etiam Socrate Lib. I. cap. XVIII. & Sozomeno Lib. I. cap. VIII. *Gothi*, ab Eusebio autem Lib. IV. de vita Constantini cap. V. & ab ipso Iuliano in Cæsaribus pag. 329. *Scythæ*, aut *Scythicæ nationes* dicuntur. De qua autem promiscua illis temporibus *Gothorum*, *Getarum*, & *Scytharum*, qui trans Istrum habitabant, appellatione, iam supra, vbi de Claudio Gothico agebatur, a me dictum pag. 51. Quibus, & *Gothos* quidem ac *Getas*, vt postremo illo nomine hic eos vocat Iulianus, quod adtinet, adde Procopium Lib. I. Bell. Goth. cap. XXIV. pag. 372. edit. Regiæ, Γετικὸν γὰρ ἔθνος φασὶ τοὺς Γότθους εἶναι, *nam Geticam gentem Gothos esse aiunt*, & Iornandem de rebus Geticis cap. IX. *Dio historicus & antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo GETICA titulum dedit; quos GETAS iam superiori loco GOTHOS esse probauimus.* Quibus opportune addere nunc licet singularem oppido eumque aureum Constantini nummum, quem suppeditat Electoralis hæc Gaza: in quo hinc caput Constantini, quale iam supra p. 9. prostat; illinc autem duæ figuræ conspiciuntur; vna militis galeati cum puerulo, altera stantis itidem Imperatoris, cum inscr. quæ in insigni eiusdem Constantini nummo, quem alibi protuli, sed cum aliis typis, occurrit: DEBELLATORI GENTIVM BARBARARVM, infra autem GOTHIA.



Cuius vtique nummi, seu iconis inde signatæ, adspectu eo lubentius Lectorem voluimus demereri, quod nusquam hactenus, nec in Familiis Byzantinis Cl. Du Cange, nec in congestis ab Ill. Mediobarbo Imperatorum Romanorum nummis; nec a nobis alibi, aut vero a præstantissimo Andr. Morello nostro, vt nouissime hic, dum ille eundem nummum cupide versaret, testatus est, idem sit visus, eademue GOTHIAE in illa penu antiquaria inscriptio.

Ibid. D. lin. 4. εἰρήνην τοῖς ὅπλοις κρατήσας παρεσκεύασεν ἀσφαλῆ) Debellatis a Constantino Iuniore *Getis* ac *Gothis*, pax inde cum iis *tuta ac secura præstita* dicitur. Qua de re itidem, quamquam auctore demum Constantino patre, cuius etiam auspiciis res erat gesta, & penes quem erat, eandem pace fundare, Eutropius Lib. X. cap. IV. *Nam etiam GOTHOS, post ciuile bellum, varie PROFLIGAVIT, PACE' his ad postremum DATA; ingentemque apud barbaras gentes memoriam gratiæ collocauit.* Idem quoque innuit Eusebius Lib. IV. de vita Constantini cap. V. vbi hosce *Gothos* seu *Scythas*, nunquam antea sub Romanorum iugum missos, immo quibus superiores etiam Imperatores tributa penderent, partim armis Constantini domitos dicit, partim prudentibus legationibus mitigatos, Romanis tandem parere didicisse. Addit in narratione huius rei Socrates Lib. I. cap. XVIII. Christianam religionem, Constantini nempe suasu ac impulsu, vtque iis in posterum pacatis magis ac fidis vteretur, amplexos tum eosdem Barbaros; quos *Sarmatarum Gothorumque*, sicuti a Victore Schotti etiam factum, nominibus indigitat. Hanc autem *tutam ac securam* in posterum, quam hic tangit Iulianus, cum iis, *quos armis*, siue per filium Constantinum, *subegerat*, Gothis *pacem*, signant etiam ea huius patris Constantini numismata, quorum iam supra pag. 66. facta mentio, in quibus nempe FVNDATOR PACIS, aut SECVRITATI PERPETVAE legitur. Quibus etiam Iuliani ea de re hoc loco verbis, aliorumque συγχρόνων Auctorum testimoniis, abunde ea refelluntur, quæ idem infra in Cæsaribus de Constantini M. contra Barbaros illos expeditionibus, vt derisu potius quam laude dignis, memorat, quique quodammodo eorum tributarius, vt cum Plinio loquar, euaserit. Quamquam sequuta, vix quatuor aut quinque post Iuliani mortem annis, Gothorum sub Valente, & quidem post datam cis ab eodem Imperatore *pacem*, defectio; ac vix elapso inde decennio, seu anno Christi CCCLXXVIII, ipsius Valentis clades ac interitus; haud stabilem vtique ac *securam* eandem, quam hic prædicat Iulianus, Romanorum eum Gothis *pacem præstitit*. Vt proinde a seruatis iisdem Gothis, huic Valenti debitam præ aliis GOTHICI, de qua paullo ante,

ante, appellationem, haud bene fit auguratus Themistius, dum Orat. X. de Pace illa ab eo cum Gothis fundata, pag. 140. ait: τίνα δὲ ἐπικαλεῖσθαι μᾶλλον ΓΟΤΘΙΚΟΝ προσήκει; δι' ὃν εἰσὶ Γοτθοι καὶ σώζονται; ἢ δι' ὃς οὐκ ἔτ' ἂν ἦσαν, εἰ προείλετο; *Quemnam igitur GOTHICVM appellari conuenit? per quem Gothi salui adhuc ac incolumes sunt? an per quem, ne essent quidem, si id ille pratulisset?* non, vt postrema vertit Petauius, *si capere ante potuisset*, quæ a vulgari verbi illius vsu & loci sensu valde sunt aliena.

Ibid. D. lin. 5. ὁ δὲ ἐπέρησεν ἀβάτους τοὺς πολεμίοις τὴν χώραν.) Idem de hoc Constante, tertio e Constantini & Faustæ filiis, tradit in Basilico Libanius pag. 137. τὸ περὶ τὰς ἑσπέρας ἔθνη βάρβαρα πανταχόθεν περικεχυμένα ΤΗΝ ΗΣΥΧΙΑΝ ΑΓΕΙΝ κατηνάγκασε, *Gentes barbarorum occiduas vndequaque imperio nempe Romano circumfusas QVIETE MANERE coegit.* Quod de Francis postea nominatim tangit, quos bellandi cupidos ipse Constans ad pacem compulerit; vti id ab Idatio etiam traditur ad annum CCCXLII. *bis Coss.* nempe Constantio III. & Constante II. *victi Franci a Constante Aug. seu PACATI.* Immo quibus, vt ea de re mox Libanius pag. 139. seruitutis iugum ille imposuerit; quum iis, vt addit, sit seruitus, *nullos habere, quos deprædentur*, τὸ μὴ ἔχειν ἑτέρους λῃΐζεσθαι, nempe adempta iis omni a Constante, Romanas ditiones perruptis limitibus inuadendi facultate. Qua ratione vtique, iisdem *hostibus* intactum ille & *inaccessum*, quod hic a Iuliano dicitur, *conseruauit* Romanorum *solum*.

Ibid. D. lin 7. ἐπιτερπτέον ἐκείνοις πολλάκις) Ad annos nempe Christi CCCXLI. & CCCXLII. referuntur ab Idatio, debellati in Gallus a Constante Franci. Sic ab eodem Imperatore subnotas crebras eorundem in Romanorum solum irruptiones, tangit Libanius Basilic. pag. 138. Mox etiam alias Barbarorum gentes, quæ antea obuia quæque depopulabantur, & Romanis finitimos lacessebant, ab eodem Constante repressas, tradit pag. 139. & 140. Quarum rerum feliciter pro securitate imperii contra eosdem Barbaros gestarum, indices etiamnum veteres eiusdem Constantis nummi, & quidem iis temporibus percussi cum inscriptionibus, TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM: aut singularis ille, quem e Thesauris Gallorum Regiis olim ad Iuliani Cæsares protuli, in quo ipse Constans armatus, ac in naui stans visitur, cum epigraphe BONONIA OCEAN. seu *Oceanensis*: ad discrimen nempe alterius in Italia, seu Gallia olim Togata, ac in memoriam expeditionis ab eodem Constante e Galliis in Britanniam susceptæ. Quibus accedunt, eiusdem victoriæ luculenti itidem testes duo aurei huiusce Constantis nummi in Electorali hoc Cimeliarchio: prior, in quo ipse Imperator sedens, adstante, qui clypeum tollit, Genio, cum inscr. VICTORIA CONSTANTIS AVG. infra VOT. XV. SMAQ: alter, in quo duæ victoriæ Clypeum tollunt, cum inscr. OB VICTORIAM TRIVMFALEM, infra VOT. X. MVLT. XV. & cum iisdem litteris S. MAQ. quæ *signatam Monetam Aquileiæ* notant. Percussus etiam vterque, quod ex iis itidem liquet, nummus, solutis huius Constantis Decennalibus, & Multiplicatis, more consueto, aliis Quinquennalibus Votis, ac proinde Anno Aeræ Christianæ CCCXLVI.





Ibid. D. lin. 8. ἕως ἐπέτρεπον οἱ μικρὸν ὕστερον) Tamdiu nempe feliciter Romani imperii limites, aduersus Barbaros eidem circumfusos, tutatus dicitur Constans Imperator, donec Magnentii, eorumque qui in eadem factione, scelere circumuentus, periit: vt id ex Eutropio, vtroque Victore, Idatio, Hieronymo in Chronico, Zozimo Lib. II. cap. XLII. & aliunde constat. Id vero ex iis quoque adstruitur, quod hic subdit Iulianus, eosdem nempe eius percussores, breui scelerum suorum pœnas dedisse. Cæsus enim Constans, iuxta Idatium, anno Christi CCCL. aut iuxta Chronicon Scaligeri Eusebianum,

bianum, anno ſequenti CCCLI. Magnentius autem, qui Imperium poſt Conſtantis cædem inuaſerat, eodem anno CCCLI ad Murſam in Pannonia a Conſtantio victus, anno ſequenti iterum vrbe ac Italia expulſus, anno autem proximo CCCLIII in Gallia, in quam profugerat, periit. Sed qua de re, hac & ſequenti Oratione pluribus agitur.

Pag. 10. A. lin. 4. *τῶν μὲν ἀπόγονος, τῶν δὲ ἔκγονος*) Legendum hic omnino, quod jam monuit Petauius, quamquam aliter veteres libri & MS. etiam Voſſianus, *ἀπόγονοι* & *ἔκγονοι*. De Conſtantii fratribus, de quibus modo egit, vti vidimus, eorumque Auis ac Parentibus hæc dicuntur: quod nempe hinc Conſtantii Chlori & Maximiani Herculii, clariſſimorum Imperatorum, *ἀπόγονοι* ſeu *nepotes*; illinc Conſtantini & Fauſtæ vxoris, quos hæc eadem aliaque, quæ iam adtigit, commendarent decora, *filii* iidem iuxta Conſtantium forent. Quomodo petito a nobilitate ac ſplendore generis, quem laudandum hac Oratione ſuſceperat, Conſtantii, idque iuxta ſolemnes Rhetorum præceptiones, præconio, finem nunc imponit patruelis, ac eiuſdem proinde laudis ea in re conſors, Iulianus.

Ibid. A. lin. 7. *καιρὸν ἀναλώσω τοῦ λόγου, πειράσομαι &c.*) Aliter hæc diſtinguuntur in MS. Voſſiano quam in editis, nempe *καιρὸν ἀναλώσω, τοῦ λόγου πειράσομαι λοιποῦ &c.* vt ita hic dixerit Iulianus: *Ne*, (ſicut priora ſe habent) *ſi in fratribus tuis commemorandis longior fuero, laudibus tuis debitum tempus interuertam; Orationis reliquum impendam, vti a me fieri æquum eſt*; vel potius, *Si ſine tergiverſatione mihi dicendum eſt, multo te maioribus tuis præſtantiorem oſtendam.* Illud nempe, poſt celebratos Conſtantini parentes ac maiores, ab eo nunc vult amoliri Iulianus, quod a Platone in Menexeno dicitur p. 247. Tom. II. nihil turpius eſſe ei viro, qui ſe aliquid eſſe opinatur, *ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ δόξαν ΠΡΟΓΟΝΩΝ*, *quam ſe laude & honore dignum exhibere, non per ſe ipſum quidem, ſed per gloriam MAIORVM.*

Ibid. A. lin. 9. *μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν*) Ita appoſite ad hunc locum Ioſephus Lib. I. *Ἁλώσ.* cap. XV. *καὶ οὐδὲ τοῦτο ἂν ὑποσταλαίμην εἰπεῖν*, *neque hoc dicere refugiam*. Apud Euripidem vero Oreſt. v. 607. dicitur,

ἐπεὶ θρασύνῃ, κ' οὐχ ὑποστέλλῃ λόγῳ,

poſtquam es ferocior, nec oratione tua te ſubmittis, ſeu eam ferociam diſſimulas; & quomodo alioquin *ὑποστείληταί σε*, *verebitur* dicunt Seniores Exod. XXIII. v. 21. ac pro vtramque huius verbi ſignificationem tangit Heſychius, *ὑποστειλάμενος, ὑποκρυψάμενος, φοβηθείς*· & *ὑποστέλλεται, φοβεῖται, καὶ τὰ ὅμοια*. Hinc *ὑποστολή*, vt hæc addam, pro *diſſimulatione* e metu profecta ſubinde dicitur; ſicut apud Gregor. Nazianz. Epiſt. XXVI. p. 789. Tom. I. *δειλίαν δὲ οἱ τὴν ὑποστολὴν αἰτιώμενοι*, *timiditatem autem qui diſſimulationem* in nobis *accuſant*; & apud Chryſoſtomum Serm. XXVI. in Matth. p. 187. Tom. II. edit. Sauil. *πῶς; οὐδὲ μεθ' ὑποστολῆς ἐμνημόνευσα τὰ πεπλημμελημένα αὐτῷ*. *Quid? neque cum diſſimulatione aliqua peccata eius commemoraui*; ſeu, id velatenus refugi; & quomodo *ὑποστείληται* & *ὑποστολή* intelligi itidem debent Hebr. X. 38. & 39. ſicuti Act. XX. 20. & 27. Ita, vt hoc addam, *τὸ τῆς ὀργῆς ἀνυπόστολον*, *iram non diſſimulatam* dixit Ioſephus Lib. XVI. *Ἀρχαιολ.* cap. VI. & *ἀνδρείως τε καὶ ἀνυποστόλως*, *viriliter & ſine diſſimulatione* ſeu *cunctatione*, Dio Chryſoſt. Orat. XIII. p. 223. vnde illuſtratur Heſychius, apud quem eadem vox legitur *ἀνυποστόλως, ἀνυπόπτως*, *ſine ſuſpicione* aut *prauaricatione*.

Ibid. A. lin. 10. *μακρῷ τῶν προγόνων ἐπιδείξω σπουδαιότερον*) Magna; hæc Conſtantii laus, aut Iuliani confidentia, dum id ſe oſtenſurum hac Oratione recipit. Qua de re, & maxime Conſtantinum parentem quod adtinet, quem infra Conſtantium vult conſiſtere, quid ſtatuendum ſit, iam antea monui ad Iuliani verba, vbi hunc Patre humaniorem non ſolum, ſed in plerisque aliis rebus præſtantiorem, ſe in proceſſu Orationis demonſtraturum ſpondet. Quod an vere ab eo factum ſit, nec ne; immo quam diuerſum alibi de eodem Conſtantio iudicium ferat, ſuis locis fiet manifeſtum. Quamquam, quod præteriri non debet, *ὁμόψηφον* hic habeat Iulianus Chriſtianum grauiſſimumque, a quo ipſe pro merito depexus eſt, Antiſtitem, qui prima in eum *Στηλιτευτικῇ* p. 63. conuerſa ad Conſtantium, (vt iam tum cœleſtis gloriæ conſortem,) oratione, his eum verbis compellat: *ὦ θειότατε βασιλέων καὶ φιλοχριστότατε*, *o Imperatorum diuiniſſime & Chriſti amantiſſime!* ac dein hoc de eo inter alia perhibet: *πάντων συνέσει καὶ ἀγχινοίᾳ κατὰ πολὺ διαφέρων, οὐ τῶν ἐπὶ σοῦ βασιλέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμπροσθεν*, *Omnes non tuæ ſolum ſed ſuperioris etiam memoriæ Imperatores prudentia ac ſolertia longe antecellens*, & quæ plura ibidem de rebus eius contra Barbaros ac Tyrannos feliciter geſtis, prudentia eius ſingulari, & pietate etiam, quæ

eam

eam adhuc vinceret, dicuntur. Quod ab acerrimo Arianorum aduersario, de insigni eorum patrono ac fautore dictum, iam hic non expendo: cum & ab ipso Athanasio de eodem Constantio in Apologia pag. 92. dicatur: ἡ σὴ φιλόχριστος σπουδὴ καὶ θεοσέβεια, *tua Christi amans cura ac in Deum pietas*, & pag. 619. σὲ φιλόχριστον ὄντα βασιλέα, *te Imperatorem Christi amantem*; & a Cyrillo, vt hoc addam, Hierosolymitano compellετur in Epistola ad eundem Constantium p. 247. παντευσεβέστατε βασιλεῦ. *omnium piissime Imperator.* Nempe iuxta illud, quod alibi Gregor. Nazianz. Orat. in laud. Athanasii p. 385. de eodem Constantio perhibet, *eum quidem zelum habuisse, sed non secundum scientiam*, ζῆλον μὲν ἔχων, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

Ibid. B. lin. 1. *Φήμας μὲν δὴ, καὶ μαντείας, καὶ ὄψεις τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις*) Post generis commendationem, Deorum responsa, prædictiones, in somniis visa, & id genus alia, quæ de iis qui res præclaras adeo gesserunt, sicut de Cyro, Romulo, Alexandro, aliisque vulgo solent celebrari, consulto se hic omissurum, tanquam quæ a poetica licentia haud multum recedant, tradit his & sequentibus verbis Iulianus. Quamquam id in laudatione magnorum Principum, vt talia nempe de iis post factam generis commemorationem continuo enarrentur, non Poetis solum, sed Oratoribus etiam incumbere, docet Menander Rhetor: cuius ea de re verba (incerta enim Sophistæ huius Laodicensis, vti ille apud Suidam dicitur, ætas) videtur hic ante oculos habuisse Iulianus; quæ ideo, quod eum mire illustrent, neque multum teratur ille liber, semel, vti alibi iam dixi, ab Aldo editus, hic adponam, nempe περὶ ἐπιδεικτικῶν p. 613. Μετὰ τὴν πατρίδα τὸ γένος, τρίτον κεφάλαιον, τὸ περὶ τῆς γενέσεως, ὡς ἔφαμεν, εἴ τι ΣΥΜΒΟΛΟΝ γέγονε περὶ τὸν τόκον, ἢ κατὰ γῆν, ἢ κατ' οὐρανὸν, ἢ κατὰ θάλασσαν· καὶ ἀντεξέταζε τὰς περὶ τὸν ΡΩΜΥΛΟΝ, καὶ ΚΥΡΟΝ, καὶ τοὺς τοιούτους, τὰ κατὰ τὴν γένεσιν· καὶ γὰρ κἀκείνοις συνέβη τινὰ θαυμαστά. τῷ μὲν ΚΥΡΩι τὰ τῆς μητρὸς ΟΝΕΙΡΑΤΑ· τῷ δὲ, τὰ περὶ ΤΗΝ ΛΥΚΑΙΝΑΝ. κἂν μὲν ᾖ τι τοιοῦτον περὶ τὸν βασιλέα, ἐξεργάσαι. ἐὰν δ' οἷόν τε εἶναι πλάσαι καὶ ποιεῖν τοῦτο πιθανῶς, μὴ κατόκνει. δίδωσι γὰρ ἡ ὑπόθεσις διὰ τοὺς ἀκούοντας ἀνάγκην ἔχειν, ἀβασανίστως δέχεσθαι τὰ ἐγκώμια. *Post patriam & genus, tertium caput, vt diximus, de natiuitate, si aliquod OSTENTVM contigit circa partum, aut in terra, aut cœlo, aut in mari: & inquire quæ circa ROMVLI, CYRI, aut si qui tales, natiuitatem acciderint: iis enim quædam mirabilia contigerunt. CYRO quidem matris SOMNIA; illi vero*, seu Romulo, *quæ de LVPA traduntur. Quod si tale quid de Rege contigit, illud enarrare; si autem fieri possit, fingere & verisimile illud reddere, ne pigeat. Imponit enim auditoribus id genus argumentum necessitatem, citra vlteriores probationes, laudes eius admittendi.* Quibus addi insuper debent, quæ ab eodem Rhetore paullo post dicuntur, vbi nominatim agit περὶ βασιλικοῦ, seu de Oratione in Regis vel Imperatoris laudem p. 617. ac prout eadem sunt legenda: κἂν μὲν ἀρχόμενος εὐθὺς ἐρεῖς, ἀλλ' ἐκ ΕΝΑΙΣΙΟΙΣ ΣΥΜΒΟΛΟΙΣ ἄνωθεν λαμπρῶς, ὥσπερ ἡλίου φαιδρὰ τις ἀκτὶς ΕΚ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ἡμῖν ὀφθεῖσα. ἡ πάλαι μὲν ἀγαθὴ ΦΗΜΗ διηγγέλλε τὴν ΕΠ' ΑΙΣΙΟΙΣ ἄφιξιν, καὶ εὐκταιοτάτη μοῖρα τῶν ὑπηκόων. εἶτα κατασκευάσεις, ὅτι ἐβεβαίωσε δι' ἔργων ΤΗΝ ΦΗΜΗΝ, ἢ ὡς ἂν ὁ καιρὸς διδῷ. *Principem autem vbi continuo prædicas, FAVSTIS micuem OSTENTIS superne, tanquam solis latus quidam radius, e PRINCIPE nobis lucide adfulgens visus; cuius equidem prisca Deorum responsa, sub FAVSTIS OMINIBVS, & optatissima subditorum sors, adnuntiarunt aduentum. Postea autem adstrues, quod operibus suis, & quantum tempus quidem concessit, eam ille de se prædictionem confirmarit.* Qua in re autem a scholasticis Rhetorum præceptionibus, in magnorum id genus Principum panegyricis, haud immerito hic sibi abeundum censuit Iulianus: non adeo, vt mox obtendit, quod poeticam eadem magis licentiam, quam oratoriam facultatem decerent; quam quod reuera nihil tale de Constantio, quod de Cyro, Romulo, aut Alexandro dixerint, aut comminenti sint, qui eorum res gestas enarrarunt, aut apud Christianum Imperatorem, a Christiani adhuc nomen professo oratore, dici aut fingi commode nunc posset. Φήμας vero proprie de *Deorum* apud Gentiles *responsis* dici, obvium: prout θεῶν φήμην dixit Sophocles Oedip. Tyr. v. 43. vbi veteres Grammatici, φήμην, χρησμόν. Hinc Xenophon de iis, qui divinationem statuunt, ait Memorab. Lib. I. p. 708. οἰωνοῖς τε χρῶνται, καὶ ΦΗΜΑΙΣ, καὶ συμβόλοις, *Et auguriis, & ORACVLIS, & ominibus vtuntur*; vt verti ea debuerunt.

Ibid. B. lin. 5. *τῆς ἡμετέρας οἰκιστοῦ πόλεως*) De Roma, eiusque conditore Romulo a lupa enutrito, hoc dici certum; prout id ex adductis modo Menandri Rhetoris verbis vidimus, vbi Romuli itidem, idque ob *lupam* illius nutricem, vti & Cyri ob matris insomnia, futuram magnitudinem a Diis adnuntiatam, & inde ab iis, qui eos laudare sunt adgressi, commemorari solitam, vti a Iuliano etiam

etiam hoc loco factum, tangit. Per *vrbem* autem *nostram* haud mirum, non Constantinopolim quidem, quamquam in ea natus esset Iulianus, sed Romam intelligi: quum non eo adhuc æuo solum, sed deinceps etiam, vti e Constitutionibus Imperatorum in vtroque Codice obuiis constat, *vrbis* nomine Roma frequenter designari consueuerit. Ita per πόλιν τῆς βασιλείας, *vrbem imperii* principem Romam denotat in Orat. XIII ad Gratianum Themistius p. 179. Quamquam *vrbs nostra* de Constantinopoli dicta itidem legatur ab Arcadio & Honorio Leg. XIV. Cod. Theod. De Numerariis.

Ibid. C. lin. 1. ἐν τοῖς παισὶν ἀγωγῆς) Ita præter aureum Plutarchi libellum περὶ παίδων ἀγωγῆς. *de liberorum educatione*, ἀγωγὴ de *disciplina iuuenum* Spartæ apud eundem dicta in Agesilao, ac in Agi & Cleomene p. 674. & a Sosibio apud Athenæum de Spartanorum sacrificiis Lib. XV. p. 674. τοὺς δὲ ἐκ τῆς ΑΓΩΓΗΣ ΠΑΙΔΑΣ ἀστεφανώτους ἀκολουθεῖν, *Omnes vero, quos adhuc magistri instituunt. pueri absque coronis sequuntur.* Inde ἀγωγὴ pro *instituto* subinde sumitur, vt apud Sext. Empiricum Lib. I. Hypoth. p. 31. ἀγωγῇ δὲ ἔθος ἀντιτίθεται, *instituto autem consuetudo opponitur.* Ab Hippocrate vero quum similiter de *vitæ ratione* aut *instituto*, tum de *ambiente nos aeris statu* vox eadem adhibetur; vt postremum notat Galenus in Lib. I. Epidem. Text. IX. sed quod iam monuisse in Oeconomia diligentissimum Fœsium animaduerto.

Ibid. C. lin. 3. τροφῆς, ἣ τὸ σῶμα μὲν πρὸς ἰσχὺν, καὶ ῥώμην, καὶ εὐεξίαν) Dum *educatione* Constantii *corpus ad robur optimumque habitum* conformatum, animum autem virtutibus excultum, his & proximis verbis tangit Iulianus; ad illud, prout solet, Magistri sui respicit Lib. VIII. de Legibus p. 788. δεῖ μὲν ΣΩΜΑΤΑ καὶ ΨΥΧΑΣ, τήν γε ὀρθὴν πάντως δεῖ ΤΡΟΦΗΝ φαίνεσθαι, δυναμένην ὡς κάλλιστα καὶ ἄριστα ἐξεργάζεσθαι, *Tenendum quidem est, rectam EDVCATIONEM & CORPORA & ANIMOS optime informare.* Nempe iuxta illud, quod a Socrate apud Xenophontem dicitur Lib. IV. Memorab. p. 786. τὸν ἐπιμελούμενον τῆς σώματος εὐεξίας, *qui bono corporis habitui dat operam* ad omnia vtiliorem reddi: prout mox ab eodem additur, quod ad omnia quæ agunt homines corpus sit vtile, & in omnibus coporis vsibus multum intersit, esse quam optime adfecto corpore. Id autem in bellis maxime vsu venire, vbi διὰ τὴν τοῦ σώματος καχεξίαν, *ob corporis infirmitatem*, multi moriantur, aut quod formidolose se gerere videantur, turpem inde sibi famam alii comparent. Veram proinde illam, seu vt a Galeno dicitur ad Thrasybulum cap. IX. ἁπλῶς λεγομένην καὶ κατὰ φύσιν εὐεξίαν, *quæ simpliciter dicitur secundum naturam corporis habitus*, & de qua εὐεξίᾳ exstat Galeni libellus, quo nempe salubris & optimus corporis habitus conformatur, hic intelligit Iulianus: non vero periculosam, palæstræ nempe, vti ab eo mox dicitur, propriam, nuncupatam ab eodem Galeno ἀθλητικὴν εὐεξίαν, quam, vtpote quæ Imperatorem minime deceret, eidemque foret noxia, a se amouerit Constantius. Haud aliter ac a Platone, quem potissimum, vt solet passim, hic ante oculos habuit Iulianus, pridem factum fuerat in Gorgia p. 464. vbi similiter vtramque illam, veram nempe & salubrem, cuius sit reuera, vt de ea loquitur Lib. III. de Republ. p. 4[illegible]4. εὖ σώματος ἔχειν, *vt quam optime se habeat corpus*; ac vitiosam alteram, seu quæ talis solum appareret, εὐεξίαν tangit. Quibus autem exercitationibus hoc corporis, de quo hic dicitur, robur eamque veram εὐεξίαν sibi compararit Constantius, mox pluribus refert Iulianus.

Ibid. C. lin. 4. καὶ κάλλος) Præter corporis in Constantio firmitatem ac robur, optimumque eius habitum, *pulchritudinem* etiam, quam ille itidem sibi exercitatione compararit, virilem proinde & quæ principem deceret, hic tangit Iulianus. Nempe haud aliter ac in parente eius Constantino, & quidem vt cœleste donum a natura principibus datum, eandem extollit in eius Panegyrico Eumenius cap. XVII. *Talem magnum illum regem, talem Thessalum virum* (Alexandrum nempe & Achillem) *mente concipio, quorum summa virtus PVLCHRITVDINI coniuncta celebratur. Non frustra enim doctissimi viri dicunt, naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari.* Dein de Constantino: *Itaque te, quum ingredientem milites vident, admirantur & diligunt, sequuntur oculis, animo tenent, Deo se obsequi putant, cuius tam PVLCHRA FORMA est quam certa diuinitas.* Ea cæteroquin corporis *pulchritudine*, sicuti etiam *robore*, dedecorari eo magis, qui iisdem pollent, improbos ac timidos, tradit Plato in Menexeno p. 246. Tom. II.

Ibid. C. lin. 5. τὴν ψυχὴν δὲ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ δικαιοσύνην, σωφροσύνην καὶ φρόνησιν) Quatuor nempe illis Regiis virtutibus excultus a teneris Constantii animus hic dicitur; in

in quibus etiam Principis laudationem consistere docet Menander Rhetor Ἐπιδεικτ. pag. 614. & ita quidem, vt ad quatuor illas virtutes eiusdem actiones referri debeant, & iuxta eas ab Oratore diuidi. Quod rursus ab eo traditur, vbi de Βασιλικῷ λόγῳ nominatim agit p. 620. Primum autem locum ἀνδρείᾳ itidem ille tribuit, dicta pag. 614. addita eius rei ratione, *γνωρίζει γὰρ βασιλέα μᾶλλον ἀνδρεία, principem enim magis commendat fortitudo.* Vnde eundem etiam ordinem in illarum quatuor virtutum commemoratione obseruat idem Rhetor. Non item Plato, qui Lib. III. de Legib. p. 688. *Φρόνησιν πρώτην τὴν τῆς ξυμπάσης ἡγεμόνα ἀρετῆς, prudentiam primariam omnisque virtutis ducem* tradit. Qua ratione autem quatuor hæ virtutes vna sint, & quæ vna sit quomodo quatuor dicantur, disserit idem Lib. II. de Legib. p. 669. Vt hic mittam, quod Socratem redarguat Philosophus Lib. VI. ad Nicomach. cap. XIII. quod ille omnes etiam virtutes φρονήσεις esse statuerit: probat autem, quod ἄνευ φρονήσεως nullas virtutes dari censuerit.

Ibid. C. lin. 7. ἐπιμελῶς παρεσκευάσεν) A Platone suo abire hic videtur Iulianus, dum studio & exercitatione easdem illas, quas commemorauerat, virtutes comparasse sibi Constantium hic dicit. Id enim Sophistis, ac inter eos Protagoræ, tribuit Plato in cognomine Dialogo, *παρασκευαστικὸν εἶναι καὶ διδακτὸν ἀρετήν, exercitatione comparari ac doceri virtutem posse*; ac nominatim iustitiam ac temperantiam ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως, *studio & exercitatione* adquiri; cui varia more suo opponit ibidem Socrates, vt virtutem doceri aut comparari non posse ostendat. Hinc alibi ab eo quæritur, nempe ab initio Menonis, *ἢ διδακτὸν ἡ ἀρετή, ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητόν, οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει; an doceri possit virtus, an non doceri quidem, sed exercitatione comparari? an neque exercitatione neque disciplina addisci, sed natura possit.* Ad quæ ita respondet Socrates, vt neque doceri, aut exercitatione adquiri, aut a natura insita, sed solo Dei munere concessa ab eo statuatur. Quam in rem disputat quoque Max. Tyrius Dissert. XXII. an aliquis diuinitus fiat bonus; vbi a Deo tanquam perfectissimo, non vero a natura, aut ab institutione, virtutem hominibus dari ostendit; neque eam esse ἔργον τέχνης θνητῆς, *opus artis mortalis.* Immo quod a Theologorum non minus ac Vatum apud Græcos parente pridem traditum, ad Callimachum nuper monui, vbi ad Iouem dicitur Hymn. in Iouem v. 96. Δίδου δ' ἀρετήν, *Da autem virtutem*; ab Homero autem Iliad Υ. v. 242. ΖΕΥΣ δὲ ΑΡΕΤΗΝ ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε, *IVPPITER autem VIRTVTEM hominibus auget minuitque.* Quamquam eam de virtute disputationem, & an doceri eadem possit vel exercitatione adquiri, ita concludat in Protagora Socrates, vt a Sophistis (apud quos *virtutis* esse tantum *nundinationem* tradit ex Academia itidem Philosophus Max. Tyrius Dissert. XVII. p. 174.) virtutem minime doceri posse, qui eam a scientia distinguunt, contendat; posse autem doceri ab iis, qui eandem cum scientia statuunt. Vnde etiam alibi idem Socrates, nempe in Lachete, non solum docet quid sit ἀνδρεία, sed industria ac exercitatione comparari eandem posse, satis ostendit; & ipse dictus modo Max. Tyrius, quid ad virtutem conferat liberalium artium institutio, enarrat peculiari Dissertatione XXI. Idem alia rursus, nempe XVII, vbi *an Virtus sit ars* disserit, naturam primo requiri commodam; post naturam autem educationem adsuefactionemque, quæ conseruet eam & confirmet; postremo his autem debere accedere, quæ certum adfectibus statuat ac figat modum, contendit; ne *scientia* autem idem cum *virtute*, seu *virtutis* nomine appelletur, vetat. Quæ nempe non ex Academia adeo, quam e Lyceo petita, quiuis videt, qui nouit quæ a Philosopho Lib. VI. ad Nicom. cap. XIII. ea de re dicuntur: nempe naturalem quidem virtutem videri, ac ab ortu iustos, temperantes ac fortes existere; ita tamen, vt hoc ipsum aptitudines ad virtutem moralem potius, quam veras virtutes aut eo nomine dignas esse, ibidem innuat, (ac prout ea de re Græcus eius enarrator Eustratius p. 114.) redarguitur vero Socrates, qui virtutes *scientias* esse dixerit. Quibus adde illud Academici Oratoris ac Philosophi Lib. I. de Oratore cap. LVIII. *Equidem putabam VIRTVTEM hominibus (si modo TRADI ratione POSSIT) INSTITVENDO & persuadendo, non minis & vi ac metu, tradi.*

Ibid. C. lin. 8. διὰ τῆς ἀνειμένης ὑπάρχειν διαίτης, θρυπτόμενος) Ἀνειμένη δίαιτα *dissolutus* seu *luxuriosus victus*, quod hic a doctissimo Interprete non debuit omitti, quique opponitur διαίτης λιτότητι, *tenui victui*, de quo supra, vbi de Claudio Gothico agebatur, p. 53. Sic de Abydenis Milesiorum coloniis, Athenæus Lib. XII. p. 524. ἀνειμένοι τὴν δίαιταν εἰσὶ καὶ κατεαγότες, *in victu dissoluti & fracti.* Postremum vero ibi κατεαγότες idem quod hic θρυπτόμενος, nempe, vt additur, τὰς ψυχὰς ani-

mos frangentis, quomodo apud Aristophanem Equitib. p. 354.

ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, νὴ Δί', ἢ 'γὼ θρύψομαι,

ab his amatoribus, per Iouem, aut delicias faciam;

vbi eruditi Critici, ἐγὼ θρύψομαι, συντρίβήσομαι, ἢ τρυφήσω. Quamquam diuerso sensu easdem voces θρύπτικὸς & κατεαγὼς adhibuerit Philo de Plantatione Noe pag. 236. οὐδὲ ἀκοὰς διὰ τῆς ἐν ῥυθμοῖς φωνῆς ἀφηδύνοντες τι καὶ ΘΡΥΠΤΟΝΤΕΣ, ἀλλ' εἴ τι τῆς διανοίας ΚΑΤΕΑΓΟΣ καὶ κεχαλασμένον ἐγείροντες. *Qui non aures oblectabant rhythmis ac DELINIEBANT, sed si quid in mente FRACTVM luxatumque fuerat, excitabant.* De Socrate vero dicit Xenophon Lib. I. Memorab. p. 712. οὐ μὴν θρυπτικός τι &c. *quod minime delicatus esset*, in vestitu aut reliquo vitæ cultu. A Platone autem, cuius vestigiis passim insistit Iulianus, dicitur Lib. VII. de Legib. pag. 791. ΤΡΥΦΗ δύσκολα καὶ ἀκρόχολα καὶ σφόδρα ἀπὸ σμικρῶν κινούμενα, τὰ ΤΩΝ ΝΕΩΝ ἬΘΗ ἀπεργάζεται. *DELICIAS PVERORVM MORES reddere morosos, iracundos, & qui leuibus occasionibus vehementer commoueantur*; quique in sequentibus p. 793. iam a sexenni puero repellendam esse τρυφὴν docet. In MS. autem Vossiano post verba θρυπτικῶς, ὡς εἰκὸς, τὰς ψυχάς, additur καὶ τὰ σώματα, quod recipiendum putem, & quam quum animi tum corporum etiam corruptelam, vti mox videbitur, sequentia itidem tangunt. Vere autem de Constantio id a Iuliano dici, quod nempe non dissoluto victu, sed tenui, seu animi, vti ea de re adhuc agit p. 16. continentia, huic sibi firmum & valentem corporis habitum compararit; adstruit, vbi eius virtutes ac vitia enarrat, Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *in vita parca & sobria, edendi potandique moderatione, valetudinem ita retinuit firmam, vt raros colligeret morbos.*

Ibid. D. lin. 2. τῷ μὲν ἔδει γυμναστικῆς τῷ σώματι) Hæc decantata non apud veteres solos, qui de corporum exercitationibus aut Græcorum certaminibus egerunt, sed apud Platonem ac Platonicos, quos hic ante oculos habuit Iulianus, *Gymnastice*: quam nempe *ad corpus*, vt hic dicitur, sicut *politicam* seu ciuilem scientiam *ad animum* spectare docet Plato in Gorgia p. 464. Tom. I. Hinc idem alibi *ad corpus* præparandum & exercendum *Gymnasticen*: ad animum vero *Musicam* requiri ostendit; sicut Lib. III. de Republ. p. 410. pueros post Musicam ad Gymnasticen ablegaverat. quod & Lib. VII. de Legib. p. 795. Tom. III. fecit. Nempe prout idem in Protagora p. 312. Tom. I. ac iuxta notum aliunde veterum Græcorum, ad quem respexit hoc loco Iulianus, morem, pueros γραμματιστῇ, κιθαριστῇ, παιδοτρίβῃ, *qui litteras, citharisticam & gymnasticen* eosdem docerent, in iuuendos dari solitos obseruat. Quod sequutis ætatibus, & Traiani quidem æuo, apud Græcos itidem obtinuisse, docebit haud vno loco Dio Chrysost. qui Orat. XIII. p. 223. coniungit itidem, vt consuetos puerorum præceptores & magistros, τούς τε κιθαριστὰς, καὶ τοὺς παιδοτρίβας, καὶ τοὺς γραμματιστὰς, *citharistas & in athletica exercitatores, & litteratores*; & sequenti Orat. XIV. p. 232. τῶν μανθανόντων γράμματα, ἢ κιθαρίζειν, ἢ παλαίειν, *eorum qui discunt litteras, aut cithara canere, aut luctari.* Neque tamen quamuis *Gymnasticen*, ... operosam illam & palæstræ demum propriam, hic intelligit Iulianus; sed alteram ... simplicem, & quæ circa exercitationes ... eas, vti de ea mox, potissimum occupatur; quæque a Platone similiter a priori ... tur, ab eoque dicitur Lib. III. de Rep. ... ἁπλῆ που καὶ ἐπιεικὴς γυμναστική, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὰ πολεμικά. *simplex nimirum illa & moderata Gymnastice, & ea maxime quæ in rebus bellicis versatur.* Vnde hanc *Gymnasticen* ... ad *corpus* solum, vt plerique existimant, sed ad *animum* etiam exercendum, plurimum conducere monet idem Plato dicto de Rep. Libro p. 410. & quidem πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως, ad naturæ *animositatem* procurandam: atque ita vt fundamentum eius sit animi potius, quam corporis, institutio. Quo vtroque etiam nomine γυμναστικῆς ... genus, commendat Galenus de Parua pila p. 302. Tom. IV. ed. Græc. Basil. ὃ καὶ σώματος ὑγίειαν ἐκπορίζει, καὶ μερῶν εὐαρμοστίαν, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἐπὶ τοῦτο, *quod bonam corporis valetudinem, & partium concinnitatem, vnaque animi virtutem præstare possit.* Verum hic, prout a Platone etiam alibi, vti modo diximus, huius γυμναστικῆς, quatenus ad optimum ac valentem corporis habitum, veram nempe (de qua iam paullo ante) εὐεξίαν procurandam confert; cuique eam in rem a teneris, sicut ad animum excolendum doctrinarum studiis, incubuerit Constantius, fit a Iuliano mentio. Haud aliter ac a Platonico itidem Max. Tyrio Dissert. XXI. p. 213. dicitur, ἀλλὰ τὴν μὲν τὸ ΣΩΜΑ τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσαν ὄχημα ἐπιτήδειον καὶ ἐρρωμένον τοῖς ταύτης προστάγμασιν ὑπηρετεῖν, ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΝ ταύτην ὀνομάζομεν. *Sed illam artem, quæ CORPVS ita præparat, vt promptum animæ vehiculum, validumque ad imperia eius obeunda esse possit, quam GYMNASTICEN dicimus.* Ac inde

de

de eiusmodi vtilitate, quam eadem pariat *Gymnastice*, audiendus insuper Chrysostomus Serm. I. de Resurrect. p. 706. Tom. VI. ed. Sauil. καθάπερ γὰρ οἱ σωμασκοῦντες ἀθλητὰς &c. μεγάλην λαμβάνουσι τὸν μισθὸν, ὑγιεινότερα καὶ δυνατώτερα αὐτῶν ΤΑ ΣΩΜΑΤΑ, διὰ ΤΗΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ κατασκευάζοντες. *Quemadmodum ii, qui corporis exercitationem adhibent &c. magnam inde mercedem capiunt, salubriora nempe & valentiora ipsorum CORPORA sibi GYMNASTICES beneficio praeparantes.* Sed qua de re mox dicendi adhuc erit locus.

Ibid. D. lin 3. τὴν ψυχὴν δὲ τῇ τῶν λόγων ἐκόσμει μελέτῃ) Pro λόγων scribendum hic νόμων, quum ad haec Iuliani verba, tum in Notis conjicit Petauius; idque confirmari ex pag. 16. huius editionis. Verum haud primus id censuit Petauius; quum in MS. Vossiano, sed manu recentiore, pro λόγων ita in eo corrigatur, nempe νόμων. Quamquam nihil obstare videam, vt hic λόγων retineatur; idque etiam commodiuri ad hunc lucum sensu: immo id firmat omnino ipse sequenti pagina Iulianus, vbi idem de hac Constantii, in excolendu doctrinarum studiis animo, cura & meditatione, ait: τὴν ψυχὴν δὲ ηὐτρέπιζε μὲν ἡ τῶν λόγων μελέτη, *animum vero praeparaut doctrinarum studium.* Nempe prout μελέτη apud Graecos non de *declamatione* solum, seu Oratoris exercitamentis, τῆς τῶν λόγων μελέτης, qua de re supra p. 14. sed promiscue de aliarum quoque disciplinarum *studio* aut *meditatione*, immo etiam militari seu campestri, dicta; addita, vt hic λόγων, ita πολεμικῶν, prout apud Athenaeum Lib. I. p. 24. οἱ νέοι πρὸς ΜΕΛΕΤΗΝ πολεμικῶν κινδύνων, *iuuenes ad meditationem periculorum, quae in bellis adeuntur*, sunt adsuefaciendi; & apud Menandrum Rhet. περὶ Επιδεικτ. p. 61. de quo mox. De huius vero Constantii in doctrinarum studiis institutione & facultate, plura dein dicenda occurrent.

Ibid. D. lin. 8. οὐ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἀσκήσας) Non ad nudam inutilemue principi *virium ostentationem*, Gymnastica vsum, seu corpus athleticis exercitationibus praeparasse Constantium, tangit nunc Iulianus. Nempe prout, quod iam antea monui p. 15. & 16. ἐπιδείξεις a Graecis non solum, ac vt ibi a Iuliano, dictae *publicae* in dicendi arte *exercitationes*, ad pompam ac ostentationem comparatae, sed in aliaquauis re vel arte theatrales velut *ostentationes*; sicut de *opum ostentatione* dici a Themistio ibidem vidimus. Quomodo de inani quoque *virium ostentatione* eadem vox nunc a Iuliano adhibetur; ad quam nempe comparata erat omnis illa gymnastica athletarum, in solemnibus Graeciae agonibus decertantium, exercitatio: qua nimirum patria non iuuetur, nec quae in bello locum habet. Vnde eo etiam numine redarguitur eadem Gymnastica in Euripidis versibus in Autolyco, & in Xenophanis elegis apud Athenaeum Lib. X. p. 413. & 414. ac ab ipso Platone Lib. VII. de Legib. p 796. quae φιλονεικίας ἀχρήστου χάριν, *inutilis contentionis ergo*, tantum suscipitur.

Ibid. D. lin. 10. τῶν τὰς παλαίστρας κατειληφότων τὴν θρυλλουμένην εὐεξίαν) Propria nempe, vt hic innuitur, palaestrae vox εὐεξία, de robusto athletarum habitu olim dicta; ex qua etiam agnosci solitos athletas, tradit aduersus Timarchum Aeschines p. 196. ὥσπερ καὶ τοὺς γυμναζομένους, καν μὴ παρῶμεν ἐν τοῖς γυμνασίοις, εἰς ΤΑΣ ΕΥΕΞΙΑΣ αὐτῶν ἀποβλέποντες, γιγνώσκομεν. *Vt enim athletas* (nun *pugiles* solum, vt hic Wolfius) *tametsi in gymnasiis non adfuerimus, considerato ROBVSTO CORPORVM HABITV, cognoscimus.* Eadem vero ἀθλητικὴ εὐεξία, vti a Galeno dicitur Lib. III. de Sanit. tuenda cap. II. quod praeter naturam copioso carnium cibo exactoque victu iis contingeret, periculosa ac minime salubris fuit habita; & inde ab altera naturali εὐεξία, quam vere regia educatione sibi comparasse Constantium paullo ante dixerat Iulianus, merito discreta. Vnde notus ille Senis Coi aphorismus III. ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον ΕΥΕΞΙΑΙ σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν, *Quae ad summum tendunt ATHLETICAE corporis HABITVDINES, periculosae, si ad extremum processerint*; ac inde in libro de Nutritione Sect. IIX, διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι. *Adfectio athletica non est natura; habitus salubris, melior in omnibus.* Qui diuini Hippocratis locus eam in rem a Galeno adducitur, ad Thrasybulum cap. XXXV ac praeterea in Protreptico cap. XI. vbi iuxta dictum Aphorismum traditur, ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ΕΥΕΞΙΑ, σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος, *Athletarum, qui ad summum venit, corporis habitus, periculosus est maximeque mutabilis.* A quo praeterea Galeno ad Thrasyb. cap. XLI. de prauo illo athletarum habitu, eamque in rem *gymnastica*, vt eam vocat, κακοτεχνίας, dicitur: ὑπισχνουμένη μὲν τέλος χρηστὸν ΤΗΣ ΕΥΕΞΙΑΣ, ἄλλο δ' ἐστὶ μᾶλλον, ἢ ΕΥΕΞΙΑΝ ἐργαζομένη, *Optimum quidem BONI HABITVS finem prae se ferentem, sed omnia alia potius, quam BONVM HABITVM, producentem*

mos frangentis, quomodo apud Aristophanem Equitib. p. 354.

ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, νὴ Δί', ἢ 'γὼ θρύψομαι,

ab his amatoribus, per Iouem, aut delicias faciam;

vbi eruditi Critici, ἐγὼ θρύψομαι, συντρίβομαι, ἢ τρυφήσω. Quamquam diuerso sensu easdem voces θρύπτοντος & κατεαγότος adhibuerit Philo de Plantatione Noe pag. 236. ἀκοὰς ἦδε τοῖς ἐν ῥυθμοῖς φωνῆς ἀφθόγγοις τε καὶ ΘΡΥΠΤΟΝΤΕΣ, ἀλλ' εἴ τι τῆς διανοίας ΚΑΤΕΑΓΟΣ καὶ κεχαλασμένον ἐγέγονος. *Qui non aures oblectabant rhythmis ac DELINIEBANT, sed si quid in mente FRACTVM luxatumque fuerat, excitabant.* De Socrate vero dicit Xenophon Lib. I. Memorab. p. 712. ὁ μὴν θρυπτικὸς τε &c. *quod minime delicatus esset*, in vestitu aut reliquo vitæ cultu. A Platone autem, cuius vestigiis passim insistit Iulianus, dicitur Lib. VII. de Legib. pag. 791. ΤΡΥΦΗ δύσκολα καὶ ἀκράχολα καὶ σφόδρα ἀπὸ σμικρῶν κινούμενα, τὰ ΤΟΝ ΝΕΩΝ ΗΘΗ ἀπεργάζεται, *DELICIAS PVERORVM MORES reddere morosos, iracundos, & qui leuibus occasionibus vehementer commouentur*; quique in sequentibus p. 793. iam a sexenni puero repellendam esse τρυφὴν docet. In MS. autem Vossiano post verba θρύπτουσι, ὡς εἰκός, τὰς ψυχάς, additur καὶ τὰ σώματα, quod recipiendum putem, & quam quum animi tum corporum etiam corruptelam, vti mox videbitur, sequentia itidem tangunt. Vere autem de Constantio id a Iuliano dici, quod nempe non dissoluto victu, sed tenui, seu animi, vti ea de re adhuc agit p. 16. continentia, hunc sibi firmum & valentem corporis habitum compararit; adstruit, vbi eius virtutes ac vitia enarrat, Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *in vita parca & sobria, edendi potandique moderatione, valetudinem ita retinuit firmam, vt raros colligeret morbos.*

Ibid. D. lin. 2. τῇ μὲν ἰδίᾳ γυμναστικῆς τῷ σώματι) Hæc decantata non apud veteres solos, qui de corporum exercitationibus aut Græcorum certaminibus egerunt, sed apud Platonem ac Platonicos, quos hic ante oculos habuit Iulianus, *Gymnasticе*: quam nempe *ad corpus*, vt hic dicitur, sicut *politicam* seu ciuilem scientiam *ad animum* spectare docet Plato in Gorgia p. 464. Tom. I. Hinc idem alibi *ad corpus* præparandum & exercendum *Gymnasticen*; ad animum vero *Musicam* requiri ostendit; sicut Lib. III. de Republ. p. 410. pueros post Musicam ad Gymnasticen ablegauerat, quod & Lib. VII. de Legib. p. 795. Tom. III. fecit. Nempe prout idem in Protagora p. 312. Tom. I. ac iuxta notum aliunde veterum Græcorum, ad quem respexit hoc loco Iulianus, morem, pueros γραμματιστῇ, κιθαριστῇ, παιδοτρίβῃ, *qui litteras, citharisticam & gymnasticen* eosdem docerent, instituendos dari solitos obseruat. Quod sequutis ætatibus, & Traiani quidem æuo, apud Græcos itidem obtinuisse, docebit haud vno loco Dio Chrysost. qui Orat. XIII. p. 223. coniungit itidem, vt consuetos puerorum præceptores & magistros, τούς τε κιθαριστάς, καὶ τοὺς παιδοτρίβας, καὶ τοὺς γραμματιστάς, *citharistas, & in athletica exercitatores, & litteratores*; & sequenti Orat. XIV. p. 232. τῶν μανθανόντων γράμματα, ἢ κιθαρίζειν, ἢ παλαίειν, *eorum qui discunt litteras, aut cithara canere, aut luctari.* Neque tamen quamuis *Gymnasticen*, seu operosam illam & palæstræ demum propriam, hic intelligit Iulianus; sed alteram illam simplicem, & quæ circa exercitationes bellicas, vti de ea mox, potissimum occupat r; quæque a Platone similiter a priori distinguitur, ab eoque dicitur Lib. III. de Repub p. 404. ἁπλῆ πῃ ἐπιεικής Γυμναστική, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸν πόλεμον, *simplex* nimirum illa & *moderata Gymnastice, & ea maxime quæ in rebus bellicis versatur.* Vnde hanc *Gymnasticen* non ad *corpus* solum, vt plerique existimant, sed ad *animum* etiam exercendum, plurimum conducere monet idem Plato dicto de Rep. Libro p. 410. & quidem πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως, ad naturæ *animositatem* procreandam: atque ita vt fundamentum eius sit animi potius, quam corporis, institutio. Quo vtroque etiam nomine γυμνάσιον illud, seu exercitationis genus, commendat Galenus de Parua pila p. 302. Tom. IV. ed. Græc. Basil. ὁ καὶ σώματος ὑγίειαν ἐκποιεῖν, καὶ μερῶν εὐαρμοστίαν, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἐν αὐτῷ τοῦτο, *quod bonam corporis valetudinem, & partium concinnitatem, vnaque animi virtutem præstare possit.* Verum hic, prout a Platone etiam alibi, vti modo diximus, huius γυμναστικῆς, quatenus ad optimum ac valentem corporis habitum, veram nempe (de qua iam paullo ante) εὐεξίαν procurandam confert; cuique eam in rem a teneris, sicut ad animum excolendum doctrinarum studiis, incubuerit Constantius, fit a Iuliano mentio. Haud aliter ac a Platonico itidem Max. Tyrio Differt. XXI. p. 213. dicitur, ἄλλα τὴν μὲν τὸ ΣΩΜΑ τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσαν ὄχημα εὐπειθὲς καὶ ἐρρωμένον τοῖς προστάγμασιν ὑπηρετεῖν, ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΝ ταύτην ὀνομάζομεν. *Sed illam artem, quæ CORPVS ita præparat, vt promptum animæ vehiculum, validumque ad imperia eius obeunda esse possit, quam GYMNASTICEN dicimus.* Ac unde de

de eiusmodi vtilitate, quam eadem pariat *Gymnastice*, audiendus insuper Chrysostomus Serm. I. de Resurrect. p. 706. Tom. VI. ed. Sauil. καθάπερ γὰρ οἱ σωματικὴν ἀθλοῦντες ἄθλησιν &c μέγαν λαμβάνουσι τὸν μισθὸν, ὑγιεινότερα καὶ δυνατώτερα αὐτῶν ΤΑ ΣΩΜΑΤΑ, διὰ ΤΗΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ κατασκευάζοντες. *Quemadmodum ii, qui corporis exercitationem adhibent* &c. *magnam inde mercedem capiunt, salubriora nempe & valentiora ipsorum CORPORA sibi GYMNASTICES beneficio praeparantes.* Sed qua de re mox dicendi adhuc erit locus.

Ibid. D. lin 3. τὴν ψυχὴν δὲ τῇ τῶν λόγων ἐκόσμει μελέτῃ) Pro λόγων scribendum hic νόμων, quum ad hæc Iuliani verba, tum in Notis conjicit Petauius; idque confirmari ex pag. 16. huius editionis. Verum haud primus id censuit Petauius; quum in MS. Vossiano, sed manu recentiore, pro λόγων ita in eo corrigatur, nempe νόμων. Quamquam nihil obstare videam, vt hic λόγων retineatur; idque etiam commodiori ad hunc locum sensu: immo id firmat omnino ipse sequenti pagina Iulianus, vbi idem de hac Constantii, in excolendo doctrinarum studiis animo, cura & meditatione, ait: τῇ ψυχῇ δὲ ἤγειτο μὲν ἡ τῶν λόγων μελέτη, *animum vero praeparauit doctrinarum studium.* Nempe prout μελέτη apud Græcos non de *declamatione* solum, seu Oratoris exercitamentis, τῆς τῶν λόγων μελέτης, qua de re supra p. 14. sed promiscue de aliarum quoque disciplinarum *studio* aut *meditatione*, immo etiam militari seu campestri, dicta; addita, vt hic λόγων, ita πολέμων aut πολεμικῶν, prout apud Athenæum Lib. I. p. 24. οἱ νέοι πρὸς ΜΕΛΕΤΗΝ πολεμικῶν κινδύνων, *iuuenes ad meditationem periculorum, quæ in bellis adeuntur*, sunt adsuefaciendi; & apud Menandrum Rhet. περὶ ἐπιδεικτ. p. 613. de quo mox. De huius vero Constantii in doctrinarum studiis institutione & facultate, plura dein dicenda occurrent.

Ibid. D. lin. 8. οὐ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις ἤσκησας) Non ad nudam inutilemue principi *virium ostentationem*, Gymnastica vsum, sed corpus athleticis exercitationibus præparasse Constantium, tangit nunc Iulianus. Nempe prout, quod iam antea monui p. 15. & 16. ἐπιδείξεις a Græcis non solum, ac vt ibi a Iuliano, dictæ *publicæ* in dicendi arte *exercitationes*, ad pompam ac ostentationem comparatæ, sed in aliaquauis re vel arte theatrales velut *ostentationes*; sicut de *opum ostentatione* dici a Themistio ibidem vidimus. Quomodo de inani quoque *virium ostentatione* eadem vox nunc a Iuliano adhibetur; ad quam nempe comparata erat omnis illa gymnastica athletarum, in solennibus Græciæ agonibus decertantium, exercitatio: qua nimirum patria non iuuatur, nec quæ in bello locum habet. Vnde eo etiam nomine redarguitur eadem Gymnastica in Euripidis versibus in Autolyco, & in Xenophanis elegis apud Athenæum Lib. X. p. 413. & 414. ac ab ipso Platone Lib. VII. de Legib. p. 796. quæ φιλονεικίας ἀγωνιστικῆς χάριν, *inutilis contentionis ergo*, tantum suscipitur.

Ibid. D. lin. 10. τῶν τὰς παλαίστρας καταλαβόντων τὴν θρυλλουμένην εὐεξίαν) Propria nempe, vt hic innuitur, palæstræ vox εὐεξία, de robusto athletarum habitu olim dicta; ex qua etiam agnosci solitos athletas, tradit aduersus Timarchum Aeschines p. 196. ὥσπερ καὶ τοὺς γυμναζομένους, κἂν μὴ παρῶμεν ἐν τοῖς γυμνασίοις, εἰς ΤΑΣ ΕΥΕΞΙΑΣ αὐτῶν ἀποβλέποντες, γιγνώσκομεν. *Vt enim athletas* (non *pugiles* solum, vt hic Wolfius) *tametsi in gymnasiis non adfuerimus, considerato ROBVSTO CORPORVM HABITV, cognoscimus.* Eadem vero ἀθλητικὴ εὐεξία, vti a Galeno dicitur Lib. III. de Sanit. tuenda cap. II. quod præter naturam copioso carnium cibo exactoque victu iis contingeret, periculosa ac minime salubris fuit habita; & inde ab altera naturali εὐεξίᾳ, quam vere regia educatione sibi comparasse Constantium paullo ante dixerat Iulianus, merito distincta. Vnde notus ille Senis Coi aphorismus III, ἐν τοῖς γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον ΕΥΕΞΙΑΙ σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν, *Quæ ad summum tendunt ATHLETICAE corporis HABITVDINES, periculosa, si ad extremum processerint*; ac inde in libro de Nutritione Sect. IIX. διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι, *Adfectio athletica non est natura; habitus salubris, melior in omnibus.* Qui diuini Hippocratis locus eam in rem a Galeno adducitur, ad Thrasybulum cap. XXXV ac præterea in Protreptico cap. XI. vbi iuxta dictum Aphorismum traditur, ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ΕΥΕΞΙΑ, σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος, *Athletarum, qui ad summum venit, corporis habitus, periculosus est maximeque mutabilis.* A quo præterea Galeno ad Thrasyb. cap. XLI. de prauo illo athletarum habitu, eamque in rem *gymnastica*, vt eam vocat, κακοτεχνίας, dicitur: ὑπισχνουμένην μὲν τέλος χρηστὸν ΤΗΣ ΕΥΕΞΙΑΣ, ἄλλο δ' ὅτι μᾶλλον, ἢ ΕΥΕΞΙΑΝ ἐργαζομένην, *Optimum quidem BONI HABITVS finem præ se ferentem, sed omnia alia potius, quam BONVM HABITVM, producentem.*

Hinc eandem etiam athletarum εὐεξίαν, vt quæ minime Imperatorem, ob rationes quas continuo ea de re adducit, deceret, haud probasse Constantium, dicit hic Iulianus. Haud aliter nempe ac Alexandrum Magnum, musicos quidem, scenicos, & venatorios Agonas edidisse, nullum vero aut pugilatus aut pancratii cum aliquo studio proposuisse certamen, tradit in eius vita Plutarchus p. 666. Quamquam ab aliis subinde de *optimo corporis habitu* dicta sit eadem gymnastica εὐεξία, vt a Philone de Plantatione Noe p.236.vbi sanos validosque veterum sermones, a suæ tempestatis hominibus, ad perniciosum morbum & corruptelam reductos dicit, idque ἀντὶ σφριγώσης καὶ ΑΘΛΗΤΙΚΗΣ ὄντως ΕΥΕΞΙΑΣ, *pro valente & ATHLETICA omnino HABITUDINE* Idem alibi de Nominum mutatione p. 1049. ΕΥΕΚΤΑΙ μὲν γὰρ καὶ σφριγῶντες ἀθληταί, *HABITIORES autem & bene valentes athletæ.* Nempe prout apud Terentium Eunuch. Act. II. Sc. III.

Si qua est HABITIOR paullo, PUGILEM esse aiunt.

& apud Plautum Epidic. Act. I. Sc.I. *corpulentior videre atque habitior*, hoc est, voce Græcorum athletica, quod monere vel vno verbo poterant Interpretes, εὐεκτικὸς seu εὐεκτικώτερος. Ab Athenæo vero, post adductos Euripidis in Autolyco & Xenophanis in Elegis versus, contra insanum illud Græcorum circa Athleticam studium, ac honores victoribus athletis impertiri solitus, memoratur Lib. X. p. 414. Achæus Eretriensis περὶ τῆς εὐεξίας τῶν ἀθλητῶν διηγέμενος, *de athletarum bono habitu differens*; vbi σφριγῶντες iidem, sicuti modo apud Philonem, seu *vegeti corporis habitu lasciuientes* veluti dicuntur, & similiter apud Simplicium in Epictet. cap. XLVII. vt eam vocem athletis velut propriam agnoscas, καὶ τοῖς σαρκῶν ἐμπιπλαμένοις καὶ σφριγῶσιν, athletis, *quamuis & carnibus impleantur, & vegeto sint corporis habitu.* Mitto, quod e Gymnastis seu artis gymnasticæ magistris nonnullos, ἢ περὶ τρίψεως, ἢ εὐεξίας &c. de *fricatione, aut bono habitu*, aliisque,quæ ad rem athleticam spectant, scribere adgressos, tradit Galenus ad Thrasybulum cap. XLVI.

Pag. 11. A. lin. 2. ὕπνῳ δὲ ἐλαχίστῳ δεομένῳ) Duo nunc tangit Iulianus, cur athleticam illam εὐεξίαν, vt sibi, qui se non ad ludicra sed vera certamina præparare debuit, inutilem, aut etiam noxiam, amouerit Constantius: vnum, quod hic memorat, *breuissimum* nempe, quum belli tempora flagitant, *somnum.* Quod de eodem Principe retulit quoque grauis cæteroquin & acris eius censor, Ammianus Marcell. Lib. XXI. cap. X[illegible]. *SOMNO contentus EXIGUO, quum id pos[illegible]ret tempus & ratio*, belli nempe & ingruent[illegible] periculorum; & quidem postquam paucis ante verbis egisset de eius vita parca & sobria. Nota enim somnolenta e nimio cibo ac ventris plenitudine athletarum vita, qu[illegible] paucis hisce verbis tangit dicto paullo ante ad Thrasyb. libro cap. XXXVII Galen[illegible]: ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον, ἐν ταύτῃ [illegible] ἐλιδόμ[illegible] συστρεφόμενον, ἢ ἐσθιόντων, ἢ πινόντων [illegible] ΚΟΙΜΩΜΕΝΩΝ, ἢ ἀποπατούντων, [illegible] κόνει τε καὶ πηλῷ. *Omnem enim ipsorum vi[illegible] in hoc circo versari conspicimus, aut [illegible]um, aut bibentium, aut DORMIE[illegible], aut ventrem exonerantium, aut se [illegible] lutoque volutantium.* Hinc idem D[illegible] pila p. 302. ed. Gr. Tom. IV. de p[illegible] ἀργοὺς γὰρ καὶ ΥΠΝΗΛΟΥΣ, καὶ [illegible] [illegible]ιν ἐργάζεται, *ignauos siquidem, SOMN[illegible]TOS, & sensu tardiores reddit.* [illegible] athleticæ ac militaris ea in re, sicut [illegible]ctu, (de quo mox) disciplinæ [illegible] & a quo more suo id nunc mutuatur [illegible]nus, adnotarat iam olim, vbi de vtraq[illegible] Gymnastica, militari & quæ athlet[illegible] pria, agit Plato Lib. III. de Repub. p. [illegible] Tom. II. Ἀλλ' (ἦν δ' ἐγὼ) ΥΠΝΩΔΗΣ αὕτη γέ τις (ἕξις) καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι ΚΑΘΕΥΔΟΥΣΙ τε τὸν βίον; Mox: Κομψοτέρας δὲ τινὸς (ἦν δ' ἐγὼ) ἀσκήσεως δεῖ ΤΟΙΣ ΠΟΛΕΜΙΚΟΙΣ ΑΘΛΗΤΑΙΣ. οὕς γε, ὥσπερ κύνας ΑΓΡΥΠΝΟΥΣ τε ἀνάγκη εἶναι; *At vero SOMNOLENTA hæc est athletarum, & ad firmam valetudinem dubia atque periculosa* habitudo. *Nonne vides illos vitam quasi EDORMIRE?* Dein, *ATHLETAE igitur, dicam ego, BELLICI exquisita quadam exercitatione opus habent, quos velut VIGILES canes esse consentaneum est.* Idem cæteroquin inter vtrosque athleticæ ac militaris exercitationis cultores ea in re discrimen, quod nempe ὕπνῳ τε πολλῷ, multo somno illi indulgerent, hos autem decuit esse vigiles, adigit similiter in Philopoemene Plutarchus p. 357. vt hic monuit doctissimus Petauius, cui iam puer erat illustris P. Faber Lib. III. Agonistici cap. III.

Ibid. A. lin. 3. καὶ τροφῆς οὐ πολλῆς) Alterum hic tangit Iulianus militaris & athleticæ exercitationis discrimen: quod illa victum parcum, hæc vero copiosum exigeret. Quod similiter a Platone dicto iam loco Lib. III. de Republ. p. 404. tangitur; vbi ἁπλῆς διαίτης, *simplicem victum*, præ illa athletarum

rum ποικιλία, optimæ Gymnasticæ conuenire ostendit; & Plutarchus itidem in Philopoemene, vbi hac *victus* diuersitate a se inuicem maxime differre vtramque illam militarem & athleticam vitam docet. Obuia autem quæ de athletarum saginatione seu πολυφαγίᾳ, aut vero ἀδηφαγίᾳ, iam a duobus eruditissimis de Re gymnastica seu athletica Scriptoribus, Mercuriali Lib. I. cap. XV. & P. Fabro Lib. III. Agonist. cap. I. & II. ex Athenæo, Galeno, ac aliunde sunt adnotata, quæ petere poterit ibidem Lector; & præter quæ haud pauca aliunde hic possent, si id nunc ageretur, coaceruari. Vnde, vt hoc demum addam, a Comicis perstricti olim, tanquam voraces & gulæ dediti, athletæ; sicut ab Aristophane de Pace p. 616.

δεινὸν δὲ κύψας ὁ καταρατότατος ἐσθίει,
ὥσπερ ΠΑΛΑΙΣΤΗΣ περιπαλαίων τοὺς γομφίους.

quod ab eruditissimo Florente redditur:

Exsecrandus, quale cernuans vorat
Lances molares ceu solet quinquertio,

seu *luctator*.

Ibid. A. lin. 4. ὑπὸ κατὰ πλῆθος, ὑπὸ κατὰ ποιότητος) Tria nempe nunc & proximis verbis tradit Iulianus, quibus victus militaris ab athletico differre omnino debuit: minime adstricta aut *demensa* ciborum, ad quam tenebantur athletæ, *quantitate*, *qualitate*, ac præfinito eosdem sumendi *tempore*. Prius nempe ad eam, quam paullo ante dixi, athletarum πολυφαγίαν, quæ iis erat præscripta, respicit; alterum ad illud ciborum, quibus saginari eosdem oportuit, genus: prout vtrumque de athletico victu obseruat similiter Galenus Lib. III. de Sanit. tuend. cap. II. ἀθλητῇ δὲ βαρυ κινδυνός ἐστι διὰ ΤΗΝ ΠΟΙΟΤΗΤΑ, καὶ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ τῶν ἐδεσμάτων, *grauis vero Athletæ verendum est, ne ob ciborum tum QVALITATEM, tum QVANTITATEM*, obstruantur potius, vt addit, in exercitationibus, quam expurgentur meatus. Vtraque autem ciborum *quantitas* & *qualitas*, in carnium maxime, & suillarum quidem, præter bubulas, tum panis etiam, intra præscriptum iis modum, esu erat sita; vnde adstrictus ille athletarum victus a Iuliano hic etiam tangitur. Quod a Galeno itidem factum, paucis ante adductum modo eius locum verbis, vbi athleticum habitum a salubri, quem ibi ei, cui sanitas curæ, præscribit, distinguens, ait: οὔτ' ἂν πολλῶν αὐτῷ χρεία γυμνασίων ἐστὶν, οὔτε ΠΡΟΣ ΑΝΑΓΚΗΝ ΕΔΩΔΗΣ, ἀλλ' οὔτε ΠΛΗΘΟΣ ΧΟΡΕΙΩΝ, οὔτ' ΑΡΤΩΝ τοιούτων, ὅπως ἐσθίουσιν οἱ βαρεῖς ΑΘΛΗΤΑΙ. *Neque illi proinde aut multis exercitationibus, aut COACTA COMESTIONE est opus: aut etiam SVILLAE CARNIS copia, aut PANIBVS id genus, quibus graues vtuntur ATHLETAE.* Alia ex Hippocrate Epidem. V. cap. XLI. de Biante pugile πολυβόρῳ, qui e multo *carnium*, maxime *suillarum* esu, in choleram morbum inciderit; aut e Laërtio, de Diogene, qui athletas ideo non sentire dixerit, *quod e carnibus suillis & bouinis sint exstructi*: aut vero de Thebano athleta, qui *caprinarum* carnium esu omnes suæ ætatis athletas vicerit, quod ab Athenæo traditur Lib. IX. pag. 402. suppeditabunt iidem memorati paullo ante rei athleticæ Scriptores, Mercurialis & P. Faber. Ad quem cæteroquin athleticum suillarum carnium esum, respexisse videtur alibi Galenus, vbi *a suibus parum differre*, οὐδὲν ἧττον τῶν συῶν, athletas, eorumque exercitatores tradit, ad Thrasyb. cap. XLVI. A Pythagora vero, non quidem Mnesarchi filio, sed altero Alipta, seu, iuxta Plinium, *Exercitatore* dicto, inductam primum athletarum, quum antea ficus aridas & caseum, eumque aqua irrigatum, comederent, κρεωφαγίαν, notant veteres, Diogenes Laërtius Lib VIII. pag. 498. Porphyrius περὶ ἀποχ. Lib. I. pag. 49. Iamblichus de vita Pythagoræ cap. V. & ante eosdem Plinius Lib. XXIII. cap. VII. vt iam ad Laërtium viderunt eruditi. Quibus accedat Pausanias, cuius ea de re locum iam adduxit Cl. P. Faber Lib. III. Agonist. cap. II. qui Stymphalium Dromeum primum carnibus vesci cœpisse, quum ante ipsum athletæ caseo e fiscellis alerentur, obseruat, Lib. VI. pag. 358. Ad εὐσαρκίαν proinde eorundem athletarum, vt de iis loquitur Chrysostomus Serm. I. de Resurrectione pag. 586. Tom. V. edit. Sauil. seu τῶν εἰς πολυσαρκίαν πιαινομένων, *qui multa carne pinguescerent*, sicut de iis Philo de Septenario pag. 1184. & qui athleticus olim habitus; ad eam, inquam, εὐσαρκίαν inductus ille copiosus carnium, quibus iidem, & præfinito quidem modo ac mensura, vt continuo hic etiam additur, vterentur, vsus. Nempe quo ea ciborum quantitate, non vires solum, vt obseruat Galenus ad Thrasyb. cap. XXXVII, sed moles etiam & pondus corpori athletæ accederet, quo facilius ille aduersarium posset opprimere.

Ibid. A. lin. 5. πάντως ὡρισμένης, οὔτε κατὰ τὸν καιρὸν) Quod vero *alimenta*, tum quoad earum *quantitatem*, tum *qualitatem*, vti vidimus; aut quoad eadem, vt hic additur, sumendi *tempus*; non debeant esse bellum gerentibus, sicuti ea sunt athletis in palæstra, demensa ac præfinita, idem nunc

tangit.

tangit. Id quod a Themistio similiter dicitur, Orat. VIII. pag. 113. ἡνίκα δὴ Σκύθας στρατεύει Βασιλεὺς, ἡνίκα ἐγείρει πόλεμον ἀκήρυκτον, καὶ σιτεῖται οὐχ ΩΡΙΣΜΕΝΑ; *quando in Scythas exercitum agit, bellumque Imperator suscipit subitaneum, quodque DEMENSIS CIBARIIS non vescitur?* Nempe pro veteri dicto, quod e Synesio de Regno memorat ibi ad Themistium doctissimus Petauius, ὁ πόλεμος τὰ τεταγμένα οὐ σιτεῖται, *bellum praescriptis cibis non vescitur*: sed, vt mox a Iuliano hic additur, pro re nata parabilibus. Qui proinde victus militaris opponitur hic ei, quem πρὸς ἀνάγκην ἐδωδὴν, *coactam comestionem* vocat, vbi de athletarum victu agit, dicto paullo ante loco, Galenus: & quam vna caeteroquin ἀναγκοφαγίας voce, quod notarunt iam eruditi, dixerunt veteres; cuiusque praeter Aristotelem, Philostratum, Clementem, fit a Themistio etiam mentio, vbi de vitae instituto, quod in Gymnasiis obseruant athletae, eorumque exercitatores, ait Orat. XV. pag. 186. περί τε ἀναγκοφαγίας, καὶ τῶν ἀκροχειρισμῶν, *de coacto victus* (potius quam *viuendi*, quod latius patet, cum erudito interprete,) *genere, nec non summorum digitorum lucta* &c. Idem vero adstrictum illum, seu ὡρισμένον vel *demensum* athletarum victum respicit, ea, quae in postrema eius editione primum prodiit, Oratione I. pag. 5. καὶ γὰρ αἰσχρὸν ὑπολαμβάνει, τοὺς μὲν Ὀλυμπιάσιν ΑΘΛΗΤΑΣ εὖ μάλα φυλάττειν αὐτοὺς, καὶ ΔΙΑΙΤΗ καὶ γυμνασίοις. *Ac turpe esse, certaminum Olympicorum cupidis ATHLETIS diligenter ea omnia seruanda putare, quae de VICTV & exercitationibus sunt praescripta.* Vnde etiam adstrictus ille seu demensus athletarum victus, Iuliano τροφὴ ὡρισμένη, a Platone similiter, vti mox dicetur, τεταγμένη δίαιτα *praescripta victus ratio*; ab Aeliano Lib. XI. Var. Hist. cap. III. κεκολασμένη τροφὴ, *adstrictus seuere victus*; in Luciani Lexiphane, κατὰ τὸν ἀθλητικὸν νόμον σῖτος τροφὴ, *juxta atheticam legem solidus cibus*; a Philone autem, vt paullo post videbitur, τὸ σκληροδίαιτον, *asper victus*; ipsi autem athletae σκληροδίαιτοι ab eodem dicti, prout apud Chrysostomum σκληραγωγία, ab eo ad *durum & asperum* monachorum, aut qui Christianos deceret, *victum* translata, vt Homil. XIII. In Ep. ad Romanos pag. 110. Tom. III. & de Statuis Serm. VI. pag. 504. Tom. VI. Nempe, quod per *strictiorem disciplinam*, ad quam athletae segregantur, designauit Tertullianus ad Martyres cap. III. ac, vti praeterea de iis addit, *COGVNTVR, cruciantur, fatigantur*, nempe quum, & qua de re hic sermo, ἀναγκοφαγεῖν, tum, vt de iis Arrianus Lib. III. ad Epictetum cap. XV. γυμνάζεσθαι ΠΡΟΣ ΑΝΑΓΚΗΝ ὥρᾳ τεταγμένῃ, *exercere vel inuitus, idque hora praefinita.* Vtrumque autem, in quo posita erat eadem athletarum adstricta seu demensa victus ratio, hic tangit Iulianus; ciborum nempe modum ac speciem, seu *quantitatem* & *qualitatem*, tum eosdem sumendi *tempus*. Prius in definito carnium, suillarum maxime, vt diximus, esu locum habuit; quem vltra duas minas in diem athletis datum, ex indicato iam ab eruditissimo Mercuriali Lib. I. cap. XVI. Galeni loco, licet colligere. Exstat ille Lib. II. de Dignosc. Pulsibus cap. II. in quo parum cibi sumpsisse quempiam a medico dici obseruat, vbi infra mediocritatem sit illius, qui eo vescitur; ac, vt addit, οὕτω γοῦν ἀθλητὴν δύο μνᾶς κρεῶν ὀλίγον εἶναι λέγοντες, *nam ita athletae duas minas carnis parum esse dicimus.* Quam certe quantitatem longe excedebat ille Athleta πολυβόρος Milo, qui vna die taurum, ac indies viginti carnis libras, totidem panis, comedisse apud Athenaeum traditur Lib. X. pag. 412. Sicuti enim in quotidiana multae carnis, ita & vaegrandium panum, comestione, posita fuit illa athletarum voracitas; maxime eorum, qui grauioribus exercitationibus, vt luctae, pugilatui, aliisque vacabant, de quibus Galenus Lib. II. de Sanit. tuenda cap. X. Quae duo etiam, *carnium* nempe & *panum*, quibus iidem vescerentur, copiam, tangit nempe notatus paullo ante Galeni locus οὐδὲ πλῆθος χρεῶν, οὐδ᾽ ἄρτων ὑπερμεγεθῶν, ὡς ἐσθίουσιν οἱ βαρεῖς ἀθληταί, *Neque multitudo carnium suillarum, neque magnorum eiusmodi panum, quos comedunt graues athletae.* Quo referri itidem debet, quae de tritici, quod cosumerent athletae, quantitate, obseruare notat Theophrastum Lib. VIII. Hist. Plant. cap. IV; vbi ponderosius esse triticum, quod fert Boeotia, inde probat: σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι οἱ μὲν ΑΘΛΗΤΑΙ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τρεῖς ἡμιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν. Ἀθήναζε δ᾽ ὅταν ἔλθωσι, πένθ᾽ ἡμιχοίνικα ῥᾳδίως. *Indicium adferunt, quod ATHLETAE, qui in Boeotia ternos semisextarios vix possunt consumere, quum Athenas ferantur, facile quinos*, Siculi nempe frumenti, de quo ibi egerat, *consumunt.* Hinc etiam illud Plinii, vbi de variis agens tritici generibus eiusque diuerso, pro natali solo, vbi illud proueniebat, pondere, ait Lib. XVIII. cap. VII. *in quo principatum tenuit Boeotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrioque, deinde & Aegyptio, ATHLETARVM cum DECRETO; quorum CAPACITAS iumentis similis, quem diximus ordinem fecerat.* Vbi quum magna illa athletarum voracitas, *iumentis* quippe aequiparata, tangitur; tum quod eorum

rum iudicio, de tritico, quodnam magis esset aut minus ponderosum, pro ea nempe, quam indies iidem absumerent, quantitate, decerneretur. Quibus adde præscriptum athletis ab eorum gymnastis seu magistris, ne cibos conciderent dentibus, sed eos lente extenuarent; vt id docebit Philo Lib. I. Allegor. pag. 58. καὶ γὰρ ΤΟΙΣ ΑΘΛΗΤΑΙΣ οἱ ἀλεῖπται παραγγέλλουσι ΜΗ ΚΟΠΤΕΙΝ, ἀλλὰ κατὰ σχολὴν λεαίνειν, ἵνα πρὸς ἰσχὺν ἐπιδιδῶσιν. *Etenim ATHLETIS ii, qui eos exercent, præcipiunt, NE CIBOS concidant dentibus, sed lente comminuant, quo ad vires proficiant*; ac ideo, vt addit, quod athleta non alimenta solum capiat, vt viuat, sed vt pinguescat ac robur adquirat. Adde hisce, quod placentis abstinendum iis fuerit; & præterea a frigida potu, & a vino etiam interdum; vt hæc tradit Arrianus, memorato iam ante loco, in Epictet. Lib. II. cap. XV. ἀπέχεσθαι πεμμάτων, ποτὸν μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς, *a placentis* (non vt ibi latiori voce interpres, *a bellariis*) *abstinendum; non bibenda frigida, aliquando ne vinum quidem.* Quo spectat itidem illud Tertulliani ad Martyres, vbi de Athletis addit: *cohibentur a luxuria, A CIBIS LAETIORIBVS, a potu iucundiori*; immo quo respexit D. Paulus I. Corinth. IX. 25. vt ad eum iam obseruarunt eruditi, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, vbi haud male vetus Interpres: *Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Vnde etiam athletis, quum adesset certandi tempus, non licuisse se vino ingurgitare, οὐδὲ γὰρ μεθύειν ἔξεστι, notat ad eundem Pauli locum Chrysostomus Hom. XXIII. pag. 388. Tom. III. ed. Sauil. Quamquam placentas quod adtinet, ab iis non semper, idque magno eorum malo, abstinuisse athletas, obseruare licet, vt hoc addam, ex iis, quæ de Biante pugile tradit Lib. V. Epidem. cap. XLI. Hippocrates; vbi eum inter alia inde in choleram morbum refert incidisse, nempe non ex esu solum, de quibus supra, suillarum carnium, sed etiam οἴνου εὐώδεος καὶ πεμμάτων, *e vino fragrantis odoris, & placentis.* Vnde de Aegone itidem pugile a Theocrito dictum Idyll. IV. v. 34.

ἄπερ ὁ ΠΥΚΤΑΣ

Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδάρσατο ΜΑΖΑΣ, *vbi PVGIL Aegon octoginta solus comedit PLACENTAS.* Sic non πολυφάγος solum, aut vero ὑδροπότης exstitit ὁ ἀγωνιστὴς Milo, qui indies tres vini congios bibisse ab Athenæo dicitur Lib X. pag. 412. Mitto, quod siti cæteroqui laborarint vt plurimum athletæ; sicut id de pugilibus nominatim traditur ab eodem Naucratita p. 433: idque inde, quod, vt a Galeno dicitur ad Lib. I. Epidem. cap. XII, non ætate solum, sed vitæ instituto, calidi essent athletæ; ac vnde etiam tubercula iis frequenter oriri notat ibidem Hippocrates. *Tempus* autem, quo id genus alimentis vterentur athletæ, iis itidem, vt vel ex hoc Iuliani loco & aliunde etiam constat, præscriptum. Nempe arte actos diurnos in gymnasiis labores, leuius alimentum, & panis quidem, athletis datum, quo eos facilius obirent iidem possent: iis vero peractis, seu in cœnas lautius illi & pinguius habiti, ac mox ita carne demum saginati. Docet id singularis apud Galenum locus ad Hippocratem Lib. I. de Acutorum Victu, pag. 48. ed. Basil. Tom. V. vbi de vitanda ciborum varietate, vt concoctioni maxime noxia agens, addit: Φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταί, καὶ ὅσοι νομίμως ΑΘΛΟΥΝΤΕΣ. ἐπὶ μὲν ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΥ ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ΜΟΝΟΝ ἐσθίοντες, ἐπὶ δὲ ΤΟΥ ΔΕΙΠΝΟΥ ΤΟ ΚΡΕΑΣ. *Obseruant id maxime tum gymnasticæ artis magistri,* (non vt hic Interpres, *qui luctantur*) *tum qui ad præscriptas sibi leges ATHLETICAM exercent. In prandio siquidem PANEM tantum edunt, in COENA vero CARNEM.* Quem locum, ne eum merita laude defraudem, ad Aeliani Lib. III. Var. Hist. cap. III. iam adduxit eruditissimus Kuhnius. Quam in rem ab Athenæo etiam dictum Lib. X. p. 413. πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων, καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται, *Omnes enim athletæ, post exercitationes, multum etiam comedere docentur.* Nempe iuxta illud Socratis apud Xenophontem Memorab. Lib. I. pag. 712. τὸ μὲν οὖν ὑπερεσθίοντα ὑπερπονεῖν ἀπεδοκίμαζε, *itaque improbabat, si quis nimio cibo refertus labores immodicos susciperet.* Vnde etiam a præscripta illa & adstricta, ad quam tenebantur athletæ, victus ratione, iisdem, post diuturnas & graues exercitationes, remissionem nonnunquam data; prout id notat Philo de Septenario pag. 1185. ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸς ἐδωδὴν καὶ πόσιν, ΤΟ ΣΚΛΗΡΟΔΙΑΙΤΟΝ χαλῶντες εἰς τε ψυχῆς εὐθυμίαν, καὶ ἐμπάθειαν σώματος. *Verum etiam ab iis, quæ ad cibum & potum conferunt; dum VICTVS ASPERITATEM laxant, tam ad animi exhilarationem, quam ad corporis voluptatem.* Quod vero illud athletarum σκληροδίαιτον, seu *adstrictum victum*, quoad alimentorum vel *modum*, vel *naturam* seu *genus*, eademque sumendi *tempus*, militaris vitæ ac disciplinæ, vt hic addit Iulianus, institutum nullatenus admittat, id a Platone rursus haustum, a quo de athletis iisdem dicitur, loco iam ante memorato de Republ. Lib. III. pag. 404. καὶ ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι ΤΗΣ ΤΕ-

ΤΑΓ-

ΤΑΓΜΕΝΗΣ ΔΙΑΙΤΗΣ, μεγάλα καὶ σφόδρα νοσοῦσιν οὗτοι οἱ ἀσκηταί, *Et si vel latum unguem a PRAESCRIPTO sic VICTU recesserint, in magnos & periculosos morbos incidunt*; mox de bellicis athletis, qui teneantur inter alia, καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στρατιαῖς μεταβάλλοντας ΥΔΑΤΩΝ τε καὶ τῶν ἄλλων ΣΙΤΩΝ, καὶ εἱλήσεων καὶ χειμώνων, μὴ ΑΚΡΟΣΦΑΛΕΙΣ εἶναι πρὸς ὑγιείας, *quippe qui in bellicis expeditionibus, multis AQUARUM CIBORUMQUE, uti & æstus frigorisque, mutationibus sint obnoxii; ac proinde, quos minime deceat esse lubrica incertaque valetudine.* Quæ Platonis verba videtur idem ante oculus habuisse Plutarchus, dum in Philopœmene (cuius loci iam ante a Petauio, vt dixi, facta mentio) inter alia dicitur: athletarum viuendi rationem a militari, maxime in victus & exercitationis ratione differre, τὸν μὲν ὕπνῳ τε πολλῷ καὶ πλησμοναῖς ἐνδελεχέσι, καὶ κινήσεσι ΤΕΤΑΓΜΕΝΑΙΣ, καὶ ἡσυχίαις, αὔξοντων καὶ διαφυλαττόντων τὴν ἕξιν, ὑπὸ πάσης ῥοπῆς καὶ παρεκβάσεως τοῦ συνήθους ΑΚΡΟΣΦΑΛΗ πρὸς μεταβολὴν οὖσαν, *quod athleta quidem, multo somno & saturitate perpetua, PRAESCRIPTA motione & quiete, augerent tuerenturque habitum, qui ex quouis præter consuetudinem momento & excessu esset ad mutationem lubricus.*

Ibid. A. lin. 6. τῆς ἐπιτυχούσης δὲ, ἐπειδὰν αἱ πράξεις τοῦ καιροῦ ἐνδῶσι) Quum in rem, seu minime vel quoad cibos, vel quoad tempus eosdem sumendi, adstrictum eorum, qui militant, victum; sed eum, vt hic dicitur, *fortuitum*, & quidem, *quando per rerum momenta datur*, eodem vesci, in Platonis adductis modo verbis similiter vidimus; vti in iis, quæ apud Plutarchum in Philopœmene de militari instituto & victu, tanquam ea in re itidem diuerso, post ea modo inde adducti, continuo leguntur: τὰ δὲ πάσης μὲν πλάνης ἔμπειρα, καὶ πάσης ἀνωμαλίας προσῆκον εἶναι, μάλιστα δὲ φέρειν ῥᾳδίως μὲν ἔνδειαν ἐθισμένα, ῥᾳδίως δὲ ἀγρυπνίας, *hi autem*, seu milites, *omnem debeant variationem omnemque inæqualitatem nosse, maxime vero esse adsuefacti, vt facile inediam tolerent, facile etiam vigilias.* Quomodo iam olim adsuefactos a Cyro milites tradit in eius παιδείᾳ Lib. VIII. pag. 205. Xenophon, vt ii nempe quum labores, frigora, calores, tum famem ac sitim tolerarent: ac prout ante Lib. IV. pag. 104. Persis famem esse pro opsonio; potum autem, qui de præterfluente amne hauriretur, dicebat idem Cyrus. A quo etiam non abeunt, quæ de puerorum apud Persas institutione enarrantur Lib. I. pag. 5. Qualia de Laconum pueris refert in Institutis Laconicis pag. 237. Plutarchus; eos nempe parco victu, immo (iuxta Persas similiter) ἀνοψίᾳ seu *sine opsonio* sustentari solitos: idque quum ad augendam corporum sanitatem, tum vt famem facilius, ac in bellis maxime, possent iidem tolerare. Quo victus insuper genere, non magnam quidem corporis molem, quod πολυτρόφοις (prout de athletis antea vidimus) soleat contingere, sed obsequentem formandis artubus habitum comparari, ac inde in longitudinem ac pulchritudinem incrementa corporum capi, observat ibidem Plutarchus. Neque vero id gregario solum militi, sed pro re nata Ducibus etiam, ipsique Imperatori, vsitatum; prout *cibo fortuito*, nempe quod hic Iulianus, τροφῇ τῆς ἐπιτυχούσης, vsus dicitur a Tacito Vespasianus Lib. II Hist. cap. V. Sic de Caracalla Dio Lib. LXXVII. pag. 876. καὶ τὴν τροφὴν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις αἱρούμενος, *qui & quemvis victum eundem cum illis caperet.* Quibus, vt alia de illo libris, stante Republica, veterum Ducum, Scipionis Aemiliani, Metelli, quos æmulatus ea in re dicitur a Spartiano, & de quo loco paullo post, Hadrianus, exemplis nunc mittam; addi possunt ea, quæ apud Synesium de Regno pag. 17. leguntur; vbi Imperator, qui in Persas exercitum mouerat, & iam prope esset in hostico, cibum sumere cupiens, militibus imperasse dicitur, τοῖς ἀπὸ τῶν σκευοφόρων ἀγαθοῖς χρῆσθαι, ὡς ἐπιτηδείοις ἤδη, *vt ex impedimentorum sarcinis promptis viatici vescerentur; vtpote qui e vicino, hostili nempe agro, si opus foret, victum paraturi essent.* Quod firmat ille continuo ipsius Cari, non Carini, vt ad eum locum vidit iam Petauius, exemplo; qui a Persarum Legatis sit visus, pro omni cibo pridianum e pisis elixis pulmentum, & in his inueterata porcinarum carnium salsamenta comedere. Neque aliter de hoc Iuliano, tam quoad modum aut speciem ciborum, quam quoad tempus eosdem sumendi, ait Mamertinus in Gratiarum Actione cap. XI. *neque TEMPUS epularum ei, qui sæpius STATARIUM prandium ad necessitatem humani corporis capiat; gaudens CASTRENSI CIBO, ministro obuio, & poculo FORTUITO*: ac de eodem Ammianus Lib. XXV. cap. IV. *per varios autem PROCINCTUS, stans interdum more militiæ CIBUM BREVEM VILEMQUE sumere visebatur.* In quibus etiam tria illa itidem occurrunt, quæ in militari victu, tanquam ab athletico valde aliena, idque agnoscente Constantio, requiri dixerat modo ipse Iulianus; nulla nempe aut certa cibi demensi *quantitas*, *qualitas*, aut præfinitum vllatenus eundem capiendi *tempus*;

pus; sed vt ille, quod hic dicitur, *fortuitus*, *parcus*, & *pro re nata* a stante in procinctu non milite solum, sed Imperatore sumeretur. Quomodo cæteroquin ἀριστᾶν δὲ ὀρθοὺς ἄπυρον ὄψον, *prandere autem stantes crudum* seu *incoctum opsonium*, milites iussisse Scipio dicitur apud Polyænum Lib. VIII. Strateg. cap. XVI. 2. Quamquam Romanos milites quod spectat, eis, expeditionis | etiam | tempore, demensa vulgo fuerit militaris annona; eaque non in pane solum recenti, aut arido, seu vt eodem illo Iuliani æuo vocarunt, buccellato, Gallis *biscuit*; sed athletarum, vti antea vidimus, more, in porcina potissimum carne, larido, veruecina quandoque, vino etiam & aceto; præfinitis itidem, intra quos ea acciperent, diebus. Constat id ex Imperatorum ea de re Constitutionibus, ac inter alias ex ea, quæ ab hisce Constantio Augusto & Iuliano adhuc Cæsare lata exstat Leg. VI. Cod. Theod. & Leg. I. Cod. Iustin. De erogatione militaris annonæ; quæque, vt in posteriori Codice legitur, quo vel inde diuersa veteris ac hodiernæ militiæ ea in re ratio liqueat, meretur hic adscribi: *Repetita consuetudo monstrauit EXPEDITIONIS tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, sed & lardum, carnem etiam veruecinam, MILITES nostros ita solere percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panem; vno die vinum, alio die acetum; vno die lardum, biduo carnem veruecinam.* Vt mittam, quæ nominatim de maiori illius annonæ quantitate, Tribunis ac Ducibus erogata, tradunt Vopiscus in Aureliano cap. IX. & in Probo cap. IV. Quo spectare etiam, maxime quoad suillas carnes, quum Gregorii Nazianzeni verba in Orat. pro Athanasio; tum Themistii locum Orat. XXIII. pag. 292. postremæ editionis, erudite ad Cod. Theod. pag. 301. Tom. II. obseruauit Cl. Iacobus Gothofredus, & qui idem postea ad Themistium reponit postremus ac eruditus eius Editor. Et∴ subinde a quibusdam Imperatoribus restricta fuerit eadem militaris annona; & quidem inter alia (prout itidem de athletis factum supra vidimus) vinum iis ademptum, eiusque loco acetum duntaxat relictum. Quod vtique de Auidio Cassio refert Vulcatius cap. V. & de Pescennio Nigro, qui durius adhuc cum militibus non solum, sed cum centurionibus etiam & ordinum ductoribus egit, memorat Spartianus cap. X. *Idem iussit VINVM IN EXPEDITIONE neminem bibere, sed ACETO vniuersos esse contentos. Idem pistores sequi expeditionem prohibuit, BVCCELLATO* (seu pane arido vel excocto) *iubens MILITES ET OMNES contentos esse.* Iisdem autem modo memoratis militaribus seu castrensibus cibis vsus itidem, idque iuxta Trajanum decessorem, dicitur a Spartiano Hadrianus cap. X. *cibis etiam castrensibus in propatulo libenter vtens, hoc est, larido, caseo, & posca, exemplo Scipionis Aemiliani, & Metelli, & auctoris sui Trajani.* Adde, quod milites non dicam, qui in acie signa deseruerant, sed *qui* vel *parum in prolusione* seu exercitatione, de qua mox, campestri *profecerant, pro frumento hordeum* coactos *accipere; nec ante redditam eis in tritico annonam, quam omnia, quæ erant in militari arte, se complesse* iidem *ostendissent*, tradit Vegetius Lib. I. cap. XIII.

Ibid. A. lin. 9. εἶναι δὲ πολλὰ καὶ στρατιωτικά) Quales reuera dari bellicas exercitationes, γυμνάσια, vt hic dicuntur, στρατιωτικά, agnouerat pridem, vti iam antevidimus, Plato; a quo proinde, idque ad discrimen similiter ab altera athletica gymnastica, dictum, quod antea vidimus, Lib III. de Republ. pag. 404. κἀμφοτέρας δὲ ἴσως (ἦν δ᾽ ἐγώ) ἀσκήσεως δεῖ τοῖς ΠΟΛΕΜΙΚΟΙΣ ΑΘΛΗΤΑΙΣ. *ATHLETAE igitur BELLICI exquisitiore quadam, dicam ego, exercitatione opus habent.* Idem rursus Lib. VII. de Legib. pag. 813. ΓΥΜΝΑΣΙΑ γὰρ ἐλέγομεν καὶ τὰ περὶ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ ἅπαντα τοῖς σώμασι διαπονούμενα, *EXERCITATIONVM enim appellatione, omnes etiam BELLICAS, quibus corpora exercentur, complectimur*, vt sagittandi, quod addit, iaculandi &c. Vnde ab eodem & ab initio ferme operis Lib. I. de Legibus pag. 625. memorantur apud Cretenses, γυμνάσια καὶ ὅπλων ἕξις, *exercitationes, & armorum ratio*; quas, ob inæqualem regionis situm, pedestres vt plurimum fuisse, sicut apud Thessalos equestres, ibidem dicitur. Cuiusmodi etiam *exercitationes*, & maxime equestres, de quibus paullo post, a Philopoemene inter Achæos inductas, docet in eius vita Plutarchus: immo quibus iam olim Persas a teneris exercitos, & quidem inter alias venatione, quæ verissima videatur esse ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον, *ad bellum exercitatio*, tradit Xenophon Inst. Cyri Lib. I. p. 5. prout πρὸς πόλεμον μελετήματα, ab eodem dicuntur hæc γυμνάσια στρατιωτικά, de Re equestri pag. 951, & μελέτη πολεμικῶν ἔργων, *in bellicis exercitatio*, a Synesio de Regno pag. 13. Præ aliis vero gentibus, insignem eam in rem, idque iam antiquis eorum temporibus, exstitisse Romanorum studium, docebunt abunde quum veteres, tum recentiores, & nominatim, qui de re eorum militari, ca-

ſtrenſi diſciplina, & campeſtribus exercitiis ac meditationibus, agunt auctores, Arrianus, Aelianus, Vegetius, aliique. E quibus etiam liquet, haud vnius generis fuiſſe *militares* illas apud eosdem Romanos *exercitationes*, ſeu proluſiones campeſtres; quæ partim in armorum vſu & tractatione, partim in aliis erant poſitæ, quæ ad armaturæ, vt de ea Vegetius Lib. I. cap. IV. & Lib. II. cap. XXIII, numeros & geſtus, locum tenendi, ordines ſeruandi, vexillum in tantis permixtionibus comitandi, artem ſpectabant, & in qua a *campi doctoribus* ſeu ὁπλοδιδασκάλοις tyrones exerceri conſueuerant. Vnde ab eodem Vegetio dicitur Lib. I. cap. XIII. *ex quo intelligi debet, quantum exercitatus miles inexercitato ſit melior:* ſalubriori vtique, quam Perſæ, Xenophontis æuo, inſtituto, qui ab eo redarguuntur, vt qui *inexercitatos arbitrantur pares futuros exercitatis*, οἴονται σφίσιν ὁμοίως τοὺς ἀνασκήτους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι, Inſtit. Cyri Lib. VIII. pag. 242. A quibus proinde diuerſa longe Romanorum ratio, & felicius etiam fatum extitit, iuxta illud Vegetii ab initio præclari operis: *Nulla enim alia re videmus Populum Romanum orbem ſubegiſſe terrarum, niſi ARMORVM EXERCITIO, diſciplina caſtrorum, VSVQVE MILITIAE.* Adeo etiam, vt optimas id genus maximeque vtiles bellicas exercitationes, ab aliis quoque gentibus, Celtis, Parthis, Armeniis, Sarmatis deſumptas, ſuos in vſus, ſeruatis ſubinde patriis earum nominibus, tranſtuliſſe Romanos, obſeruet in Tacticis Arrianus pag. 75. & 96. Vnde inſuper, vt a Vegetio, dicto paullo ante Lib. I. cap. XIII, de iiſdem Romanis dicitur, ita apud maiores ſeuere actam *exercitii*, militaris nempe, *diſciplinam*, vt & armorum doctores duplicibus remunerarentur annonis; tyrones autem, qui parum in eadem, vti modo ad ſuperiorem notam iam vidimus, proficerent, pro frumento hordeum accipere cogerentur. Neque tamen gregario ſolum militi, aut Centurionibus vel Tribunis, ſed Imperatori etiam *militares* id genus *exercitationes* opportunas, præter antiquiora, quæ ſuppeditant eius rei exempla, vel in Nerone cap. VIII. & in Galba cap. VII. Suetonius; in Traiano Plinii Panegyricus cap. XVI. in Hadriano Spartianus cap. XXVI. & ſub finem Tacticorum Arrianus, præter ea, inquam, docebit nominatim in Oratione de Regno Syneſius pag. 12. Ibi enim Imperatori in campum eſſe prodeundum tradit, vbi ille (de quo loco in ſequentibus) omnes equeſtres pedeſtreſue militiæ exercitationes obire teneatur; ac, vt addit, Βασιλέως δὲ σωμασκοῦντος, καὶ θυραυλοῦντος, καὶ ὅπλοις ἐνιδάζοντος, οἱ πανταχοῦ δῆμοι θεατρίζουσι, *Imperatori autem corpus exercenti, atque in ſtatiuis & ſub dio agenti, & in armis ætatem conterenti, omnes vbiuis homines, quaſi in theatro, ſpectatores adſunt.* Quibus paullo poſt ſubdit, quæ ex illis campeſtribus meditationibus Imperator haurit emolumenta, τὰ μὲν ἐστὶ ΜΕΛΕΤΗ πολεμικῶν ἔργων· τὰ δὲ ἐστὶ ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΣ προτέλεια, καὶ παρασκευαί τινες. ἃ πρὸς τὰ μείζω τε καὶ σπουδαῖα διεγείρει, *Eorum etiam multa, quæ per id tempus aguntur, alia ad res bellicas exercitationem conferunt; alia velut Imperatorii muneris præparationes & initia ſunt quæ ad majora & ſeria animum excitare ſolent.* Adeo, vt haud mirum ſit, ab eadem στρατιωτικῶν γυμνασίων, quibus inſtitutus ſit ab adoleſcentia Conſtantius, commemoratione, laudari eum quoque his & proximis verbis; & quidem recenſitis diuerſis earum generibus: idque iuxta Menandri Rhetoris præceptionem, qui in Βασιλικῷ, qualis hæc eſt Oratio, idem quoque fieri debere obſeruat, περὶ Ἐπιδεικτ. pag. 614. ἐὰν δὲ ΜΕΛΕΤΗ ΠΟΛΕΜΩΝ καὶ ΟΠΛΩΝ τοῦτον θαυμάσῃς, ὡς ἀγαθῇ μοίρᾳ γενόμενον, προμνηστευομένης αὐτῷ τῆς τύχης τὰ μέλλοντα, *Vbi vero ab EXERCITATIONE BELLICA & ARMORVM eum admiraris, tanquam felici ſorte editum, fortuna ipſi futura iam præparante.*

Ibid. A. lin. 10. χορείας τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις) Prior nempe inter exercitationes militares, quibus ab adoleſcentia incubuiſſe Conſtantius hic traditur; ac prout de eodem dixerat iam ante Themiſtius Orat. I. pag. 2. οἱ τὴν ἐνόπλιον χορείαν διεξιόντες, *qui armatam hanc eius choream deſcribunt.* Quo referri itidem debent hæc Ammiani Marcellini de eodem principe verba, Lib. XXI. cap. XVI. *artiumque armaturæ pedeſtris perquam ſcientiſſimus.* *Armaturam* enim inter alia, de *armata*, vt hic a Iuliano ac a Themiſtio etiam dicitur, *ſaltatione*, ſeu *Pyrricha*, eo quidem (vt hoc addam) æuo dictam, ad Manilium Lib. V. v. 88. monuerat ὁ πάνυ Scaliger, ac poſt eum ad eundem Ammianum Lib. XIV. cap. XI. doctiſſimus Valeſius, vbi de Vrſicini filiis dicitur, *per multiplicem armaturæ ſcientiam, agilitatemque membrorum, inter quotidiana proludia exercitus.* Ne iam hic reponam eiuſdem Ammiani de ipſo Iuliano adductum iam ab eruditiſſimo Petauio locum, vbi inter alia caſtrenſis diſciplinæ proludia, *artem modulatius incedendi per Pyrricham* didiciſſe dicitur, Lib. XVI. cap. V. Haud aliter ac de Hadriano, vt ad eundem Marcellinum notarunt

iam

iam viri docti, ait Spartianus cap. IX, *militares pyrrichas populo frequenter exhibuit.* Nempe prout similiter πολεμικὴν πύῤῥιχην, quam ab εἰρηνικῇ seu *pacifica* saltatione distinguit, dixerat pridem Plato Lib. VII. de Legib. pag. 815. cuiusque multiplicem in bello vsum ibidem taogit. Vt proinde non debuerit omnino a magno Casaubono redargui Spartianus, quod *militares* pyrrichas sine caussa, vti ille quidem censet, appellauerit. Ita *belligeros lusus & armatos choros*, dixit de Honorii hoc genus exercitationibus seu proludiis campestribus Claudianus VI eius Consulatu v. 621.

Hæc & BELLIGEROS exercuit area LVSVS;

ARMATOS hic sæpe CHOROS &c.

Hisce autem consona, quæ de *saltu*, inter militares Romanorum exercitationes, refert haud vno loco Vegetius, & quidem Lib. II. cap. XXIII. *SALTVS quoque & ictus facere pariter adsuescant; insurgere tripudiantes in clypeum, rursusque subsidere: nunc gestiendo prouolare cum SALTV, nunc cedentes in terga RESILIRE.* Immo quomodo *armatas* illas seu ἐνόπλιους *saltationes* vel *armaturas*, inter prolusiones castrensis seu militaris disciplinæ, non apud Græcos solum aut Romanos, sed apud alias etiam gentes exstitisse, vel ex iis constare poterit, quæ de Persis tradit Athenæus Lib. X. pag. 434. de Thracibus Xenophon Ἀναβασ. Lib. VI. pag. 371. qui & mox alterius armatæ apud Magnetas & Aenianenses Thessalos saltationis meminit, quæ καρπαία diceretur; cuius ea de re locum adduxit, quod eruditissimum Meursium de Orchestra pag. 11. non fugit, Athenæus Lib. I. pag. 15. Eandem vero saltationem Macedonibus adscribit Hesychius, quod Magnetes modo Thessalis, modo Macedonibus fuerint etiam adnumerati.

Ibid. A. lin. 11. δρόμον τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, τὴν ἱππικὴν τέχνην) Quod vtrumque de hoc Constantio denuo commendat Iulianus Orat. II. pag. 53. τήν γε μὲν ἱππικὴν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δρόμοις κουφότητα, *equitandi vero scientiam, & currendi velocitatem.* Sic post adducta paullo ante de armata huius Constantii saltatione verba, Themistius subdit continuo: καὶ τὰ κοῦφα ἐν πολλῷ σιδήρῳ σκιρτήματα, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἵππων ἐξελιγμοὺς, *ac leues in prægrauibus armis motiones, tum flexuosas in equis decursiones*, seu *euolutiones.* Quibus proinde *cursus*, vt hic itidem dicitur, *in armis*, seu ὁπλίτης δρόμος, ab armata illa saltatione hic quoque distinguitur. Notus quidem ὁπλίτης δρόμος in sacris veterum Agonibus ac Festis: quomodo, vt alia de hisce iam trita nunc mittam, in Panathenæis saltare soliti in armis pueri. Vnde illud Comici in Nubib. p. 179.

ὥστε μ' ἀπάγχεσθ' ὅταν ΟΡΧΕΙΣΘΑΙ Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς,

adeo vt ego quidem suffocer, quando illos in Panathenæis SALTARE oportet; vbi eruditi Critici, ὠρχοῦντο γὰρ ἐν ὅπλοις ἐν τοῖς Παναθηναίοις, *in Panathenæis enim saltabant in armis pueri.* Eum autem ὁπλιτῶν δρόμον, *armatum cursum*, LXV Olympiade ad exercitationes bellicas in Olympicum agonem inductum tradit Pausanias Lib. V. p. 301. μελέτης ἐμοὶ δοκεῖν ἕνεκα τῆς ἐς τὰ πολεμικὰ, *exercitationis, vt mihi videtur, ergo ad res bellicas.* Quam in rem proinde Spartæ locum Δρόμον nomine appellatum discimus ex eodem Pausania Lib. III. pag. 186. ἔτι δὲ τοῖς νέοις καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ ΔΡΟΜΟΥ ΜΕΛΕΤΗ καθέστηκε, *vbi adolescentibus, ad nostram vsque ætatem, CVRSVS EXERCITATIO est adhibita.* Verum præter athleticum illum seu palæstræ ὁπλιτῶν δρόμον, alium, seu *in armis decursionem*, inter campestres Romanæ militiæ exercitationes, locum iam olim stante Republica, ac dein sub Imperatoribus habuisse, e Vegetio, adductisque præterea e Liuio, Seneca, & aliunde testimoniis vel exemplis, adnotauit Lib. V. de Mil. Rom. Dial. XIV. eruditissimus Lipsius. Vnde *cursum* inter alia meditationum apud Romanos bellicarum genera, retulit quoque Cicero de Senect. cap. XVI. *Sibi igitur habeant arma &c. sibi natationes & CVRSVS.* Immo quod non a manipulari solum milite, sed a principibus etiam viris, vt de Constantio hic itidem dicitur, factum, vel e Suetonio in Nerone liquet, de quo dicitur cap. VII. *indictaque DECVRSIONE Prætorianis, SCVTVM sua manu prætulit*; & in Galba itidem cap. VI. *Ipse maxime insignis, quod CAMPESTREM DECVRSIONEM SCVTO moderatus, etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia CVCVRRIT.* Nempe prout in commemoratis modo Græcorum agonibus, armati cum Scutis seu Clypeis cursores exstitere: quique proinde ἀσπιδόδουποι ὁπλῖται, *cum clypeis strepentes armati*, a Pindaro dicuntur Isthm. Od. I. A quibus rursus diuersus fuit apud Arginos Agon, ΑΣΠΙΣ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ, *Clypeus ex Argis*, in antiquis Marmoribus dictus; quique ἐν Ἄργει χαλκὸς, seu *Argis æreus Clypeus*, a Pindaro Olymp. Od. X. vocatur; de quo in nostris ad Callimachum obseruationibus, quæ lentas sub prœlo Vltraiectino moras trahunt, agimus. Illud vero de *cursu* in genere, vt qui habitum corporis extenuet, neque conducat fortitudini, obseruat Galenus de Paru

Pila pag. 302. ed. Basil. ἐπαινῶ δὲ ΔΡΟΜΟΥΣ ὀκνηρῶς, τῷ καὶ λεπτύνειν τὴν ἕξιν, καὶ τῷ μηδεμίαν ἄσκησιν ΑΝΔΡΕΙΑΣ ἔχειν, *CVRSVS igitur minime laudauerim, quippe qui corporis habitum extenuant, nullamque FORTITVDINIS exercitationem habent:* quæ tamen ὁπλῖται huius cursus, in sacros etiam agonas inducti, a Pausania, vti modo vidimus, ratio redditur. Cui proinde non suffragari videtur Galenus, qui ibi ad exactum illum palæstræ seu athletarum cursum respicit: quomodo & alibi, vt notum, reiecta ab eo non semel athletica, tum, de qua iam ante, εὐεξία, tum reliqua exercitatio. A quo autem *cursu* athletico diuersa erat, sicut aliunde, & e superioribus etiam liquet, ea Constantii *in armis*, quam hic commendat Iulianus, campestris, aliaque ad bellicos vsus comparata, *decursio*. Vnde multiplicem eius in bello vsum tangit Vegetius Lib. I. cap. IX. *ad CVRSVM præcipue adsuefaciendi sunt milites, vt maiore impetu in hostem procurrant; vt loca opportuna celeriter occupent: vt ad explorandum alacriter pergant; vt fugientium terga facilius comprehendant,*

Ibid. B. lin. 1. τὴν ἱππικὴν τέχνην) Tertium est illud militaris exercitationis genus, quo excelluisse dicitur Constantius, & qua de re pluribus deinceps agitur Orat. II. pag. 53. & seqq. Sic de eodem Ammianus Lib. XXI. cap. VI. *EQVITANDI & iaculandi* &c. *perquam scientissimus*; ac in adductis paullo ante verbis, de iisdem Constantii exercitationibus agens Themistius, eius τὰς ἐπὶ τῶν ἵππων ἐξελιγμούς, *flexuosas in equis decursiones*, vt hæc vertit Petauius, seu *euolutiones*, tangit: prout de iis ἐξελιγμοῖς inter equestres exercitationes, & quotuplices, aut quomodo iidem fierent, quod vno verbo moneri poterat a primo ac erudito illius orationis editore, agunt in Tacticis Arrianus pag. 81. apud Batauos vltimo editus, & Aelianus cap. XXVII; a quibus autem ἐλάσεις, ἐπελάσεις aut ἐκδρομαὶ dicuntur *in equis decursiones*. Adeo vt in equestribus illis exercitationibus, seu, vt de iis iam olim Xenophon de Re Equestri p. 951. ἐν τοῖς πρὸς πόλεμον μελετήμασι, καὶ ἐν ταῖς πρὸς ἐπίδειξιν ἱππασίαις, *tum in exercitiis ad actiones bellicas, tum in equitationibus ad ostentationem comparatis*, in hisce, inquam, ex eorum numero se reuera præstiterit Constantius, qui ab Arriano pag. 81. dicuntur, οἱ δαημονέστατοι ΤΩΝ ΕΞΕΛΙΓΜΩΝ τε καὶ ἐπιστροφῶν εἰς ἄλλους κύκλους, ἢ ἄλλας καὶ ἄλλας ἐπ' εὐθὺ ἐκδρομάς, *peritissimi EVOLVTIONVM & conuersionum aliorum in alios orbes, vel in alias atque alias in rectum decursiones*; & mox, καὶ ἅπαξ ποικίλαι μὲν αἱ ἐπιστροφαί, πολλοὶ δὲ οἱ ἐμπαλιν ΕΞΕΛΙΓΜΟΙ, πολύτροποι δὲ ἄλλη καὶ ἄλλη αἱ ἐπελάσεις γιγνόμεναι, αἱ ἀσυγχύτους ὅμως τὰς τάξεις περιέχοντα, *atque ita variæ quidem conuersiones, multiplicesque rursum EVOLVTIONES, diuersaque aliæ atque aliæ decursiones fiunt, & nihilominus inconfusi ordines seruantur.* Nempe quod senior Xenophon paucioribus verbis pridem dixerat de Re Equestri pag. 943. καὶ τὸ τε ὀρθοδρομεῖν, καὶ τὸ ἀποκάμπτειν ἅμα μελετῷη ἄν, *& simul ad cursum rectum, & ad inflexionem exercebitur*; qui & alibi haud semel ἐξελίξας τὴν φάλαγγα *euoluens phalangem*, de Agesilao agens, dixit, cuiusque ea de re loca vel additus Græcus Xenophonti in ed. Wechel. index suppeditabit; præter alium insuper in eo ui dictum, quique rem eam plenius tangit, nempe Inst. Cyri Lib. VIII. pag. 227. vbi Cyrus dicitur peritiam struendæ aciei, non in solum arbitrari, vt quis extendere phalangem facile possit, vel densare, *vel*, vt addit, *de cornu in phalangem redigere, vel prout hostes conspecti fuerint dextrorsum, sinistrorsum eam EXPLICARE*, ἐκ κέρατος εἰς φάλαγγα καταστῆσαι, ἢ ἐκ δεξιᾶς, ἢ ἀριστερᾶς, ἢ ὄπισθεν ἐπιφανέντων τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ΕΞΕΛΙΞΑΙ. Quomodo a Polybio itidem dictum Lib. VI. pag. 485 ed. Paris. ἐὰν μή ποτε ΠΡΟΣΕΛΙΞΑΙ δέῃ τοὺς ἀστάτους *nisi forte quando Hastatos EVOLVI oporteat*: quæ autem ad huius Constantii dictos a Themistio ἐξελιγμοὺς adnotasse hic obiter, & de quibus adhuc mox nonnulla, sufficiet. Hanc vero *equestrem* eamque ἐνόπλιον, quam hic memorat Iulianus, artem, seu vt de ea paullo ante idem Xenophon, πρὸς ἐπίδειξιν ἱππασίαν, *ad ostentationem comparatam equitationem*, pulcre ante oculos ponit, vti id iam ad Ammianum vidit doctissimus Valesius, agens de Totila Procopius Lib. IV. Goth. cap. XXXI. cuius ea de re verba, quod inde hæc Iuliani & Themistii de Constantii eadem in arte peritia haud parum illustrentur, non sunt hic prætereunda: καὶ αὐτὸς ὑπερφυεῖ ὀχούμενος ἵππῳ, παιδιὰν ἐν μεταιχμίῳ ἔπαιζε ΤΗΝ ΕΝΟΠΛΙΟΝ ἐπιστάμενος. ΤΟΝ τε γὰρ ΙΠΠΟΝ ἐν κύκλῳ ΠΕΡΙΕΛΙΣΣΩΝ, ἐπὶ θάτερά τε αναστρέφων αὖθις, κυκλοτερεῖς πεποίηκε ΔΡΟΜΟΥΣ, *ipse EQVO insigni vectus, inter geminas acies militarem SALTATIONEM perite agebat. EQVVM enim in orbem CIRCVMAGENS, & altrinsecus reflectens, CVRSVS in orbem ciebat*; ac, vt circa finem ludicræ huius exercitationis addit, ὥσπερ ἐκ παιδὸς ἀκριβῶς ἐς ΤΗΝ ΟΡΧΗΣΤΡΑΝ διδαχθείς, *vt appareret ipsum diligenter a puertia didicisse SALTARE.* Immo quos equestres ἐξελιγμούς, seu *artem*, de qua hic Iulianus,

nus, *equestrem* edoctos a Philopœmene Achæos, tradit in eius vita (qua de re obiter iam ante) Plutarchus pag. 360. vnde iis, quæ ab Arriano & Aeliano, iisdem ferme verbis, ea de re dicta, lux itidem accedit: ὥστε καὶ τὰς κατ' εἴλαμον ἐπιστροφὰς, καὶ περισπασμοὺς, καὶ τὰς καθ' ἵππον ἐπιστροφὰς, καὶ κλίσεις ἀπεργάσασθαι καὶ συνεθίσαι, ὡς ἑνὶ σώματι κινουμένῳ καθ' ὁρμὴν ἑκούσιον, ἐοικέναι τὴν ὅλην τοῦ συστήματος ἐν ταῖς μεταβολαῖς εὐχέρειαν, *Itaque turmatim in latus conuertere, & circumflectere aciem, singulos item equos conuertere & declinare docuit & consuefecit; vt totius globi in illis mutationibus dexteritas, vnum corpus spontaneo impetu se mouens repræsentare videretur*; prout verti locus ille debuit. Quid autem in hac arte equestri, quæ ibi commemorantur ἐπιστροφαὶ, περισπασμοὶ, κλίσεις, μεταβολαὶ, significent, docebunt qui easdem nominatim enarrant, in Tacticis Arrianus pag. 54. & Aelianus cap. XXIII. & XXIV; quique ἀναστροφὰς, μεταβολὰς, κλίσεις &c. in descriptione prœlii ad Cannas, & equitum in eodem dimicationis meminit, Polybius Lib. III. pag. 264. Id vero in genere ἱππάζεσθαι μελετᾷν, *in equitando se exercere*, vocat Xenophon, dicto iam libro pag. 935. quam artem, ac omne armorum exercitium, ab Augusto, confectis ciuilibus bellis, neglectum, tradit in eius vita cap. LXXXIII. Suetonius, *Exercitationes campestres EQVORVM & armorum statim post bella ciuilia omisit.* Eandem vero, tanquam apud Romanos, sub Hadriano Imp. egregie illius perito, præclare constitutam, & a Celtis potissimum desumptam, describit Arrianus a pag. 74. ad finem vsque Tacticorum. Alii proinde, vt hoc addam, *equestres* hi Constantii a Themistio dicti ἑξελιγμοὶ, seu *euolutiones*; aliæ autem in palæstra ἐξειλήσεις, seu *ceruicis, manuum & laterum reflexiones*, ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως, de luctatoribus a Platone, vt obseruo, dictæ de Legib. Lib. VII. pag. 796. quas ad robur conferre plurimum ibidem docet. Eosdem autem equestres ἐξελιγμοὺς, illosque non in ludicro sed in vero certamine, tangit Silius Italicus Lib. IV.

Aut illi dextros lunatis FLEXIBVS, orbes,
Aut illi leuos sinuant in cornua gyros.
Texunt alterno glomerata volumina CVRSV,
Atque eadem refuga cedentes ARTE resoluunt;

prout postremum versum legendum monet ad Claudianum VI. Consf. Honorii v. 624. Latinarum Musarum hac ætate decus Nic. Heinsius. Immo iam ante Ouidius Lib. III. de Arte amandi v. 384. *in gyros ire coactus equus*; de Germanis autem, vt artis illius equestris ignaris, Tacitus de Germ. cap. VI. *nec variare gyros IN MOREM NOSTRVM docentur.* De equorum cæteroquin ad tibiam saltationibus, quas edocti quondam Sybaritarum, magno horum damno, equi, consuli potest Iulius Africanus, inter editos nuper e Bibliotheca Regia Parisiensi veteres Tacticos, Κεστῶν XIV. pag. 293.

Ibid. B. lin. 4. τῶν ἄλλων ὁπλιτῶν) Qua voce quidem *pedites* vulgo, iique ferme grauis armaturæ, a Græcis scriptoribus, vt notum, & mox etiam a Iuliano, dici solent: vnde Euripides eosdem *equitibus* opponit Phœnist. v. 1102.

ἱππότας μὲν ἱππόταις
ἔταξ', ΟΠΛΙΤΑΣ δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι,

equites quidem contra equites ordinauit, pedites vero contra clypeatos itidem pedites; & similiter Hercul. Fur. v. 190. ἀνὴρ ὁπλίτης, de *statario* seu *grauis armaturæ pedite.* Vnde, quod etiam tralatitium, ὁπλῖται de Romanorum *legionariis*, passim a Græcis scriptoribus dicti. Hic tamen, quod obiter monendum fuit, ὁπλῖται, vt sequentia continuo arguunt, tam *equites* quam *pedites* notant; ac prout in dictis modo Euripidis Phœnis vers. 1198. ἱππεῖς ὁπλῖται *equites grauiter armati* dicuntur; oppositi nempe iis, qui paullo ante γυμνῆτες ἱππεῖς *leuis armaturæ equites* vocantur, vers. 1154. Extat vero, vt hoc addam, apud Themistium locus Orat. V. pag. 69. qui doctissimum Petauium exercuit, vbi non ex vna hominum specie conflatus Iouiani Imperatoris exercitus dicitur, verum οἱ μὲν ὁπλιτεύουσιν, οἱ δὲ ἱππεύουσιν, οἱ δὲ ὁπλίζονται, οἱ δὲ σφενδονῶσι, quæ ille vertit, *alii grauioris armaturæ sunt, equites alii, alii funditores*, omissa omni verbi ὁπλίζονται mentione. In notis vero ad eum locum, subortam sibi pridem de loci huius deprauatione suspicionem dicit; & ex alia Latina Themistii Oratione, ab Andrea Dudithio edita, quæ Græce hactenus non prostat, eiusque verbis, quæ leguntur in postrema Themistii editione Orat. XII. pag. 159. in adducto eiusdem Auctoris loco, pro ὁπλιτεύουσι reponendum putat δορυφοροῦσι, & sequens ὁπλίζονται in ὁπλιτεύουσι mutandum putat; vt nempe dixerit ibi Themistius, *alii sunt prætoriani milites, equites alii, alii grauis armaturæ, alii funditores.* Cui tamen emendationi ne accedam, obstat continuo, tum quod vox illa δορυφοροῦσι abeat longius a voce ὁπλιτεύουσι, tum quod in proximis apud eundem Themistium verbis, Imperatoris stipatorum,

torum, seu prætorianorum militum, & quidem δορυφόρων, nominatim fiat mentio. Vnde retinenda eo loco apud Themistium vox ὁπλίζονται, quæ de *leuis armaturæ militibus* ibi dicitur: sicut prior ὁπλιτεύουσι, de iis, qui *sunt grauis armaturæ*. Ὅπλον enim & ὅπλισις de *telo* & *leui armatura* subinde a Græcis, immo a Latinis etiam eo æuo, *armatura* de leuis armaturæ militibus ἁπλῶς dicta. Vegetius Lib. II. cap. XV. *post hos erant ferentarii & leuis armaturæ, quos nunc auxiliatores & ARMATVRAS dicimus.* Hinc alibi ab eodem Themistio Orat. II. pag. 37. enarrantur itidem, vt hoc loco, ὁπλῖται, ἱππεῖς, τοξόται, σφενδονῆται, *grauis armaturæ milites, equites, sagittarii*, qui leuis itidem armaturæ milites, & *funditores*; ac rursus Orat. III. pag. 45. μήτε ὁπλίτης, μήτε ἱππεύς, μήτε τοξότης, *neque grauis armaturæ miles, neque eques, neque sagittarius.* Vnde etiam, ni longius abesset a scriptæ lectionis vestigiis, pro ὁπλίζονται, posset τοξεύουσιν, eo, quem hic expendimus, apud Themistium loco, legi; quod tamen non abit longius, quam vox δορυφορεῖσι, quam pro ὁπλιτεύουσι reponit ibi Petauius. Adde quod *sagittariorum* fiat etiam mentio in eodem Latinæ Themistii Orationis a Dudithio editæ loco; ad cuius normam priora illa eiusdem Oratoris verba refingenda idem putat. Alia quidem apud Homerum non solum, sed apud veteres etiam Tragicos, occurrit vocis ὁπλίζειν, pro *preparare* epulas, sacrificia, &c. sed quæ hic non quadrat, significatio; vt apud Euripidem in Ione v. 852. δαῖθ' ὁπλίζει, & v. 1124. θυσίας ὡπλίζετο, *conuiuium*, aut *sacrificium Diis apparabat*; & Electr. v. 627. βουσφαγεῖν ὡπλίζετο, *ad mactandos boues se præparabat.* Vnde Hesychii glossa, ὁπλίζεσθαι, ἑτοιμάζεσθαι. Ὁπλίσαι, παρασκευάζεσθαι. Sed hæc alterius loci.

Ibid. B. lin. 5. ὁ μὲν ὡς ἐκείνων πεζὸς ὢν ἀγαθὸς, τὴν ἱππικὴν τέχνην ἠγνόησε) Ita eum militibus comparatum hic dicit Iulianus, vt qui ex iis pedites sunt optimi, iidem equestris artis sint ferme imperiti; ac vicissim, qui equitandi arte valeant, ad pedestre certamen descendere vereantur. Quod ipsum nempe meminere quempiam posse, dicebat iam olim Cyrus apud Xenophontem παιδ. Lib. IV. pag. 1-0. ita tamen, vt continuo addat, *eos qui equestrem artem edocti sunt, pedestrem non ideo dedidiscere*, οὐδὲ γὰρ τῶν πεζικῶν ἀπομαθησόμεθα, ἐπεὶ ἂν μάθωμεν. Etsi vero eam in rem præclarus exstat apud Polybium locus, Histor. Lib. IV. pag. 278. vbi hominum naturam, animis adhuc magis quam corporibus dissidere tradit: ita, vt idem homo ad diuersas actiones partim aptus, partim vero ineptus reperiatur: esse quosdam in venationibus contra feras animosos, qui aduersus arma atque hostes sint ignaui: quidam, quoties viritim & inter priuatos res geritur, solertes & expediti, qui in communi bello & in acie stantes sunt inutiles. Inde ibi Thessalorum ac Aetolorum adducit exempla, quorum illi, quando turmatim aut iusta acie pugnandum, sustineri non possint; quum extra aciem ac viritim dimicandum, lenti ac inhabiles: hi autem, nempe Aetoli, contrario modo se habeant. Qua ratione etiam factum, vt e gentibus aliæ *equestribus* prœliis præstarent; vt quum inter Græcos Aetoli, iuxta eundem Polybium Lib. XVII. pag. 758, tum Thessali, sicut præter Platonem Lib. I. de Legib. pag. 625, aliosque, ab hoc Iuliano infra Orat. II. pag. 11-. dicitur; Persæ præterea; Medi, quorum regio nobilissimis olim, Nysæis puta, equis ferax; Sarmatæ, de quibus Tacitus Lib. I. Hist. cap. LXXIX, *nihil ad pedestrem pugnam tam ignauum*; Lib. III. Hist. cap. V. *vim EQVITVM, qua SOLA valent.* Quum aliæ gentes *peditatu* præualerent, vt Macedones, vnde Macedonica phalange, cuius præcipua & validissima pars peditatus, & Thessalorum equitibus, Alexandro ad ea, quæ moliebatur, opus esse dicebat Diogenes apud Dionem Chrysost. Orat. IV. pag. 60. ac prout de Cattis Tacitus de Morib. Germ. cap. XXX. *omne robur in pedite*; immo de Germanis in genere cap. VI. *plus penes pedites roboris.* Vt de Romanis iam nihil dicam, quorum itidem potissimum robur in legionibus, ceu ὁπλίταις, e quibus eædem maxime constabant, erat positum: etsi a Perseo, post victos equestri prœlio Romanos, eoque inde iactabundo, dicatur apud Liuium Lib. XLII. cap. LXI. *meliorem partem hostium, Equitatum Romanum, quo inuictos se esse gloriabantur, fudistis.* Quamquam adhibitos etiam norim in veterum militia eos, qui ex equo pariter & pedites, prout eius rei diuersa dabatur occasio, pugnarent; quique hodie *dragons* vulgo solent nuncupari: immo prout id Gallorum equitibus olim familiare, vt vtroque pugnæ equestris & pedestris genere dimicarent, docebit Cæsar Lib. IV Bell Gal. cap. XII. vbi de iis tradit: *impetu facto, celeriter nostros perturbauerunt, rursus, resistentibus nostris, CONSVETVDINE SVA, AD PEDES DESILIERVNT. suffossisque equis, compluribus nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt.* Quibus addi insuper debent *expediti* eorundem Gallorum aut Germanorum, vt eos alibi vocat Cæsar, nempe Bell.

Gall

Gall. Lib. I. & Lib. VII, c. XVIII. *pedites*, qui inter equites, vt ille ait, prœliari consueuerant: & quales etiam *expeditos adolescentes*, (prout alioquin *velites expediti* dicuntur apud Ammianum Marcell. Lib. XVII. cap. XIII.) quod equitatu Pompeio esset inferior, se in exercitu suo habuisse idem refert Lib. III. Bell. Civil. cap. LXXXIV. quos *INTER EQVITES prœliari iuberet, qui quotidiana consuetudine VSVM quoque eius generis PROELIORVM perciperent.* Tales etiam Numidæ leuis armaturæ milites, de quibus ait Scriptor Belli Africani cap. LXIX: *qui INTER EQVITES pugnabant, & vna pariterque cum EQVITIBVS accurrere & refugere consueuerant.* Qui proinde singuli in vtroque illo equestris & pedestris pugnæ genere erant exercitati; neque ad *pedestre* vel *equestre* certamen, quod de militibus in genere hic ait Iulianus, descendere veriti.

Ibid. B. lin 9. Μόνῳ δὲ ὑπάρχει σοι, τῶν μὲν ἱππέων &c.) Magna hæc & singularis Constantii laus, qua inter equites, vbi ille eorum cultum adsumpsit, præstantissimus; vbi autem peditis induit habitum, reliquis, vt continuo additur, robore, celeritate, ac agilitate, antecellere mox dicitur. Quam equidem, eamque omnino non vulgarem, artis quum equestris tum pedestris in bello peritiam, in eodem Constantio, vt iam vidimus, prædicat, non in eius adhuc superstitis, & a quo nouissime Cæsar erat nuncupatus, vt hic a Iuliano factum, Laudatione; sed vbi eo mortuo virtutes eiusdem & vitia libere enarrat, idemque Gentilis, verbis iam ante adductis, Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *EQVITANDI & iaculandi, maximeque perite dirigendi sagittas, artiumque armaturæ PEDESTRIS perquam scientissimus*: vt proinde iis vocibus *armaturæ pedestris*, non *pyrricha* solum (de qua ante) seu armata saltatio, sed in genere præcipua castrensis, quæ ad peditem quidem spectaret, & de qua iam paullo ante actum, disciplinæ & exercitationis peritia denotetur. Quomodo alioquin in genere idem hic Iulianus, *armatæ rei scientissimus* ab eodem Ammiano dicitur Lib. XXV. cap. IV. Ita vtramque illam, equestrem nempe iuxta ac pedestrem exercitationem ac artem, Imperatori necessariam docet Synesius Orat. de Regno pag. 12. ἔνθα καὶ ἱππεῖ συνιππεύσει, καὶ πεζῷ συνθεύσεται, καὶ συνοπλιτεύσει τῷ ὁπλίτῃ, καὶ τῷ πελταστῇ συμπελτασθήσεται, καὶ συνακοντιεῖ τῷ γυμνίτῃ, *Ibi & cum equite in equo se exercebit; cum pedite decurret: & cum armato armatus incedet; & cum cetrato cetram mouebit; & cum leuis armaturæ militibus iaculum torquebit.*

Ibid. B. lin. 11. ἰκρίοις σταλέντι) Nempe ea significatione vocis στέλλω pro κοσμῶ, quam ei primam inter alias adscribunt veteres Grammatici; vt ad Euripidis Hecubam v. 117. στέλλω, τὸ κοσμῶ, τὸ πέμπω, τὸ πλέω, καὶ τὸ κρύπτω, hoc est, στέλλω significat *orno, mitto, nauigo, occulto.* Ita etiam Sophoclis enarratores ad Aiac. v. 1067 στέλλω, τὸ κοσμῶ· στέλλομαι δὲ ἐπὶ τῆς ἐν θαλάσσῃ πορείας. Quamquam & actiuum στέλλω postremo hoc sensu, seu pro *nauigare* vel *maritimum iter suscipere*, alibi occurrat; & ita adhibitum sit ab Euripide Troad. v. 168. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον, *apparant Argiui reditum*, mari nempe.

Ibid. C. lin. 1. κρατῶν ἁπάντων ῥώμῃ, καὶ τάχει, καὶ τῇ τῶν ποδῶν κουφότητι) Quæ tria nempe ὁπλίτῃ seu grauis armaturæ pediti incumberent, & quibus supra omnes excelluerit Constantius: adeo, vt in hisce eo adhuc æuo, non minus ac Heroicis temporibus, Imperatoriæ laudis decus ab Oratore eadem stirpe orto, eodemque iam Cæsare, prædicari meruerit. Quod ab eo itidem & vberius factum proxima Oratione p. 53. & seq. Eadem autem campestribus exercitationibus, cursus maxime & saltus, comparari tradit, de tyrone ab ipsa pubertate exercendo agens, Vegetius Lib I. cap. IV. *Militaris alacritatis SALTVS & CVRSVS ante tentandus est, quam corpus ætate pinguescat. VELOCITAS enim est, quæ perpetuo exercitio STRENVVM efficit BELLATOREM*, qua de re iterum cap. IX. & alibi. De corporis quidem, quod primo hic loco ponitur, *robore*, an illud id genus σωμασκίαις, vt de iis Plato Lib. I. de Legib. p. 646. compararetur, actum iam supra. *Celeritatem* autem & *pedum agilitatem* inde hic distinguit Iulianus, quod illa *cursus* maxime, hæc vero *saltus* exercitio procurabatur: vnde illud de Pompeio a Salustio dictum refert idem Vegetius Lib. I. cap. IX. *Cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat*; vbi *alacribus*, sicuti in adducto paullo ante eiusdem Auctoris loco *alacritas*, pro *agilibus* ac *agilitas* dicitur. Nempe quomodo *alacer* pro *prompto* & *expedito* subinde apud antiquiores Scriptores sumitur; vt præter notum Cæsaris locum Lib. III. Bell. Gall. cap. XIX. *Gallorum ad bella suscipienda ALACER & promptus animus*; apud Virgilium Lib. IX. Aeneid. v. 230.

tum Nisus, & vna
Euryalus, confestim ALACRES admittier orant,

&

Lib. X. Aeneid. v. 729.

Sic ruit in densos ALACER Mezentius hostes.

ac infra adhuc Vegetii æuum Sidonius, vt ad Maronem notarunt viri docti, Lib. I. epist. IV. *vegetis & ALACRIBVS exemplum, desidibus & pigris incitamentum.* Neque vero aliter *agilitatem membrorum*, præter multiplicem armaturæ scientiam, inter *quotidiana* Vrsicini filiorum *proludia* recenset eo, quem supra iam adduxi, loco Ammianus Marcellin. Lib. XIV. cap. XI. Hæc autem tria, quibus omnes alios supergressus dicitur hoc loco Constantius, tangit quoque, vbi ad eas campestres Romanorum exercitationes respicit, Cicero de Senect. cap. VI. sed ita, vt Academicorum more eadem ibi extenuet, quo nempe alia, quæ in senibus præualent, extollat: *Non VIRIBVS, aut VELOCITATIBVS, aut CELERITATE corporum res magnæ geruntur; sed consilio, auctoritate, sententia: quibus non modo non orbari, sed etiam augeri senectus solet.* Quo in loco *velocitates* a *celeritate* itidem distinguit; ita vt priori illa voce dictam hic a Iuliano κουφότητα seu *agilitatem* denotet; etsi idem Orat. II. p. 53. eam, vbi eadem Constantii decora prædicat, *cursui* nominatim tribuat, nempe τὴν ἐν δρόμοις κουφότητα. Adde rursus Vegetium Lib. II. cap. XXIII. *nam & VELOCITAS vsu ipso acquiritur corporis;* & quomodo Germani pedites dicuntur a Cæsare Bell. Gall. Lib. I. cap. XLVIII. *velocissimi ac fortissimi*, ac a Tacito de Germ. cap. VI. *apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum.*

Ibid. C. lin. 5. ἐπίσκοπα τοξεύειν ἤσκησας) Haud obuia, maxime in soluto sermone, loquendi formula, ἐπίσκοπα τοξεύειν, pro *sagittas ad scopum dirigere.* Dixit quidem Aeschylus Eumen. v. 906.

Ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,

Qualia ad victoriam non infelicem spectare.

Ait vero idem opportunius ad hunc locum Agam. v. 637.

Ἔκυρσας, ὥστε τοξότης ἄκρος, σκοποῦ,

Scopum, veluti peritus sagittarius, adtigisti.

Inter campestres autem Romanorum prolusiones, hanc ad scopum sagittas dirigendi artem, locum itidem habuisse, in eaque exercitos a magistris ad eam rem constitutis tyrones; (sicut Persarum ephebos, iuxta Xenophontem Lib. I. Cyropæd. p. 5.) tradit Vegetius Lib. I. cap. XV. *ac doctores ad hanc rem artifices eligendi, & maior adhibenda solertia, vt arcum scienter teneant.* Qualis proinde exstitit, qui in veteri Marmore apud Cl. Sponium Miscell. p. 255. depingitur cum arcu & sagitta, ac inscr. T FLAVIO EXPEDITO DOCTORI SAGITTAR. seu *Sagittario.* Vnde etiam ab Horatio Lib. I. od. XXIX. dicitur *doctus sagittas tendere.* Neque vero manipulares solum milites, sed principes etiam Iuuentutis, seu Imperatorum liberos, eandem quoque artem, prout de Constantio hic dicitur, sub illis Doctoribus sagittariis didicisse, docebit in eiusdem Imperatoris & fratris Constantis Laudatione, seu Βασιλικῷ Libanius p. 109. ἵππον τε ἀναβαίνειν, καὶ τόξον ἐντεῖναι, καὶ βέλει σκοποῦ τυχεῖν, *equum conscendere, & arcum intendere, & sagitta scopum adtingere.* Quam etiam summi in hac arte *sagittandi*, vt cum Iustino loquar, artificis laudem eidem Constantio tribuunt coæui Iuliano aut proximi eius æuo Auctores, Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *Equitandi & iaculandi, maximeque PERITE DIRIGENDI SAGITTAS &c. perquam scientissimus.* Victor Schotti de eodem Constantio: *mirus artifex in sagittas;* alter vero in Epitome: *destinandi sagittas mire promptus.* Huius peritiæ maior in bellis vsus erat, quod in vtraque Romanorum militia, equestri ac pedestri, locum haberent Sagittarii. Vnde ἱπποτοξόται apud Parthos fuisse & Armenios, ad quorum morem, iussu Imp. Hadriani, Romani sint etiam, præter vsurpatas ab antiquo equestres meditationes, exercitati, tradit Arrianus in Tacticis p. 96. Βασιλεὺς δὲ προσεξεῦρεν καὶ τὰ βαρβαρικὰ ΕΚΜΕΛΕΤΑΝ αὐτοὺς, ὅσα τε ἢ Παρθυαίων ἢ Ἀρμενίων ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΙ ΕΠΑΣΚΟΥΣΙ, *Imperator vero adinuenit, vt etiam Barbarorum in morem se exercerent, prout vel Parthorum, vel Armeniarum EQVITES SAGITTARII exercent.* Qui ἱπποτοξόται in Romanorum exercitu, *Scytharum* nomine fuerunt etiam, iuxta Aelianum Tactic. cap. II. a nonnullis dicti; & cuiusmodi ἱπποτοξότας inter Atheniensium milites recenset Thucydides Lib. I. p. 109. Accedebat, quod Constantii & Iuliani æuo, potior & formidabilior euasisset Sagittariorum Equitum, præ antiquioribus Græcorum aut Romanorum temporibus, conditio; idque e mutato cultus seu armorum, quibus iidem præ veteribus instructi erant, genere: vt idque e Procopio liquet, Lib. I. Persic. cap. I. ac vide ab Ammiano dictum de Romanorum contra Alamannos sub Iuliano exercitu, Lib. XVI. cap. XII. *Pedestres copiæ lentis incessibus educuntur, earumque lateri equestres con-*

iuncta

iunctæ sunt turmæ, inter quas cataphractarii erant & SAGITTARII, formidabile genus armorum. Quam autem inter veteres ac inter eorum temporum Sagittarios diuersitatem, erudite iam e Procopio ad eum Ammiani locum notauit doctissimus Valesius: immo quam iam, vt hoc addam, ante oculos posuit, qui Iuliani æuo vixit, Vegetius Lib. II. cap. XV. *Erant item SAGITTARII, cum cassidibus, cataphractis, & gladiis, sagittis & arcubus.*

Ibid. C. lin. 9. ἡ τῶν λόγων μελέτη, καὶ τὰ πρέποντα τοῖς τηλικούτοις μαθήματα) Nempe, quorum illud iam ante a Iuliano dictum p. 10. sicut corpus gymnastica, ita animum τῇ τῶν λόγων μελέτῃ *litterarum studiis* excoli & ornari. Hisce vero addit quæ illi ætati conueniunt μαθήματα, alias nempe *doctrinas* seu *disciplinas* prout hæc vtraque itidem coniungit de se loquens Aristides p. 713. Tom. III. σχολάζων μαθήμασι καὶ λόγοις, ὅσα μὴ χρεία σώματος διεκώλυσε, *doctrinarum & litterarum*, seu eloquentiæ, *studiis incumbens, nisi quantum corporis necessitas impediret.* Idem vero, ἐμοὶ οἱ ΛΟΓΟΙ πάσας προσηγορίας καὶ πάσας δυνάμεις ἔχουσι, *mihi vero LITTERAE omnes appellationes & facultates continent.* Μαθήματα quidem a Platone Lib. VII. de Legib. p. 817. vocantur Mathematicæ & quæ inde nomen nactæ disciplinæ, Arithmetica, Geometria, Astronomia, quas discere iuuenes teneantur; ab Isocrate vero Panathen. p. 238. de poesi, aut Poetarum lectione, cui adolescentes debeant incumbere. De quibus etiam *doctrinis* vel *disciplinis*, præter Oratoriam, Philosophiam, de qua mox, Ciuilem ac Legum scientiam, quibus eruditus fuerit ab adolescentia, & quidem a præstantissimis magistris, Constantius, hæc a Iuliano dicuntur λόγων nempe μελέτη, & *consentanea illi ætati μαθήματα.* Quomodo de eadem Constantii & fratrum, prouida parentis opera, institutione, tradit Eusebius Lib. IV. de vita Constant. cap. LI. καὶ τῶν ἔξωθεν δὲ ΛΟΓΩΝ καθηγητὰς ἐπέστησε, ἥκοντας εἰς ἄκρον παιδεύσεως· ἄλλοι δὲ πολεμικῶν αὐτοὺς ἐξῆγον ΜΑΘΗΜΑΤΩΝ· ἕτεροι τῶν πολιτικῶν ἐπιγνώμονας αὐτοὺς καθίστων· οἱ δὲ, νομικῶν ἐμπείρους εἰργάζοντο. *Sæcularium quoque DOCTRINARVM doctores iisdem præfecit. Alii bellicæ artis DISCIPLINIS; alii ciuilium rerum præceptis eos informabant: alii denique iurisprudentia.* Quibus adscribi vel addi ante omnia a Iuliano debuerant ea, quæ ad imbuendum a teneris Christianæ religionis & veræ pietatis cultu Constantii animum spectabant; quibus nempe μαθήμασι eum, iuxta fratres, sollicita Parentis cura instructum tradiderat ibidem Eusebius: τὰ θεοσεβείας αὐτοῖς ἐνίει σπέρματα· θεοῖς μὲν προσάγων ΜΑΘΗΜΑΣΙ· διδασκάλους δ' ἐφιστὰς, εὐσέβεια δεδοκιμασμένους ἄνδρας, *Dei cultus semina eorum mentibus inspersit: partim diuinis doctrinis eos instruens, partim magistros eis adponens, viros pietate conspicuos.* Neque vero nouum, quod superioribus apud Eusebium verbis, *bellica* μαθήματα dicantur; quæ ita, non vt hic apud Iulianum, & vulgo, ad animum, sed ad corporis μελέτην spectabant. Id enim a Platone etiam factum; vt qui μαθήματα, quod supra vidimus, de Mathematicis disciplinis dixerat, idem paullo ante seu pag. 813. eiusdem Libri VII. de Legib. ὅσα τῆς ἱππικῆς μαθήματα, *quæcunque ad equestrem pertinent disciplinam* vocet, quæque itidem a constitutis eam in rem publicis magistris addiscant pueri. Quid autem de Constantii in hisce *litterarum ac doctrinarum* sæcularium *exercitationibus*, ad quas solum hic respicit veræ iam religionis, quamquam clandestinus adhuc, desertor Iulianus, facultate statuendum sit, non idem iudicium ferunt eorum temporum Auctores. Id enim de Constantio tradit, sed qui ei paullo iniquior, Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *DOCTRINARVM diligens adfectator: sed quum a Rhetorica per ingenium desereretur obtunsum, ad versificandum transgressus, nihil operæ pretium fecit.* Neque aliter ferme Victor in Epitome: *facundiæ cupidus, quam quum adsequi tarditate ingenii non posset, aliis inuidebat.* A quibus rursus abit Victor Schotti, qui de eodem Constantio ait: *litterarum ad elegantiam prudens, atque orandi genere leni iucundoque*; & quem paullo ante *facundiæ vi*, seu, vt supra Iulianus, *suada*, deiecisse ab Imperio Vetranionem tradit; *quæ gloria*, vt addit idem Victor, *post natum Imperium, soli processit eloquio clementiaque:* de quo cæteroquin euentu haud semel in hac & sequenti Oratione agitur. Hinc quale fuerit eloquentiæ in hoc Principe genus, tangit in Basilico, qua de re alibi, Libanius; immo a quo Constantio neminem Senatoribus adscriptum tradit Zonaras Annal. Tom. II. p. 22. ed. Reg. *nisi eruditum, quique in dicendi facultate, ac in scribendo in ligata ac soluta oratione, foret exercitus*, ἤσκητο πρός τε λέγειν καὶ ᾔδει γράφειν ἐμμέτρως τε καὶ πεζῶς. Vnde ipse Constantius λόγοις, seu *litteris*, ante omnia habendam, quæ iis competit, reuerentiam dicit in Orat. ad Senat. quæ apud Themistium legitur p. 23. immo quam Orationem κάλλει τῶν ὀνομάτων καὶ ἐνθυμημάτων, *verborum ac sententiarum pulchritudine*, magis quam Impera-

toria corona aut purpura, refulgere tradit (ſed quæ in ipſius laudem ac ornamentum erat ſcripta) Themiſtius Orat. II. p. 28. A quo autem alibi idem Conſtantius Orat. IV. p. 54. φιλολόγος ὐχ ἧττον ἢ φιλοπόλεμος, *litterarum non minus quam belli ſtudioſus*, dicitur; immo ab ipſo etiam Athanaſio Apol. p. 685. φιλολόγος γὰρ εἶ, *es enim litterarum cultor*, & ſequenti pag. φιλομαθέστατε βασιλεῦ, *litterarum ſtudioſiſſime Imperator*. Vnde inſuper dicta modo apud Themiſtium Oratione p. 61. commendatur idem Conſtantius, tanquam qui πᾶσι δὲ λόγοις διῃλημμένοις, *tam multiplici pereunti eruditioni*, conuocatis vndique Conſtantinopolim præſtantiſſimis ea ætate in omni eruditionis & doctrinarum genere magiſtris, integriſque, quod paullo ante dixerat, præter Zenonis & Cleanthis ſectatores, ex Academia & Lyceo choris, prouide largeque ſuccurrerit. Vt mirari proinde ſubeat, nihil de ſingulari eiuſdem Conſtantii in alia quoque μαθήματα, ac philoſophica quidem, ſtudio a dictis modo auctoribus tradi: quam ille tamen Philoſophiam, vt ſcientiarum optimam ac principem, in omnibus debere reſplendere, dicta paullo ante, qua Themiſtium Philoſophum Senatorum numero voluit adſcribi, Oratione conteſtatur p. 23. quique etiam ipſo *Philoſophi* nomine, & velut in quo vigeret Philoſophiæ pſtudium, haud ſemel ab eodem Themiſtio commendatur Orat. II. p. 29. & 40. ac Orat. III. p. 46. Quod vero hic ait Iulianus, πρέποντα τοῖς ἡλικιώταις μαθήματα, *conſentanea huic ætati*, iuuenili nempe, *doctrina*, id Platonis itidem exemplo dictum Lib. VII. de Legib. p. 821. τὸ μάθημα, ὃ θαυμαστὸν μὲν λέγεις, πρέπον δ' ἂν μαθεῖν τοῖς νέοις, *doctrina, quam admirabilem eſſe dicis, & iuuenibus conſentaneam*. Idem vero paucis ante verbis, ſeu Atheinenſis apud eum hoſpes, dixerat, ſe ea, de quibus agit cum Cretenſi Clinia & Lacone Megillo, cum quibus inſtituta eſt tota illa de Legibus diſputatio, ſi penitus eſſent difficilia, ὐκ ἂν ποτε οἷός τ' ἂν δηλοῦν τηλικούτοις οὖσι τηλικοῦτος, *nunquam vtique vobis ea ætate ego grandæuus poſſem declarare*. Promiſcue enim apud Atticos ſcriptores τηλικοῖ & τηλικοῦτοι dicti, qui vel iuuenili adhuc, aut vero qui prouecta forent ætate; pront vtroque ſenſu dicitur a Creonte apud Sophoclem Antig. v. 737.

οἱ ΤΗΛΙΚΟΙ δὲ καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς ΤΗΛΙΚΟΥ δὲ τὴν φύσιν,

An vero nos tali etiam ætate diſcimus quidem ſapere ab eo, qui natura eſt iuuenis? Hæmon nempe, Creontis filius. Sic apud Xenophontem Memorab. Lib. I. p. 718. Pericles iam grandæuus de ſe ad Alcibiadem, nondum viginti annos natum, ait: καὶ ἡμεῖς τηλικοῦτοι ὄντες, *quum nos iſta*, qua nempe Alcibiades, *ætate eſſemus*; ac ſimiliter τηλικούτους de *adoleſcentibus* dixit eo Panathenaici loco, cuius paullo ante facta mentio, Iſocrates; vbi nempe iis Poeſin & Poetarum lectionem, & quæ μαθήματα ibidem vocat, incumbere obſeruat. Neque aliter Libanius τηλικοῦτον ὄντα de Ariſtophane ait, qui adhuc iuuenis ad στρατηγοῦ munus, de quo ſupra, fuerat apud Corinthios euectus Orat. pro eodem Ariſtophane p. 212. Tom. II.

Ibid. D. lin. 6. παίδων δεῖν πτερὰ τοῖς παισὶ χαρίζουσι. Platonis, e quo hæc & proxima verba deſumpta ſunt, locum indicauit iam Petauius; ſed [illegible] ad maiorem huiusce apud Iulianum, vt[illegible]ue eidem medicina ſimul adferatur, lucem non eſt prætereundus. Exſtat ille Lib. V. de Republ. p. 467. ΠΤΕΡΟΥΝ χρὴ ΠΑΙΔΙΑ εὐθὺς, ἵν' ἄν τι δέῃ ΠΕΤΟΜΕΝΟΙ ἀποφεύγωσι. πῶς λέγεις; ἔφη. ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβιβαστέοι ὡς νεωτάτους, καὶ διδαξαμένους ἱππεύειν ἐφ' ἵππων, ἀκτέον [illegible] τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων· οὕτω γὰρ κάλλιστά τε θεάσονται τὸ αὑτῶν ἔργον, καὶ ἀσφαλέστατα, ἄν τι δέῃ, σωθήσονται, μετὰ πρεσβυτέρων ἡγεμόνων ἑπόμενοι. *Statim a teneris annis ALÆ quædam PVERIS ſunt aptandæ, vt, ſi quando opus fuerit, VOLANTES protinus aufugiant. Quomodo iſtud? ais. Imponendi ſunt equis, ad bellique ſpectaculum ducentur, non ferocibus quidem aut nimium bellicoſis, ſed quam velociſſimis, & qui habenis facile obſequantur. Atque ita commodiſſime opus ſuum proſpicient, ſecuriſſimeque euadent, ſi id nec ſſitas flagitet, ſeniores duces ſequuti.* Vnde etiam in proximis apud Iulianum verbis, pro [illegible] ὄντα ἄγειν εἰς τὰς μάχας, e Platone legendum mallem, [illegible] τοὺς ἵππους ἀναβιβάζοντα, quæ conſueta eſt illius verbi potius, quam alterius ἀνάγειν, ſignificatio. Ad illud vero qu[illegible]e equitante puero, *tanquam cui alæ ſint aptatæ*, hic ait e Platone Iulianus, ſpectat, quod ad Cyrum, vt iidem equitare adſueſcerent Perſas hortantem, dicebat apud Xenophontem Lib. IV. Inſtit. Cyri p. 101. e Perſarum ducibus Chryſantas: [illegible] μαθεῖν, ὡς νομίζω, ἐὰν ΙΠΠΕΥΣ γένωμαι, [illegible] ΠΤΗΝΟΣ ἔσεσθαι, *Equidem vsque adeo equitandi artem diſcere cupio, vt exiſtimem me hominem VOLATILEM fore, ſi EQVES factus fuero.* Ita ἐν πτεροῖσιν ἀκάμαντας ἵππους, *in alis indefeſſos equos*, ſeu *alatos*, dixit Pin-

Pindarus Olymp. Od. I. ab aliis πτερὸν ἵππους, & simul ter *volucres* & *volantes equi*, aut *currus*, quod tralatitium, a Marone haud semel appellati, vt *equus per aperta volans*, Georg. Lib. III. v. 194. & *auolat*, de equitante Ligure, Aeneid. Lib. XI. v. 712. *currus* autem *volantes* Lib. III. Georg. v. 181. ac in priscis Marmoribus indita Circensibus equis, PEGASI, ADVOLAE, PASSERIS, AQVILAE &c. nomina, sicut in Itinerario Cl. Sponii Tom. III. & alibi; ac pridem ἱεράκων ἰρήκων *accipitribus velociores* equi, Iliad. N. v. 819. Immo vnde *Alæ* a Romanis, ac inde in linguis adhuc vernaculis, de equitibus in vtroque aciei cornu constitutis dictæ; ipsique Equites, quod e Liulo, Tacito, & aliunde notum, maxime qui e sociis constabant, *alarii* & *alares* appellati: quamquam iuxta Vegetium Lib. II. cap. II. & incertum Auctorem de Re militari, Vegetio appendicis loco addi solitum, non tam a velocitate, quam quod illi ab vtraque parte protegerent exercitum, id *alarum* nomen sit iis inditum.

Pag. 11. A. lin. 2. τοῖς Κελτοῖς ἐπιστατεῖ σε φύλακα καὶ βασιλέα) Nempe ante diuisionem in tres Constantini liberos adhuc Cæsares, a patre Constantino, paullo ante obitum institutam; iuxta quam, vt de ea Anonymus Valesianus, *GALLIAS Constantinus minor regebat; Orientem Constantius* &c. *TEBATVR*. Vnde de hac Constantio, eique adhuc adolescenti, iam ante commissa a parente Galliarum custodia ac tutela, vix vllum occurrit in Annalibus ac Historicis illorum temporum vestigium: qua de re tamen haud sinit dubitare hoc luculentum Iuliani testimonium; quodque adhuc infra perhibet, vbi de eode n Constantio, parente adhuc superstite, αὐτίκα μετ᾽ ὀλίγας ... τὴν ἐκ Γαλατῶν εἰς Πάρθους ... *facilius illum a Gallis ad Parthos transitum fecisti* ... A Crispo quidem Francos & Germanos patris exemplo domitos, idque anno Christi CCCXX, nempe ante celebrata ... anno eiusdem & Constantini fratris, ... imperii Quinquennalia, liquet e Nazario, quem patri Constantino dixit, Panegyrico cap. XVII. quo tempore quatuor circiter annorum erat Constantius. Vnde illud, quod de eodem Constantio hic traditur, contigisse demum statuendum est, quum sublatis aliquot ante annis Licinio & Crispo, cuius interitus mox illius cædem est sub sequutus, in Pannonia, Mysia, aut Constantinopoli (vt vel e legibus Codicis Theodosiani earumque Chronologia a doctissimo Iac. Gothofredo vulgata, aut e Chronico Alexandrino, & aliunde insuper pa-tet) ageret parens Constantinus. Quo tempore proinde, seu anno Christi CCCXXXII, debellati fuerunt, vti iam ante vidimus pag. 93. & 94. a Constantino iuniore Getæ seu Gothi: Galliarum autem, in quibus aduersus crebras Francorum & Alamannorum irruptiones tutandis haud leue momentum vertebatur, *custodiam* & præsidium alteri filio Constantio Cæsari commisit parens Constantinus. Vnde addita etiam hic a Iuliano βασιλέως, quæ eidem Constantio tribuitur, appellatio; qua secundi haud nimus ac primi fastigii Principes designari antea pag. 43. vidimus. Vt proinde eandem vocem βασιλέα non per *Imperatorem*, sed per *Cæsarem* vertere hic debuerit doctissimus Petauius: superstite nempe adhuc, a quo ei illud munus Galliæ propugnandæ mandabatur, patre Constantino. Ad quam etiam huius Constantii susceptam iis temporibus Galliarum *tutelam* referri debent nummi, hinc cum eius adhuc Cæsaris effigie, illinc cum Inscr. SECVRITAS REIPVBLICAE. Vt eos mittam, in quibus vel Castra prætoria, vel Tropæum, signantur, cum elogio VIRTVS CAESS. huius nempe Constantii, fratrisque Constantini.

Ibid. A. lin. 5. σύνεσιν, καὶ ῥώμην) Qua etiam vtraque *prudentia* & *roboris* laude eundem Constantium commendat Greg. Nazianzenus Orat. I. in Iulian p. 63. ὁ μᾶλλον μὲν τῆς χειρὸς ἡ σύνεσις, μᾶλλον δὲ τῆς συνέσεως ἡ χεὶρ ἐθαυμάζετο, *cuius denique & prudentia maiori erat admirationi, quam manuum robur; & rursus robur magis, quam prudentia*: vtrique autem, quod addit, laude præclarior adhuc ac illustrior pietas. Eadem autem σύνεσιν seu *prudentia*, quod omnes sui æui, aut ante se, Imperatores antecelluerit Constantius, dixerat paullo ante iis, quæ iam supra adduximus, verbis Nazianzenus. Vtramque vero *prudentia* & *fortitudinis* laudem in eodem quoque extollit Libanius, ac ita, vt priori eum præstitisse innuat, in Basilico p. 139. Quum autem dixisset, Constantium non tam in militibus suis, quam ἐν τῇ φύσει τὴν ἰσχὺν in *natura*, seu in seipso, *vires* constitutas habuisse; addit, ἀλλ᾽ οὕτως ὢν ἐν ὅπλοις λαμπρὸς, πλεῖον αὐτὸν ... ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς ὅπλοις, *verum quum adeo illustris esset in armis, longe præstantior aliis in rebus, quam in bellicis fuit*. Sed qua de re mox, vbi de prudentia eiusdem, & in ciuili scientia institutione, loquitur Iulianus.

Ibid. B. lin. 1. Μάχεσθαι δὲ ἀναπειθεῖν, καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους) Insignis omnino

eam in rem exstat in Mamertini, quod Maximiano Herculio dixit, Genethliaco locus; vbi nempe inde singularem imperii illius ac Diocletiani felicitatem prædicat, quod, vti hic Constantini arte dicitur contigisse, mutuis se cædibus lacerarent vndique & conficerent Barbari; ita nimirum cap. XVI: *tantam esse imperii vestri felicitatem, vt vndique se barbaræ nationes VICISSIM LACERENT ET EXCIDANT, alternis dimicationibus & insidiis clades suas duplicent & instaurent; Sarmaticas vestras, & Rhæticas, Transrhenanas expeditiones furore percita IN SEMET imitentur. Sancte Iupiter, & Hercules bone! tandem BELLA CIVILIA ad gentes illas vesania dignas transtulistis.* Dein: *Ruunt omnes in sanguinem SVVM populi, quibus nunquam contigit esse Romanis*; & cap. XVII. *FVRIT IN VISCERA SVA gens effrena Maurorum. Gothi Burgundiones penitus exscindunt. Rursum pro victis armantur Alamanni*; & quæ plura ibidem de mutua Persarum inter se, Burgundionum etiam & Alamannorum clade diuinitus procurata leguntur. Vnde sequenti insuper capite XVIII. ita eam illorum temporum præ superioribus felicitatem extollit: *Et quid vnquam Romani principes de felicitate sua prædicari lætius audierunt, quam quum diceretur, hostes quiescere, otiosos esse, pacem colere? At enim quanto hoc est lætabilius ac melius. quod de prosperitate seculi vestri certatim omnium ore circumfertur: Barbari ad arma concurrunt, sed INVICEM DIMICATVRI; vicere Barbari, sed CONSANGVINEOS suos.* Qua in re eo adhuc maior hic Constantini laus a Iuliano tangitur, quod ad mutuas illas cædes ac intestina bella, non tam sponte, quam ipsius Constantini artibus, ruissent Barbari. Nempe iuxta illud, quod de M. Aurelio prædicat in eius laudatione Aristides p. 117. eum contra æquales, quos pulcrum est fortitudine vincere, armis vtendum censuisse; contra Barbaros autem, consilio: quod, vt continuo addit, ἐπεὶ ἔξεστι βουλευσαμένους περιγενέσθαι, τί δεῖ ἐνταῦθα κινδύνων; *nam quum consultatione possumus superiores euadere, quid opus est pericula suscipere?* Qua cæteroquin calliditate iam olim Philippus Alexandri parens, & Thebanorum quondam obses, Græcis insidiose per intestina diffidia commissis, ac inde fracta eorum potentia, Græciam facile, vt e Diodoro, Iustino, & aliunde notum, oppressit. Vnde etiam in Demosthenis, quum alibi haud semel, tum in Philippica IV. p. 58. eo nomine querela & expostulatio; quod, ea inter se Græcorum diffidentia mutuisque dissensionibus, res eorum in exitium ruerent: ἀφεστήκασι δὲ ἔνιοι, καὶ φθονοῦσι, καὶ ΑΠΙΣΤΟΥΣΙΝ ΕΑΥΤΟΙΣ, οὐχ ὡς ἔδει. καὶ γεγόνασι ΚΑΘ' ΑΥΤΟΥΣ ἕκαστοι, Ἀργεῖοι, Θηβαῖοι, Κορίνθιοι, Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδες, ἡμεῖς. *Desciscunt autem quidam, ac inuident, & DIFFIDVNT INTER SE, secus quam oportebat: diuulsique sunt INVICEM singuli, Argiui, Thebani, Corinthii, Lacedæmonii, Arcades, nos*, nempe Athenienses. De simili vero arte vel calliditate aliorum quoque Principum aut Tyrannorum, qua facilem de hostibus victoriam retulerint, aut vero eorum libertatem oppresserint, non est iam hic vlterius disquirendi locus.

Ibid. B. lin. 5. τὸ σοφῷ Πλάτωνι· τῷ μὲν γὰρ, εἰ πῶς &c.) Ad Platonis locum, de quo paullo ante, Lib. V. de Republ. p. 467. Tom. II. hæc & sequentia respiciunt; vbi, ante adducta etiam inde verba, filios cum parentibus θεωροὺς πολέμου, *belli spectatores* vult reddi; ita tamen, *vt in antecessum illorum securitati caueatur*, προπαρασκευάσασθαι δὲ αὐτοῖς εἰς τὴν ἀσφάλειαν. Quod vero hic additur, ibidem a Platone tradi, vbi hostium equitatus euasit superior, tum pueris salutis viam ab eo excogitari, quam vtique difficile sit adsequi; id tangit, quod ibi continuo dicitur, equos nempe velocissimos, vti supra vidimus, pueris dandos, seu totidem velut alas, quibus, vbi periculum ingruit, citissime iidem cum parentibus aufugiant. Nempe iuxta illud a Xenophonte ad Græcos milites, quibus tum præerat, dictum Ἀναβάσ. Lib. III. p. 302. *vna tantum re* Græcis peditibus, e quibus constabat tum ille exercitus, *præstant Persarum equites; SECVRIVS quam nos fugam arripiunt*, ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν ἡμᾶς οἱ ΙΠΠΕΙΣ, φεύγειν αὐτοῖς ΑΣΦΑΛΕΣΤΕΡΟΝ ἐστίν. Cuius rei obuia quidem erat ratio, quod vbi a Græcorum peditibus victi essent, Græcorum equites, facilior vtique illis fuga saluti suæ consulendi erat via. Qua in re proinde dispar erat ratio, vbi iuxta Platonem, quod hic dicitur, superior euaserat hostium equitatus: tum enim, vti ille existimabat, haud adeo certam ac tutam esse euadendi equitantibus viam constat, dum victores iisdem imminent in equis πολεμιστηρίοις, vt eos dixerunt veteres, equites: quibus alæ proinde haud minus, quam fugientibus illis, iuxta Platonem, pueris sunt adaptatæ. Hoc igitur inouere voluit Iulianus, dum a Platone suo, præter solitum, hic recedit. Vnde non honestiorem solum, sed *tutiorem* etiam ad salutem adolescentium qui ad expeditiones bellicas obeundas sunt destinati, viam statuit Iulianus; vt nempe non in fugien-

fugienda belli alea, vel hostium incursione, sed iisdem alacriter ac animose sustinendis mature illi adsuetiant. Quod a Constantio etiam laudabiliter prouisum, idque fuisse ei fortitudinis rudimentum, non ludicram proinde, sed veram belli *μελέτην* seu *exercitationem*, hic itidem tangit Iulianus. Nempe iuxta illud Xenophontis de Laced. Rep. p. 683. *ὡς τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ ἕπεται τῇ ἀρετῇ σώζεσθαι εἰς τὸν πλείω χρόνον μᾶλλον, ἢ τῇ κακίᾳ. καὶ γὰρ ῥᾴων, καὶ ἡδίων, καὶ εὐπορωτέρα, καὶ ἰσχυροτέρα. Atque verum vt dicam, magis virtutem* seu fortitudinem, de qua ibi agitur, *comitatur incolumitas diuturnior, quam ignauiam. Nam virtus & alacrior est, & suauior, & expeditior, & firmior.* Adeo, vt ea, quæ exstant inter Frontini Strategemata Lib. II. cap. XIII. *de Effugiendo* exempla, vt singularia plane, ac a necessitate solum vel casu profecta, non hic locum habeant; sed ea potius, quibus omnem fugæ spem militibus auferendam prouidi duces haud semel, & felici quidem eum euentu, adhibuerunt. Cuiusmodi exempla suppeditabit in Iphicrate, Menecrate, Clitarcho, Polyænus Lib. III. Strateg. cap. IX. 12. Lib. V. cap. XX. & XXIV. sicut idem alibi, aliique, simulatam subinde, sed ad fallendos hostes, salubri ducum consilio, fugam docent. Quibus adde illud de Sarmatis, quorum omne robur erat, vt antea e Tacito vidimus, in equitibus, apud Ammianum Marcellinum Lib. XVII. cap. XII. *Sarmatæ securius adgredi nostros cogitarant, vt nec expedire tela, nec vim vulnerum declinare, nec, quod est in rebus arctissimis vltimum, VERTI POSSENT IN FVGAM.*

Ibid. C. lin. 6. *Φρονήσεως δὲ ἡ μὲν φύσις*] A bellicarum rerum, quibus a teneris feliciter adsueuerat Constantius, exercitatione ad *prudentiam* nunc eius, eamque ei cum a *natura*, quod hic ait, inditam; tum præclara, vt a dit, institutione confirmatam, transit Iulianus. Nempe prout *σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν*, *prudentia ac solertia*, omnes ante se Principes supergressus dicitur a Gregorio Nazianzeno, quod paullo ante vidimus, idem Constantius. Adeo etiam, vt quamquam eximia fuerint eiusdem Constantii quæsita armis tropæa; maiora adhuc ac illustriora idem dicat exstitisse, quæ sine vlla cruoris profusione sunt ab eodem parta. Quomodo aliis adhuc laudibus, quam bellicis, prudentia nempe & consilio, præstantior idem a Libanio, loco itidem iam adducto, dicitur in Basilico p. 139. Quod vero eidem Constantio *ducem* ad prudentiam fuisse *naturam*, quam institutio post- ea perfecerit, hic tradit Iulianus, eo id plenius adstruit, quod ante obiter ab illo pag. 10. iam fuerat ea de re monitum; ad hanc nempe *φρόνησιν*, vti & fortitudinem, iustitiam, temperantiam, Constantium se scite ac diligenter a teneris comparasse. Ad quem etiam locum, diuersam Iuliani a Socrate, apud Platonem in Menone, sententiam vidimus; qui virtutem in genere neque *natura* ingenitam, neque *disciplina* aut industria comparatam, quod vtrumque hic statuit Iulianus; sed diuino demum beneficio, absque humanæ mentis prouidentia atque industria, hominibus datam contendebat. Quam in rem; ac vt a sapientibus adsertum, dicebat in Constantini Panegyrico Eumenius cap. XIV. *neminem hominem peccare, nisi fato, & ipsa scelera mortalium actus esse Fortunæ; contra autem DEORVM MVNERA esse VIRTVTEM.* Quamquam idem Socrates in Protagora ita ea de re disserit, vt virtutem quidem a Sophistis, qui eam a scientia distinguunt, doceri non posse adsereret, sed posse ab iis, qui eandem cum scientia statuunt, concedere videatur. Quæ autem e Philosopho ad Nicomachum, aut Platonico etiam Maximo Tyrio, eam in rem ibidem iam a nobis sunt adlata, hic non tango. Vt vero *naturam* prudentiæ, cuius inter virtutes Constantii animo insitas priori loco meminit, *ἡγεμόνα* seu *ducem* hic vocat Iulianus; ita eandem *φρόνησιν*, vt aliarum virtutum, omniumque animi conatuum *ἡγεμόνα*, quæque *μόνη ἡγεῖται τὸ ὀρθῶς πράττειν*, *sola ad recte agendum ducit*, tradit Plato in Menone p. 88, & 97. Tom. II. Vnde etiam *φρόνησιν* non accedere solum continuo debere imperantis potentiæ, sed eam etiam præcedere; hancque præ cæteris virtutibus Regi maxime conuenire, seu virtutem *omnium esse maxime regiam*, *φρόνησις δὲ ἁπασῶν βασιλικωτάτη* docet de Regno Synesius pag. 7. Quales tamen politicos, qui tales possent alios efficere, dari negabat, aut raros oppido eosdem esse aiebat apud Platonem Socrates in Menone p. 100. *εἰ μή τις εἴη τοιοῦτος* ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ *ἀνδρῶν, οἷος καὶ ἄλλον ποιῆσαι* ΠΟΛΙΤΙΚΟΝ, *nisi fortasse POLITICORVM illorum aliquis huiusmodi sit, vt alium etiam quempiam POLITICVM*, seu *ciuilis disciplinæ peritum, efficere possit*: si vero, quod addit, quis huiusmodi reperiatur, talis omnino sit inter viuentes, qualis Tiresias, qui solus, vt de eo Homerus, apud inferos saperet, reliqui autem velut vmbræ volitarent. Vnde iam ante idem Socrates, non Sophistas solum, tanquam minime idoneos huius ciuilis disciplinæ *διδασκάλους*, sed ipsos quoque *ἀγαθοὺς τὰ πολι-*

πολιτικα, *rerum ciuilium egregie peritos* remouet: cuiusmodi Athenis fuerint, qui hic dicuntur τῶν πολιτῶν οἱ κράτιστοι, *ciuium præstantissimi*, Themistocles, Aristides, Pericles; quos tamen neutiquam pares fuisse, qui eiusdem disciplinæ seu τῶν πολιτικῶν gnaros filios relinquerent. Verum præterquam quod alibi, vt paullo ante dixi, idem Socrates, nempe in Protagora circa finem, in genere dari posse bonos virtutis doctores videatur agnoscere; id de prudentia, quæ e ciuili disciplina, ac, vt mox addit, e legum ac morum scientia, peregrinorum institutorum peritia petitur aut confirmatur, statuendum, Constantii exemplo hic docet Iulianus. Maxime, vbi a natura insita praclaræ illius virtutis semina, formatamque ad excelsa eiusdem Principis indolem, idem, vti vidimus, meminisset. Hosce autem a patre Constantino datos Constantio, eiusque fratribus, *præstantissimos*, vt hic dicuntur, *ciuilis illius disciplinæ doctores*, tangit quoque eo, quem supra iam indicaui, loco Eusebius Lib. IV. de vita Constantini cap. LI. περὶ ΤΗΝ ΠΟΛΙΤΙΚΗΝ ἐπιγνώμονας αὐτοῖς καθίστη, *alii CIVILIVM RERVM præceptis eos informabant*; nempe, sicuti paucis ante verbis dixerat, datos a parente Constantino filiis secularium disciplinarum duces seu magistros, ἥκοντας εἰς ἄκρον παιδεύσεως, *qui ad eruditionis fastigium peruenerant*.

Ibid. C. lin. 10. ἠθῶν, καὶ νόμων, καὶ ξένων ἐπιτηδευμάτων ἐμπειρίας) Præter ciuilis disciplinæ, quos habuerit Constantius, doctores, accessisse quoq; nunc dicitur variorum morum, legum & peregrinorum Institutorum experientia; quam ille e colloquiis cum Barbarorum, apud quos agebat, ducibus sibi prouide compararit: idque Vlyssis, vt addit, Homerici exemplo. Quamquam *leges* quidem quod adtinet, eum non in externis solum, sed Romanorum potissimum legibus, quibus regebatur Romanum (vti ea de re supra p. 35.) imperium, exercitum, addat continuo dicto loco, quo eruditos omnibus præclaris artibus ac disciplinis Constantini liberos tradit, Eusebius Lib. I. de vita Constant. cap. LI. οἱ δὲ ΝΟΜΩΝ ἐμπειρίας ἐγέμιζον, *alii denique LEGVM* seu *iurisprudentiæ, peritos effecerunt*. Cuiusmodi eo æuo celebris fuit inprimis Anatolius, Beryto oriundus, isque iuxta Eunapium in Proæresio p. 150. τῆς τε ΝΟΜΙΚΗΣ πλευρᾶς παιδείας εἰς ἄκρον ἀφικόμενος, *exacta iuris scientia consummatissimus*. Vnde idem etiam, quamquam ethnicus, sub hoc Constantio ob insignem illam iuris peritiam, in qua (vti licet e modo dictis opinari) eum erudiuerat, Vicarius Asiæ, ac tandem Præfectus Prætorio Illyrici factus; prout ex eodem Eunapio, Ammiano Marcellino, Victore Schotti in Traiano, Codice Theodosiano, ac ineditis Libanii, quales itidem in MSto, quod nunc penes me est, olim viri magni Isaaci Vossii, prostant, Epistolis, monuerunt iam ad Ammianum ac ad prædictum Codicem, qui eosdem enarrarunt, viri doctissimi. Quomodo alius adhuc, & Iustiniani quidem æuo, Berytensis Anatolius, idemque clarissimus iuris ibidem interpres, in secunda ad Digesta Præfatione dicitur. Nempe præter Romani, duæ erant eadem ætate (qua de re iam nos supra p. 35.) & Iustiniani adhuc æuo, vt id e dicta iam Præfatione obuium, Iuris Romanorum scholæ seu παιδευτήρια, Constantinopolis & Berytus: e qua postrema prodiisse Iudicum seu Rectorum in Romani orbis prouinciis, qui ius in iisdem dicerent, Adsessores, ex Anonymo Geographo, qui sub hoc Constantio floruit, & quem edidit Cl. Iac. Gothofredus, ibidem vidimus. Quibus addi potest illud Agathiæ Lib. II. p. 51. ed. Reg. de eadem Beryto, & oppressa in ea terræ motu magna indigenarum & incolarum multitudine: πολλοὶ δὲ καὶ ἐπήλυδες, εὐπατρίδαι τε καὶ παιδείας ἄριστα ἔχοντες, οἳ δὴ παρῆσαν τοὺς ΡΩΜΑΙΩΝ αὐτοῦ διαλεξόμενοι ΝΟΜΟΥΣ. τοῦτο γὰρ ΠΑΤΡΙΟΝ τῇ πόλει, καὶ ὥσπερ γέρας, ἢ μέγιστο τοῦ δῆθεν αὐτῇ αἰτίαν διδασκαλεῖα. *Multi iuuenes aduenæ nobiles, & eximia iam eruditione, qui ibi aderant, vt ROMANAS addiscerent LEGES. Erat enim hoc vrbi PATRIVM, & veluti maxima honoris prærogatiua, quod eiusmodi scholæ ibi essent erecta.* Quibus addit, Sidonem, vicinam quippe eiusdem Phœniciæ vrbem, translatos tamdiu eos Legum interpretes, donec denuo instaurata esset Berytus. A quibus proinde *Legum scholis*, non vero, vt in Præfatione ad Socratem & Sozomenum existimat doctissimus Valesius, quod iuuenes e Rhetorum scholis profecti eam artem profiterentur, dicti eo Iuliani æuo, vt aliunde notum, σχολαστικοί, & a Latinis scriptoribus similiter *Scholastici*; neque adeo illi Legum professores, sed, quod viderunt pridem viri docti, caussarum patroni seu aduocati, quorum etiam fit mentio in Constitutione huiusce Constantii Leg. II. Cod. Theod. de Concessione Aduocat. Vt de *Scholasticis iuris periti*, aut *Scholastici in foro*, aut *Defensores scholastici*, vt ad dictam Legem obseruat doctissimus eis Enarrator, iidem appellati; immo unde ipse, de quo modo, Agathias, & præterea Socrates Historiæ ecclesiasticæ scriptor, *Scholastici*, tanquam profes-

professione Aduocati seu Causidici, nomen præferunt. Nempe diuersa tum ab ea, qua pridem ante, significatione *Scholastici* de *Declamatoribus* dicebantur, qui in scholis eam declamandi artem tyronibus tradebant; aut quomodo, vt hoc addam, M. Aurelius de parente suo Lib. I. ait, quod inter alia ὅτι μήτε σχολαστικός, *minime scholasticus*; quod non adeo, vt arbitratur eruditissimus Gatakerus, pro eo qui in scholis sub præceptore adhuc agit, quam pro *doctore vmbratico* ibi sumitur. Haud mirum vero, quod vel ab Eusebio, legum seu iuris Romani sub præstantissimis magistris, aut hic legum etiam externarum, e consuetudine cum Barbarorum Romanis subiectorum Ducibus, ἐμπειρίαν comparasse dicatur Constantius; prout eum vtique decuit, qui & condendi noui iuris, & veteris interpretandi aut emendandi auctoritatem esset habiturus. Nempe sicut de M. Aurelio, opportuna omnino ad hunc locum tradit in eius laudatione Aristides p. 109. ὁ δὲ τὸ μὲν δίκαιον ἀκριβῶς οἶδεν, ὡς ΑΥΤΟΣ ΝΟΜΟΘΕΤΗΣ ὤν, καὶ εὑρετὴς αὐτοῦ. Mox, οὐχ ὡς ἕτερος ὁρῶν ἑρμηνείας, οὕτω λαμβάνει τὸ δίκαιον, ἀλλ' αὐτὸς ἔχων ἐκ παιδείας τῶν ὡς ἀληθῶς καλῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπιστήμην, ΤΗΝ ἀπὸ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΕΜΠΕΙΡΙΑΝ προσειληφὼς, ὥστε μήτε τῶν γεγραμμένων διαφεύγειν αὐτὸν· οὕτω τὰς κρίσεις ποιεῖται περὶ πάντων. *Ille autem & iustum exacte nouit, qui IPSE eius auctor sit & LEGISLATOR.* Dein, *Non ille ex aliis iuris cognitionem accepit, sed ad eam, in qua institutus est, rerum praeclarissimarum scientiam, adiunxit LEGVM PERITIAM, sic vt nihil enim scripti iuris effugiat: ita demum de rebus omnibus iudicat.* Quod vtique in Constantio itidem comprobant multæ & saluberrimæ latæ ab eo, quæ in vtroque Codice Theodosiano & Iustinianeo etiamnum exstant, leges; quibus plurima quoque antiqui prauique moris emendauit aut sustulit; ac nominatim, vt ea de re Cl. Iac. Gothofredus in Chronol. ad Cod. Theod. ad A. C. CCCXXXIX, inanium formularum verborumque captionem, Leg. I. Cod. Iust. De formulis & impetrationibus &c. Qua in re tamen, & quod easdem leges ferme in Syria aut Phœnicia idem Constantinus tulerit, Iurisconsultis Berytiensibus eum procul dubio vsum, tradit ibidem Vir doctissimus. Nempe iuxta aliorum Imperatorum, ipsiusque etiam M. Antonini morem, qui quamquam (vti modo ex Aristide vidimus) iuris egregie peritus, quod sub L. Volusio Mæciano, iuxta Capitolinum in Marco cap. III. didicerat, eodem tamen postea Mæciano, sicut & Q. Ceruidio Scæuola, aliisque, in iudiciis aut legibus ferendis est vsus; vti vel ex eodem Capitolino in eius vita cap. XI. constat, *habuit secum præfectos, quorum auctoritate & periculo SEMPER IVRA DICTAVIT. Vsus autem est Scæuola præcipue Iuris perito.* Adde Leg. XVII. D. de Iure patron. quam idem Marcus cum fratre L. Vero tulit, *sed quum & ipso Maciano, & aliis amicis nostris, Iuris peritis adhibitis, plenius tractaremus:* mox; *sed & Saluii Iuliani, amici nostri, clarissimi viri, hanc sententiam fuisse.* Vbi obiter licet obseruare, eo *amicorum* elogio celebres Iuris peritos, quorum opera & consilio in ferendis legibus vtebantur Imperatores, nominatim ab iis appellatos. Quamquam Imperatorum *amicos* & *iuris peritos* distinguat in Hadriano Spartianus cap. XVIII. *Quum iudicaret, in consilio habuit non AMICOS suos aut comites solum, sed IVRISCONSVLTOS:* pro diuersa nempe illius vocis *amicorum*, (qua de re ibi duo viri incomparabiles) significatione; de iis nempe, qui in intimam principis familiaritatem admissi, aut qui simul erant Iuris periti. Hisce enim postremis *auctoritas conscribendarum interpretandarumque legum* ab Imperatoribus pridem, Augusti exemplo, concessa quidem fuerat; vti obuium ex iis, quæ de iuris origine a Pomponio aut Iustiniano dicuntur; sed ita, vt ex eorum etiam consilio, sicut id subinde Historiæ Augustæ aliiue eorum temporum scriptores tradunt, ipsi Imperatores ius redderent. Hinc in Alexandro Seuero cap. XV. Lampridius: *Negotia & CAVSSAS prius a scriniorum principibus & doctissimis IVRIS PERITIS, & sibi fidelibus, quorum primus Vlpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita PERFERRI ad se præcepit.* Prius vero illud, vt ipsi nempe Iuris periti, pro concessa eis ab Augusti æuo facultate, de iure responderent, sub Constantii huius patre aut auo adhuc obtinuisse; & quidem, vt id pro singulari nec vsitata tum prærogatiua haberetur, liquet ex eo, quod de quodam Innocentio, tanquam iuris scientia editisque ea de re libris clarissimo, eoque Chrysanthii, qui Iuliani temporibus vixit, auo, tradit in eodem Chrysanthio p. 186. Eunapius: δόξαν ὑπὲρ ἰδιώτην ἔνια λαχὼν, ὅς γε ΝΟΜΟΘΕΤΙΚΗΝ εἶχε δύναμιν παρὰ τῶν τότε βασιλευόντων ἐπιτετραμμένος, *gloriam supra priuati hominis sortem nactus: quippe cui CONDENDARVM LEGVM auctoritas ab iis, qui tum regnabant, Imperatoribus sit concessa.*

Ibid. D. lin. 11. τὸ μὲν οὐκ ἐβασίλευον πολλῶν ἤθων ἐμπειρίας χρεία;) In mendo cubat

bat omnino hic locus, multumque ei e scriptis libris, quos consuluit Petauius, vel ex eo, qui nobis est præ manibus, olim τῶ μακαρίτου Is. Vossii, subsidium: in quo postremo vnum & leue ab editis discrimen, quod pro τὸν μὲν legatur τὸ μὲν. Neque etsi βασιλεύειν transitiue interdum dici occurrat, inde (quod nec diffitetur doctissimus Adnotator) sana mens horum verborum; ad quam tamen declarandam in versione haud male videtur idem collimasse. Supplendæ proinde, quæ librarii incuria hic exciderunt, duæ voculæ, & ita, in eum certe sensum, constituendus est hic locus: καὶ τὸ μὲν οὐκ ἦν, ὧν ἐβασίλευεν, ποικίλων ἠθῶν ἐμπειρίας χρεία, *sed huic quidem* (de quo egerat proximis verbis Iulianus, Vlyssi) *ad eos, quibus imperabat, variorum morum experientia haud erat opus.* Hunc enim genuinum huius loci sensum, totus eiusdem contextus, & quæ mox sequuntur de imperii Romani, cui destinabatur Constantius, præ Ithaco regno, amplitudine, omnino euincunt.

Pag. 13. A. lin. 4. οὐδὲ χρηματίζειν τοῖς ἤλιξ.) Apud veteres Atticos χρηματίζειν, non pro *ius dicere*, vt hoc loco, sed pro *deliberare*, aut de re quapiam cum aliquo *agere* dicebatur; vt apud Thucydidem Lib. V. p. 396. ἐχρημάτισαν περὶ φιλίας τοῖς Ἀθηναίοις, *egit de amicitia cum Atheniensibus*, & pag. 387. βουλομένοις χρηματίζειν, *volentibus cum populo agere.* Sic Aristophanes Θεσμοφ. pag. 786. καὶ χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου, *agere primo*, seu *deliberare de Euripide*; ac sæpe apud Xenophontem, quod vel docebit Græcus apud eundem index; similiter apud Demosthenem, pro *consulere* aut *deliberare*, vt ex eodem exempla iam adtulit Budæus. Hinc bene Hesychius, χρηματίζεσθαι, πραγματεύεσθαι. Vnde etiam, vbi de Cyro adhuc puero ius æqualibus, ad quod hic Iulianus respicit, dicente, aut de puerorum doctoribus, qui iis ius dicerent, agit Xenophon, non vt hic χρηματίζειν, sed δικάζειν tum adhibet; Παιδ. Lib. I. p. 4. 15. &c. Pro *ius dicere* postea vox eadem accepta: vt aliquoties apud Plutarchum, sicut in Catone Maiore pag. 761. εἰωθότες δὲ ἐκεῖ χρηματίζειν οἱ Δήμαρχοι, *soliti itaque illic jus dicere Tribuni*, & pag. 780. μετ' ἄριστον οἶνον πεπωκότα χρηματίζειν, *post prandium, vbi vinum bibisset, ius dicere*, nempe quod cum actoribus ac reis, eorumque patronis, agant, qui ius dicunt.

Ibid. B. lin. 1. ἀλλὰ τὴν ἑσπέραν ἤπειρον μετιὼν, τοῖς Παρθυαίοις καὶ Μήδοις ἔθνεσιν ἀντιτάχθεὶς μόνος.) Non id bellicas Constantii, post patris obitum, contra Parthos seu Persas expeditiones, de quibus in sequentibus agitur, respicit; sed dum diuisa a superstite adhuc Constantino in tres filios Cæsares Romani imperii tutela, Oriens, vti ea de re obiter paullo ante, Constantio est adsignatus. Vnde morientem Constantinum mandasse, ne testamenti, quas relinquebat, tabulæ cuiquam alteri e filiis darentur, quam *Constantio, quem Orienti prætulerat*, τῷ τῆς ἀνατολῆς ἄρχοντι Κωνσταντίῳ, tradit Socrates Lib. I cap. XXXIX. Immo prout opportune Auctor Chronici Alexandrini, ad annum Christi CCCXXXVII, quo obiit Constantinus, ait, ἀκμάσας Κωνστάντιος ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἐν Μεσοποταμίᾳ, διὰ ΤΟΥ ΠΕΡΣΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ἐπικειμένου, *quum versaretur in Oriente Constantius, BELLO PERSICO tum urgente.* Zonaras quoque non in Mesopotamia quidem, sed Antiochiæ tum egisse tradit Constantium, & similiter, quod hic ait Iulianus, *vt ibi Persis bello Romanas ditiones lacessentibus resisteret*, ἐκεῖ γὰρ ἦν τοῖς Πέρσαις ἀντιμαχόμενος. Quibus accedit Rufus Festus in Breuiario, vbi quum dixisset, Constantinum extremo vitæ tempore expeditionem parasse in Persas, quam illi supplice ad eum missa legatione auertere essent conati, addit: *nec tamen pro assiduis eruptionibus, quas SVB CONSTANTIO CAESARE per Orientem tentauerant, veniam meruerunt.* A quo autem abit, vt obiter hoc addam, Eusebius Lib. IV. de vita Const. cap. LVII. vbi post missam illam Persarum ad Constantinum legationem, pacem cum iis libenter illum dicit pepigisse. A Gallis itaque, quarum eidem Constantio, vti supra vidimus, credita fuerat a parente tutela, eum in Orientem translatum, qui Parthis seu Persis res nouas molientibus contra staret, hic dicitur. Adeo, vt eadem hæc fuerint Constantii nondum Augusti, quæ Traiani adhuc priuati rudimenta commendat in eius Panegyrico Plinius cap. XIV, *quum ferociam superbiamque PARTHORVM ex proximo auditus magno terrore cohiberes.* Duo vero insuper in hisce Iuliani verbis licet paucis aduertere: vnum, ἤπειρον hic non de *terra* in genere, quatenus illa a *mari* distinguitur, prout de hac voce veteres Grammatici ad Thucydidem Lib. I. pag. 4. & ad Apollonium Rhodium Lib. IV. v. 71. aut pro *minori*, vt sibinde apud Græcos auctores ac Poëtas imprimis, *Asia*, quomodo ἠπειρογενὲς ἔθνος, *gentem in continente genitam*, de Lydis & Ionibus dicit Persarum chorus apud Aeschylum Pers. v. 45. & de qua ἠπείρου appellatione, vt eadem fu

Pro-

Proconsulari Asiæ tum propria, videri potest Aristides de Concordia vrbium eiusdem Asiæ pag 301. Tom. II, sed de *maiori Asia* hic dici, & ea quidem nominatim, quam incolerent in Oriente Romani & Persæ. Nempe prout ἤπειρος a Græcis proprie dicta olim Asia, quatenus illa altera Mundi pars censebatur, iuxta eundem Aristidem Gratulat. in Smyrnam pag. 475. Tom. I. ἣν ἐξ ἀρχῆς Ἕλληνες προσεῖπον ΑΣΙΑΝ. προσηγόρευον δὲ καὶ ΗΠΕΙΡΟΝ διαφέρουσαν αὐτῆς τῶν τριῶν, *quam ab initio Græci ASIAM dixerunt, ac etiam de tribus Mundi partibus CONTINENTEM præcipue appellarunt*. Quo referre itidem licet id, quod de hac voce ἤπειρον obseruat Harpocration; eam ab Isocrate adhiberi de regione, quæ Persarum parebat imperio; ac proinde seu in maiori, seu in minori Asia, in qua vtraque protensa tum erat Persarum dominatio. Ita de Iasone dicit ille in Philippo pag. 106. ὡς εἰς τὴν ἤπειρον διαβησόμενος, καὶ βασιλεῖ πολεμήσων, *vt qui in Asiam transiturus, & bellum Regi facturus esset*, vbi nempe haud male ἤπειρον per *Asiam* reddidit eruditissimus Wolfius; sicut ab eodem rursus factum pag. 101. & 102. vbi vel de Clearcho, qui in Asia maiore cum Cyro iuniore contra Artaxerxem militauit, aut de Idrico, Cariæ in Asia minori Satrapa, eidem sermo; vbi ἤπειρον voce vsus itidem erat Isocrates. Alterum obiter hic notandum, *Parthos & Medos*, de *Persis* hic a Iuliano, & paulo post, vbi eadem de re agit, dici, τὴν ἐκ Γαλατῶν εἰς Παρθυαίους ἄνοδον, *a Gallis ad Parthos transitum*: quum tamen *Persarum* nomine, ab Alexandri Seueri, vt ex Herodiano notum, æuo, vocarentur illi æmuli & graues Romano Imperio hostes, ac prout in eximio Probi nummo apud Oct. Stradam p. 159. EXERCITVS PERS. seu *Persicus*, non vero *Parthicus*, legitur. Verum promiscue non a Poetis solum, quod apud eos obuium, sed ab aliis Auctoribus, & ab hoc Iuliano quidem adhuc alibi, vti ad eius Cæsares olim monui, confusa leguntur illo etiam æuo eadem *Parthorum*, *Medorum*, *Persarum*, adde & *Assyriorum*, nomina. Vnde, quod ibidem etiam diximus, Carus, quamquam post res feliciter gestas, & quum ad Persas iam rediisset Parthorum imperium, *Persici* nomen, iuxta Vopiscum in eius vita cap. VIII, meruisset, haud eo minus PARTHICVS, veteri nempe ac obuio Trajani, Diuorum Fratrum, Seueri, in eadem penu antiquaria exemplo, inscriptus visitur: vti e sequenti præclari nummi icone fiet iis, qui hæc æra minus versant, manifestum.

Ibid. B. lin. 4. τὸ πολέμιον, καὶ οὐχ εἰς μακρὰν μέλλοντος ἀναῤῥιπίζεσθαι) Prout a Iosepho similiter dicitur, vt pridem ad hunc locum notaueram Lib. II. Ἁλωσ. cap. XII, καὶ ὄντος μὲν Ο ΠΟΛΕΜΟΣ κατ' ἡμέραν ΑΝΕΡΡΙΠΙΖΕΤΟ, *& hoc quidem BELLVM quotidie INGRAVESCERET*; ac ab Aristophane Ran. pag. 229. στάσιν ἐγείρει καὶ ῥιπίζει, *seditionem excitat & accendit*; & ῥιπίζεις λύπην, *luctum suscitas*, a Sophocle apud Plutarchum; sicut ibi pro ῥυθμίζεις emendauit ὁ πάνυ Grotius, de quo ille in Notis ad Excerpt. Tragicorum pag. 953. In proprio cæteroquin huius verbi sensu, ἀνεῤῥίπιζον dixit Antiphanes Comicus apud Athenæum Lib. VII. pag. 257. de columbis, quæ alarum motu, velut flabello, refrigerium aliquod adferebant,

ὥστε ἀνεῤῥίπιζον ὡς τὸ σύμμετρον,
tantum venti faciebant, quantum erat satis.

Nempe prout πτερίνην ῥιπίδα, *e pennis confectum flabellum* legas Anthol. Lib. VI. cap. XVII. Ep. II. immo vnde etiam per κύκλον πτερινὸν *alatum circulum*, vt hoc addam, ῥιπίδα pridem designauerat Euripides Orest. v. 1430. vbi veteres Critici, αὔραν ἔπεμπον τῇ ῥιπίδι, πτερινὸν δὲ εἶπε, παρόσον αὐταὶ ἐκ πτερῶν συντίθενται, *ventum mittebant flabello; alatum autem illud dixit, quandoquidem illa e pennis conficiebantur.*

Ibid. B. lin 8. τὴν ὥραν τοῦ θέρους) Vna alioquin ὥρας voce, quod nuper ad Callimachum monui, *æstatem* a veteribus olim Græcis dictam obseruat Galenus quum alibi, tum Com. IV. ad VI. Epidem. Text. XIX. ὡραῖον nempe ὕδωρ, τὸ κατὰ τὸ μέσον ΘΕΡΟΣ ὀνομαζόμενον. ἐπειδὰν μάλιστα τὸν καιρὸν τοῦτον ΩΡΑΝ οὕτως ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, *aqua* ὡραῖος *seu tempestiua*

qua AESTATE media appellatur: quandoquidem hanc anni partem Graci potissimum ὥρας appellant. Quamquam ibidem de *autumno, hyeme* ac *vere*, haud minus ὥραν a Græcis appellatam notet; & dicat etiam nominatim Hippocrates Epidem. Lib. III. Tex. II. οἱ καῦσοι ἐν ΤΗΣΙ ΘΕΡΙΝΗΣΙ μᾶλλον γίνονται καὶ ἐν τῆσιν ἄλλῃσιν ΩΡΗΣΙΝ, *febres ardentes æstiui magis, etsi in cæteris etiam anni temporibus oriuntur:* qui & alibi passim ac promiscue ὥραν & ὥρας, aut de certo anni tempore, aut de quatuor anni temporibus, vtrumque Homeri exemplo, adhibet. Addo ὥραν pro *anno* ab eodem etiam Hippocrate, vt obseruo, dici; nempe de Medico cap. III. vbi de vario ægrorum ligamine agens, ac de Medici sedula ea in re adtentione, ait, πρὸς δὲ τὰς χρόνους ΤΗΣ ΩΡΗΣ, *ad ANNI autem tempora*, animaduertendum est.

Ibid. B. lin. 11. εὐφυῶς μεταβολὰς ἐνεγκεῖν) Peruulgata omnia, quæ de versipelli Alcibiade, ad singularum, quas adiit, gentium mores ac instituta se componente, sunt a priscis Auctoribus in litteras relata. *Quibus rebus*, ait in fine eius vitæ Corn. Nepos, *effecisse, vt, apud quoscunque esset, princeps poneretur, habereturque carissimus.* Vnde etiam velociores Chamælæonte illas Alcibiadis mutationes, sicut de Augusto tradit in Cæsaribus Iulianus, exstitisse dicit Plutarchus in eius vita pag. 203. ita tamen, vt simul addat, non quod ille facile adeo ac promte omnem eam morum μεταβολὴν admitteret; sed quod hoc σχῆμα καὶ πλάσμα, *figuram ac speciem* semper arriperet, apud iis, apud quos versabatur, esset conueniens & accepta. Quare sicut idem, dum apud Spartanos ageret, eorum frugalitatem imitatus hic a Iuliano dicitur; ita τῇ διαίτῃ λακωνίζων, *ad victum Laconicum se accommodans*, a Plutarcho traditur, & quidem corpore cute tenus raso, lavans frigida, offa victitans, ius sorbens nigrum. Immo quam Laconum frugalitatem, non expressisse solum Alcibiadem, sed superasse etiam refert Nepos: *Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiei se dedisse, vt PARSIMONIA VICTVS atque cultus omnes Lacedæmonios VINCERET.* Quo spectat itidem illud Athenæi Lib. XII. pag. 853. ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ ἀπατηδίων ΕΝΙΚΑ τὰς Λάκωνας, *Sparta autem ad patientiam & animi tranquillitatem se componens, Lacedæmonios VICIT.* Quamquam hæc specie tenus ab eo facta, e Plutarcho rursus liqueat; dum iis, quæ de Laconico Alcibiadis victu tradiderat, continuo subdit: haud eo [illegible]us, si ad veros eius animi motus & fict[illegible] re [illegible]atur, exclamandum fuisse, non *ille est Achillis filius*, sed *est antiqua mulier*, ἐστὶ ἡ παλαὶ γυνὴ, quorum illud a Plutarcho alibi, vt ad eum viderunt iam viri docti, e veteri Poeta refertur; hæc autem postrema, ab Electra dicuntur de Helena apud Euripidem in [illegible] v. 129.

Ibid. C. lin. 3. Θηβαίοις καὶ Θρᾳξὶ [illegible] καὶ ἐπὶ πλέῳ τῆς τῶν Περσῶν τρυφῆς) [illegible] de Alcibiade, quod ille nominatim ad *Thebanorum, Thracum*, ac *Persarum* mo[illegible] ac studia, vbi ab Atheniensibu[illegible] dat[illegible]natus [illegible]os diuertisset, se composuerit, tradunt ve[illegible]res; vbi simul, qu[illegible] la fu[illegible] int, [illegible] ucis lang[illegible] nt. Ac de *Thebanis* quiden[illegible] q[illegible] hic [illegible] loco ponuntur, ait Corn Nepos: *p[illegible]squam inde expulsus, Thebas venerit, adeo stu[illegible] eorum inseruit [illegible] vt [illegible] um labore corporisque viribus posset æqu[illegible]re.* Q[illegible] con[illegible]sona itidem dicit Athe[illegible] Lib. X[illegible]. pag. 534. ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν [illegible] τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον [illegible] *Thebis autem, corporis ac in palæstra exercitiis, quam ipsi Thebani, magis Boeotius.* Haud aliter nen[illegible] ac de Th[illegible]b[illegible]no Pelopid[illegible] ait in eius vita Plutarchus pa[illegible]. eu[illegible] γυμνάζεσθαι maxi[illegible]e delectat[illegible] ; ac de [illegible]heb[illegible]nis in genere Dicæ[illegible]chus in descriptione G[illegible]æ, pag. 1[illegible]3. τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀ[illegible] γενόμενα [illegible] αὐτοῖς, [illegible] ἀθλητῶς βίαια, ὡς τὴν δικαστήρια μεταφέρ[illegible], *quæ in gymnicis agonibus apud eos fiunt athletis violenta, ea in judiciorum disceptationem apud illos veniunt.* Adde, quod πλά[illegible] Θήβη, *agitatrix equorum Thebarum vrbs*, a Pindaro dicatur, Olymp. Od. VI. ab Euripide Phœniss. v. 16. Θηβαίων εὐίππων, *equestribus Thebis*, & a Sophocle Antigon. v. 887. Θήβας εὐηνίατο-, *quæ curru seu curulibus agonibus esset felix.* Cui exercitationi [illegible]erat etiam deditus, antequam ad Thebanos diverteret, Alcibiades; qui iam ante in Olympicis curuli agone victor euaserat, & quide[illegible] vt prima non solum, sed secunda etiam & quarta retulisset præmia: vti eo nomine ipse se apud Athenienses iactat, iuxta Thucydidem Lib. VI. pag. 422. Quod vero de Thraci[illegible]us hic similiter additur, quorum etiam mores expresserit Alcibiades, tangit itidem & explicat Nepos, *fuisse apud Thracas homines vinolentos, rebusque venereis deditos: hos qu que his rebus antecelluisse.* Idem de vinolentia, qua Thracas ipsos vicerit Alcibiades, tradit Athenæus Lib. XII. pag. 534. [illegible] δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν ἀκρατοποσίᾳ, *superabat autem Thracas temulen-*

mulentia: a quo Auctore alibi Thraces omnes φιλόποται, neque viri solum, sed eorum etiam mulieres dicuntur, Lib. X. pag. 422. & 432. Quod postremum nempe a Platone traditum pridem fuerat; non tamen, vt ibi apud Athenæum legitur, de Legibus ἑνδεκάτῳ *vndecimo*, sed Lib. I. pag. 637. Tom. II. quod vno verbo indicari ibidem debuit. Adde Θρηικίην ἄμυστιν, *Thracium meraci haustum*, a Callimacho dictum apud Macrobium Lib. V. cap. XXI, & inde apud Horatium Lib. I. Od. XXXVI. *Threicia amystide*, vt ibi obseruauit eruditissimus Dacerius; immo prout Rheso Thracum Regi, quosque secum Troiam adduxerat, Thracibus, πυκνὴν ἄμυστιν & ἀμύστιδας, *frequentes meraci haustus*, ab Hectore objici videas apud Euripidem in Rheso v. 419. & & 438. De Alcibiade proinde apud Thracas agente ait quoque in eius vita Plutarchus pag. 203. ἐν Θρᾴκῃ μεθυστικός, *in Thracia vinolentus*. Immo haud mirum, vinolentum apud meraces illos Thracas exstitisse Alcibiadem, qui & Athenas ad frugalem Agathonis cœnam *valde* iam *ebrius*, σφόδρα μεθύων accessisse apud Platonem dicitur in Symposio p. 212. Tom. III. Quod autem de Thracum in rebus etiam venereis intemperantia, quam nempe æmulatus sit itidem apud eos Alcibiades, addit Nepos, id ex Ouidio contra alium, qui, vt Thracas ab eo crimine liberaret, pro *rei venereæ*, legendum coniecerat *rei veterinæ*, bene iam ad eundem adseruit Vir doctus. Vnde Thracas plures etiam mulieres habuisse, ex Arriano ad Periegeten monuit Eustathius pag. 46. Libidinosum vero apud Thracas exstitisse quoque Alcibiadem, facile vtique licet arbitrari; qui & apud frugi Spartanos Regis Agidis vxorem corruperat, ac, vt alia prætercam, a Pherecrate Comico dictus legitur apud Athenæum Lib. X. pag. 535. ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν, *vir omnium mulierum*, immo qui virorum etiam mulier, ἐνεὶ γυναικός quippe ab Aristophane appellatus Acharn. pag. 405. & quo spectant etiam, quod tanquam ab Alcibiade apud Platonem dictum, οὐ πάγκαλα, refert idem Athenæus Lib. V. pag 187. Vt nunc mittam, quod Alcibiadem, ob singularem formæ elegantiam, multæ & quæ in honore erant Athenis mulieres, venatæ dicuntur apud Xenophontem Memorab. Lib. I. pag. 715. *Persicum* vero luxum, quem postremo loco hic subdit Iulianus, imitatus aut superasse etiam Alcibiades, a memoratis, qui de eo agunt, Auctoribus similiter dictus, Corn. Nepote sub finem eius vitæ, Plutarcho in eodem pag. 208. & Athenæo Lib. XII. pag. 525.

Ibid. C. lin. 9. σὺ δὲ τῆς μὲν ἐγκρατὴς διαίτης) Quam frugalitatis in Constantio laudem, vt iam ante indicaui, prædicant itidem, qui eius cæteroquin vitia ac næuos non dissimulant, Gentiles scriptores, Ammianus Lib. XXI. cap. XV. *in vita parca & sobria, edendi potandique moderatione, valetudinem ita retinuit firmam*; Victor Schotti, *cibi omnis, libidinis atque omnium cupidinum victor*; alter autem Victor in Epitome, *a cibo vinoque, & somno multum temperans*. Adde Zonaram, a quo Constantius inter alia iisdem ferme verbis, quibus Iulianus hic vsus, dicitur Tom. II. pag. 22. περὶ τὴν δίαιταν ἐγκρατής, & a Cedreno similiter pag. 297. ἐγκρατὴς κατὰ τὴν τροφήν *in victu temperans*. Haud aliter ac supra in Claudio Gothico, Constantinianei generis, vt ibidem vidimus, auctore, pag. 7. τὴν ἐν βασιλείᾳ διαίτης λιτότητα, *in imperio frugalitatem victus* commendauit Iulianus: aut in M. Aurelio Aristides, in eius Laudatione pag. 115. βίου δὲ εὐκολίαν καὶ διαίτης εὐτέλειαν, *vitæ simplicitatem & victus frugalitatem*.

Ibid. D. lin. 1. τὴν ἐκ Γαλατῶν εἰς Παρθυαίους ἔφοδον) Qua de re supra iam actum, vbi filium Constantium a patre constitutum κατὰ τῶν φύλακα *Gallorum custodem* dixerat; ac vt paullo ante vidimus, eum inde in alterum continentem translatum, vt Parthorum ac Medorum gentibus resisteret.

Ibid. D. lin. 3. πλησίον, εἰ ταῖς ὥραις τὰς οἰκήσεις μεταβάλλουσιν) Vel iuxta Ms. Vossianum, συμμεταβάλλοντες, prout nempe de Theodosio dicit in eius Panegyrico cap. IX. Pacatus: *Non enim te amœna littora, nec dispositi AD TEMPORVM VICES habuere secessus*. Quod Persarum olim, vt vulgo notum, Regibus consuetum, vt ver Susis, æstatem Ecbatanis, hyemem Babylone iidem agerent: vnde Diogenes suas Athenis Corinthum, & Corintho Thebas migrationes, illi Persarum Regis instituto adsimilasse apud Plutarchum dicitur de Profect. Virtut. pag. 78. παρέβαλε ταῖς βασιλέως, ἔαρος μὲν ἐν Σούσοις, καὶ χειμῶνος ἐν Βαβυλῶνι, θέρους ἐν ἐν Μηδίᾳ διατριβαῖς, *comparabat Regis* Persarum *secessibus*, *vere Susis*, *hyeme Babylone*, *æstate in Media*, Ecbatanis nempe, *commorantis*. Quod itidem apud coæuum Plutarcho auctorem Dionem Chrysostomum ab initio Orat. VI. pag. 86. legitur: nisi quod sicut duas solum, quas Diogenes mutatis vicibus inhabitaret, vrbes, Corinthum ac Athenas memorat Dio; ita hyemis tantum & æstatis meminit, quorum illam Babylone, aut Susis, aut etiam in

 Bactris,

Bactris, ageret Persarum Rex; hanc vero Ecbatanis, in qua postrema vrbe aërsemper esset frigidissimus, æstasque similis hyemi circa Babylonem: atque ita, vt addit ibi Diogenes, μεταλλάττων τὴν οἴκησιν κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους, *mutans habitationem iuxta anni tempus.* Mitto Aristidem in Romæ Encomio, pag. 59. vbi inde *desultorii errones* vocantur iidem Persarum Reges, qui pastorum instar, nunc Babylonem, nunc Susa, dein Ecbatana incolerent: sed quem locum iam adduxit, qui nominatos modo e Plutarcho ac Dione Chrysostomo præteriit, vbi hanc rem tangit, de Regno Persarum pag. 59. eruditissimus Brissonius. Bene autem idem corruptum Aeliani de Animalibus locum Lib. X. cap. VI. animaduertit, vbi ille Persarum Regem dicit θερίζοντα μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντα δὲ ἐν Ἐκβατάνοις, *æstiuos dies Susis, hybernos vero Ecbatanis agentem*; & commutatis verbis omnino ibi legendum, quod miror a doctissimo Gesnero non adnotatum, θερίζοντα μὲν ἐν Ἐκβατάνοις, χειμάζοντα δὲ ἐν Σούσοις, vti ea de re magno consensu veteres, Xenophon haud vno loco, Plutarchus, Dio Chrysostomus, Aristides, Athenæus, Aristophanis enarratores ad Equit. pag. 353. aliique. Id vero de hac vrbe *Susis* alibi me obseruasse memini, quod quum ab amœnitate loci, & quidem Persica voce, quæ Græce *lilium* denotaret, e Charete & Aristobulo denominatam eandem tradat Athenæus Lib. XII. pag. 513, non apud Hebræos solum, sed apud Arabas etiamnum detur vox *Sousan* vel *Sousanon*, quæ *lilium* in Arabicis Ecclesiastæ & Canticorum versionibus significat: vt hanc vocem Persas iuxta & Arabas, ab Hebraica שׁוּשַׁן *Susan*, mutuatos, continuo liqueat. Σοῦσον autem de *lilio* nusquam a Græcis dictum, ibi ad Athenæum cap. II. statuit magnus Animaduersor; apud quos tamen κρίνινον μύρον, seu e *lilio vnguentum*, σούσινον a Theophrasto dici videas de Odorib. p. 446. καὶ τὸ σούσινον καὶ γὰρ τοῦτο ἐκ τῶν κρίνων, *& Susinum, hoc enim fit ex liliis.* Vnde Hesychius, σούσινον, τὸ ἐκ κρίνου μύρον, *Susinum, e lilio vnguentum;* cuius etiam fit a Clemente, vbi varia recenset vnguentorum genera, mentio Lib. II. Pædag. cap. VIII. ἀλείφονται δὲ καὶ τῷ ἀπὸ κρίνων μύρῳ, *vtuntur etiam vnguento ex lilio.* Addit autem dicto loco Athenæus, Persepoli autumnum a Persarum Regibus transactum; a Parthorum autem Regibus ver Rhagis traductum, hyemem Babylone, reliquam vero anni partem in vrbe quapiam, quæ ibi asteriscis tantum notatur, & quam ibi voce *Hecatompylo*, quæ a Strabone Lib. XI. pag. 514. vocatur Parthorum Regia, explendam monuit ὁ πάνυ p. 827.

Ibid. D. lin. 9. τῆς ἀρχῆς ἀπάσης ὅρους καὶ πέρατα, καὶ φύσιν χωρῶν) Iis, quæ hoc loco dicit Iulianus de Constantio, quem Deus, dum virtutem eius ad imperium terrarum vellet præparare, per idem illud circumduxerit; eius limites ac terminos, locorum situm, regionum amplitudinem &c. eidem monstrando; iis, inquam, consentanea sunt omnino, quæ de Traiano dicit in eius Panegyrico Plinius cap. XV. *Dissunctissimas terras teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti; iam tunc PRAEMONENTE fortuna, vt diu penitusque perdisceres, quæ mox præcipere deberes.* Mox: *cognouisti per decem stipendia mores gentium, REGIONVM SITVS, opportunitates locorum; & diuersam aquarum cœlique temperiem vt patrios fontes patriumque sidus ferre consuesti.*

Pag. 14. A. lin. 1. τὸ κράτιστον, αὐτῶν ἐκείνων τὴν χορηγίαν) Pro χορηγίαν doctissimus Petauius emendat hic περιουσίαν, quod id sententia, vt ait, postulet; quam inde in versione expressit, *quod caput est, illorum ipsorum opes ac præsidium.* Sed vereor omnino, ne virum præstantem acumen hic suum fefellerit. Id enim, quod ille hic dici existimat, iam ante indicauerant ea, quæ præcedunt, verba, δύναμιν ἐθνῶν, *nationum vires ac potentiam;* & quomodo alibi Iulianus, vbi agit de Persarum Rege bellum aduersus Romanos moliente, Orat. II. pag. 73. τὸ τῆς παρασκευῆς μέγεθος, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν περιουσίαν, *magnitudinem apparatus, & virium copiam;* vbi περιουσία non adeo *opes* ipsas ac *præsidium*, vt eam vocem hic interpretatur Petauius, quam earum *copiam* & multitudinem notat: prout alias Græcorum vrbes superasse Corinthus τῇ τῶν χρημάτων περιουσίᾳ, *pecuniarum copia*, a Chrysostomo dicitur in præfat. ad I. ad Corinth. pag. 243. Tom. III. ed Sauil. Mitto, quod ἐκ περιουσίας Atticorum more pro *ex abundanti*, legitur in hac Oratione pag. 27. Sed præcipue, ne Petauianæ illi de hoc loco coniecturæ continuo accedam, obstat non veterum duntaxat librorum & Codicis etiam Vossiani consensus, qui χορηγίαν ibi constanter præferunt; sed quod commodum eadem ibi & opportunum valde, ad plenam totius illius loci sententiam, pariat sensum. Γερουσία nempe apud veteres auctores, de vrbis aut regionis etiam *Rectoribus*, haud minus ac apud Romanos *Senatus* & *Senatores*, dici pridem meruit. Hinc Euripides in Rheso v. 400.

ἡ γε-

Γερουσία φρυγῶν *Senatus Phrygum*, & v. 936. ἐπὶ πυκινὰ γερουσία, *frequens Senatus*, eorundem Phrygum, qui Rhesum Thracum Regem induxit, vt Troianis contra Græcos suppetias ferret. Ita γερουσία Iudæorum, de eorum Synedrio dicta apud Iosephum Lib. XIII. ἀρχ. cap. IX. & Lib. XIV. cap. IX. ac similiter Alexandriæ, γερουσία Iudæorum, qua iidem regerentur, Augusti decreto constituta, iuxta Philonem Legat. ad Caium pag. 1020. Vt de celebri Lacedæmoniorum γερουσία, quæ συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας, *supremus apud Lacedæmonios Reipublicæ consessus*, apud Pausaniam Lib. II. pag. 179. dicitur; aut simili apud Carthaginenses γερουσία, de qua Aristoteles Lib. II. Polit. cap. XI. nunc sileam. Adde præclarat prisci æui reliquias, vt in veteri nummo, ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Senatus Hierapolitarum*, & in Fœdere Smyrnæorum ac Magnetum Marm. Oxon. pag. 17. vbi Decretum illius Fœderis in columnis descriptum iri dicitur, quæ sacrabuntur, in fanis, ἡ ὑπὸ δήμου καὶ τῶν ἐκ γερουσίας Μαγνήτων, *A Populo & A Senatu Magnetum*. Sic in Inscriptione Sardiana, quam viri præstantes vulgarunt, Reinesius Syntagm. pag. 508. & Sponius Miscell. pag. 357. Η ΒΟΥΛΗ, ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ, ΚΑΙ Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ, nempe cui postremæ facem præfert, vt obseruo, Vitruuius Lib. II. cap. VIII, *Crœsi domus, quam SARDIANI ciuibus ad requiescendum ætatis otio, SENIORVM collegio GERVSIAM dedicauerunt*. Vt mittam in Rhodantis & Dosidæ Amoribus a doctissimo Gaulmino editis, Lib. IV. pag. 158.

Σοὶ Ζεὺς ὁμιλεῖ, καὶ θεῶν ΓΕΡΟΥΣΙΑ,

Tecum Iuppiter conuersatur, & Deorum SENATVS.

In quem proinde sensum, de populorum nempe *rectoribus* eorumue regimine, eadem vox hic a Iuliano sumitur. Postquam enim certo Dei consilio, Constantium per vniuersos Romani imperii, cui præfuturus erat, limites circumductum dixisset, eique locorum situm, regionum amplitudinem, nationum potentiam, ciuitatum frequentiam monstrasse propitium numen, addit postremo, καὶ φῦλον δήμων, καὶ τὸ κράτιστον, αὐτὴν ἐκείνων τὴν γερουσίαν, *ac populorum indolem, & quod præcipuum est, illorum ipsorum Magistratus*, seu *Senatum*. Quod nempe nihil magis ei conduceret, qui ipse ad summum imperii regimen erat destinatus, quam vt non Populorum solum, quos adiret, naturam; sed eam vel maxime, qua iidem regebantur, πολιτείας, illorumque, qui tum iis præerant, indolem ac administrationem propius nosset. Plana proinde huius apud Iulianum loci mens, vt non opus fuerit Viro doctissimo, in alia, idque præter scriptorum veterum librorum fidem, quærenda eius sententia, eaque vt certa fidenter lectori obtrudenda, laborare. Mitto nunc quod δῆμος, seu Atheniensium *populus*, γέρων nomine designetur apud Comicum, Equit. pag. 332. ὁ γὰρ γέρων, *senex enim*, vbi veteres Critici, γέροντα δὲ πάλιν εἶπεν, ὅτι ἀρχαῖος ὁ Ἀθηναίων δῆμος, *senem vero rursus dixit, quod antiquus esset Atheniensium populus*; seu verius, quod barbati ac senilis capitis effigie, δῆμος olim, vti illud etiamnum in erudita veterum nummorum supellectile obuium, vt plurimum signaretur. Quale proinde Athenis extitisse Δήμου iuxta Theseum & in Curia, teste Pausania Lib. I. pag. 5. & 6, simulacrum, licet statuere.

Ibid. B. lin. 5. ὅπερ δὴ δοκοῦσιν ἀρίστης ἀρχῆς τῆς τῶν βασιλέων μετειληφέναι) Non eum sensum hæc verba videntur innuere, quem iis adscribit Petauius, *qui optima ciuitatis administranda ratione, hoc est, regia potestate vsi videntur*; sed potius, *qui optima Regni imperii forma vsi videntur*. De Lacedæmoniis hæc dicuntur, apud quos *regia* quidem potestas, sed quæ post inductam a Lycurgo, de qua modo actum, γερουσίαν, & constitutos adhuc pluribus post annis Ephoros, moderata, multisque modis circumscripta, non vero effræna aut αὐτοκράτωρ, vt vulgo notum, extitit. Vnde ad Aristotelem respexisse hic videtur Iulianus, a quo de illo apud Laconas Regum imperio dictum Lib. III. Politic. cap. XIV. ἡ γὰρ ἐν Λακωνικῇ, ΔΟΚΕΙ μὲν εἶναι ΒΑΣΙΛΕΙΑ μάλιστα τῶν κατὰ νόμον· οὐκ ἔστι δὲ κυρία πάντων, *quæ enim est apud Laconas regnum forma, REGNVM VIDETVR esse ex iis maxime, quæ sunt legitima; non vero sunt omnia in eius potestate*. Adde eundem Lib. II. cap. V. sed de quo loco paullo post dicetur. Hinc ab aliis, etiam Græcis ante Aristotelem scriptoribus, laudari Laconicum illud regimen meruit, vt a Platone de Republ. Lib. VIII. pag. 544. qui inter Reipublicæ formas primam, & quæ a multis commendatur, Creticam & Laconicam ponit. Idem plenius adhuc de Legib. Lib. III. pag. 691. regnum apud Laconas temperatum, seipsum seruasse, & aliorum seruandorum caussam extitisse, obseruat. Quomodo itidem Xenophon de Lacedæm. Republ. pag. 690. Laconici illius Regum imperii præstantiam inde colligit, quod quum aliæ administrationum publicarum formæ, vel immutatæ sint, vel tum mutari adhuc qui comperiar; solus ille apud Lacedæmonio

principatus in eodem, quo fuit ab initio, statu permanserit. Quibus in fine subdit, ea regii imperii forma a Lycurgo constituta seu restricta, illum *neque Regibus animos addere tyrannicos voluisse, neque ciuibus eorum potestatem inuisam reddere*, ὅτι τοῖς βασιλεῦσι τυραννικὸν φρόνημα παρέσχησαι, ὅτι τοῖς πολίταις φθόνον ἐμποιῆσαι τῆς δυνάμεως. Quibus consentanea omnino, quæ Iulianus de *optima* apud Lacedæmonios *Regii imperii forma* hic tangit; non vero vt hæc interpretatur Petauius, quasi Lacedæmonii apud se Regiam potestatem, tanquam optimam administrandæ ciuitatis formam, induxerint. Quod proxima, quæ de regio Carthaginensium, eoque Spartanorum, quod aliunde constat, adfini regimine, sequuntur verba, itidem arguunt. Hinc etiam, vt Diis cari ac Senatus principes dicti pridem a Tyrtæo iidem Spartanorum Reges, iuxta Plutarchum in Lycurgo pag. 43.

Ἄρχειν τῆς βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,
Οἷσι μέλει Σπάρτης ἱμερόεσσα πόλις.

Senatus principes esse a Deo honoratos Reges, Quibus cura est Spartæ vrbs amabilis. Neque enim quod adstricta legibus ac iudiciis obnoxia esset eadem illa Regum potestas; aut vero, quod bini iidem, vt aliunde notum, forent; aut quod *imperium militare*, illudque *hereditarium & perpetuum*, στρατηγία κατὰ γένος ἀΐδιος, de eadem Spartanorum βασιλεία, ab Aristotele dicatur Lib. III. Politic. cap. XI. ideo *Regum* iis nomen, non a Spartanis solum, sed ab aliis gentibus, aut qui de iis agunt, Auctoribus, vti nec a Cæsare Iuliano hoc loco, fuit vnquam denegatum. Apud Iosephum quidem Lib. XII. Originum cap. V. & I. Maccab. XX. 20. exstat inscripta Arii Lacedæmoniorum Regis ad Oniam Iudæorum Pontificem epistola; apud illum autem Lib. XIII. cap. IX. alia Ionathæ Pontificis & Senatus Iudæorum ad Lacedæmonios, nulla *Regis* mentione facta, sed *Lacedæmoniorum Ephoris, Senatui, Populoque*, aut iuxta Maccabæos dicto cap. vers. 5. tantum *Lacedæmoniis fratribus*. Verum cuius inter illas vtrinsque epistolæ inscriptiones discriminis obuia equidem ratio, quod tempore scriptæ huius a Ionatha & Synedrio Iudæorum ad Lacedæmonios epistolæ, Sparta cum reliqua Græcia, abrogato omni Regum ac Tyrannorum etiam, quibus obnoxia eadem euaserat, imperio, sub Romanorum ditionem transiisset. Accedit, quod ab ipso Aristotele Lib. III. Pol. cap. X. legitima regna censeantur τὰ πάτρια vel πατρικά, seu κατὰ γένος, a Thucydide similiter dicta Lib. I. pag. 10. πατρικαὶ βασιλεῖαι, hæreditaria nempe, quæ a patribus in filios, quale fuit Heraclidarum, de quibus proxime, apud Spartanos regnum, propagantur. Neque vero hic audiendus ὁ πάνυ, qui in Defensione Regia cap. V. & VIII, excepto hoc Laconum regno, alia omnia antiqua apud Græcos regna plane μοναρχικὰ, nullisque legibus obnoxia vult exstitisse. Mitto, quod id vel ab vno Aeschylo vult doceri, qui in Supplicibus Argiuorum Regem ἄκριτον πρύτανιν, *non iudicabilem rectorem*, vt ea ibi vertit Vir summus, vocat. Præterquam enim, quod hæc non ab Argiuis, sed a Danaidum Aegyptiarum choro, quæ tum primum ex Aegypto Argos appulerant, proferuntur; ea vel jam ante dixerat, vel continuo iisdem Danaidibus regerit Rex Argiuorum; vel populi, non vero Regis decreto, de his Supplicibus sancita dicuntur in eodem dramate: prout id non fugit Viri magni Aduersarium, & quæ contrariam plane de regia illa apud Argiuos potestate sententiam firmant. Quibus etiam consona, quæ vel a Thucydide Lib. I. pag. 10. dicuntur, quod antiquitus Græcorum regna fuerint hæreditaria, sub certis quibusdam priuilegiis, ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι, quum postea horum loco, vt ibidem legitur, tyrannides in eorum vrbes fuerint inuectæ; & plenius a Dionysio Halic. Ἀρχ. Lib. V. p. 337. vbi a principio Græcas vrbes Reges suos tradit habuisse, qui οὐχ ὥσπερ τὰ βάρβαρα ἔθνη δεσποτικῶς, ἀλλὰ κατὰ νόμους τινὰς καὶ ἐθισμοὺς πατρίους, *non, sicut apud barbaras gentes, dominorum instar, sed secundum leges & consuetudines patrias*, regnarent. Id vero haud immerito mirum videri posset, a Iuliano iam Cæsare, & in laudatione Romani imperatoris, legibus proinde soluti, ac in vera, de qua Aristoteles dictis ante locis loquitur, παμβασιλεία constituti, coarctatum adeo, nec legibus solum, sed iudiciis etiam obnoxium Laconicum olim Regnum, tanquam quæ *optima* videatur exstitisse *Regii imperii forma*, hic commendari. Quomodo nempe idem Philosophus Lib. II. Polit. cap. V. tradit, a quibusdam statui ΑΡΙΣΤΗΝ πολιτείαν ἐξ ἁπασῶν, *OPTIMAM Rempublicæ formam, quæ ex omnibus* sit mixta; qualis, vt addit, laudatur Laconica, quæ ex Monarchica, Oligarchica, & Democratica sit temperata; Regno nempe, Senatu, & Ephoris. Mitto, quod ipsi Laconum Reges se non βασιλέας solum, sed ἀρχαγέτας, vt e Polydori & Theopompi Regum ῥήτρᾳ seu *decreto* apud Plutarchum in Lycurgo pag. 43. licet colligere, nuncuparint.

Ibid. B. lin. 6. ὅτω τοὺς Ἡρακλείδας ἐπαιδεῦσαν) Penes *Heraclidas* fuisse regium apud Lacedæmonios, vti olim apud Macedonas

nas aut Thessalos, iuxta Pindarum ab initio Pyth. Od. X, imperium, nemo nescit: ita tamen, vt præter antiquiores adhuc Spartanorum, quos Pausanias ab initio Laconicorum commemorat, Reges, Pelopidas quoque Menelaum & Orestem, iis ante *Heraclidas* imperasse, ex eodem Pausania & aliunde etiam constet. In *Pelopidis* nempe & *Heraclidis* decantata fuit omnis veterum apud Græcos, si Athenienses forte excipias, Regum nobilitas. Quomodo præter dictos Macedonas, & Thessalos, apud Argiuos ac Messenios post *Pelopidas* regnasse itidem *Heraclidas*, præter alios docebit idem Pausanias Lib. II. pag. 117. & Lib. IV. pag. 220. Vt mittam, quod *Heraclidarum* nomine dictos a Xenophonte antiquiores quoque Spartanorum Reges, & ipsi Herculi suppares, notet ab initio ferme Lycurgi Plutarchus. Primos autem inter Spartanos *Heraclidas* fuisse Eurysthenem & Proclem, sextos ab Hercule, qui Spartam obtinuerunt, & a quibus duplex Regum familia sit apud Spartanos propagata, ex Herodoto, Cicerone, Corn. Nepote, Pausania, viderunt iam eruditi, & inter eos magnus Scaliger Animadu. ad Eusebium pag. 55. Quibus accedit Plato de Legib. Lib. III. pag. 683. sed vbi male in Stephaniana, cuius hi numeri, Serrani editione, Πατροκλῆς pro Προκλῆς (quod ad Corn. Nepotem in Agesilao iam a viro docto animaduersum video) legitur; vbi nempe eodem tempore Argorum Temenus, Messenes Cresphontes, Lacedæmonis vero Reges Procles (non Patrocles) & Eurysthenes, totidem nempe *Heraclidæ*, dicuntur extitisse. Quod a Pausania similiter traditur Lib. III. pag. 169; & quidem, quod geminæ huic *Heraclidarum* stirpi Spartæ regnum oraculo Delphico fuerit confirmatum. quorum deinde posteri, nempe Proclis, *Eurypontidæ* apud eundem Pausaniam vocantur; apud Plutarchum vero, vt hodie legitur, *Eurytionidæ* in Lycurgo, Agi & Cleomene; in Lysandro vero p. 447. *Eurytiontidæ*, & prout Εὐρυτιωνίδαι de eo, a quo id illis nomen, dicitur in Agesilai & Pompeji comparatione p. 662. e gente vero Eurysthenis, *Agidæ* appellati, iique apud Laconas, & quidem Delphici rursus oraculi iussu, paullo honoratiores habiti; vt id ab Herodoto traditur Lib. VI. cap. LI. & LII. A quibus proinde, Eurysthene & Procle, diversi duo iisdem nominibus Lacones, quos Artaxerxis Mnemonis temporibus, & sublato eius fratre Cyro, Pergamo vicinisque locis præfuisse, refert Xenophon Hist. Græc. Lib. III. p. 480. Adde, quod præter duas illas regias apud Spartanos familias, aliæ adhuc *Heraclidarum*, sed priuatæ, Lacedæmone extiterint; & ad quas Lysandrum, qui vna ex hisce ortus erat, atque ita ad omnem Herculis apud Spartanos progeniem, regnum consequendi facultatem transferre, sed irrito conatu, cogitasse, tradit dicto loco Plutarchus. Neque vero inde obscurum, cur in priscis, vt Macedonum, ita etiam Lacedæmoniorum nummis, cuiusmodi vidimus in Thesauris Gallorum Regis, vel Hercules vel eius clauæ subinde signentur. Quæ autem de *educatione* eorundem Heraclidarum hic tangit Iulianus, quod nihil cadem apud Laconas commune habuerit cum ea Constantii, quam memorauit hactenus, institutione; ea de re, hisque insuper de illis Spartanis *Heraclidis*, mox dicendi erit locus, vbi illum Lycurgo rursus redarguit, quod is nihil eximium seu regium de educandis Herculis posteris, iis denique futuris apud eos Regibus, constituerit.

Ibid. B. lin. 7. τῶν β [illegible]) Vt optimam videri regii Laconum imperii formam, modo dixerat Iulianus; ita idem de Regum apud Carthaginienses regimine nunc fert iudicium: & eo quidem opportunius, quod, vt ex adductis Polybii a doctissimo Petauio verbis liquet, adfinis esset vtriusque Reipublicæ forma. Quod præter Aristotelem, quem indicat quoque ibi Petauius, dixerat iam ante Isocrates eo loco, cuius de Spartanis verba iam ante ex parte adduximus, ad Nicoclem pag. 31. Ὁρῶ δὲ Καρχηδονίους, καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους, οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον ΒΑΣΙΛΕΥΟΜΕΝΟΥΣ, *Carthaginienses etiam & Lacedæmonii, qui inter omnes Græcos optime Rempublicam administrant: qui domi quidem paucorum potestate reguntur, in bellis tamen REGIS parent IMPERIO.* *Oligarchiam* quidem patrio Carthaginiensium & Spartanorum regimini tribuit Isocrates: tum quod, vt licet statuere, bini in vtraque illa Republica essent Reges, & Carthagine quidem, vt modo dicetur, annui; tum quod vtraque Senatum haberet, seu Γερουσίαν, de qua supra, cum qua de omnibus consulere tenerentur iidem Reges. Quam in rem notabilia sunt etiam Aristotelis, eo, quem iam hic indicauit Petauius, loco, verba Lib. II. Politic. cap. IX. πολιτεύεσθαι δὲ δοκοῦσι καὶ Καρχηδόνιοι καλῶς, καὶ πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους, μάλιστα δ' ἔνια παραπλησίως τοῖς Λάκωσιν, dein, post quædam alia eandem in rem: τοὺς δὲ βασιλεῖς καὶ τὴν γερουσίαν ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι καὶ γέρουσι. *Videntur autem & Carthaginienses præclare constitutam habere Rempublicam,*

blicam, & multa præter alios egregie (idem nempe quod hic Iulianus, διαφερόντως) *quædam vero maxime Laconicis similia:* dein, *Reges autem & Senatum respondentem illorum Regibus & senibus.* Immo vbi præfert adhuc Carthagioiensium πολιτείας, quod non iotra vnam familiam, sicut Heraclidarum, vt paullu ante vidimus, Spartæ; neque tamen ex obscuro, sed ex illustri genere crearentur eorum Reges; & quorum proinde non πατρικαὶ κατὰ γένος, sed αἱρεταὶ forent βασιλεῖαι. Quamquam enim *Suffetes* voce Punica seu Hebræa, nempe *Iudices*, dicti legantur iidem Carthaginiensium Reges, vt aliquoties apud Liuium, sicut Lib. XXX. cap. VII. *Senatum itaque Suffetes, quod velut consulare imperium apud eos, vocauerunt*, ac alibi; & quomodo in aliis Africæ aut Phœniciæ etiam originis vrbibus, *Suffetas* itidem de summis earum Rectoribus dictos, arguunt etiamnum de Gaditanis Liuii verba Lib. XXVIII. cap. XXXVII, *Suffetes eorum, qui summus Pœnis est Magistratus*, & Inscriptiones veteres Africanæ apud Gruterum Thes. CCCCLXX. 1. 2. ac in Reinesii Syntagm. pag. 477. & 478: *Reges* tamen Carthaginiensium iidem, non hic solum appellati, vt de adductis Isocratis verbis nunc sileam; sed pridem quoque, & ad quos hic respexit Iulianus, tum ab Aristotele dicto loco, tum a Polybio Lib. VI. pag. 493, ac similiter a Corn. Nepote in Hannibale: *vt enim Romæ Consules, sic Carthagine quotannis BINI REGES creabantur.* Ita Bomilcar *Rex Pœnorum* a Iustino Lib. XXII. cap. VII. dictus, ac, vt ad eum iam viderunt viri docti, Hannonis Periplus, *Hannonis Carthaginiensium Regis* inscriptus; & Imilco, non apud Iustinum quidem, vt ad Nepotis Hannibalem monuit vir doctus, sed apud Orosium Lib. IV. cap. I. Quamquam, quod nec fugit eruditos illos Iustini enarratores; aut virum eximium, Christoph. Hendreich nostrum, veteranum huius Electoralis Bibliothecæ custodem, in sua Carthagine, *Dictatores, Consules,* ac *Prætores* etiam, illi Carthaginiensium *Reges* vel *Suffetes* subinde leguntur appellati: ac *Dictatores* quidem in M. Catonis Originibus apud Gellium Lib. X. cap. IV. aut apud Liuium Lib. XXIII. cap. XIII; ac similiter quod bini essent, apud Frontinum Strateg. Lib. II. cap. I. *Dictatores Karthaginiensium.* Vt proinde non opus sit cum viro docto, eamdem vocem in *ducatores* ibi refingere: quum præterea Magonem, Carthaginiensium Ducem, *dictatura vndecim* nobilitasse dicantur a Iustino Lib. XIX. cap. I. DICTATOR vero, vt hoc addam, non Romæ solum, sed in Municipiis & Coloniis Romanorum, dicebatur supremus Magistratus; prout Milo *Dictator Lanuuii* in Ciceronis Miloniana; *Dictator Latinus* in Catonis Originibus apud Priscianum, & subinde in lapidibus antiquis, vt *Dictator Municipi Caritum*, Gruteri Thes. CCXIV. & *Dictator Albanus* in Cl. Reinesii Syntagm. pag. 361. vbi eadem, quæ modo adtuli, huius rei exempla ab eo adducuntur. Carthaginem autem deducta primum fuerat a C. Graccho Tribuno plebis, iuxta Liuii Epitomen Lib. LX. Colonia; sed instaurata eadem denuo, nouisque incolis sub Iulio Cæsare, vt e Strabone Lib. XVIII, pag. 833. Plutarcho in eius vita, Pausania Lib. II. pag 85. & Dione Cassio Lib. XLIII. constat, frequentata. Cuius etiam vrbis splendor inde ac nobilitas adeo emersit, vt ab Herodiano Lib. VII. pag. 305. vna vrbe Roma inferior, & cum Alexandria de principatu certare fuerit dicta; Iuliani autem æuo ab Ausonio de claris vrbibus,

Constantinopoli adsurgit CARTHAGO *priori,*
Non toto cessura gradu, quin TERTIA *dici*
Fastidit.

Vnde factum, vt quamquam eadem sub Romanis Imperatoribus, quod tot leges in vtroque Codice obuiæ ostendunt, sedes foret Romani Africæ Proconsulis, ac tandem sub Iustiniano, Præfecti Prætorio Africæ, vt constat ex eius lege Cod. eod. titulo; haud eo minus, inquam, factum, vt illa veteri Coloniæ, & quidem splendidissimæ, iure, Curiam, Decuriones, Duumuiros habuerit. Hinc de ea Apuleius Florid. XVI. *Curia Carthaginiensium splendidissima. Decurionum* autem sæpe occurrit mentio in priscis huius Coloniæ, qui sub Imperatoribus percussi sunt, nummis; cuiusmodi suppeditabunt Coloniarum Numismata a Cl. Vaillant vulgata. Eiusdem vero *Duumuiros* legas in Gestis Purgationis Cæciliani cap. IV. *Duumuirum splendidissimæ Coloniæ Carthaginiensium*; qui proinde erant velut bini olim & annui illius vrbis *Suffetes* aut *Dictatores*; quales hoc postremo etiam nomine in variis Romanorum Coloniis exstitisse vidimus. Adde, quod in eo positum iam olim fuerit illorum apud Carthaginienses *Dictatorum* vel *Regum* a Spartanorum *Regibus* discrimen, non solum, quod illi αἱρετοί, vt diximus, forent; hi vero, Laconum nempe, κατὰ γένος, sed præterea, quod illi essent annui, sicuti Romæ Consules, ac proinde ad tempus instar veterum vrbis Dictatorum, non vero διὰ βίου, seu perpetui. Quale discrimen quoque præter alia, inter Cretenses & Spartanos, (quorum πολιτείας adfinem, præter commemoratos ibi, & qui inde redarguun

guun

guuntur, Auctores, dixerat etiam Aristoteles Lib. II. Polit. cap. VIII. & Strabo Lib. X. p. 481.) obseruat Polybius Lib. VI. pag. 489. nempe quod annui essent in Creta supremi Magistratus, Spartæ autem perpetui.

Ibid. B. lin. 11. *κοινὰ τὰ περὶ τῶν νόμων τῆς ἀρετῆς γυμνάσια)* In eo Lacones simul & Carthaginienses redarguuntur, quod apud eos *communis* foret eademque omnium, qui imperare aut parere deberent, institutio; atque ita nihil eximium haberet præ cæteris eorum, qui virtute tamen haud minus ac principatu reliquos antecellere tenebantur, educatio. Quod similiter apud Persas antiquitus quoque obtinuisse, vt nempe communis esset educandorum regii sanguinis, aut quorumuis e Persis liberorum apud eos ratio, docebit Xenophon Inst. Cyri Lib. I. pag. 7. Ibi enim ait, *ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς* ΤΑ ΚΟΙΝΑ *τῆς δικαιοσύνης* ΔΙΔΑΣΚΑΛΕΙΑ, *cuiuis Persæ licet liberos suos ad* SCHOLAS *iustitiæ* PVBLICAS, *seu* COMMVNES, *mittere.* Haud aliter nempe ac *κοινὰ τὰ τῆς ἀρετῆς γυμνάσια* hic apud Laconas & Carthaginienses exstitisse tradit Iulianus; immo sicut post explicatam illam, quibus promiscue imbuebantur Persæ, disciplinam aut exercitationem, subdit Xenophon, *ταῦτα μὲν δὴ* ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ΠΕΡΣΩΝ *ἔχομεν λέγειν.* dein, *Κῦρος μὲν γὰρ μέχρι δώδεκα ἐτῶν, ἢ ὀλίγῳ πλεῖον,* ΤΑΥΤΗι ΤΗι ΠΑΙΔΕΙΑι *ἐπαιδεύθη, καὶ πάντων τῶν ἡλίκων διαφέρων ἐφαίνετο, εἰς τὸ ταχὺ μανθάνειν ἃ δέοι, καὶ εἰς τὸ καλῶς καὶ ἀνδρείως ἕκαστα ποιεῖν, & hæc quidem habemus, quæ* PERSAS AD OMNES *spectantia proferamus &c.* CYRVS *enim ad annos vsque duodecim paulloue plures ætatis* HAC INSTITVTVS DISCIPLINA, *palam æqualibus vniuersis præstabat, quum discendi, quæ oporteret, celeritate, tum singula recte ac viriliter faciendo.* Promiscua proinde Cyri, quamquam Persarum Rege ac potentissimi tum Medorum Regis filia nati, cum reliquis Persis educatio; adeo vt in eximia solum præ æqualibus indole ac *εὐφυΐᾳ*, eluxerit ejus a teneris præstantia. Aliam quidem, & peculiarem inductam postea in eo Persici imperii Regumque apud illos splendore, educationis rationem, qua instituerentur Regum liberi, constat e Platonis Alcibiade I. pag. 121. admotosque iis primum Eunuchos in Regia præstantissimos, quique inde summo in honore habebantur; dein iuxta varios ætatis gradus, equitandi aut venandi magistros; quatuor dein selectos dictosque *βασιλείους παιδαγωγούς*, qui virtutum, quæ maxime principes decent, laude reliquis præstarent, iisdemque illos Regum filios sollicite ac diligenter imbuerent. Quod discrimen inter antiqua Persarum ante Cyrum, aut recepta post eum in educandis Regum apud illos liberis, instituta, miror non adtigisse diligentissimum Brissonium, vbi de horum educatione ac disciplina nominatim agit, de Regn. Pers. pag. 104. De diuerso autem Laconum vel Carthaginiensium ea in re, quem hic redarguit Iulianus, more, quoue iure id ab eo factum, alius mox occurret dicendi locus.

Ibid. C. lin. 8. 9. *τοὺς βαρβάρους, ἅπασιν ἐν κοινῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης προκειμένης)* Carthaginienses hæc tangunt, a quibus eam, quam ipsis modo impegisse videbatur, in educandis Regum apud eos liberis, culpam removet, seu venia ideo dignam censet; quod, quum non hæreditarius vel iure sanguinis obtingeret apud eos principatus, sed cuiuis ille promiscue pateret, communis quoque educationis apud eos ratio obtinuerit. Annuum nempe erat, quod iam antea adtigi, Regum seu Suffetum apud Carthaginienses, non vero *διὰ βίου*, seu perpetuum, vt apud Laconas, imperium, nullique certæ familiæ, sicut Heraclidis apud hosce, vti mox id dicitur, adsignatum. Tangit itidem hoc inter vtrosque populos discrimen Aristoteles Lib. II. Polit. cap. IX. sed ita, vt non cuiuis e plebe Carthaginiensium aditum fuisse ad illud apud eos imperium, sed honestiori apud eos loco ortis, simul doceat, *τοὺς δὲ βασιλεῖς, καὶ τὴν γερουσίαν ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι καὶ γέρουσι· καὶ βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος,* ΜΗΤΕ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΤΥΧΟΝ, *Reges autem & Senatum respondentem* Laconum *Regibus & Senibus* habent Carthaginienses. *Et melius quidem, Reges ex eodem non esse genere; eoque non quolibet.* Non omnibus proinde *ἐν κοινῷ*, quod hic a Iuliano dicitur, patuit illud *Regium* seu *Suffetum* apud hosce *barbaros*, vt hic Carthaginienses vocat, *imperium:* sed eo instituto ac more, quo nec e plebe quidem ac promiscue, verum *ἀριστίνδην*, vt paullo ante dixerat Philosophus, seu *ex optimis*, ac virtutis & diuitiarum etiam, vt id alibi rursus tangit Lib. IV. Polit. cap. VII. habita ratione, eligebantur apud eos Senatores. Adde, quod Oligarchicam domi, vt supra vidimus, dixerit Carthaginiensium Rempublicam Isocrates; ac proinde cuius administratio non cuiuis, vt hic innuit Iulianus, esset in medio posita. Neque vero de *barbaris* hoc in genere dici potuisse satis constat, quod *αἱρετοὺς* nempe, non *κατὰ γένος* haberent Reges: quum hæredita-

reditaria fuiſſe pleraque *barbarorum*, maxime apud Aſiaticas gentes, Babylonios, Aſſyrios, Medos, Perſas, vt de Aegyptiis aliisque nunc ſileam, imperia nemo neſciat. Neque vero amplius *barbari* iidem Carthaginienſes Iuliani æuo, aut ſuperioribus etiam temporibus, poſt ſplendidam Romanorum Coloniam eam in vrbem ſub Iulio Cæſare, vti iam ante vidimus, deductam; cuius adhuc obuia in priſcis eius numinis memoria, ac ſubinde cum gemellis Romulo ac Remo, noto, de quo ſupra, Coloniarum typo, lupam lactantibus, aut vero cum Populi Romani Genio, addita quoque eius, ſicuti & vrbis eum litterarum compendio, epigraphe, qua eadem dicitur, COLONIA IVLIA CARTHAGO ANTIQVA GENIO P. R. vel etiam ANTIQVA AVGVSTA PIA: quales equidem nummos & vidiſſe nobis ac verſare in præclaris Cimeliarchiis haud ſemel licuit, & in laudato ſupra opere exhibet ac enarrat omnis huius memoriæ peritiſſimus Vaillant.

Ibid. D. lin. 1. *Λυκοῦργον· τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους ἀσυμφύλακτον τὴν βασιλείαν διαφυλάττοντα.*) Regnaſſe Spartæ *Heraclidas* dixerat iam ante, vt vidimus, Iulianus. Id vero regnum illis Herculis poſteris a Lycurgo ſeruatum perpetuum ſeu inconcuſſum nunc tradit. Lycurgus nempe ipſe ex Herculis habitus progenie, ab eoque, juxta Eutychidam apud Plutarchum in ejus vita, vndecimus. Vt haud mirum ſit, ab eo prouiſum, quo *Heraclidis* non hæreditarium ſolum, ſed, vt hic dicitur, ſtabile ac *immotum* illud imperium permaneret; idque, quod aliunde conſtat, latis legibus & conſtituto Senatu, quibus, vti iam paullo ante vidimus, amota omni a Regibus inuidia, ac ſublato tyrannidis animo vel metu, eorum ſecuritati, ac ciuium ſimul tranquillitati libertatique conſuluit. Qua ratione etiam, & inductis adhuc poſtea apud Spartanos Ephoris factum, vt ad Megillum Laconem ait Athenienſis hoſpes apud Platonem de Legib. Lib. III. pag. 692. *καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον* Η ΒΑΣΙΛΕΙΑ *παρ' ὑμῖν ἐξ ὧν ἔδει σύμμικτος γενομένη, καὶ μέτρον ἔχουσα,* ΣΩΘΕΙΣΑ ΑΥΤΗ, *σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν αἰτία*, *& in hunc quidem modum Regnum apud vos, iis, quibus oportebat, rebus temperatum, & SE IPSVM SERVAVIT, & aliorum conſeruandorum cauſſa exſtitit.* Quod obſeruat itidem ab initio Ageſilai Xenophon, nunquam motam inuidia Spartam, *ipſis*, Heraclidis nempe, *abrogare imperium cogitaſſe*, *ἐπιχειρῆσαι καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν·* ipſos autem, quod continuo addit, Spartanorum Reges nunquam maiora concupiuiſſe, quam leges ferrent, quibus ab initio regnum acceperant. Ita, quod de Lycurgo hic nominatim, de Lacedæmoniis in genere tradit Iſocrates ad Philippum pag. 88. *Λακεδαιμόνιοι δὲ τοῖς* ΑΠ' ΕΚΕΙΝΟΥ (*Ἡρακλέους*) ΓΕΓΟΝΟΣΙ *καὶ* ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, *καὶ τὴν ἡγεμονίαν εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον δεδώκασι*, *Lacedæmonii EIVS* (nempe Herculi) *POSTERIS REGNVM ac imperium in omne tempus dederunt.* Hinc Spartæ Rex Archidamus, de ſe apud eundem Iſocratem verba faciens, ait pag. 117. *γεγονὼς μὲν* ΑΦ' ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, *τοῦ δὲ πατρὸς βασιλεύοντος*, *natus quidem ab Hercule*, ſeu ex eius familia, *patre autem rege*, ipſe vero ad eam dignitatem deſtinatus. Immo non Reges ſolum, ſed eorum etiam vxores, ex *Herculis progenie* eſſe oportuit; prout antiqua Spartanorum lege (eaque a Lycurgo procul dubio lata) cautum, e Plutarcho in Agi & Cleomene p. 800. liquet, quæ ab Heraclide liberos ex alienigena muliere vetaret ſuſcipi. Adeo, vt publicæ Ephorum cuſtodiæ, iuxta Platonem in I. Alcibiade pag. 121. creditæ fuerint Regum illorum vxores; & quod de Perſarum Reginis itidem, vt illæ nempe adſeruarentur, prouiſum tradit: ne elandeſtino nempe concubitu ex alio, quam ex Heraclidis apud Spartanos, aut apud Perſas quam e Rege, Rex naſceretur. Qua ratione nempe factum, vt Leotychidæ, Agidis filio, quod ille ex Alcibiadis cum eius matre ſtupro natus crederetur, prælatus fuerit Ageſilaus; & claudum tum fore Laconum regnum, Oraculo Delphico portendi contenderet, iuxta Plutarchum in eodem Ageſilao pag. 597. Lyſander, ſi alienus ab Hercule regnaret. Ita *ἀσυμφύλακτον*, quod hic dicitur, *inconcuſſum* per plura ſecula manſit *Heraclidarum* apud Laconas regnum; donec illud poſt euerſum a Cleomene Rempublicam, & ambitione ac auaritia, neglectis, quod aperte tradit Polybius Lib. VI. pag. 492. aut omiſſis Lycurgi legibus, in tyrannidem ſub Machanida ac Nabide recidit: quibus ſublatis, Achæorum concilio ſubjecti Lacones, ac dein vna cum Achæis in Romanorum poteſtatem tranſierunt. Quibus de rebus conſuli præ aliis poſſunt Polybius, quum dicto loco, tum Lib. IV. pag. 344. ac Pauſanias Lib. IV. pag. 272. & Lib. VII. pag. 411. ac vnde quædam, vti ea, uæ de Reginarum apud Spartanos cuſtodia, & lege, ne ex alienigena muliere ſuſciperent liberos Heraclidæ, ſupra monui, obiter iam adtigit in Lacedæmoniorum Republica Lib. I. cap. V. Nic. Cragius. Vt hoc poſtremo addam, eadem voce, quam hic adhibet Iulianus, *ἀσυμφύλακτον*, vſum olim Callimachum Hymn.

Hymn. in Delum v. 26. *Θεὸς δ' αἰὲν ἀστυφέλικτος. Deus autem semper immotus.*

Ibid. D. lin. 4. *σφόδρ' ἄν τις εἰκότως μέμψαιτο* An *iure*, vti proximis adhuc verbis contendit Iulianus, *redargui* possit Lycurgus, quod nihil eximium Heraclidarum educationi tribuerit, quibus tamen hæreditarium ac stabile ius regni seruare voluerit, haud immerito licet ambigere. Communia quidem, vti ea de re mox dicetur, exstitisse diuitum ac pauperum apud Laconas, & quibus iidem ex æquo a teneris adsuescerent, instituta, satis constat. Id tamen, vt hinc ordiar, de promiscua illa, eademque omnino priuatorum, ac ad regnum apud Spartanos destinatorum, educatione & disciplina videtur continuo infirmari iis, quæ a Plutarcho in Agesilao ab initio eius vitæ traduntur, *ἐπεὶ δὲ τῆς βασιλείας Ἄγιδι προσηκούσης κατὰ τὸν νόμον,* ΙΔΙΩΤΗΣ *ἐδόκει βιοτεύειν* Ο ΑΓΗΣΙΛΑΟΣ, *ἤχθη τὴν λεγομένην ἀγωγὴν ἐν Λακεδαίμονι, σκληρὰν μὲν οὖσαν τῇ διαίτῃ καὶ πολύπονον,* ΠΑΙΔΕΥΟΥΣΑΝ *δὲ* ΤΟΥΣ ΝΕΟΥΣ ΑΡΧΕΣΘΑΙ, *Quum regnum autem ex lege Agidi veniret, ac PRIVATAM VITAM AGESILAVS putaretur acturus, disciplina institutus fuit, quæ ἀγωγὴ Lacedæmone vocabatur: rigida quidem & ærumnosa, verum IVVENTVTEM AD PARENDVM ERVDIENTE.* Immo quibus illud continuo subdit Plutarchus: *ταύτης ἀφίησιν* Ο ΝΟΜΟΣ *τῆς ἀνάγκης τοὺς* ΕΠΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑ *τρεφομένους παῖδας. Ἀγησιλάῳ δὲ καὶ τοῦτο ὑπῆρξεν* ΙΔΙΟΝ, *ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν* ΜΗ ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΝ ΤΟΥ ΑΡΧΕΣΘΑΙ, *ab hac necessitate* (nempe duræ illius ac seueræ Spartanorum *ἀγωγῆς*, seu *educationis*) *SOLVIT LEX PVEROS, qui AD REGNVM EDVCANTVR. Agesilao vero & hoc exstitit singulare, quod non RVDIS PARENDI accessit ad imperium.* Quæ satis vtique arguunt, & recepta quidem Lycurgi (neque enim alius traditur ibi eius auctor) lege; quod non eadem esset omnino, nec anstera adeo Heraclidarum, ad quos regni ius & successio adtinebat, quam priuatorum, disciplina ac institutio. Vnde etiam alius Agis ex Agesilai, & proinde ex Herculis itidem posteris, ac futures Spartanorum Rex, non iuxta duram illam reliquorum Spartanorum *ἀγωγὴν*, sed *in opibus & delicijs muliebribus matris ac auiæ enutritus, ἐντεθραμμένος δὲ πλούτοις καὶ τρυφαῖς γυναικῶν* &c. a Plutarcho dicitur in eius & Cleomenis vita pag. 797. Adde, quod id in Laconum *πολιτείᾳ* exstitit peculiare, vt obseruat grauissimus auctor Polybius, vbi eam cum Romanorum Republica componit Lib. VI. p. g 492. quod ex Lycurgi legibus ac institutis, ad propriorum finium tuitionem, ac libertatis conseruationem, tota eadem esset, non vero ad parandum in vicinos dominatum, comparata. Hinc, eodem etiam auctore, quodque latæ a Lycurgo leges aliaque Laconum instituta in litteras relata abunde comprobant, omnis puerorum apud eos educatio ad priuatæ vitæ rationes, temperantiam, iustitiam, liberalitatem, vnice referebatur. Accedebat eum in finem restricta tot legibus & iudiciis obnoxia regia apud eosdem Spartanos potestas; eaque etiam *στρατηγίας*, vt supra vidimus, seu *militaris imperii* nomine, ab Aristotele appellata; ab aliis vero Oligarchica, Aristocratica, vel Democratica quoque, aut ex iis mixta Reipublicæ forma: quæ proinde regios plane ac elatos multum supra priuatorum sortem spiritus, aut ab hisce semotam valde in Heraclidis institutionis rationem, nullatenus flagitabat.

Ibid. D. lin. 6. *πάντας Λακεδαιμονίους ἀθλητὰς ἀρετῆς*) Insignis hæc quidem laus Lycurgi, & legum ab eo latarum; quibus, vt *omnes Lacedæmonii in virtutis palæstra* sedulo ac a teneris exercerentur, prouisum hic ab eo dicitur. Nempe iuxta illud, quod paullo ante dixerat, *communia* fuisse apud Laconas & Carthaginienses *virtutis gymnasia, τὰ κοινὰ τῆς ἀρετῆς γυμνάσια.* Vacasse cæteroquin Spartanos, ex eiusdem Lycurgi instituto, ad comparandum corporis robur, & quidem pueros iuxta & virgines, athleticis palæstræ exercitiis; & publica inde Spartæ exstitisse proprie dicta a Græcis *gymnasia*; non e Xenophonte solum, aut Plutarcho, vbi agunt de Lacedæmoniorum Republica vel institutis, aut in Lycurgo ac Agesilao; sed ex aliis etiam auctoribus, Thucydide, Cicerone, Aeliano, Athenæo &c. obseruarunt iam eruditi; ac prout a Propertio dicitur Lib. III. El. XIV.

Multa tuæ, Sparte, miramur iura PALAESTRAE,
Sed mage virginei tot bona GYMNASII:

& Ouidio Epist. Paridis ad Lacænam Helenam, v. 149.

More tuæ gentis nitida dum nuda PALAESTRA
Ludis;

nempe prout gymnasia virorum, sicut & mulierum, Spartæ exstitisse, dicit Nicol. Damascenus apud Stobæum Florileg. pag. 193. Hinc e Lacedæmoniis insignis olim athleta & pugilatus quidem inuentor habitus Pollux; de quo proinde eiusque cæstibus ait Valerius Flaccus Lib. I. v. 420.

Taurea vulnifico portat celataque plumbo
Terga LACON;

ac vnde, quod iuxta fratrem natus Amyclis, Laconicæ oppido, ferebatur, *corona Amyclæa*, de corona e pugilatus certamine relata, a Martiali ad amicum pugilem dicitur Lib. IX. Ep. LXXIII,

Liber Amyclæa frontem redimite corona,
Qui quatis Ausonia verbera Graia manu,

nempe manu cæstibus armata. Adde tot Laconas Olympionicas, seu cursu, aut in gravioribus etiam athleticis certaminibus victores; & Laconem Philombrotum, qui pentathlo primus Olympiade XXVI fertur decertasse: quorum signata in antiquis Græcorum fastis nomina, in Scaligeri Eusebianis prostant. Hinc illa Amyclis statua Laconis quinquertionis seu pentathli, qui accepta Olympiis corona statim e vita excessisse apud Pausaniam dicitur Lib. III. pag. 196. Quamquam, vt hoc addam, ab Aristotele Lib. VIII. Polit. cap. IV. de Laconibus dicatur, eos ludis gymnicis, vti & bellicis certaminibus aliis, Græcis tum exstitisse inferiores. Quod Thebanorum potissimum intuitu videtur ab eo dictum, qui & athleticis certaminibus, vti ea de re supra pag. 124. impense dediti, & a pugna Leuctrica, qua Lacedæmonios, quos *ante se Imperatorem nemo Bœotiorum ausus fuit aspicere in acie*, vti aiebat Thebanus (sicut ea de re Nepos & Plutarchus) Epaminondas, ingenti prœlio vicerant, attritæque dein fuerunt Laconum vires. Haud minorem vero, sed potiorem adhuc fuisse eiusdem Lycurgi curam ac sollicitudinem, vt, quod hic dicitur, *athleta virtutis* euaderent omnes Lacones, docet præclarus apud Xenophontem, ad quem hic videtur respexisse Iulianus, vbi de Laconum institutis agit, locus, pag. 684. *καλοὶ γὰρ οἱ γυμνικοὶ, ἀλλ' ἔτοι μὲν σωμάτων εἰσὶν*, dein, *ὅσῳ κρεῖττον ψυχὴ σώματος, τοσούτῳ καὶ* ΟΙ ΑΓΩΝΕΣ *οἱ* ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ, *ἢ οἱ τῶν σωμάτων ἀξιοσπουδαστότεροι*, *nam & ludi gymnici sunt quidem egregii, verum ad corpora pertinent: quanto igitur animus corpore præstantior, tanto magis ANIMORVM CERTAMINA, quam corporum, fieri debent.* Hinc decantata, vt ad *virtutem* a teneris formarentur Lacones, eorum instituta; quibus in temperantia, continentia, frugalitate, diuitiarum contemptu, modestia, erga seniores aut Magistratus obsequio, in patriam fide, patientia, ab ipsis velut incunabulis, nulloque habito ordinum apud eos discrimine, exerciti ac adsuefacti fuerunt Lacedæmonii. In quem vsum comparata erant apud eos *φιδίτια*, vt vere *virtutum* illarum scholæ seu gymnasia. Eos proin omnes totidem virtutis athletas inde hic vocat Iulianus; prout cæteroquin ea tum ætate, ac iam ante, præeunte D. Pauli exemplo, passim apud veteres Ecclesiæ Doctores, aut in antiquis Martyrum Actis, *ἀθληταὶ, ἀσκηταὶ, πύκται*, *athleta, exerciti, pugiles*, eorumue certamina, *ἆθλα, ἄσκησις, ἄθλησις, πάλη, παλαίσματα*, *agones, exercitatio, lucta*, adde & *cursus*; loca etiam ad id destinata *scammata, stadium*, præmia vero *ἔπαθλα*, *corona, brabeum*, &c. de imperterrita fidei Christianæ professione, aut consummatæ virtutis Martyribus vel Confessoribus etiam, dici solent. Quam in rem vnicum adducam, eumque insignem, qui pleraque e palæstra Gentilium athletica, eorumque agonibus, desumpta vocabula eam in rem transtulit, Tertulliani locum ad Martyres cap. III. *Bonum AGONEM subituri estis, in quo AGONOTHETES Deus viuus est, XYSTARCHES Spiritus Sanctus, CORONA æternitatis* (seu, vt ibi legendum mallem, *corona, æternitas*) *BRABEVM angelicæ substantiæ politia in cælis, gloria in sæcula sæculorum. Itaque EPISTATES vester Christus Iesus, qui vos Spiritu VNXIT, & ad hoc SCAMMA produxit, voluit vos ante diem AGONIS ad duriorem tractationem a liberiore conditione seponere, vt vires CORROBORARENTVR in vobis. Nempe enim & ATHLETÆ segregantur ad strictiorem disciplinam.* &c. Immo vnde etiam ad illorum inter Gentiles & inter Christianos *athletarum* discrimen, priores *ἀθληταὶ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων*, *athletæ externorum*, seu extra fidelium cœtum, *certaminum*, dicti a Chrysostomo, Sermone in Iulianum, non hunc quidem *παραβάτην*, sed Martyrem, pag 611. Tom. V. ed. Sauil.

Ibid. D. lin. vlt. *ἴσης ἀξιῶν τροφῆς καὶ παιδείας*) Eadem nempe, quod iam ante innui, & aliunde etiam notum, inducta fuit a Lycurgo, tam diuitum, quam pauperum, vt hic dicitur, educatio ac institutio. Quod vtrumque, & cujus ea de re locum ante oculos hic videtur habuisse Iulianus, adtigit Aristoteles Lib. IV. Polit. cap. IX. Ibi enim a multis habitam inde pro democratia Lacedæmoniorum Rempublicam tradit, quod multa ei essent democratiæ propria, *ἔιον*, vt addit, *πρῶτον τὸ περὶ* ΤΗΝ ΤΡΟΦΗΝ *τῶν παίδων*. ΟΜΟΙΩΣ *γὰρ οἱ τῶν πλουσίων* ΤΡΕΦΟΝΤΑΙ *τοῖς τῶν πενήτων, καὶ* ΠΑΙΔΕΥΟΝΤΑΙ *τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες*, *sicut primo in ALENDIS pueris. EODEM namque MODO diuitum, quo pauperum ALVNTVR; atque eodem INSTITVVNTVR modo, quo possint & pauperum liberi.* Quomodo *nutritionem* quod adtinet, *ἰσοδίαιτοι*, *æquales in victu* inde dicti sunt in genere Lacones,

cones, a Thucydide Lib. I. pag. 5. Hinc eadem, quod ille ibidem tangit, vestitus & cultus apud eos ratio; communia non συσσίτια solum, sed, quæ paullo ante dixi, φιδίτια, in quibus Lacones ad virtutis studium indiscriminatim erudiebantur. Quamquam, vt de παιδείᾳ dicam, in solo litterarum studio politam omnem Laconum *institutionem*, reliquis disciplinis exulare apud eos iussis, tradat in Laconum institutis Plutarchus. Immo quos barbaris adhuc rudiores, ac ne litteras quidem doctos dicit in Panathenaico Isocrates pag. 276. *οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς ΠΑΙΔΕΙΑΣ καὶ φιλοσοφίας εἰσὶν, ὥστ' οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν, isti a communi institutione & philosophia tam sunt alieni, vt ne litteras quidem discant.* Sed quod ab iniquiore Laconibus Atheniensi Rhetore dictum, vere iam monuit Lib. IV. de Republica Lacedæmoniorum cap. I. eruditissimus Cragius. Neque etiam, vt hoc addam, adeo omnis elegantioris disciplinæ, & quidem ex Lycurgi instituto, rudes exstitere iidem Lacones, vt non ab ipso Lycurgo Homeri poemata, idque ob moralia & politica, quæ in iis continebantur, præcepta, fuerint e Creta, iuxta Plutarchum in eius vita, in Græciam, & proinde Spartam, delata. Sic poeseos laude inclyti olim inter Græcos, iique Lacones, Cynætho, qui *Telegoniam* poëma scripsisse ab Eusebio in Chronico dicitur: Alcman itidem Lyricorum princeps dictus, & a Suida amatoriorum carminum inuentor, idemque iuxta Statium. Lib. V. Sylu. v. 153. *tetricis Alcman cantatus Amyclis*, seu Lacedæmoniis, iisque proinde non ἀμούσοις. Adde Tyrtæum, de cuius patria, an Lacedæmonius nec ne fuerit, quamquam dubitatum sit iam olim, illud tamen a veteribus traditum, eum perculsos Lacedæmonios ad bellum recitatis elegis animasse; alio autem tempore, motam apud eos seditionem, carminibus eundem compescuisse; prout vtrumque a Pausania traditur Lib. IV. pag. 246. & 250. Vnde Musis quidem, sicuti, quod aliunde notum, Apollini Amyclæo, non vero Mercurio λογίῳ litasse, e Lycurgi instituto, Lacedæmonios liquet: cuius nempe lege eiectam Lacedæmone Rhetoricam refert Sextus Empiricus aduersus Mathematicos Lib. II. p. 69. & qui illum Ionis Tragici versum præter alios ibidem adducit,

οὐ γὰρ ΛΟΓΟΙΣ ΛΑΚΑΙΝΑ πυργοῦται πόλις,
Neque enim VERBIS LACAENA vrbs superbit,

prout verti locus ille debuit; ac similiter apud Euripidem Hercul. Fur. v. 238. *οἷς πεπύργωσαι λόγοις. verba, quibus te effers;* pro solita alibi apud eundem aliosque Atticos Tragicos huius verbi πυργόω & πυργοῦμαι, vt obiter hoc addam; significatione, vt Oreste v. 1570. *ὃς πεπύργωσαι θράσει. qui elatus es audacia*, seu *qui te adeo ferocem prabes*, & Medea v. 526. *ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν. postquam valde extollis tuum beneficium*; & iam ante apud Aeschylum Pers. v. 191. *τῇ δ' ἐπυργοῦτο στολῇ, superbiebat hoc ornatu.* Quamquam proprio eiusdem verbi sensu, iuxta vocis originem, πυργοῦσθαι pro *munire* aut *munitiones exstruere* dixerint Attici οἱ πεζογράφοι, vt Xenophon Inst. Cyri Lib. I. pag. 151. *τέκτονας δὲ οἳ τὰ ἡμῖν ἐχυρὰ πυργοῦσθαι, fabros, qui munitiones nobis erigant.*

Pag. 15. A. lin. 3. *ἐντεῦθεν ὑπεσχόμεν)* Deesse hic aliquod verbum bene monet Petauius, seu, vt ille ait, πέφυκε, vel tale quid. Idem certe in MS. Vossiano mendum. Ne vero ea Heraclidarum, seu regni apud Spartanos hæredum, educatio aut institutio, quam omnino cum reliquis Spartanis communem illis exstitisse tradidit, vti vidimus, ac redarguit Iulianus, eorundem *contemptum*, quod hic continuo addit, *pareret*; id vtique ea, quæ paullo ante de toto Lycurgi in formanda Laconum Republica, ac vt seruaret Heraclidis regnum, consilio ac instituto, deque ipsa horum minus austera educatione diximus, abunde amoliuntur.

Ibid. A. lin. 4. 5. *οὐδὲ κρείττονας νομίσειν τοὺς οὐ διὰ ἀρετὴν πρωτεῖον λαχόντας)* Quam etiam priniam fuisse Regum apud gentes originem, tangit ab initio operis, vt vulgo notum, Iustinus, *quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter BONOS MODERATIO prouehebat.* Hinc etiam a Græcis κρείττονες, vt hoc loco, seu ἄριστοι, ac vnde *Aristocratia*, & Latinis *Optimates*, dicti Reipublicæ principes ac moderatores; & qui tales, seu *virtutis*, adde & *diuitiarum*, ratione prouecti, ἀριστίνδην eligi dicebantur. Quo etiam nomine Carthaginienses, qui in deligendis Senatoribus id obseruarunt, præ Spartanis, qui non Reges quidem, de quibus hic agit Iulianus, sed Ephoros, e quibuslibet crearent, redarguit Aristoteles Lib. II. Polit. cap. IX. *οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν τυχόντων εἰσί. ταύτην δὲ αἱροῦνται τὴν ἀρχὴν ἀριστίνδην, hi quidem*, seu Laconum Ephori, *ex quibuslibet; illum vero*, Senatorum Magistratum, *deligunt ex optimis* seu præstantissimis, Carthaginienses. Hinc de selectis etiam, vt obiter hoc addam, apud Iudæos, & Mosis quidem Legislatoris iussu, victimis, ait Philo de Victimis pag. 835. *τρεῖς ἀριστίνδην ἐπέκρινε, tria præcipua selegit* genera.

 Mi-

Mirum autem videri cuipiam possit, & quod in simili ferme occasione iam ante adtigi, id a Iuliano hic tradi; nempe pro Principipibus haud habendos, qui virtutis primatum simul non obtinent: qui ipse solo iure seu propinquitate sanguinis, nullo adhuc dato virtutis ad imperandum exercitæ experimento, e scholis Rhetorum ac Philosophorum, a patruele Constantio, eoque Augustorum filio ac nepote, *Cæsar* modo fuerat nuncupatus.

Ibid. A. lin. 10, *τιμωρίᾳ τῶν ἐνδεέστων τῇ Λυσάνδρῳ πρὸς Ἀγησίλαον φιλοτιμίᾳ*) Neque valde opportune a Iuliano hoc adducitur exemplum, vt inde probet natum sæpe apud Spartanos Regum contemptum; quod apud eos destinati regni hæredes Heraclidæ, communi iuxta reliquos ciues institutione vterentur, nec proinde virtute præ cæteris Spartanis iidem eminerent. Agesilaus quidem eadem illa adstricta Spartanorum *ἀγωγῇ* educatus; sed ideo, vti paullo ante tradentem vidimus Plutarchum, quod regnum ex lege ad fratrem eius maiorem natu Agida veniret: ipse autem Agesilaus *ἰδιώτης ἐδόκει βιοτεύειν*, *priuatam vitam acturus videbatur.* Factum vero, vt Agide mortuo, regnum, quod Leotychidæ eius filio ex lege debebatur, ipsius Lysandri potissimum artibus, ad Agesilaum fuerit a Spartanis delatum. Quum vero in Asiam profectus fuisset Agesilaus, comite adsumpto, vt præcipuo amicorum, Lysandro, & ibi omnes hunc sibi pridem beneficiis ac iniuria notum, & ingenio ferocem, præ Agesilao adsectarentur, inde æmulatione inter eos orta, Lysandrum, imminuta prius omni ab Agesilao auctoritate eius & gratia, in Hellespontum ablegatum. Quæ a Xenophonte Ἑλλην. Lib. III. pag. 497. Plutarcho in Lysandro ac Agesilao, & Corn. Nepote in eodem Lysandro enarrantur. Adeo, vt illa *æmulationis*, qua motus fuit in Agesilaum Lysander, caussa aliunde profluxerit, quam e Regiarum in Agesilao virtutum, quibus supra alios ferme Spartanorum Reges eminuit, contemptu: nec etiamsi communis eidem Agesilao fuerit cum aliis Spartanis *ἀγωγὴ* seu educatio, illa ei vt regni hæredi ac ad imperandum nato, sed vt priuato, & quæ, iuxta adducta Plutarchi ea de re verba, Laconicam iuuentutem ad parendum erudiebat, demum contigerit.

Ibid. B. lin. 8. *Ἐξελαύνοντες γὰρ τῶν οἰκιῶν οἱ γονεῖς τοὺς παῖδας*) De hoc Carthaginiensium ritu, iuxta quem ædibus eiecti a parentibus liberi, vt proprio labore se sustentarent, vnus, qui id e veteribus tradat, occurrit mihi hactenus hic Iuliani locus: neque de eo quid a Petauio adnotatum. Nulla vtique fit eius rei mentio apud Aristotelem, Polybium, Diodorum, Liuium, Nepotem, Silium Italicum, Apuleium, Appianum, Iustinum, qui multa de Carthaginiensibus eorumue institutis prodidere; neque id etiam a nostrate Hendreich, viro præstanti, eo libro, quo veterem Carthaginiensium Rempublicam eiusque instituta enarrauit, ex iisdem aliisue antiquis Auctoribus monitum video. Illud tamen, nec alienum vtique ab hoc ritu, e Gueuarra in Horologio Principum Lib. II. cap. XXXIX, sed a se nullibi apud veteres lectum, refert vir eruditus dicti operis de Carthagine pag. 133. nempe habuisse in more Carthaginienses, vt liberi, inprimis honoratorum filii, in templis a tertio anno vsque ad duodecimum educarentur; a duodecimo ad vigesimum vsque artes & opificia discerent. Quo referri itidem possunt cum Laconum, de quibus iam ante, nisi quod ab opificiis abstinerent, tum Cretensium instituta: quorum pueros extra paternas ædes publice & communiter habitasse, ibique duriter educatos, tradunt Nicolaus Damascenus in Collectaneis de moribus apud Stobæum, & Heraclides de Politiis. Neque diuersus exstitit, quem memorat initio Cyri *παιδείας* Xenophon, Persarum mos; iuxta quem haud relictam parentibus, secundum plerarumque ciuitatum consuetudinem, liberos educandi facultatem tradit, *αἱ μὲν γὰρ πλεῖσαι πόλεις ἀφεῖσαι παιδεύειν, ὅπως τις ἐθέλει*, ΤΟΥΣ ΕΑΥΤΟΥ ΠΑΙΔΑΣ, *nam pleraque ciuitates cuiuis educandi LIBEROS SVOS, prout ei lubitum fuerit, potestatem faciunt:* sed eos itidem a paternis ædibus amotos, in forum quoddam liberum seu ludum publicum amandatos, vbi a teneris ad omnem virtutem, & cum ætate ad exercitia & labores, a delectis ad hæc præstantissimis magistris, imbuerentur. Mitto hic, quod Aristoteles Lib. VII. Polit. cap. XVII. domi ad septennium alendos tradit pueros.

Ibid. B. lin. 10. *ἐμπορεύεσθαι διὰ τῶν πόνων τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων*) Πολύπονος proinde Carthaginiensium, vti Laconum a Plutarcho dicitur ab initio Agesilai, educatio; eaque præterea, iuxta Aristotelis monitum Lib. VIII. Polit. cap. II. comparata. Quærit enim ibi Philosophus, an debeat eadem in rebus ad vitam vtilibus, an vero in iis, quæ ad virtutem pertinent, demum occupari? quod vtrumque suis quum se tueatur iudicibus, addit, *ὅτι μὲν οὖν* ΤΑ ΑΝΑΓΚΑΙΑ *δεῖ διδάσκεσθαι*

ἐκδεῖσθαι τῶν ΧΡΗΣΙΜΩΝ οὐκ ἄδηλον, *quod quidem ex VTILIBVS NECESSARIA sint discenda certum est*: nempe eadem, quorum *labor* a Iuliano hic dicitur Carthaginiensium liberis incubuisse, τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων, *eorum, quæ ad vsum necessaria*. Idem vero Aristoteles, eiusdem libri cap. IV. præter violentum seu adstrictum athletarum victum, coactos quoque & nimios, quales erant in gymnasiis, labores, seu, vt ibi loquitur, τὴν βίαιον τροφὴν, καὶ τοὺς πρὸς ἀνάγκην πόνους, ab eadem puerorum educatione continuo remouet; idque addita mox eius rei ratione, ἀφαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ ΤΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙΩΝ γυμνασίων, *tolli* seu *exhauriri vires NECESSARIIS illis seu coactis exercitationibus.* Quamquam tribus post pubertatem annis, iisque in disciplinarum cognitione exactis, conuenire ibidem censeat, καὶ ΤΟΙΣ ΠΟΝΟΙΣ, καὶ ταῖς ἀναγκοφαγίαις καταλαμβάνειν τὴν ἡλικίαν, *LABORIBVS & adstricto victu currentem ætatem exercere*; de qua athletarum ἀναγκοφαγίᾳ supra iam actum pag. 104. Sequutis vero ætatibus, ac vbi sub Romanis denuo floruit, vti ea de re supra pag. 130. æmula eius quondam Carthago, non in rebus solum *ad vsum vitæ* vtilibus ac *necessariis*, sed in omni quoque disciplinarum genere, exercitos apud eam pueros ac adolescentes, abunde hæc, vt alia mittam, docebunt Apuleii Florid. XX, de Carthagine verba, *vbi tota ciuitas eruditissimi estis, penes quos OMNEM DISCIPLINAM PVERI DISCVNT, iuuenes ostentant, senes docent.*

Ibid. C. lin. 4. τὸ λαθὼν πειρᾶσθαι, ἱδρῶτα προστάττων) Haud male pro ἱδρῶτα, τὸ δρῶντα hic legendum coniecisse videtur, vt in margine id adnotauit, ac in versione expressit, eruditissimus Petauius. Quamquam retineri etiam possit edita, quam veteres libri & Vossianus itidem exhibent, lectio. Carthaginiensium liberos, quo sibi suo labore res ad vitam necessariam ipsimet compararent, e patriis ædibus ablegari solitos, dixerat Iulianus; & ea quidem, quod addit, lege, ne quid turpe admitterent. Quibus nunc subdit, id non cupiditatem ex animis iuuenum tollere; sed laborem seu sudores, quo id clam ab iis fiat, præscribere. Haud aliter nempe ac apud Spartanos furari pueris licitum, maxime iuxta Xenophontem de Lacedæm. Republ. p. 677. quo subuenire fami possent, res proinde, de quibus modo agebatur, ad vitam necessarias; modo clam, neque, vt ait, ἀπραγμόνως, *sine negotio* seu *contentione*, ne scilicet deprehenderentur, id ab iis fieret. Noti alioquin athletarum in gymnasiis ἱδρῶτες, de quibus illud opportune ad hunc & superiorem locum a Philone dicitur de Septenario pag. 1184. οἷς ἔθος ἐγγυμνάζεσθαι διὰ ξηρῶν ΙΔΡΩΤΩΝ πρὸς τὴν τῶν περὶ βίον ἀναγκαίων καὶ χρησίμων κτῆσιν, *quibus mos est per aridos SVDORES, ad eorum, quæ VITAE NECESSARIA sunt ac vtilia, acquisitionem se exercere.*

Ibid. C. lin. 6. καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔνδεια βιάζει) Egestate nempe haud minus ac luxu mores puerorum corumpi, addit nunc Iulianus; maxime vbi nondum sui compos ratio, cupiditate rerum necessariarum impellitur. Nempe iuxta illud Euripidis in Electra apud Stobæum Serm. XCIV. pag. 517.

Πενία διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν,
paupertas mala hominem docet, vi necessitatis,

ac a Philemone dictum ibidem,

Ὅστις πένης ὢν ζῇ, παρέζην βούλεται.
Ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά,

Quisquis in paupertate viuit, vita vult ad res fœdas abuti, Egestas enim prompta est ad perpetranda mala. Ita verbo παρέζην vsus Plutarchus de liber. Educat. pag. 13. vbi tanquam ab adsentatoribus dictum refert, ζῆν καὶ παρέζην προσήκει, *frui vita, non autem secus viuere, quam decet, conuenit.* Mitto, quod ab Aristotele dicitur Lib. II. Polit. cap. IV. ἡ δὲ πενία στάσιν ἐμποιεῖ καὶ κακουργίαν, *paupertas autem seditionem efficit ac improbitatem.*

Ibid. D. lin. 1. πρὸς χρηματισμὸν ἐκπαιδεύων συνεθιζόμενος) Quum notæ sint variæ huius vocis χρηματισμοῦ significationes, hic ea de *quæstus* seu *rei quærendæ studio* dicitur, quod ex cupiditate inseruiendi corporis voluptatibus nascitur; quem in finem addit continuo, ἀμοιβὰς ἐμπόρων καὶ καπήλων, *mercatorum permutationes & propolarum nundinationes*, ab iisdem pueris addisci & exerceri. Respicit proinde his & proximis verbis Iulianus ad Philosophi locum Lib. I. Polit. cap. VI. vbi quum priori capite, de χρηματιστικῇ egisset Aristoteles, quatenus eam partem οἰκονομικῆς statuit, quæque in naturali res ad vitam necessarias ac vtiles parandi studio est posita; ad eam progreditur χρηματιστικὴν, quæ ex infinita quadam cupiditate fruendi iis, quæ quis appetit, oritur, & iuxta quam eos demum viuere arbitratur, qui corpori eiusque voluptatibus indulgent. Sed audienda ipsa Philosophi ea de re verba, quibus melior dari non potest totius huius apud Iulianum loci commentarius, ac vnde vicissim ipse Aristoteles haud parum illustratur: αἴτιον δὲ ταύτης τῆς διαθέσεως, τὸ σπουδάζειν περὶ τὸ ζῆν, ἀλλὰ μὴ

quam vt tales, qui ob nimiam in Republica potentiam metuuntur, *alibi*, seu *peregre morari & consistere*, quocunque tandem obtentu id fiat, inducantur: vt ita vox quidem παροικίσεως nullam inde *exilii* seu *relegationis*, vt eas voces ibi enarrat celeberrimus Paraphrastes, significationem per se inferat; vti nec verbum παροικῆσαι aut παροικίσασθαι vsquam *relegandi*, iuxta eam, quæ exstat hodie apud Hesychium, glossam, sed contrarium potius, pro *adesse*, *aduentare*, *in iudicio sistere*, vsum apud Græcos Auctores obtineat. Vnde etiam non iam *vagi* seu πλανῆτες, prout iuxta vocis originem, & præcipuum olim apud Athenienses aliosue populos eorum ministerium, dicti a Platone ἔμποροι, Lib. II. de Republ. pag. 371. sed ἑδραῖοι *mercatores*, tertiam apud Aristotelem mercatorum classem constituerent: prout vtrumque hoc negotiatorum genus, *vagorum* nempe & *statariorum*, quod vidit etiam ὁ πάνυ, tangit Themistius Orat. XXIII. p. 298. vltim. edit. τοῖς ἂν τῶν ἀλλακτικῶν ἐγγεγράψεσθε οἱ κατήγοροι; πότερον τῷ πλανήτῃ, ἢ τῷ ἑδραίῳ; *cuinam igitur eorum, qui in permutationibus* seu *commerciis versantur, me mei accusatores adscribunt? vagone illi*, seu *erranti*, *an stabili?* Quod tamen postremum genus, non tam de ἐμπόροις, quam de καπήλοις, qui merces, quas a prioribus emerant, sedentes in foro diuenderent, ibi a Themistio, & quidem post Platonem in Sophista, quorumque καπηλικὰς hic itidem Iulianus ab ἐμπόρων *permutationibus* distinguit, dici liquet. Vnde non reiicienda continuo videtur, vti ab eodem magno Salmasio factum de Vsuris pag. 517. eorum explicatio, qui παράστασιν ibi apud Aristotelem, per *institoriam* reddunt; haud aliena vtique ab ipsa Græcæ vocis origine ac significatione. Neque obstat, quod apud Romanos latius patuerit vocis illius vsus, ac in Legibus D. de Institoria Actione, hanc habuisse dicantur *lintearii*, aut *vestiarii*; & *institores* de *mulconibus*, *fullonum* & *sarcinatorum præpositis*, in iis appellentur; haud magis vtique, quam quod de ἐμπόροις obseruat e Platone d. l. Themistius p. 297. ΕΜΠΟΡΟΝ γάρ τὸν μὲν τινα ὠνίοις σιτίων τε καὶ ἱματίων καὶ ὑποδημάτων, καὶ ἐν βραχεῖ ὅσων τὸ σῶμα δεῖται. *nam MERCATOREM alium cibariorum & vestium & calceamentorum esse, &, vt vno verbo dicam, eorum omnium, quæ ad vsum corporis pertinent.* Verum, vt ad Iuliani, quæ hic expendimus, verba redeam, haud adeo liquidum, ad quod e tribus apud Aristotelem mercaturæ generibus referri continuo debeant ea, quas ἀμοιβάς τινας ἐμπόρων, *permutationes quasdam mercatorum* hic vocat, ac simul vt illicitas & noxias notat. Illud equidem e toto huius loci contextu satis liquet, non ad eas *permutationes*, quæ tantum *illiberales aut sordidi quæstus* dicuntur a Tullio de Officiis Lib. I. cap. XLII. aut quomodo ibidem additur, *MERCATVRA si tenuis est*, *sordida putanda est*, hoc est, vilis & ἀνελεύθερος, hic a Iuliano respici; sed ad eas nundinationes, e quibus fit quum χρηματισμὸς ἄδικος, *quæstus iniustus*, tum maxime, quæ ad explendas noxias voluptates vnice sunt comparatæ; vt apposite eodem loco Cicero: *minime artes hæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatis.* Quamquam iis verbis a Cicerone, vt sequentia ibidem arguunt, non adeo illicitæ quædam, quas hic tangit Iulianus, *mercatorum permutationes*; quam viles ac minus honestæ aut necessariæ negotiationes, artes, ac professiones indicantur, & ex iis nonnullæ, quarum tamen, sicut *piscatorum*, *vnguentariorum* &c. collegia seu corpora Romæ exstitisse ex antiquis Inscriptionibus liquet. *Mercaturam* alioquin, vt μεταβλητικῆς seu *permutationis* nempe iuxta Platonem in Sophista pag. 223. μεταβαλλόμενος τε ἀγώνισμα, *permutantis res*, *quæ vehi queunt*, & quidem vbi nummus repertus, præcipuum ac maxime honestum genus; ac inde eam a Græcis iuxta & Romanis, vt de Phœnicibus aliisque gentibus nihil dicam, inter honestas professiones continuo relatam, satis constat. Adeo vt idem Plato, qui omnem quæstum, nisi ex his, quæ agricultura subministrat, e ciuitate tollendum tradit Lib. V. de Legib. pag. 743. aliter de eo statuat Lib. II de Republ. pag. 370. vbi *mercatoribus* seu ἐμπόροις, qui res in vrbem importent, aut inde exportent, opus esse agnoscit. Hinc Græcos quod adtinet, ἐμπόρων seu ἐμπορίου ἐπιμεληταὶ, *mercatus Curatores* Athenis exstitisse, publica auctoritate constitutos, præter Dinarchum & Aristotelem, quos eius rei testes adducit Harpocration, docebit Demosthenes, qui horum meminit, non solum aduersus Theocrinem pag. 508. vt in Notis ad eundem Harpocrationem vidit doctissimus Valesius, sed præterea adversus Lacritum pag. 598. Idem etiam Demosthenes ἐμπορικὰς δίκας, *actiones mercatorum*, de quibus apud Thesmothetas, & quidem non a mense Sextili ad Martium, iuxta eruditum eius interpretem, sed ab Octobri ad Maium, seu a Boedromione ad Munychiooem, disceptarentur, in Midiana pag. 409. & aduersus Apaturium pag. 579. & 582. dari memorat. Vnde alibi, seu aduersus Theocrinem pag. 508. a legislatore cautum dicitur, μήτε τοὺς ἀδικοῦντας τῶν ἐμπόρων ἀθώους ἐᾶν, μήτε πολλοὺς

πράγ-

πράγματ' ἔχειν, *neque delinquentes mercatores indemnes eſſe, neque inſontes vexari.* Quomodo etiam, vbi de Athenienſium agit mercatura, ait Xenophon de Reditib. pag. 922, ἐμπορίου ἀρχῇ, *mercaturæ magiſtratui* præmia proponenda, vt æquiſſime celerrimeque diiudicet ea, de quibus cum mercatoribus controuertitur, ne inde impediatur eorum nauigatio. Quibus tamen tollendis commerciorum remoris, abunde apud eosdem Athenienſes prouiſum videtur; apud quos, vt præterea obſeruo, ſtatutum, vt intra menſem iudicarentur mercatorum cauſſæ, quæ inde ἔμμηνοι δίκαι appellatæ, quum d. l. aduerſus Apaturium pag. 582. tum aduerſus Pantænetum pag. 614. Quod præterea ab Hermogenis Enarratore Sopatro adſtrui video, qui & inde lucem accipit, pag. 819 τὸν ἔμπορον ἐντὸς λ ἡμερῶν δικάζεσθαι, *mercatorem intra triginta dies eſſe iudicandum.* Quem in finem receptus adhuc hodie mos viget eorum, qui in Gallus *Mercatorum Conſules* ſeu *Iudices* ad id peculiariter delecti; vel quæ Mercatorum *Fora*, vulgo linguis vernaculis *Burſa* dici ſolent, vbi de litteris permutatæ pecuniæ, vulgo *cambii*, aliisque ad mercatores adtinentibus negotiis agitur. Apud Romanos autem *mercaturam*, vbi eadem tenuis, *ſordidam* quidem, hoc eſt, minus liberalem ac vilem, minus proinde honeſtam aut decoram, non vero illicitam continuo aut iniuſtam, vti paullo ante vidimus, dixit Tullius Lib. I. de Offic. cap. XLII. Qualem nempe exercuiſſe traditur C. Gracchus apud Tacitum Annal. Lib. IV. cap. XIII. *illic adultus inter extorres & liberalium artium neſcios, mox per Africam ac Siciliam MVTANDO SORDIDAS MERCES, ſuſtentabatur.* Vbi vero *magna* eadem *mercatura*, ſeu qualem *magnis pecuniis negotiantem* dicit Apuleius Mileſiarum Lib. V. & cuiusmodi *negotiatorem magnarium*, μεγαλέμπορον, ab eodem vocari Lib. I. qui nempe per auerſionem emit ac vendit, a viris doctis, ac iuxta eos a viro ſummo in memorato iam aliquoties opere de Vſuris p. 532. ſtatuitur, eam, inquam, *mercaturam*, ac vbi non in quæſtu immodico eadem verſatur, *non vituperandam* tradit Cicero, dicto Officiorum loco. Immo idem alibi illud honorificentius Populi Romani de Mercatoribus iudicium perhibet; nempe in Maniliana cap. V. *maiores veſtri ſæpe, MERCATORIBVS ac nauiculatoribus iniuſtius habitis, bella geſſerunt.* Hinc mercatura *honeſtati conſcia*, diuerſa proinde ab illa improba, quam hic redarguit Iulianus, dicitur in Conſtitutione, quæ Conſtantii & huius ipſius Iuliani nomina præfert, quæque exſtat leg. XIV. Cod. Theodoſ. de Epiſcopis. Immo cui mercaturæ, non magnæ quidem, quam probat Tullius, ſed tenui, ſeu *exiguis admodum mercimoniis*, vacaſſe quoque Clericos, & quidem, *quo tenuem ſibi victum veſtitumque compararent*, dicitur Leg. XV. cod. titulo. Ne iam *mercatores* ita in genere dictos tangam, de quibus exſtant Imperatorum Conſtitutiones Cod. Iuſtin. de Commerciis & Mercatoribus; & *qui merces emendo vendendoque COMMVTANTES*, aurum luſtrale, pro ea nempe commercii exercendi facultate, perſoluere tenebantur; vti ea de re præſcribitur Leg. VIII. & IX. Cod. Theod. de Luſtrali Conlatione. Vbi præterea, nempe Leg. IV. dicti tit. de Commerc. & Mercat. prohibentur mercatores, tam Romani, quam Perſarum Regi ſubiecti, eas *permutationes* ſeu *nundinas*, vt ibi dicitur, *exercere*, vltra ea loca, de quibus in fœdere inter vtramque nationem eſt conuentum: & qualia ibi loca commemorantur Niſibis, Callinicus & Artaxata.

Ibid. D. lin. 2. καὶ καπηλείας) Haud mirum καπηλείας cum *mercatorum permutationibus* hic iungi; prout alterum μεταβλητικῆς genus, & quidem quæ in vrbe res ab aliis emptas venderet, ἡ καπηλικὴ a Platone in Sophiſta dicitur pag. 222. Tom. I. Hinc ab eodem alibi, vt in Politico pag. 289. & Lib. II. de Republ. pag. 371 Tom. II. vbi denuo de his agit negotiatorum ἀλλαγαῖς, ſeu *permutationibus*, ἔμποροι & κάπηλοι commemorantur: quorum illi, quod ex vna vrbe in alia peregre merces venderent aut compararent, πλανῆται inſuper ſeu *errantes*, quod ante vidimus; hi vero, ſeu κάπηλοι, quod res ab aliis emerent, quas domi & in foro quidem ſedentes venderent, ἑδραῖοι ſunt appellati; vt id monuit iam ad librum de Vſuris ὁ πάνυ. Eas autem καπήλου, καπηλικῆς, aut, vt hoc etiam loco, καπηλείας voces, vulgo per *cauponam* & *cauponariam*, quod eædem a Græcis illis vocibus profluxerint, in iisque etiam locum habuerint, reddunt Platonis aliorumque Auctorum Græcorum, ſicut quoque Petauius in Themiſtio, interpretes. Id vero in dicto libro de Vſuris pag. 344. &c. redarguit Vir maximus, vbi κάπηλος per *cociones*, & καπηλεῖον per *cociaturam* verti debere contendit; idque fide veterum Gloſſarum, in quibus *cocio* μετάβολος, & *cociatura* μεταβλητικὴ redditur, ac Feſti de hac voce, vbi *coctio* apud eum legitur, notatione, & adductis præterea Plauti, Petronii ac Agellii, vbi eadem vox *cocio* legitur, aut legi debeat, teſtimoniis. Cui huius vocis καπήλου interpretationi,

vt hoc addam, præiuerat iam eruditissimus Florens, a quo ὅπλων κάπηλος apud Comicum, Εἰρην. pag. 713. *armorum cocio* redditur. Verum præter ea, quæ ad Festum in vsum Delphini ab eruditissimo Dacerio editum, ac præcipue ad Plauti locum in Asinaria Act. I. Sc. III. v. 51. a magnæ eruditionis viro Io. Frid. Gronouio sunt de hac *cocionis* voce vere animaduersa; quæ nempe non tam de καπήλῳ, quam de *arillatore* dicatur, qui in mutatione, seu emptione aut venditione mercium interuenire soleat, vel vt arbiter, vel interdum vt sponsor: præter ea, inquam, illud liquidum, aliter vulgo, seu generali *negotiatorum* aut *propolarum* etiam voce, Græcorum καπήλους a Romanis olim dictos; nusquam vero ab iis *cocionum* in Legibus, Constitutionibus Imperatorum, aut vulgo alibi nomine nuncupatos. Neque prius illud infitiatur ὁ πάνυ, qui de Vsuris pag. 536. *negotiatores*, quorum fit mentio in Constitutione Honorii Leg. III. Cod. de Commerciis & Mercatoribus, non alios esse, quam quos καπήλους & μεταβόλους vocarint Græci, non vero *mercatores*, hoc est, ἐμπόρους, contendit. Vt illud iam mittam, quod apud Antiphanem Comicum ὀβολοστάτης h. e. *fœnerator*, ab illustri Grotio, dum metro inseruit, *cocio* improprie redditur in Excerptis pag. 619. *Propolas* vero quod adtinet, agnouit quoque Vir summus dicto de Vsuris opere pag. 349. eos de Græcorum καπήλοις a Romanis dici, adductis eam in rem Lucilii versibus,

Vt cum primitiis ficus PROPOLA recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos:

quum Græcis, vt ibidem addit, alii fuerint προπῶλαι, nempe inter emptores ac vendentes πρόξενοι, ac apud Romanos dicti & ab Vlpiano in Digestis, *proxenetæ*. Ita certe priori illo negotiatorum sensu *propola* legitur in veteri Inscriptione in Cl. Reinesii Syntagmate pag. 645. T. STATILIO T. L. ASOPO PROPOLAE, vbi ab eodem viro eruditissimo, de professione hominis παγκαπήλου agi dicitur. Haud alii nempe illi Græcorum κάπηλοι, quam ii, vt bene alioquin id vidit magnus Salmasius, de quibus ait Cicero dicto supra loco de Officiis Lib. I. cap. XLII. *sordidi enim putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant carius: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur*, mercis nempe æstimationem, præter iustum eius pretium, intendendo. De quibus proinde illud a Themistio dicitur Orat. XXIII. pag. 299. καὶ ταῦτα ὥσπερ οἱ ἀγαν σοφιζόμενοι ΤΩΝ ΚΑΠΗΛΩΝ, προδεικνύντες τὸν ἀρυστῆρα, κεκράγασι καὶ ἐκβοῶσιν, ὡς τῷ ὄντι πῶμα ἐκεῖνο καὶ ἡ κοτύλη πολυχανδεστέρα. *qua ratione callidissimi PROPOLAE (non caupones) solent: dum trullam ostentantes clamant & vociferantur, in potu illo odorem esse ne[…]ris, atque heminam suam multo ceteris esse capaciorem.* Immo quibus καπήλων mendaciis, vt de iis Cicero, & clamoribus, opportune obuiam itum apud Atticos ea lege, qua, iuxta Hyperidem apud Harpocrationem, κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν, *in foro non mentiri iu[…]batur*. Ἀγοραῖοι quippe, quod in foro venderent ac emerent, dicti ab Atti[…] ii[…]m κάπηλοι, & cum ἐμπόροις proinde itidem coniuncti, vt ex Aristotele iam monuit ὁ πάνυ eodem de Vsuris Libro pag. 341. ac alibi; & liquet insuper e Xenophonte de Re[…] pag. 923. vbi non mercatoribus solum loca emptioni ac venditioni opportuna debere Athenis exstrui obseruat; sed, vt addit, εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀγοραίοις οἰκήσεις τε καὶ πωλητήρια κατασκευασθείη, *quod si etiam propolis seu nundinatoribus habitationes & tabernæ vendendis mercibus idoneæ parentur*: idque tum in Piræo, tum in vrbe. Quomodo nempe ἀγορὰ *nundina* dicuntur in veteribus Glossis, alibi etiam ipsæ *merces*; & ἀγοράζω pro *in foro mercari* seu *nundinari* legitur apud Aristophanem Acharn. pag. 406.

Ὅροι μὲν ἀγορᾶς εἰσιν οἵδε τῆς ἐμῆς,
Ἐνταῦθ' ΑΓΟΡΑΖΕΙΝ τοῖς Πελοποννησίοις
Ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι, καὶ Βοιωτίοις,
Ἐφ' ᾧ τε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, Λαμάχῳ δὲ μή,

Hi limites statuti sunt fori mei, In hac NVNDINARI Peloponnesiis Licet, & Megarensibus, & Bœotiis, Vt mihi VENVNDENT, qua volent, non autem Lamacho. Vnde bene etiam Glossæ ἀγοράζω, *emo, mercor*; idem vero cum καπηλεύειν ab Herodoto iungitur, vbi de Aegyptiorum mulieribus ait Lib. II. cap. XXXVI. αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, *mulieres quidem mercantur & negotiantur.* Quod postremum a priscis Græcorum, vti & Romanorum, moribus abfuisse obseruat Appianus Lib. I. Bell. Ciuil. pag. 382. vti eundem locum iam adtulit libro de Vsuris ὁ πάνυ, ἀποστραφῆναι γάρ μοι δοκοῦσι οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, καθάπερ Ἕλληνες, τὸ δανείζειν ὡς καπηλικὸν, *videntur enim mihi prisci Romani & Græci abhorruisse a fœnore, vti & a negotiatione*, nempe sordida aut vili, qualem nempe κάπηλοι exercere consueuerant. Adde quod quum id genus καπήλων proprium sit, vt e Tullio ac Themistio vidimus, mendaciis, officiis & clamoribus fucum emptori imponere, aut etiam mangonio quodam merces suas illinere, inde καπηλικῶς ἐχει de anu, quæ *fuco se illeuerat*, dixit, vt obseruo, Aristophanes in Pluto pag. 103. vbi eruditi Critici pag 103.

καπηλικῶς ἔχει πανούργως, ἐπεὶ οἱ κάπηλοι χρίουσι καὶ ἀναπλύνουσι non vt ibi ἀναπλύνουσι τὰ ἱμάτια σώζουσι, καὶ τὸν οἶνον δὲ νοθεύουσι, συμμιγνύντες αὐτῷ σαπρόν. ἄλλως. κοσμητικῶς καὶ ἐψιμυθιωμένως ἔχει. hoc est, *καπηλικῶς se habet; seu fucata est; fraudulenter. quandoquidem propolæ vestes illinere & lauare consueuerunt, & vinum etiam adulterant, et rancidum commiscentes.* (prout vtraque vocis huius *κάπηλοι* de *propola* & *caupone* significatio hic tangitur) *Aliter: luxuriantis mulieris instar, & quæ cerussa est oblita.* Vnde etiam de fucatis id genus mulieribus opportune dici ait Pollux Lib. V. cap. XVI. pag. 250. *καπηλείαν ἀσκεῖ προσώπῳ, mangonium* seu *fucum facies adhibet.* E quibus autem abunde illud colligitur, cur *καπηλεία* cum *illicitis* quibusdam mercatorum *permutationibus*, a Iuliano hic coniungantur. Neque enim res solum ad victum ac vestitum necessarias mercabantur aut vendebant *κάπηλοι*, sed res etiam quasuis, vnde quæstum siue licitum siue turpem ac iniustum facerent; ac quomodo non *πολυκάπηλοι* solum, sed *παγκάπηλοι* sunt etiam dicti. Propterea non *sordidi* duntaxat iidem, vti eos a Cicerone nuncupatos vidimus, quod nempe res viles mercarentur, earumque pretium mentiendo intenderent; sed probrosi etiam & illicitarum voluptatum ministri, seu quorum *deformia ministeria*, & qui *diuersis pasti turpibus lucris* dicuntur Leg. VI. Cod. de Dignitatibus; qui ea nempe, quæ luxuriæ & cupiditati tantum inseruiunt, mercantur ac vendunt. Cuiusmodi nempe *cupediarii, seplasiarii, popinarii, tabernarii, lenones* etiam, in deliciis ab Imperatore Elagabalo, qui talem quoque, teste Lampridio in eius vita cap. XXX. se pinxerat, habebantur. Quamquam, vt hoc addam, Græcos *pantopolas*, totidem nempe *παγκαπήλους*, ac apud Pollucem similiter pag. 328. *παντοπώλας, omnia vendentes*, Roma, tabernariorum inuidia, exclusos, vt vrbi maxime vtiles, vltimi Valentiniani Constitutione post Iuliani æuum lata reuocatos legimus: *Græcos itaque NEGOTIATORES, (quos PANTAPOLAS dicunt) in quibus manifestum est, maximam inesse magnitudinem, magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam, vlterius non patimur sacra vrbis habitatione secludi; licet eos dissensio & maxime inuidia TABERNARIORVM, quam venerabilis Romæ vtilitas a negotiatione submoueat. Itaque hoc edicto singuli vniuersique cognoscant, PANTAPOLIS ad vrbem Romam redeundi NEGOTIANDIQVE licentiam restitutam, vt iure peruigili vbertas Populo ministretur.*

Ibid. D. lin. 3. τοὺς μὲν αὐτὸς εὑρών) Prout a Iustiniano, vt hoc iis, quæ modo de turpibus ac illicitis negotiatorum permutationibus vel nundinationibus adtigi, nunc addam, dicitur in Præfat. Nouellar. XIV. *Agnouimus quosdam viuere illicite; ex caussis autem crudelibus & odiosis occasionem SIBIMET NEFANDORVM INVENIRE LVCRORVM, & circumire prouincias & loca plurima.* dein §. 1. *cum arte & dolo & necessitate quaslibet talium ad luxuriam deduci, omnibus prohibemus modis, & nulli fiduciam esse pro alio quodam negotio talia MERCARI*, & quod postea addit, *fornicationis sibi deferentem QVAESTVM.* Quomodo nempe turpi lucro inhiantes negotiatores, *περὶ χρηματισμὸν ἄδικον δεινῶς ἐσπουδακότες, iniusto quæstus impense dediti* dicuntur a Dionysio Halicarn. Lib. VI. p. 386. & quod antea vidimus, *diuersis pasti turpibus lucris* Leg. VI. Cod. de Dignitatibus.

Ibid. D. lin. 8. τὸν ἐπιεικῆ πολίτην, ἀλλ' οὐ τὸν βασιλέα καὶ στρατηγὸν μόνον) Vnde etiam exstat Honorii Constitutio, Leg. III. Cod. de Commerciis & Mercatoribus, *Nobiliores natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, PERNICIOSVM vrbibus MERCIMONIVM exercere prohibemus, vt inter plebeios & NEGOTIATORES facilius sit emendi vendendique commercium.* Adeo vt si nobiles ac ditiores ab illo mercimonia exercendi ministerio, quod tanquam vilius *καπήλων* seu *propolarum* proprium paullo ante vidimus, abstinere, iuxta hanc Diocletiani legem paullo ante Iuliani ætatem latam, debuerint; multo magis *honestum ciuem*, quod hic dicitur, non vero duntaxat Regem vel Ducem, decuit omnem turpem ac illicitum quæstum auersari. Quibus autem non quamuis mercaturam, seu negotiationem, ab honesto seu moderato ciue remoueri, vti ea de re paullo ante vidimus, satis liquet. Vnde etiam a Cicerone, dicto ante de Officiis loco, *tenuem* tantum mercaturam, non vt illicitam quidem aut iniustam, sed ut *sordidam* seu minus honestam ac decoram, tangi vidimus; *magnam* vero, seu quæ in moderato quæstu consistit, & quam in comparandis agris & latifundiis postea collocat, laude etiam dignam statui. Vnde non Curias solum, sed ipsos Decuriones, qui splendidissimus earundem ordo, negotiari quoque solitos, liquet ex Constitutione ab hoc ipso Iuliano lata, quæ exstat Lege IV. Cod. Theod. de Lustrali Collatione. Adeo vt etiam *magni*, de quibus modo Cicero, negotiatores a publicis illis muneribus seu honoribus essent, vbi id

mallent, immunes. Liquet id ex Lege V. D. de Munerib. & Honorib. *Navicularii & MERCATORES olearii, qui MAGNAM partem patrimonii ei rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici vacationem habent;* & citra certum annorum numerum, Leg. IX. de Vacat. & Excus. Muner. *Privilegium Frumentariis negotiatoribus concessum, etiam ad honores excusandos pertinere.* Vt de Atheniensibus iam sileam, quos terræ fructibus, in vbere frugum ac vini prouentu vili væneuntibus, omissa agrorum cultura, πρὸς ἐμπορίας καὶ καπηλείας, *ad mercaturam ac nundinationem* se conuertisse refert Xenophon de Reditibus pag. 924. Immo qui paullo ante tradiderat, quum vtile, tum honestum etiam fore, προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους, *honoratiori in consessu loco mercatores & naucleros ornari:* in Republica quippe e maritimis commerciis præcipuos reditus parante; ac præterea, vti a Demosthene de mercatoribus seu negotiatoribus in genere dicitur circa finem Orat. adv. Dionysidorum, οἵπερ χρησιμώτατοί εἰσι καὶ κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν καὶ ἰδίᾳ τῷ ἐντυγχάνοντι, *qui vtilissimi sunt tum in commune vobis, tum cuilibet.*

Pag. 16. A. lin. 1. τῆς τροφῆς τὸ διάφορον) In MSto Vossiano exstat, vt ad oram huius loci legitur, τῆς διατροφῆς τὸ διαφέρον, quod prostrenium, τὸ διαφέρον nempe pro τὸ διάφορον, præferendum etiam hic putem. Aliud enim vulgo apud Græcos, & Atticos maxime auctores, τὸ διάφορον, quod *sumptum, pecunias, commoda,* ac præterea *odium* seu *dissidium* notat. Pro *sumptu* seu *expensa* vsus est ea voce Aristoteles libro de Virtutibus ac Vitiis cap. de Iniustitia, ac Theophrastus in Charact. περὶ μικροφιλοτ. vt bene ibi ὁ πάνυ, qui & pro *pecunia* eam ab Aristotele, Polybio, aliisque, & Maccabæorum insuper auctore Lib. III. cap. I. adhiberi obseruat. Pro *odio* autem vsurpatur a Thucydide Lib. II. pag. 117. vbi de Lacedæmoniis ait, κατά τι τὸ Ἀθηναίων διάφορον, *tum ob odium, quo Athenienses prosequebantur;* ac pro *infortunio* apud Aristot. d. l. cap. de Libertate. Hinc διάφοροι apud Iosephum de *inimicis* haud semel dicti, vt Ἀλώσ. Lib. I. cap. IX. non vt in prioribus veteris interpretis editionibus, quod in nupera Oxoniensi bene animadversum, *amicis;* ac similiter alibi Lib. II. p. 796. 808. 816. edit. Geneu. vbi male in priori loco per *appropinquantes*, in altero per *diuersi*, idem vel Rufinus vel Epiphanius reddit, de *inimicis* vox eadem sumitur, & prout verbo διαφορεῖν vsus Aristophanes Equit. p. 304.

διαφορήσω σ', εἴ τι γρύξεις,

disperdam te, si quid hiscas; vbi eruditi Critici, διαφορήσω, διασπάσω, διολέσω, σχίσω. Apud Hesychium vero Διαφορῶντες τι, πωλοῦντες. Neque tamen inde τὸ διάφορον, pro *differentia* subinde etiam dictum negauerim; sed quod MSti Vossiani lectionem præferendam hic putem.

Ibid. A. lin. 3. διὰ μὲν τῶν πόνων τὴν εὐεξίαν) Quod de eiusdem Constantii educatione supra dixerat pag. 10. corpus illius inde πρὸς εὐεξίαν conformatum, non athleticam nempe illam, quod itidem tangit Iulianus, qua de re a nobis actum Obseru. pag. 101. & 102. sed quam campestribus seu militaribus exercitationibus, atque ita, vti de eadem pag. 11. διὰ τῶν ἑκουσίων πόνων, *voluntariis laboribus*, non coactis proinde illis seu palæstricis, sibi comparasset Constantius; quique rursus pag. 13. dicitur ἐθίζων δὲ τὸ σῶμα τοῖς πόνοις, *corpus autem laboribus adsuefaciens.* Quomodo aut *patiens laboris* ab Eutropio dicitur; aut prout de eodem Constantio, ac eius fratribus, ait similiter Libanius in Basilico pag. 113. Τὰς μὲν ἡδονὰς τῇ σωφροσύνῃ νικῶντες, τὰ δὲ σώματα τοῖς γυμνασίοις ἐπιῤῥωννύντες, *libidines quidem temperantia vincerent, corpora autem exercitiis roborarent.* Nempe iuxta illud Platonis in Theæteto pag 153. Tom. I. ἡ τῶν σωμάτων ΕΞΙΣ, οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπὶ πολὺ σώζεται, *corporis HABITVS quiete ac desidia corrumpitur, EXERCITATIONIBVS autem & motibus conseruatur.* Hinc Diis acceptum fert M. Aurelius, quod τὸ φερέπονον ab educatore, aut a patre τὸ φιλόπονον καὶ ἐνδελεχὲς acceperit, seu quod in ferendis laboribus alacris esset ac assiduus, Lib. I. Sect. II. & XVI.

Ibid. A. lin. 6. σώματι ῥωμαλεωτέρῳ διὰ τὴν ἐγκράτειαν τῆς ψυχῆς) Hoc abunde iam in eodem Constantio prædicanerat Iulianus, dum eum in victu ac somno parcum a prima adolescentia exstitisse tradidit, & illius ἐγκρατοῦς διαίτης, vt eam vocat pag. 13. beneficio, corpus ad omne robur ac ferendas locorum mutationes illum comparasse dixerat. Quam in rem de eodem Constantio ab Ammiano dictum ibidem vidimus, nempe Obseru. pag. 100. eum vita parca & sobria valetudinem firmam retinuisse. Quo spectat etiam Tullius de Officiis Lib. II. cap. XXIV. *sed valitudo sustentatur notitia sui corporis*, mox, *& CONTINENTIA in victu omni, atque cultu, corporis tuendi caussa; & prætermittendis voluptatibus.* Quod Platonis non iam præceptis sed exemplo, illustrat egre-

egregie, vt ad eum locum vidit excellenti eruditione Græuius, Seneca Epist. LVIII.

Ibid. A. lin. 7. *τῆς ψυχῆς δ' ἂν διὰ τὴν τοῦ σώματος καρτερίαν δικαιοτέρα)* Nempe prout iam ab eodem Iuliano dictum pag. 10. intemperantia seu dissoluto victu, animos perinde atque corpora eneruari & frangi; quod inde imbecilliores fiant voluntates ad subeunda pericula, & ad capessendos labores corpora debilitentur. Notus autem est Galeni liber, quod animi mores corporis temperamentum sequantur; vbi illud inter alia e Platonis, Aristotelis, & Hippocratis, quæ adfert eam in rem, scitis probare satagit. Vnde etiam a principio eiusdem libri ait, *ἐξ εὐκρασίας*. seu *bono corporis temperamento*, animum ad virtutem adipiscendam, vti a Pythagoræ ac Platonis sectatoribus sit factum, adiuuari, ac vbi in sequentibus, seu cap. VI. eiusdem libri, loca e Platonis Timæo eam in rem adducit, quæ nempe apud eum leguntur pag. 86. Tom. III. vbi *τὰ περὶ ψυχὴν διὰ σώματος ἕξιν νοσήματα*, seu *animæ morbos, propter corporis habitum ortos*, tangit veteris Academiæ antistes. Quo spectat etiam illud Tullii Tuscul. Lib. I. cap. XXXIII. *ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint, multa enim e corpore existunt, quæ acuunt mentem, multa quæ obtundunt.* dein, *Quod si tanta vis est ad habitum mentis in iis, quæ gignuntur in corpore.* Quibus addere insuper licet, quæ Tuscul. Lib. IV. cap. XIII. de corporis ac animi malis aut bonis disserit; ac inter alia, *vt in malis adtingit ANIMI naturam CORPORIS similitudo, sic in bonis.* Vnde illud a Platone dictum refert simul ac laudat Plutarchus de Sanit. Tuend. pag. 137. neque corpus esse absque animo, neque sine corpore animum mouendum; ac, vt addit, *ὅτι μάλιστα τῇ ψυχῇ συνεργῇ τὸ σῶμα καὶ συγκάμνῃ* &c. *quo maxime tempore cum anima corpus operatur ac laborat*, (seu, ut ibi Interpretes, *corpus animi conatus laboresque adiuuat*) *eo id maxime curari illud debere ac foueri.*

Ibid. B. lin. 4. *τῷ Λυδῷ δυνάστῃ πολυπλουσίῳ)* Crœso nempe, cuius diuitiæ, quod vel iis, qui necdum ære lauantur, notum, in prouerbium abierunt, & de quo similiter a veteri Tragico dictum, apud Plutarchum de Consolat. pag. 110.

τοῦ δ' ΑΥΔΙΗΣ
Μέγας ΔΥΝΑΣΤΗΣ Κροῖσος;

vbi autem Lydiæ Magnus dominator Crœsus? prout alioquin *Περσικὸς δυνάστης*, non de Persarum Satrapa, sed de ipso Regum Rege dicitur a Themistio Orat. I. pag. 11. & quo sensu ab Anacreonte Cupido *Θεῶν δυνάστης Deorum Dominus* vocatur Od. LXI. Immo sicut pridem apud Aeschylum, a Persarum Choro inuocatur Darius Xerxis pater, Pers. v. 677. *δυνάτα, δυνάστα, ὁ Dynasta, Dynasta*, nempe *ἀφαιρέσει* litteræ *σ* ob metrum Atticis familiari, vt apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 404. *γνωτὰ* & *ἄγνωτα*, pro *γνωστὰ* & *ἄγνωστα*, & *πάγκλαυτον* pro *πάγκλαυστον*, Electr. v. 1090. vbi veteres Critici aliud exemplum ex Homero adducunt *ἐυκτίμενον*, pro *ἐυκτισμένον*. *Δυναστεία* alioquin, vt a regno distincta eique obnoxia apud Sophoclem traditur, Oed. Tyr. v. 601. & *δυνάσται*, apud Atticos de primariis apud Athenienses ciuibus, e quibus delecti, qui sacra Herculi procurarent, a Diodoro Sinopensi dicuntur apud Athenæum Lib. VI. pag. 239. nempe quæ vrbs non temere obvios quosque adlegerit,

ἀλλὰ κατέλεγεν
Ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας, ἐπιμελῶς
Ἐκλεξαμένη τοὺς ἐκ ΔΥΝΑΣΤΩΝ γεγονότας,

verum adsumsit E ciuibus duodecim viros studiose Deligens e primariis ortos. Ita *δυνάστης*, *δυναστεύοντας*, & *δυναστεία* apud Atticos, de Oligarchia & paucorum in Republica dominatu dicta; qua de re consuli potest Plato Lib. III. de Legib. pag. 680. & Lib. IV. pag. 710. immo *δυναστεία*, vt hoc addam, de Cæsaris dignitate in hunc Iulianum a Constantio collata, a Theodorito dicitur Hist. Eccl. Lib. III. cap. III. *παραλαβὼν δὲ ὅμως τὴν δυναστείαν* &c. *& tamen imperium*, Cæsarum nempe, *adeptus*, impietatem suam diu dissimulauit. Mitto veteres Aegyptiorum, Chaldæorum, Assyriorum &c. Dynastias, quas ex Manethone a Iulio Africano descriptas, in Græcis Eusebianis, & inde in Canonibus Isagogicis protulit *ὁ πάνυ*, & quas nunc exhibet, vnde ille easdem hauserat, in Chronographia Syncellus.

Ibid. B. lin. 10. *ἀρχὴν μὲν πρώτως καὶ φιλανθρώπως τῶν ἄλλων)* Nempe in Orientis partibus, ad quas regendas, diuiso a patre Constantino adhuc superstite in tres liberos imperio, missus fuerat Constantius, vti ea de re Eusebius de vita Const. Lib. IV. cap. LI. Eutropius præterea, Anonymus Valesianus, Chronici Alexandrini Auctor, aliique. De hac vero Constantii in imperando *φιλανθρωπίᾳ* exstat Themistii Oratio, quæ in postrema eius editione ab eruditissimo Harduino adornata, primum ac inter alias princeps prodiit: in qua rerum domini *φιλανθρωπίᾳ*, aliarum regiarum virtutum summam contineri, neque principi *φιλανθρώπῳ* ad integram illius laudem quidquam deesse, ibidem pag. 4. &

& 5. ac vnde eadem φιλανθρωπία aliis virtutibus βασιλικωτέρα pag. 8. dicitur.

Ibid. B. lin. 11. ἀρχόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς σωφρόνως) Magna huius Constantii laus, qua & subiectis sibi populis humaniter imperasse, ac eodem tempore parentis imperio, tanquam vnus e multis, paruisse dicitur Constantius. Quam postremam laudem in eodem Constantio ac fratribus simul commendat in Basilico Libanius pag. 113. vbi Constantini liberos ad regendas prouincias missos, nihil eorum, quæ illi agenda existimabant, adimpleuisse tradit, priusquam de iis cum Parente communicassent; additque, πᾶσι δὲ τοῖς πραττομένοις παρεῖναι τὸν πατέρα νομίζοντες, *omnibus, qua agerentur, patrem adesse arbitrantes.* Idem de Constantino iam ante prædicauerat pag. 105. nempe eo a patre ad imperium præ aliis liberis adscito, quanto magis parentem superabat, tanto maiore illum obseruantia ac reuerentia prosequutum. Qualia in Traiano a Nerua iam adoptato, ac ad imperium adscito, extollit in eius Panegyrico Plinius cap. X. *neque aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatem, filii obsequium adsereres.* mox, *iam te prouidentia Deorum primum in locum prouexerat, adhuc in secundo resistere, atque etiam senescere optabas: PRIVATVS tibi videbaris, quamdiu IMPERATOR & ALIVS esset.* Ita M. Aurelius Diis acceptum refert Lib. I. Sect. XVII. τῷ ἄρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, *quod Imperatori, eique patri,* nempe Antonino Pio, *subiectus fuerit.* Adde id Constantio similiter, quum vt filio, & quidem non adoptione sed natura, tum vt Cæsari incubuisse. In Augustorum enim seu primi fastigii Principum potestate manebant Cæsares; eorum proinde *apparitores* a Romanis Scriptoribus & δορυφόροι ab hoc ipso Iuliano in Cæsaribus (qua de re nos olim ibidem) dicti. Ita Ammianus Lib. XIV. cap. XI. *Diocletiano & eius Collegæ vt APPARITORES Cæsares non resides, sed vltro citroque discurrentes OBTEMPERABANT.* Vnde postea simile obsequium ab hoc Iuliano, quem Cæsarem declarauerat, exegisse apud Ammianum Marcellinum dicitur Constantius Lib. XVII. cap. XI. *erat enim necesse tanquam Apparitorem Cæsarem* (Iulianum) *super OMNIBVS GESTIS ad Augusti* (Constantii) *referre scientiam.* Quomodo nempe Iulianum Cæsarem a se nuncupatum adlocutus apud eundem Ammianum legitur Lib. XV. cap. VIII. *mecum vbique videberis præsens, & ego tibi QVODCVNQVE ACTVRO non deero;* ac prout in eiusdem Iuliani Epistola ad Constantium, vt *apparitor fictus*, illius nempe Augusti, dicitur, teste rursus Ammiano, Lib. XX. cap. IX.

Ibid. C. lin. 7. τελευτὴν τοῦ δαιμονίως μάλα ὀλβίαν περάναντος) Notandum obiter, quod dum felicem vitæ exitum seu εὐθανασίαν Constantino diuinitus obtigisse dicit Iulianus, δαιμονίως voce sit hic vsus, iuxta Platonicam, [illegible] maxime a Iamblicho hauserat, philosophi[illegible]; a quo non ἡγεμὼν solum dicitur, ac ἀποπληρωτὴς τῶν βίων τῆς ψυχῆς, *dux aut qui adimplet vitalia animæ opera,* sed etiam ἀποπληρωτὴς τοῦ χρόνου, ὃν ἕκαστος βίον ἐκληρώσατο, *qui adimplet vitæ tempus, quod quisque sortitus est.* Idem vero Iulianus Orat. in Solem, ab eodem, cuius nempe cultui impense erat deditus, pro insigni beneficio inter alia postulat, ἀπαλλαγὴν τε τῆς εἱμαρμένης ἐκ τοῦ βίου προσδέχεσθαι ἐν καιρῷ τῷ πρέποντι, *fatalem ex hac vita discessum congruo tempore quam mitissimum.* De quo autem felici Constantini, quem hic memorat Iulianus, ex hac vita exitu, videri potest Eusebius de Vit. Const. Lib. IV. cap. LXIII. & LXIV. Idem tamen Iulianus, sed mortuo iam Constantio, & apertus ac furens παραβάτης, eundem Constantinum post obitum a παλαμναίοις δαίμοσι *vltoribus* nempe *Geniis*, vna cum filiis excruciatum tradit; donec illi Iupiter in Claudii & Constantii, illius nempe, cuius hæc laudatio, aui, gratiam, ab iisdem malis respirare concesserit. Adde, quæ de Constantino post hanc vitam ad Deum, qui eum miserat, & apud quem postea semper esset, migrante, e Libanii Basilico, aut e nummis, in quibus ipse in quadrigis stans, porrecta ipsi cœlitus dextra ad superos velut adsumitur, supra sunt a nobis adnotata Observ. pag. 67.

Ibid. C. lin. 9. τὸ πλῆθος καὶ κάλλος τῶν ἐπιτεχθέντων τῷ τάφῳ &c.) Qua de re, seu pompa ac honoribus, quibus filius Constantius, vti id mox adhuc tangit Iulianus, patris funus sit prosequutus, videndus est idem Eusebius de vit. Const. Lib. IV. cap. LXX. Ad de Chronici Alexandrini Auctorem, qui pag. 287. vlt. edit. ea pompa elatum dicit a Constantio patrem Constantinum, vt id nemo pro dignitate possit eloqui; & præterea Zonaram pag. 10. Tom. II. ed. Paris. Accedit Libanius in Basilico pag. 121. vbi in ancipiti casu, aut Patris sepulturæ, aut Persicæ irruptionis, hac missa, ad parentalia Patri prastanda properasse dicit Constantium.

Ibid. C. lin. 10. τροφῆς ἀποτίσαι τὰ χαριστήρια) Qualia nempe τὰ τροφεῖα dicuntur, vt obseruo, ab Aeschylo Sept. Theb. v. 481.

ΑΛΧ

ἀλλ' ἢ θανὼν τροφεῖα πληρώσαι χθονὶ, *sed aut moriens, terra nutritionis referat gratiam:* vbi veteres Critici, τροφεῖα ἢ ὀφειλόμενα τοῖς τροφεῦσι γέρα, *debita nutritoribus proemia.* Quo sensu etiam, de debita nempe patriæ ob nutritionem mercede, eandem vocem adhibuit Isocrates in Archidamo pag. 138. ἀποδῶμεν τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι, *patriæ nutritionis mercedem persoluamus.* χαριστήρια autem vulgo a Græcis dicta, de gratia seu remuneratione ob recuperatam salutem reddita, quommodo in Cl. Sponii Miscell. p. 132. ΤΩ ΣΩΤΗΡΙ ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΣΩΣΤΡΑ ΚΑΙ ΑΣΚΛΗΠΙΑ, *Seruatori Aesculapio Dona, Pro Salute Restituta, Et Gratiarum Actiones*, ac apud Athenæum Lib. XV. pag. 672. τῆς ὁ οἴκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένη ἀποδοῦναι, *quum pro salute domi parta gratiam ille vellet referre*; & Aristidem Hymno in Iouem pag. 3. καὶ ὥσπερ ἔσωσας, εὐμενῶς καὶ δέχου τὰ χαριστήρια, *& qua benignitatem nobis tribuisti, eadem & gratiarum actiones excipe.* Adde quod ob liberatam, fusis Carthagioiensibus, Siciliam, Corinthii ac Timoleon dicuntur a Plutarcho in huius vita pag. 250. χαριστήρια θεοῖς ἀνάθηκαν, *in gratiarum actionem Diis consecrarunt*, manubias nempe de deuictis hostibus in Deorum fanis sacratas. Non adferrem hæc loca, si eadem in Thesauris aliisue Græcæ litteraturæ promptuariis essent adnotata.

Ibid. D. lin. 1. μόνος ἐκ πάντων τῶν ἐκείνου παίδων &c.) Solus nempe e Constantini liberis Constantius, qui in Oriente, vt vidimus, ac in Mesopotamia quidem, iuxta Chronici Alexandrini Auctorem, tum agebat, ad patrem adhuc superstitem, sed lethali morbo Nicomediæ, vt aliunde constat, laborantem, accurrisse hic a Iuliano dicitur. De quo tamen singulari Constantii facto, ac in patrem pietate, vel silent Eusebius Lib. IV. de Vita Const. cap. LXX. ac Rufinus Lib. I. cap. VIII, qui ad patris funus eum venisse tantum dicunt, aut Socrates, qui ad eum in Orientem missum de patris obitu nuntium tradit Lib. I. cap. XXXIX; vel aperte dissentiunt Sozomenus & Libanius, quorum ille in Orientis partibus morantem, vbi demum de patris morte certior factus est, propere Constantinopolim aduenisse Constantium tradit Lib. II. cap. XXXIV. alter vero, isque testis coætaneus, in Basilico pag. 121. eundem, accepto nempe illo, dum in Oriente ageret, nuntio, cum duplici necessitate conflictatum; vna, quod obiter supra iam adtigi, ad parentis exequias properandi, altera, irruentes Persas repellendi; verum ad patris sepulturam continuo accurrisse memorat. Vnde cui maior fides hic præstari debeat, Iuliano, an vero Libanio, cui postremo alii etiam auctores ea in re suffragantur, haud facile licet statuere. Fratrum vero aduentum duntaxat ab eodem Constantio præventum, refert in narratione huius facti Philostorgius Lib. II. Sect. XVI. ad quem autem non est audiendus Cl. Iac. Gothofredus, nempe quasi diserte, vt ille ait, testatus hic esset Iulianus, viuenti adhuc patri superuixisse Constantium. Quod rursus eidem Iuliano, quod ille præsente filio Constantio, mortuum patrem hoc loco tradiderit, male tribuit in Chronologia Cod. Theod. ad annum Constantini emortualem CCCXXXVII, idem clarissimi nominis Iurisconsultus, quem eo nomine iure redarguit in Critica Baroniana ad hunc annum eruditissimus Pagi. Constantium enim e fratribus solum accurrisse ad patrem morbo conflictantem, non vero viuum adhuc ac præsentem ab eo repertum, tradit hoc loco Iulianus.

Ibid. D. lin. 5. ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸ μιμηθῆναι) Addmitti omnino hic debet doctissimi Petavii emendatio, ἐξαρκεῖ nempe pro ἐξ ἀρχῆς, quanquam istud etiam legatur in MSto Vossiano.

Ibid. D. lin. 6 καλοῦσι γὰρ ἡμᾶς ἐφ' αὑτὰς αἱ πράξεις) Nempe iuxta præcepta Menandri Rhetoris, qui in diuisione τῶν Ἐπιδεικτικῶν pag. 624, post ἐπιτηδεύματα, seu *instituta*, & animi corporisque habitum, ad πράξεις illius principis, cuius laudatio suscepta est, enarrandas iubet Oratorem continuo progredi.

Pag. 17. A. lin. 3. πλὴν ὅσα βιασθεὶς ὑπὸ τῶν καιρῶν, ἄκων &c.) Ab inuito Constantio, eoque temporum necessitate adacto, relictam aliis peccandi occasionem, quam is inhibere non potuerit, hic a Iuliano dicitur: respectu nempe habito, quod iam hic monuit Petauius, ad eas propinquorum cædes, quas sub initium imperii vel patrauit vel patrari passus est Constantius: vt de recenti adhuc Galli Cæsaris ac Iuliani fratris exitio sileam. Quæ continuo mentem potius & calliditatem panegyristæ arguunt, quam ipsum Constantium omni culpa ac sæuitiæ opinione absoluunt. Quum enim ea tantum βίαια & ἀκούσια, venia & excusatione digna agnoscat Philosophus ad Nicomachum Lib. I. cap. III. ad quæ nihil confert is, qui agit, aut quorum, vbi per ignorantiam facta sunt, dolore ac pœnitentia protinus tangitur: tales vtique non exstitisse easdem, quas admissas sub Constantio cædes hic tangit, nouerat adprime Iulianus. Vnde earum etiam nomine, & eodem principe, sed a quo iam aperte desciuerat, adhuc superstite, illum nuris modis

in Epistola ad Athenienses exagitat Iulianus, ac præterea Orat. VII. pag. 230. & in Cæsaribus, vti ad eosdem olim vidimus, & liquidius adhuc ad eadem loca videbitur. Neque certe *inuito* Constantio, vt hic dicitur, ac *necessitate temporum coacto*, sed iusso potius eius ac voluntate, ea, ad quæ hic respicit Iulianus, contigisse, inde sat superque constabit. Vanum proinde esse illum, quo eadem hic subdole colorantur, obtentum; haud minus ac prudentum illorum apud Tacitum, qui Augustum *necessitudine Respublicæ, in qua nullus tunc legibus locus, ad arma ciuilia actum* contendebant Annal. Lib. I. cap. IX. aut quomodo Seuerus Imperator, post iniustas multorum cædes, *negabat fieri se iussisse, quod factum est*, teste Spartiano in eius vita cap. XV. aut denique prout a Capitolino in Macrino dicitur cap. V. *vt sunt homines, qui ad ea SE COGI dicunt, quæ vel sceleribus comparant*. Accedit, quod reuera spadonibus aliisque familiaribus nimium quantum, quod haud obscure hic innuit Iulianus, addictus & credulus exstiterit Constantius; adeo vt a seruo, Eusebio nempe eunucho, in seruitutem adactus dicatur a Libanio in Iuliani necem pag. 298. Tom. II. neque aliter ab ipso Iuliano Orat. VII. pag. 231. quod eundem οἱ κόλακες δὲ καὶ μοχθηροὶ δοῦλον καὶ ὑποχείριον πεποίηνται, *adulatores autem & improbi seruum atque obnoxium sibi reddiderunt*. Adeo vt illum ad eorum nutum ac motus sæua multa ac truculenta fieri iussisse, aut permisisse, seu, quod hic dicitur, eosdem *ne delinquerent* a Constantio minime *prohibitos*, fidem abunde faciant qui res eorum temporum enarrarunt, quum Gentiles Eutropius, Ammianus, vterque Victor, Libanius, Zosimus; tum Christiani, Socrates, Sozomenus, Theodoritus, Philostorgius, ac præ aliis nominatim Athanasius, qui Constantium ob illas propinquorum cædes, quarum ipse auctor fuerit, (non proinde, vt hic dicitur, *coactus* atque *inuitus*) perstringit Epistola ad Solitarios pag. 856. Adde, quod in eiusdem Athanasii Laudatione funebri pag. 389. Gregorius Nazianzenus Constantium dicat ante mortem pœnituisse huius propinquorum cædis, nuncupati Cæsaris Iuliani Apostatæ, ac innouatæ fidei: quorum primum id non *inuito* aut *coacto*, sed auctore potius & impulsore Constantio, factum satis arguit. Quod aperte etiam ac citra ambages de eo tradit Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *quorum*, Caligulæ nempe, Domitiani, & Commodi, *æmulatus sæuitiam inter imperandi exordia cunctos sanguine & genere se contingentes TVRPITER INTEREMIT*. Quamquam haud dissimulare liceat, in huius Iuliani gratiam, paullo iniquiores fuisse Constantio Gentiles eorum temporum Scriptores, ac Iuliano familiares, eundem Ammianum & Libanium, ac præterea, qui sub Theodosio iuniore scripsit, Zosimum, vt id suis locis constabit.

Ibid. A. lin. 9. ἀςασίαςον μὲν τὴν πόλιν διαφυλάττων) Bene hic πόλιν per *Rempublicam* vertit Petauius, pro haud insolita huius vocis (sicut *ciuitatis* apud Cæsarem aliosque) apud veteres Græcos significatione, de ipsius gentis τῷ κοινῷ seu *communitate*. Sic apud Aeschylum Pers. v. 117.

μὴ ΠΟΛΙΣ πυθάνη-
ται κένανδρον μέγ'
ἄςυ Σουσίδος,

ne gens, seu *Persidos vrbes reliquæ*, *intelligant vacuam viris vrbem magnam Susa*; & in eodem Dramate v. 511. σένειν πόλιν Περσῶν, *gemere* gentem seu regionem *Persarum*, profligato nempe a Græcis Xerxe; & v. 489. Θεσσαλῶν πόλισμα *Thessalorum regio*; ac similiter, ὦ πόλις Θεσσαλία apud Euripidem Androm. v. 1176. & Ἕλλας πόλις, vers. 169. pro *Græcia*. Vnde illustrantur quæ vel ex eodem Euripide, Sophocle, Stesichoro, adduxit pridem Strabo Lib. VIII. pag. 356. vt πόλιν de χώρᾳ seu *regione* dici ab iis probet.

Ibid. B. lin. 2. τοῖς φίλοις δὲ τῆς ἴσης παρρησίας μεταδιδούς) Petauius hic παρρησίας, aut, quod adhuc mallet, ἰσηγορίας legendum putat. Verum haud necesse video, vt hic a scriptis libris, quibus accedit Vossianus, recedatur. Παρηγορεῖν nempe apud Græcos non *admonere* solum, aut *consolari*, sed *adloqui* etiam simpliciter denotat, vt apud Apollonium Rhod. Lib. III. v. 303. τοίοισι παρηγορέων ἐπέεσσι, *talibus compellaris dictis*; nempe prout a Criticis ad Euripidis Hecubam v. 288. dicitur, ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, ἀφ' οὗ ἀγορεύω ῥῆμα, ἐξ οὗ συγκεῖται τό τε δημηγορῶ, καὶ παρηγορῶ, καὶ συνηγορῶ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Neque etiam aliena ab hoc loco vocis παρηγορίας pro *admonitione* aut *hortatione* significatio; vt id nempe in Constantio hic laudet Iulianus, quod ab amicis & familiaribus se ex æquo admoneri, vbi res tulit, sit passus, seu eam iis *libertatem*, quod continuo addit, indulserit. Quod iis etiam consentaneum, quæ de eodem Constantio, vt amicis credulo nimium ac obnoxio, & a quorum nutu velut penderet, a Scriptoribus illorum temporum dici paullo ante vidimus. Ita etiam eo sensu, seu pro *admonitione*, hanc vocem adhibuit Apollonius Lib. II. v. 1285. Ἄργος δ' αὖ παρηγορίῃσιν Ἰήσων, *Argi autem admonitionibus Iason*. Eandem pridem de *fomentis* vsurpauit Aeschylus Agam. v. 95. vbi de accensa lampade ait,

Φαρμακοτομέῃ χρίσματος ἁγνοῦ
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίῃσι,

delibata oleo nunc Mollibus sinceris fomentis: nempe prout παρηγορίαν, de *mitigatione morbi* dixit, vt præterea obseruo, (id enim in Oeconomico Foesii, & ab aliis præteritum video) Hippocrates de Acuto victu Lib. IV. cap. I. ἀλλὰ μὲν ἠρεμίαν καὶ παρηγορίαν ἐνδείκνυται, *sed tum quietem, tum mitigationem indicat.* Vnde etiam ὡς παρηγορίας, seu *mutue ac blande admonitionis*, vel etiam in aduersis, quæ subinde Constantio contigerunt, *solatii*, seu *lenimenti*, admittienda hic significatio; immo longe commodiori sensu quam eo, quem προσηγορίας aut ἰσηγορίας vox, vt hic legendum credidit Petauius, intulisset.

Ibid. B. lin. 4. κοινωνῶν μὲν ἅπασι τῶν ὑπαρχόντων) Eutropius de eodem Constantio: *familiarium etiam locupletator, neque inhonoros sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia.* Verum Victor in Cæsaribus, *simul ministrorum parte maxima absurdi mores, adhuc NEGLECTVS BONI CVIVSQVE fœdauere.*

Ibid. C. lin. 2. Πέρσαι τῆς Ἀσίας ἁπάσης) Πράξεις Constantii laudare adgressurus, a rebus bello gestis orditur Iulianus, iuxta præceptum Menandri Rhetoris περὶ Ἐπιδεικτ. pag. 614. vbi quum principis, qui laudandus suscipitur, *actiones* in eas *pacis* & *belli* diuidendas dixisset, addit præmittendas esse actiones illius *bellicas*, si in iisdem splendide se gesserit, δεῖ γὰρ πάντως ἀνδρείας πράξεις πρώτας παραλαμβάνειν, ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων ἐξετάζειν. γνωρίζει γὰρ βασιλέα πλέον ἀνδρεία, *oportere enim fortitudinis illius actiones omnium primas in eiusmodi argumenti tractationem adducere. Regem enim nobilitat maxime fortitudo. Vniuersa* vero *Asia* potitos olim Persas dicit hic Iulianus, quomodo nempe Romani totius orbis domini sunt a Græcis Romanisque Scriptoribus, & ab hoc ipso Iuliano pag. 18. & 20. appellati. Notum alioquin, etsi late in Asia diffusum fuerit Persarum imperium, vt ab India ad Aethiopiam extensum dicatur in Artaxerxis Rescriptis Estheris cap. III. v. 12. a Dario autem apud Curtium Lib. IV. cap. XIV. *terrarum, quas Oceanus hinc adluit, illinc claudit Hellespontus*, seu, iuxta Plinium Lib. VI. cap. XIII. *inter duo maria Persicum & Hyrcanum;* alias adhuc & iam notas iis temporibus Asiaticas gentes, hinc Sarmatiæ ac Scythiæ Asiaticæ, illinc Indiæ ac Serum, fuisse Persarum dominationi exemptas. Verum solitæ id genus, a magna & nobiliori maximeque tum nota Orbis parte locutiones, & quomodo de hoc ipso Persarum imperio inter Alexandri successores diuiso aut, qui illud a Parthis ad Persas, de quo mox, reduxit, Artaxerxes, apud Herodianum Lib VI. cap. II. καὶ οἱ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι τῶν ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ἐθνῶν, καὶ ΚΑΤ' ΑΣΙΑΝ ΑΠΑΣΑΝ νειμάμενοι, *quique Alexandro successerunt, diuisis inter se Orientis ASIAEQVE TOTIVS regiones gubernarunt,*

Ibid. C. lin. 5. τὴν ἐκκειμένην περιλαβόμενοι κύκλῳ) In MSto Vossiano περιβαλλόμενοι, quod verius omnino; pro nota apud Græcos soluto & ligato sermone Scriptores, huius verbi περιβάλλειν, aut περιβάλλεσθαι, significatione, pro *cingere, circumdare*, vrbem nempe muro aut fossa (ac vnde περιβολαὶ apud Hesychium, τείχη πόλεων, ἢ περίδρομοι) aut corpus amiculo; prout passim apud Seniores Gen. XXIV. 5. XXVIII. 14. ac alibi, vbi voces כסה aut עטה pro *indumento* aliquo se *contegere*, per περιβάλλειν aut περιβάλλεσθαι passim reddunt, & sic etiam Esa. XVI. 10. περιεβάλλετο σάκκον, *operuit se sacco;* ac similiter περιβολὴ & περιβόλαιον, de *amiculo corporis circumiecto*, vt Deut XXII. 12. ac Esai. LXI. 10. Ita περιβολὴ etiam ab Hermippo apud Athenæum Lib I. pag. 21 quod vulgo περίβλημα, aut περιβόλαιον, dicitur.

Ibid. C. lin. 11. τῶν διαδόχων ἀποστάντες) Persæ hic denuo, quod iam monuit Petauius, cum *Parthis* confundi; sicut vicissim *Parthi* de *Persis* ab eo dicti fuerant supra duobus locis pag. 13. vti vidimus Obseru. pag. 123. Bene tamen hic Iulianus, quod ab Alexandri *successoribus* eos dicat defecisse; quum sub secundo Antiocho, seu tertio e Seleucidis, illa Parthorum duce Arsace defectio contigerit: neque proinde quidquam ἀνιστορήτως ea quidem in re hic ab eo dictum. Πάρθος vero & Πέρσης idem esse nomen, quod Persæ proprio idiomate فرس *Phars* dicerentur, vnde recentiores dixerint Παρθοὺς, monuit de Hellenist. pag. 367. ὁ πάνυ, vbi addit, haud obstare, quod *Persas* & *Parthos* Græci regionibus distinguant, & *Parthos* collocent, vbi nunc est *Ispahan;* Persas autem, vbi est *Istachan*, quam pro *Persepoli* nobis obtrudant. Sic *Persæ*, contra quos bellum gessisse hic dicitur Constantius, & prout tum dicebantur, *Parthi*, denuo vocantur infra pag. 22. & pag. 24. Vt reuera pro eodem *Parthos* & *Persas* duxisse Iulianum, quod ab aliis etiam auctoribus Græcis Latinisque passim factum, abunde liqueat.

Ibid. D. lin. 6. Ἀντωνίῳ καὶ Κράσσῳ στρατηγῶν αὐτοκρατόρων) Quomodo vulgo a Græcis dicti ſummi belli duces, alibi apud hunc Iulianum in Cæſaribus πολεμικοὶ αὐτοκράτορες, ſeu αὐτοκράτορες πολέμου, vti Beliſarius a Iuſtiniano dicitur apud Procopium Bell. Goth. Lib. III. cap. XXI. Nempe ad diſcrimen eorum, qui, vt alibi pridem monui, Αὐτοκράτορες τῆς εἰρήνης, aut περὶ τῆς εἰρήνης, aut etiam πρέσβεις & πρεσβευταὶ Αὐτοκράτορες, *Plenipotentiarii Pacis*, aut *de Pace*, aut *Legati Plenipotentiarii*, antiqua vt ibidem ex Aeſchine, Diodoro, Dionyſio Halic. vidimus, appellatione, dici ſolent. Qua ratione etiam Βασιλέας Αὐτοκράτορας dictos Reges, qui ſummi belli duces ab aliis populis conſtituebantur, tradidi; vbi nempe Tigranis nummum adtuli, in quo illud ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ elogium ei tribuitur. Quomodo vel Rex Philippus Amphictyonum decreto Στρατηγὸς Αὐτοκράτωρ declaratus, teſte Demoſthene de Corona pag. 506. aut de Eumene tanquam delecto στρατηγῷ τῆς ὅλης Ἀσίας αὐτοκράτορι, *Imperatore totius Aſiæ ſummo*, ſeu *plena cum poteſtate*, loquitur Diodorus Lib. XVIII. pag. 633. & pag. 637. τῆς βασιλείας αὐτοκράτορι στρατηγῷ, *regni ſummo Imperatore*; aut ab Aetolis *Imperatorem Regem* Antiochum appellatum, h. e. Græcorum more, Στρατηγὸν Αὐτοκράτορα, tradit, qui inde illuſtratur, Liuius Lib. XXXV. cap. XLV. ac ſimiliter, qui ad easdem nomenclationes reſpexit, in palliata quippe comœdia, ac vno verbo ab eius Enarratoribus monendum fuit, Plautus Amphytr. Act. I. Sc. III.

Sed vbi ſummus IMPERATOR non adeſt ad EXERCITVM.

nempe Στρατηγὸς Αὐτοκράτωρ, aut prout cæteroquin ab eodem alibi, Pſeudol. Act. IV. Sc. VII. v. 75. dicitur,

Nam ego eram domi IMPERATOR SVMMVS in patria mea.

Ibid. D. lin. penult. τῶν δευτέρων ἀτυχημάτων μεμνῆσθαι) Ex iis, quæ proxime addit Iulianus, liquet eum de inſigni illa clade loqui, qua Valerianus Imperator a Sapore Perſarum Rege non debellatus ſolum, ſed in ſeruitutem abductus, in qua miſere periit. Vnde eundem etiam captiuitatis vinculis adhuc onuſtum, Deorum conuiuium, diu poſt fata eius, ingreſſum, tradit in Cæſaribus; vbi quæ de eodem Valeriano, tanquam viuo adhuc eiusdem Saporis iuſſu excoriato, vt de eo Victor & plenius Agathias, ſunt litteris prodita, quum ex eodem illo Iuliani loco, tum e Lactantio de Mortibus Perſecutorum, ac aliunde redargui vidimus. Quamquam & iam ante Valerianum ingenti clade profligatos ab Artaxerxe, qui a Parthis ad Perſas illud imperium reduxit, ſub Alexandro Seuero Romanos tradiderit, quem ea in re ſequuti ſunt Zonaras ac Cedrenus, Herodianus Lib. VI. cap. V. & quidem μεγίστη δὲ αὕτη συμφορὰ καὶ οὐ ῥᾳδίως μνημονευθεῖσα Ῥωμαίοις ἐπέσχε, *ingens hæc calamitas, & qualis nulla facile memoratur, Romanis incidit.* Verum a quo abeunt quum Lampridius in eodem Alexandro cap. LV. & LVI, vbi fuſos fugatosque ab eodem Imperatore Perſas, ac triumphum de iis actum, & quidem e Senatus Actis & oratione ab ipſo Alexandro in eodem habita memorat, & contrariam Herodiani ea de re narrationem nominatim conatur conuellere; tum præterea cum Lampridio faciunt, Euſebius in Chronico, Eutropius, Victor Schotti, & Syncellus. Adde quod ad celebrandam eandem victoriam, *Ludos Perſicos* die ſequenti a ſe editum iri, dicat in eadem oratione apud Lampridium Alexander Seuerus; in veteri autem vrbis Kalendario, quod plenius ac integrius in Bibliothecæ Vindebonenſis Appendice Lib. IV. ab eruditiſſimo Lambecio eſt vulgatum, III. Id. Mai. item proxime, XVI. Kal. Iun. *Ludi Perſici* legantur celebrati. Adeo vt alterutri hi ludi ad eam de Perſis victoriam ab illo Alexandro partam referri poſſint: ſicut alii ad Gordianum Tertium, cui ob deuictos Perſas, quadrigas elephantorum a Senatu decretas, ac, vt triumphum, ſed a quo morte præuentus, de iis ageret, refert in eius vita Capitolinus cap. XXVII. aut vero ad Carum; in cuius nempe honorem, præter adſumptam *Parthici* aut *Perſici*, de qua iam ſupra, appellationem, *Ludi* quoque *Perſici* fuerint inſtituti. Accedunt veteres nummi ſub Alexandro Seuero cuſi, in quibus, vt ex adſcriptis in anteriori nummi area Tribunitiæ Poteſtatis & Conſulatus annis iam obſeruarunt, qui tales deſcripſere, antiquarii, quum victoria eius, tum triumphus de Perſis actus conſpicitur, cuiusmodi pulcherrimos verſauimus in Theſauris Gallorum Regiis. Quæ rurſus iis Iuliani verbis videntur hic adſtrui, dum *ſecundam* a Perſis illatam, poſt Craſſi nempe & Antonii clades, Romanis *calamitatem*, ſub Valeriano, non vero ſub hoc Alexandro, contigiſſe innuit. Adde, quod ab ipſo Herodiano in commemoratione huius rei, Perſas, quamuis bello ſuperiores extitiſſe viderentur, crebris tamen prœliis in Media Parthiaque geſtis, partim cecidiſſe, alios vero attritos & ſaucios ſuperfuiſſe, dicat ſequenti cap. VI. eiusdem Libri VI. Vnde conciliari quodammodo poſſunt diuerſæ de illis Alexandri

dri Seueri contra Persas gestis narrationes; vt victoria quidem primo penes Persas fuerit, mox autem eadem ad Romanos redierit. Mitto quod Herodianum, vt Alexandro Seuero iniquiorem, notet in Maximinis cap. XIII. Capitolinus. Adde, quod non ipsius Artaxerxis, qui Parthicum imperium ad Persas reduxit, quique *Azdashirus* ab Orientalibus dictus, sed filii eius Saporis temporibus, imperasse dicatur Alexander Seuerus in Annalibus Arabicis Eutychii Patriarchæ pag. 383. a quo tamen abit Abul Pharajius, qui sub hoc Alexandro, regnum Persarum vltimum, quod *Sasanidarum* audiit, incepisse tradit in Dynastiarum Historia pag. 80.

Ibid. D. lin. vlt. *καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ καιροῦ πράξεων)* Pro *καιροῦ*, *Κάρου*, ob deuictos a Caro Imperatore Persas, hic legendum coniecerat Petauius; sed a quo eum abduxerunt sequentia verba parenthesi inclusa, & e codice, vt in Notis ait ad hunc locum, Stephani accepta, *ὥσπερ μετὰ τὰς συμφορὰς ᾑρέθη στρατηγὸς*, *prout post illas calamitates delectus est belli*, contra Persas nempe, *summus Dux*; adeo vt de Odenato ibi agi, & proinde pro *καιροῦ*, non *Κάρου*, sed *Ὀδενάτου* reponendum putet. Exstant vero eadem verba in MSto Vossiano, sed quæ non obstant, quin omnino *Κάρου*, pro *καιροῦ*, quod primo bene viderat Petauius, legendum statuam; tum quod facilis fuerit librarii *καιροῦ*, vt habet etiam Codex Vossianus, pro *Κάρου* scribentis, lapsus, longius autem ab eo recedat vox *Ὀδενάτου*, tum quod, quæ hisce addit continuo Iulianus, & quasi vno contextu, (de iis nempe, qui cum Persis, sub iis, qui proxime Carum eiusque filios breuis æui sequuti sunt, & Constantium, vt ibi dicitur, præcesserunt, Imperatoribus, Diocletiano nempe & Galerio Maximiano) id quoque suadeant. Vnde etiam eadem verba parenthesi inclusa & modo adducta, *ὥσπερ μετὰ* &c. aut de Caro ipso sunt intelligenda, quasi delecto non magis Romanorum Imperatore, quam belli contra Persas summoduce; aut, quod verius puto, pro glossemate habenda, quæ e margine in textum irrepserint.

Pag. 18. A. lin. 2. *οἳ τὴν θαυμαστὴν καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀγαπωμένην εἰρήνην)* Quæ nempe deuicto, vt ea de re mox, Narseo Persarum Rege, sub Diocletiano eiusque Collegis cum Persis pacta est; & de qua Rufus in Breuiario ait, *PACE facta, Mesopotamia est restituta, & supra ripam Tigridis limes est reformatus; ita vt quinque gentium trans Tigridem constitutarum ditionem adsequeremur. Quæ conditio fœderis in tempus Diui Constantini reseruata durauit.* Vt vel inde liqueat, & ex iis insuper, quæ e Petro Patritio ac Zonara adhuc postea adducentur, quo iure hic *admirabilis* illa *pax*, & Romanis *iucunda* dicatur exstitisse; a qua etiam pacta, per quadraginta annos quietos mansisse Persas, ita tamen vt interea sese ad bellum redintegrandum strenue pararent, tradit Libanius in Basilico pag. 118. Eiusdem etiam Pacis, qua oblatas Persis quinque illas Transtigritanas regiones e Rufo vidimus, iisdem, turpi Ioniani Imperatoris cum Sapore Persarum Rege pace, postea redditas, nempe anno Christi CCCLXIII, meminit Ammianus Lib. XXV. cap. VII. Ad quam vero *pacem*, cuius hic mentio, cum Persis fundatam, referendus videtur eiusdem Diocletiani nummus, inscriptus apud Ill. Mediobarbum PAX AVGG. C. nempe *Augustorum Diocletiani & Herculii Maximiani* ac *Cæsaris Galerii Maximiani*, cuius ductu profligati erant Persæ, & *pax* illa, vti mox videbitur, dein cum iis subsequuta. Quamquam præter morem in nummorum id genus aut Constitutionum inscriptionibus factum foret, vt quum duo tum essent *Cæsares*, Constantius & Galerius, vnus tantum ibi in eodem nummo indicaretur.

Ibid. A. lin. 6. *Καῖσαρ καθ' αὑτὸν συμβαλὼν αἰσχρῶς ἀπήλλαξεν)* Nempe quod iam monuit Petauius, Galerius Maximianus, qui adhuc *Cæsar*, ad repellendos Persarum impetus, a Diocletiano in Aegypto tum agente, in Mesopotamiam est missus, & cum Persis infeliciter aut, vt hic ait Iulianus, *turpiter congressus*, ab iis fusus est ac pulsus, ac inde redux a Diocletiano male exceptus; vt hæc præter Eutropium ac Zonaram, tradidit iam ante in Chronico Eusebius, *Galerius Maximianus victus a Narseo ante carpentum Diocletiani purpuratus* (h. e. iam *Cæsar*) *cucurrit.* Infelices etiam primos huius Galerii cum Persis congressus tangit Victor Schotti, vbi de eo ad arcendos Persarum impetus a Diocletiano misso addit, *a quis primo grauiter vexatus.* Neque etiam vno, sed duobus prœliis victum a Persis Galerium, memorat, qui solus inter Scriptores eorum temporum rem eam accuratius enarrat, Eutropius, cuius ea de re verba debent proinde hic adscribi: *Galerius Maximianus primo aduersum prœlium, exin secundum habuit, inter Callinicum Carrasque congressus, quum inconsulte magis quam ignaue dimicasset; admodum enim parua manu cum copiosissimo hoste commisit. Pulsus igitur, & ad Diocletianum profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta in-* (T) 3 *solen-*

sidentia fertur a Diocletiano exceptus, vt per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisse. Turpem vero fuisse illam Galerii cladem tangit hoc loco Iulianus; de qua autem, quo anno illa contigerit, haud leuis occurrit in Eusebiani Chronici editionibus, aut scriptis eiusdem libris, dissensus. In Scaligeri enim Eusebio refertur eadem ad Diocletianei imperii annum XVI, qui incidit in annum Christi CCXCIX; in Pontaci vero editione verius ad Diocletiani annum XIII, seu Christi CCXCVI. Vnde resarcita mox a Galerio, insigni de Persis victoria, illius cladis ignominia, anno sequenti, seu Diocletiani XIV, & proinde Christi CCXCVII, bene in eodem Pontaci Eusebio collocatur; etsi refragantibus aliis eiusdem Chronici codicibus, & optimo quidem, iuxta Cl. Baluzium ad Lactantium cap. IX. Colbertino, qui anno demum Diocletiani XVII, seu Christi CCC, aut vero Scaligeri Eusebio, qui anno XVIII, seu Christi CCCI, illam Galerii Victoriam imputant. Prius enim, seu anno Diocletiani XIV, & Christi CCXCVII, contigisse insignem illam Persarum cladem adstruunt, vt viderunt iam alii, Idatius in Fastis, & Auctor Chronici Alexandrini, & quod insuper e Libanio in Basilico pag. 118. colligit ad Eusebii Hist. Eccles. pag. 170. doctissimus Valesius, ac similiter in Critica Baroniana ad eundem annum CCXCVII eruditissimus Pagi. Quod insuper ex Eumenii Rhetoris oratione pro restaurandis Scholis dicta, haud male ab eodem Pagi ad annum superiorem adstruitur; nisi quod illius Rhetoris ea de re verba cap. XXI. *dum calentibus semperque venientibus victoriarum nuntiis, reuisuntur gemina Persidos flumina*, mox *aut te, Maximiane Caesar, Persicos arcus pharetrasque calcantem;* non adeo anno CCXCVI, quo nempe inceptum hoc bellum & quo duplici proelio fusus est a Persis Caesar ille Maximianus, quam anno sequenti, quo ille eam cladem strenue vltus est, scriptam illam orationem prodant. Quo spectant etiam, seu ad secundam illam Galerii cum magno apparatu contra Persas tendentis expeditionem, quae a Vopisco dicuntur in Caro cap. IX. *licet plane ac licebit per sacratissimum CAESAREM MAXIMIANVM, Persas vincere, atque vltra eos progredi.*

Ibid. A. lin. 7. ἀπογραφέντος τοῦ τῆς οἰκουμένης πάσης ἄρχοντος) De Diocletiano hoc dici liquidum, qui, quamquam haberet Imperii ac in eodem fastigio consortem Herculium Maximianum, praeter duos Caesares Constantium & Galerium, vt de eo Lactant de Mort. Persecutor. cap. VII. *tres enim participes regni sui fecit, in quatuor partes orbe diuiso;* vnus tamen summae rerum praeerat, a cuius nempe nutu reliqui illi, quos sibi adsciuerat in imperio consortes, pendebant, seu, qui, vt de iis iam supra Iulianus pag. 7. singulari *in eum, a quo facti fuerant imperii participes, pietate*, & vt mox ibi addit, *quem praecipue secundum DEum obseruarent:* praeter ea, quae illam in rem, ex eodem Iuliano in Caesaribus, Victore Schotti, Eutropio, adtulimus Obseru. pag. 16. Vnde idem Diocletianus *maioris* ac *veterani*, Herculius autem, quamquam itidem Augustus, *minoris* nominibus designatur a Lactantio dicti modo libri cap. VIII. & XIX. Id vero, quod his & proximis verbis addit Iulianus, quasi conuerso in eadem loca, vbi fugatus erat a Persis Galerius, Diocletiano, eius non auspiciis solum, sed prouisu, ductu, ad pacis conditiones & aegre quidem adducti fuerint Persae, nulla huc facta deuicti prius a Galerio insigni clade Narsei Persarum Regis, singulare est, & quod paucis hic a doctissimo Iuliani editore, eoque tanto Chronologo, adtendi omnino meruit. Res illas enim haud paullo aliter narrant, vel tangunt, quod eum fugere non poterat, Eusebius in Chronico, Eumenius, Eutropius, Rufus, Victor Schotti, Auctor Chronici Alexandrini, Zonaras, ac praeterea, qui a paucis demum annis prodiit, ac iis temporibus σύγχρονος exstitit, Lactantius in memorato libro, cuius proinde ea de re narratio hic adtexenda est, de Mort. Persecut. cap. IX. *Narseus Rex Persarum, concitatus domesticis exemplis aui sui Saporis, ad occupandum Orientem cum magnis copiis inhiabat. Tunc Diocletianus, vt erat in omni tumultu meticulosus, animique disiectus, simul & exemplum Valeriani timens, non ausus est obuiam tendere, sed hunc* (Galerium) *per Armeniam misit, ipse in Oriente subsistens, & aucupans exitus rerum. Ille* (Galerius) *insidiis barbaros, quibus mos est cum omnibus suis ad bellum pergere, multitudine impeditos & sarcinis occupatos, non difficiliter oppressit: fugatoque Narseo Rege, reuersus cum praeda & manubiis ingentibus, sibi adtulit superbiam, Diocletiano timorem.* Quam insignem de Persis, captis etiam Narsei Regis vxoribus, sororibus, liberis, omnique gaza, fugatoque in vltima Persidos Narseo, victoriam, vni Galerio tribuunt itidem dicti paullo ante Auctores, Eusebius, Eutropius, Rufus, Victor, Zonaras; & adeo quidem, vt ipsius Diocletiani culpa, seu inuidia in Galerium, contigerit, ne Persidos regio in prouinciam Romanorum redigeretur. Ita enim Victor

Victor Schotti in narratione victoriæ illius a Galerio de Persis relatæ, *regionis adeo victor, vt in Valerius*, (Diocletianus) *cuius nutu omnia gerebantur, incertum qua caussa, abnuisset, Romani fasces in prouinciam nouam ferrentur.* Quod videtur etiam præsensisse vel innuere Vopiscus in Caro, vbi iis, quæ iam paullo ante adtigi, verbis, postquam non victum solum iri a Galerio Persas, sed illum vltra eos progressum dixisset, subdit continuo, *si a nostris non deseratur promissus numinum fauor.* Actus vero Romæ de eadem victoria, quamquam non a Galerio, quippe tantum Cæsare, sed a duobus Augustis, & qua de re paullo post, triumphus; ab illo autem seu Galerio, *Persici* nomen postea, more pridem recepto, & iam Augusto, adsumptum in iis de tollenda Christianorum persecutione Rescriptis, quæ apud eundem Eusebium leguntur Lib. VIII. Hist. Eccl. cap. XVII. Immo inde etiam Persæ, vti ea de re mox videbitur, ad iniquam pacem a Romanis impetrandam, vltro sunt compulsi. Adeo, vt ab omni incuria, ac singulari quodam in Galerii, quod etiam ex eius Cæsaribus liquet, memoriam odio, absolui nullatenus possit Iulianus; qui vbi cladis ab eodem Galerio acceptæ meminisset, mox omni illius, vt de ea tamen ex Auctorum & Annalium fide constat, tam illustri victoria, & Romanis adeo gloriosa, abolitæ ignominiæ mentione prætenta, vnius Diocletiani in eadem loca profectione, consiliis, prouisu, ductu, Persas, non profligatos quidem, sed *æque adhuc ad pacem adductos* tantum refert. Quamquam & illud simul hic tenendum est, quum Diocletiani, a quo denuo missus fuit contra Persas Galerius, auspiciis, res ab eodem feliciter gestas; tum præterea Diocletianum, moto illo bello Persico, non in Aegypto quidem, vt mox dicetur, substitisse, sed in ipsam Mesopotamiam, in quam irruperant Persæ, profectum, ibi cum præsidiis, dum per Armeniam Galerium contra Persas ablegat, ad tuenda proinde eadem loca, commoratum. Liquet id vtique ex Eutropio, qui vbi de profligatis a Galerio Persis egisset, addit, *quare a Diocletiano, IN MESOPOTAMIA cum PRAESIDIIS tum morante, ouans regressus, ingenti honore susceptus est.* Quorum illud etiam adtigit, qui inde, & præterea ex hoc ipso Iuliani loco, explicandus est, Lactantius in adductis supra verbis, vbi postquam de Narseo Persarum Rege dixisset, *ad occupandum ORIENTEM cum magnis copiis inhiabat*, addit postea de Diocletiano & Galerio, *hunc* (Galerium) *per Armeniam misit* (Diocletianus) *ipse IN ORIENTE subsistens, & aucupans exitus rerum.* Vt proinde ea verba *in Oriente*, vbi *substiterit* Diocletianus, non de *Alexandria*, & quasi durante hoc bello pedem inde non mouerit, vti eruditissimo viro in nuperis ad eum locum Adnotatis placuit, & de quo silent ibidem reliqui præclari illius libri Enarratores; sed de *Mesopotamia* omnino iuxta Eutropium, & cui suffragantur hic Iuliani verba, de Diocletiano in ea loca, vbi pulsus fuerat Galerius, *conuerso*, debeant omnino intelligi. Adde, de deuictis Persis triumphum, quod paullo ante iam adtigi, non a Galerio quidem, sed a Diocletiano & Herculio Maximiano, solis quippe tum Augustis, & quorum auspiciis ac Diocletiani potissimum prouisu res fuerat gesta, Romæ actum.

Ibid. A. lin. 10. *καὶ καταλόγοις ὁπλιτῶν παλαιῶν καὶ νεολέκτων*) Quæ totidem verbis a Victore Schotti dicuntur, nisi quod non *Diocletiani*, vt hic Iulianus, sed *Galerii* tantum ea in re meminerit; de quo nempe ait, *contracto confestim exercitu e veteranis ac tyronibus, per Armeniam in hostes contendit.* Certum tamen id Diocletiani, ad quem a Persis paullo ante pulsus reuersus fuerat Galerius, & penes quem summum erant, vt vidimus, rerum arbitrium, iussu & auspiciis contigisse. Quod innuit etiam quum Lactantius, dicto paullo ante loco, *hunc* (Galerium) *per Armeniam misit*, nempe delectu illo militum per Illyricum Mœsiamque, vt ea de re Eutropius, prius habito; tum Zonaras, qui Galerio a Persis victo & profligato ait pag. 641. Tom. I. *αὖθις δὲ μετὰ πλείονος αὐτὸν ὁ Διοκλητιανὸς ἐξέπεμψε στρατιᾶς, denuo autem cum maioribus copiis eum* (Galerium) *ablegavit Diocletianus.*

Ibid. B. lin. 2. *ἃ ἰδόντες, μόλις τὴν εἰρήνην ἠγάπησαν*) Duo nempe, vt ex ante dictis iam liquet, in hac Iuliani narratione animaduersione digna: vnum, omissa omnis ingentis illius cladis, qua Persæ ad internecionem, vt de ea S. Rufus, captis etiam ac Romæ in triumphum, iuxta Eusebium, Eutropium, Zonaram, actis Persarum Regis vxoribus, sororibus, liberis, a Galerio sunt profligati, mentio; alterum, quod Persas *ægre ad pacem adductos* hic tradit, ac ideo tantum, quod a Diocletiano delectum militum tam tyronum, quam veteranorum habitum, ac aditus omnes copiis eius obsessos viderint Persæ. Quæ haud parum vtique abeunt a rerum eo tempore gestarum fide. Quum enim memorata iam ante Persarum clade, non prœlio solum victi essent Persæ,

sed

ſed innumera eorum agmina, vt iam diximus, cæſa; caſtra cum omni gaza regia, pecunia, direpta; infinita, iuxta Eutropium, Perſarum nobilitas, præter Regis Narſei coniuges &c. in captiuitatem abducta; Rex ipſe vulneratus, ac in vltimas regni ſolitudines profugus; eoque res redacta, vt Perſidem, iuxta Victorem, in prouinciam Romanam redigere potuerit Galerius; nihil aliud vtique Perſis reliquum fuit, quam vt *pacem* iniquis etiam conditionibus a Romanis, miſſis ſponte eam in rem legatis, petere ac impetrare contenderent; non vero, quod hic a Iuliano dicitur, vt *ægre ad pacem* Perſæ ſe adduci paterentur. Quorum etiam prius a Perſis factum narrat Petrus Patritius, qui ſub Iuſtiniano vixit, in Excerptis de Legationib. pag. 26. & 29. Tom. I. Hiſtoriæ Byzantinæ, vbi Appharban Narſeo amiciſſimum, legatum ab eo a Galerio miſſum tradit, qui pacem ſuppliciter ab eo peteret, eamque in rem, vt addit, τὸ τῆς οἰκείας βασιλείας δίκαιον τῇ Ῥωμαίων ἐπιτρέψαι φιλανθρωπίᾳ, *omne ius proprii regni Romanorum humanitati credere*, neque, vt addit, conditiones ferre, quibus pacem fieri vellet, ſed id omne arbitrio Imperatoris permittere teſtaretur; hoc ſolum flagitare, vt ſibi vxor & liberi redderentur. Quibus rebus a Galerio ad Diocletianum delatis, ab iisdem poſtea, qui Niſibi conuenerant, legatus ad Perſarum Regem miſſus, qui *pacis* illi conditiones præſcriberet; quibus præter aliquas in Oriente regiones, quæ ibidem commemorantur, Romanis relinquendas, Tigris limes vtriusque Imperii eſſet; Zintha caſtrum in confinio Mediæ ſitum, Armeniam terminaret; Rex autem Iberiæ regni ſui inſignia a Romanis acciperet. In quas conditiones a Perſarum Rege, cui nihil licebat, vt ibi additur, eorum quæ petebantur denegare, *pax*, de qua hic loquitur Iulianus, fuerit pacta, & vxores ac liberi eidem redditi. Quæ paucis complexus eſt etiam Zonaras pag. 64. Tom. I. ἀναῤῥωσθεὶς δὲ ἐκ τοῦ τραύματος ὁ Ναρσῆς, πρεσβείας πρὸς Διοκλητιανὸν καὶ Γαλέριον ἐποίησε, τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀξιῶν, καὶ σπονδὰς θέσθαι εἰρηνικάς· καὶ ΕΤΥΧΕ ΤΗΣ ΑΙΤΗΣΕΩΣ, ἐκστὰς τοῖς Ῥωμαίοις, ὅσον ἐβούλοντο, *Narſes vero e vulnere recreatus, per legatos a Diocletiano & Galerio petiit, vt ſibi mulieres & liberi redderentur, ac pacis fœdus ferirentur. PETITIONIS COMPOS factus eſt, quum Romanis omnibus, quæ volebant, ceſſiſſet.* Quas *pacis* illius conditiones, Patritii narrationi conſentaneas, retulerat iam ante, vt ſupra iam vidimus, S. Rufus. Quæ tamen aliquantum turbat, neque eum adducta P. Patritii ac Zonaræ, de hac *pace* in Oriente a Diocletiano facta, & qua redditæ ſint Narſeo cum liberis coniuges, narratione videtur conuenire; id quod nempe de victoria Perſica anno Chriſti CCXCVII, vti ſupra adnotaui, parta; de eadem vero ipſis Diocletiani Vicennalibus ſeu Kal. Decembribus anni demum CCCIII, atque ita elapſo ab illa Perſarum clade integro ſexennio, Romæ triumphatum dicitur; ductisque in ea pompa iisdem illis Perſarum Regis coniugibus, ſororibus, ac liberis, ab Euſebio, Eutropio, adde & ab ipſo Zonara, traditur. Neque enim, vt vel ex Lactantii memorato libro liquet, poſt celebrata illa Romæ Diocletiani Vicennalia, & actum proinde de Perſis triumphum, in Orientem reuerſus Diocletianus, vbi *pacem* illam cum Perſis, iuxta Patritium pepigerit; qui ante eiusdem anni CCCIII exitum, Roma Rauennam, ac inde anno ſequenti Nicomediam profectus, in ea æger ſubſtitit, donec Kalendis Maji anni proximi, imperium cum Maximiano Herculio ibidem abdicavit. Adde quod horum quidem Vicennalium meminerit Lactantius, non vero triumphi illius, qui in Chronico quum Scaligeri tum Pontaci Euſebiano, ad annum Diocletianei imperii XVIII, in aliis vero codicibus, quos memorat in notis Pontacus, ac in vetuſtiſſimo Colbertino codice, teſte Cl. Baluzio ad Lactantium cap. XVII. ad annum Diocletiani XIX, ſeu Chriſti CCCII, refertur: quum tamen non niſi ad celebrandum Vicennalium diem, atque ita vno vel duobus poſt annis, ſeu dicto anno Chriſti CCCIII, Romam perueniſſe Diocletianum tradat Lactantius. Quo etiam tempore, ac ante abdicatum imperium, de Perſis ab eodem & Maximiano Herculio triumphatum, & quidem ductis in illa pompa Narſei vxoribus & liberis tradit iridem, vt iam diximus, Zonaras pag. 243. Part. I. qui tamen paullo ante, vt ſupra vidimus, easdem Regis illius coniuges &c. poſt acceptam cladem petenti Narſeo, ex fœderis cum eo percuſſi legibus, redditas a Romanis dixerat. Adeo vt vel omnis illa Euſebii ac Eutropii, ſeu ab Hieronymo ex Eutropio in Euſebium inducta, ac a Zonara quoque inde hauſta, de ductis nempe in illo triumpho Narſei vna vel pluribus coniugibus, ſororibus, liberis, & quidem integro, vt diximus, poſt eosdem captos ſexennio, narratio ſuſpecta videri haud immerito poſſit: aut vero de illa, quæ Patritii, ac ipſius quoque Zonaræ teſtimonio eſt confirmata, ambigi; qua nempe poſt acceptam a Perſis cladem, *pax* iis a Diocletiano, dum adhuc in Oriente, vt id nominatim Patritius, cum Galerio

lerio ageret, concessa dicitur, & redditis quidem, iuxta pacta, Regi, qui eas aliquot prouinciarum iactura redemerat, vxoribus ac liberis. Nec prætcrire etiam hic licet, quod de antiquiore vel victoria a Diocletiano, de eodem Narseo Persarum Rege parta, ac inde quadrigis triumphalibus in Diocletiani & Maximiani nummo Mediceo, iuxta eorum Consulatum in eodem adscriptum, anno Christi CCLXXVII, signatis; aut vero *pace* dein illo anno cum eo composita, a duobus viris eruditissimis est adnotatum, Norisio in peculiari de eodem nummo Dissertatione, & Pagi in Critica Baroniana ad eundem annum. Adde, quæ eam in rem adtigit in Notis ad Lactantium pag. 143. ac in Epistola ad amplissimum Voetium, vir illustri eruditione Cuperus. Quum tamen, vt id paucis tangam, nec prioris illius de Narseo victoriæ, aut sequutæ cum eodem pacis, vlla expressa occurrat in eodem nummo significatio aut alibi mentio; nec etiam elephantorum in priscis id genus monumentis quadrigæ, Persici triumphi, vt statuit laudatus Baronianus Aristarchus, & quidem ab Alexandri Seueri temporibus iuxta Cl. Norisium, essent demum propriæ; ideo nempe quod Alexandrum Seuerum, qui pedes iuxta Lampridium in eius vita cap. LVII. Palatium conscenderet, currus retro, quem quatuor elephanti traherent, sequeretur; aut quod Gordiano Tertio, post victoriam Persicam, quadrigæ elephantorum a Senatu decretæ dicantur a Capitolino in eodem Gordiano cap. XXVII. Vt enim receptas pridem ante Alexandri Seueri ætatem, quod agnouit vir eximius, & veteres nummi etiamnum ante oculos ponunt, in pompis Romanorum vel triumphalibus, vel memoriæ & honori Cæsarum sacratis, elephantorum quadrigas mittam; neque eas vt Persicæ victoriæ demum proprias, vel tradunt in eodem Alexandro Lampridius, aut in Capitolino Gordianus; immo neque soli, & quidem ante bellum Persicum, Gordiano, sed simul illi & Maximo ac Balbino itidem Augustis, post duorum Maximinorum cædem, eundem honorem, iuxta Caputii in Senatu sententiam, decernendum tradiderat in Maximinis cap. vltimo idem Capitolinus, *victoriæ caussa principibus nostris Maximo, Balbino, & Gordiano statuas CVM ELEPHANTIS decernimus.* Adde, vt alia mittam, eundem illum Maxentii nummum cum quadrigis elephantorum, quem a me olim Diss. IIX. de Num. præst. pag. 705. e Gaza Christinæ Suedorum Reginæ adductum, & ad signandam, vt illius inscriptio continuo arguit, ac ibidem monui, *Consularis processus* memoriam, a viro doctissimo denuo ibidem prolatum, nempe Dissert. de nummis Diocletiani & Licinii pag. 24. & quidem, vt illum, non in alicuius victoriæ Persicæ, sed illius processus Consularis honorem, percussum similiter agnosceret. Accedit, & quod hic palmarium, ac iam ab illustri Scaligero in Animaduers. ad Eusebium pag. 243. erudite erat obseruatum; nempe hunc Narseum, anno demum Diocletianei imperii non tertio, ac proinde Christi CCLXXXVI, ad quem hanc primam eius in Orientem irruptionem referunt viri præclari, sed octo post annis, seu iuxta Abul Pharajium, anno eiusdem imperii decimo, regnare demum cœpisse. Neque etiam iis temporibus σύγχρονος Lactantius, huius Narsei Persarum Regis meminit, qui prius, seu decem ante annis, sub hoc Diocletiano, in Orientem, vt hodie in Eusebii Chronico legitur, irruperit; sed quo tempore demum contra eum missus est a Diocletiano Galerius: & quidem, vt primam fuisse illam Narsei contra Romanos expeditionem, abunde arguant eiusdem Lactantii de eadem verba cap. IX. *Narseus Rex Persarum, concitatus domesticis exemplis aui sui Saporis, ad occupandum Orientem cum magnis copiis inhiabat;* non proinde, vt acceptam nouem ante annis sub Diocletiano, dum in Orientem iam irrupisset, cladem tum resarciret. Neque etiam deuictos sub Diocletiano Persas, ante profligatum a Galerio hunc Narseum, aut vero *pacem* cum eodem Rege partam, memorant vel Libanius in Basilico, vel Idatius, vel Chronici Alexandrini Auctor, immo nec Eusebius, Eutropius, Rufus, Victor Schotti, Zonaras. Adde, nec meminisse Vopiscum in Caro cap. IX, vbi post factam Cari, capta Ctesiphonte Persarum metropoli, fulmine absumpti mentionem, addit continuo, & quæ iam ante alia occasione adtulimus, *licet plane ac licebit per sacratissimum Cæsarem Maximianum Persas vincere, atque vltra eos progredi.* Vnde quæ a Mamertino dicuntur in alterius Maximiani seu Herculii Panegyrico, eoque aliquot annis ante illam Narsei contra Romanos expeditionem dicto, nempe cap. VII. de Diocletiano, *cui se sponte dederunt regna Persarum,* aut cap. X. *Rex ille Persarum, nunquam se ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat, totumque, si ingredi ille dignaretur, regnum suum pandit;* & alibi adhuc Genethl. cap. V. *Parthumque vobis munerum miraculis blandientem;* hæc, inquam, non de hoc *Narseo*, sed de vno ex eius Decessoribus, & quidem secundo *Vararane* aut *Viararane*,

iuxta Agathiam Lib. IV pag. 135. & Syncellum pag. 360. seu *Warharan*, iuxta Abul Pharajium Dynast. pag. 83. nuncupato, intelligi debeant; qui nempe recentis adhuc illatæ Persis, sub Caro cum filiis Diocletiani decessore, cladis, ac vnde ille *Persici* seu *Parthici*, quod alibi iam vidimus, cognomen meruit, memor, Diocletiani, summi tum rerum arbitri & Imperatoris, ac in Thracia vel Bithynia tum agentis, (vt liquere potest ex eius Constitutionibus, *Heracleæ* aut *Nicomediæ* hoc anno CCLXXXVII latis, quæ exstant in Cod. Iustin. de Admin. Tutel. aut de Dot. Prom. aut de Tutoribus, ac alibi) amicitiam, missis etiam cum blanda legatione muneribus, conciliare sibi voluerit. Neque vero tum occupatam Persarum præsidiis Syriam, quam in eam adventanti Diocletiano cesserint tum Persæ, facile quis reputabit, qui biennio ante recuperatam a Caro Mesopotamiam, captamque ipsam vltra Tigrim Persarum Regiam, prater Seleuciam, e Vopisco, Eusebio, Eutropio, Victore, reputauerit. Haud dissimile vero factum alterius Narsei meminit Vopiscus in Probo cap. XVII. quem ibi non Persarum, sed ei obnoxiam Armeniæ regulum censet magnus Casaubonus, eundemque esse cum hoc Narseo, cuius in Diocletiano meminerit Victor. Vnde etiam factum puto, vt in postrema Victoris Parisiensi editione, vbi Regis Narsei a Galerio debellati fit mentio, idem Armenus regulus exstitisse in notis ad eum locum dicatur. Quæ tamen, vt alios mittam, vel adducta paullo ante Lactantii verba, *Narseus Rex Persarum* &c. abunde redarguunt. Neque etiam in Probi rebus apud Vopiscum, exstitit Armenus regulus, vt existimauit ὁ πάνυ, qui memoratur ibi *Narseus*; sed ipse, cuius ibi fit itidem mentio, Rex Parthorum seu Persarum intelligitur, quod totus loci contextus satis arguit. Quamquam ex dictis modo Auctoribus, Agathia, Syncello, & Abul Pharajio constet, nullum sub Probo eo nomine Persarum Regem extitisse, sed *Wararenem*, seu *Warharan* eo nomine primum ac secundum, vti de iis nominatim id tradit Abul Pharajius Dynast. pag. 83. Vnde omnino lapsus ea in re fuit Vopiscus, qui quum sub Diocletiano, & gesti eius auspiciis contra Narseum Persarum Regem, vti ex eodem in Caro supra vidimus, belli tempore scripserit, hunc ipsum Narseum aut cognominem ei Regem exstitisse crediderit, qui terrorem legatione ac muneribus missis confessus, pacem a Probo impetrare voluerit. Hæc vero iam notaueram, quum eundem Vopisci errorem erudite animaduersum video, & ex Agathia confutatum, in Historia Cæsarum Gallica nuper a doctissimo Tillemontio vulgata, & quidem in notis ad Historiam Probi, quibus ex iis, quæ eam in rem adigi, lux adhuc maior & pondus aliquod accedit. Alterius quidem Narsei, non Regis, sed qui a Sapore, huius Narsei Persarum Regis nepote, legatus ad Constantium missus, meminit Ammianus Lib. XVII. cap. V. Aliquod vero negotium, de anteriori nempe suscepta a Narseo Rege contra Diocletianum expeditione, posset hic forte facessere additum *PERSICI* inter reliquos Diocletiani non solum, sed & Maximiani titulos, in duabus Inscriptionibus apud Gruterum pag. CLXVI. n. 7. 8. elogium; quæ iuxta adscriptos ibi Tribunitiæ Potestatis & Consulatus vtriusque Imperatoris annos, ad Christi annum CCXCIII, aut CCXCIV, referri debeant. De quo equidem illud statuendum est, si genuina sit illius nominis *PERS.* in vtroque lapide scriptura, id non e debellato quidem Narseo, qui necdum, vt paullo ante vidimus, regnare cœperat, & anno demum CCXCVI, in Orientem irrupit, repetendum; sed vel ob pacem illam seu amicitiam a Persis ante Narseum, muneribus, vti ea de re Maximiani Panegyristes, & supplici legatione impetratam; vel quod a Caro, vtriusque illius Imperatoris cum filiis decessore, idem *Persici* nomen fuisset iam, vt diximus, adsumptum, & in quo bello eidem Caro militauerant Diocletianus & Maximianus. Vnde etiam in eodem huius Maximiani Panegyrico Mamertinus, ab eo ante imperium edita virtutis ac fortitudinis specimina enarrans cap. II. *perque omnem, qua tendit, Euphratem*, vna cum rebus ab eo adhuc priuato ad Istrum, Rhenum, aut Oceanum gestis tangit. Adeo vt, quod alias factum liquet, a duobus illis Cari & filiorum eius successoribus, & quod Persæ se supplices Diocletiano, vt vidimus, exhibuissent, illud *Persici* nomen sit in memoratis inscriptionibus, non vero victo iam Narseo, qui demum aliquot post annis cœpit regnare, adsumptum; quem alioquin, & potiori adhuc iure, vti & *Medici* titulum, a Galerio iuxta plures alios prælatum, ex Eusebio iam ante monui. Quibus vero ea de re dictis suffragatur hic quoque Iulianus; qui nec alterius sub Diocletiano Persarum contra Romanos irruptionis, quam huius, ad quam reprimendam missus est ab eodem Galerius, vt ad eandem vidimus, verbis meminerit; nec proinde alterius etiam *pacis*, quam quæ eam irruptionem, aut Galerii cladem, & Diocletiani contra Persas apparatum subsequuta est, mentionem nunc facit. Verum quæ ob diuersas ea de re virorum doctorum

ctorum, & alioquin in Chronologicis Historiæ Augustæ studiis impense exercitorum sententias, & præterea ob ipsius Iuliani in hisce tradendis insignem incuriam ac ἀνιστορησίαν, remurari Lectorem poterant, fuerunt omnino hic a nobis paullo adtentius enucleanda.

Ibid. B. lin. 4. περιόντος τοῦ πατρὸς τὰ συγχέαντας) Quod tangit etiam iisdem ferme verbis Libanius in Basilico pag. 117. vbi Persas in Constantinum tot victoriis inclytum bellum ait mouisse, additque, εἰ μὲν ἐκείνου περιόντος τὴν ἡσυχίαν ἦγον, *quod si eo superstite quieti mansissent*, eo autem mortuo quum armis irruissent, non tam confidere sibi visi essent Persæ, quam copias viresque filii Constantii contemnere. Quum vero cum ipso patre Constantino bellum periclitari voluerint, inde perspicuum fieri, eos propriis viribus confisos, ad bellum accessisse. Pluribus vero in sequentibus Libanius, totum Persarum ad bellum illud tam diuturnum, durante illo quadraginta annorum interuallo, ab eorum nempe sub Diocletiano & Galerio clade, ad extremum Constantini annum, apparatum refert ac enarrat. Eosdem Persarum, superstite adhuc Constantino, motus bellicos tangunt similiter Eusebius de vita Constant. Lib. IV. cap. LV. Eutropius, Victor Schotti, & quibus hic accedit Iulianus.

Ibid. B. lin. 7. πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευαῖς τὸν βίον μεταλλάξαντος) In Persici illius belli apparatu mortuum Constantinum tradunt quoque memorati modo Scriptores, & quidem iuxta Eusebium de Vita Const. Lib. IV. cap. LVI. excitis vndique non solum militaribus copiis, sed communicato cum Episcopis de profectione contra Persas consilio, qui eidem se comites, & fusis ad Deum supplicationibus, militaturos cum eo & pugnaturos, læto eidem & alacri erant polliciti. Tabernaculum quoque ab eo in speciem Ecclesiæ, in quo preces cum iisdem illis Episcopis perageret, præparatum, tradit idem Eusebius, & ex eo Socrates Lib. I. cap. XVIII. Haud aliter ac iam ante in bello Liciniano tabernaculum, in quo preces funderet, ab eodem Constantino erectum dixerat ante Eusebius de Vita Const. Lib. II. cap. XII. Quale etiam, quoties ad bellum proficisceretur, ad Ecclesiæ similitudinem fabricatum, idque circumferri ab eodem Imperatore solitum, adeo vt nec in solitudine ipse vel eius exercitus sacra æde carerent, in qua Deo vacare & mysteria percipere possent, refert Sozomenus Lib. I. cap. VIII. additque, inde factum, vt in Romanorum exercitu, quod iam monuit ad Eusebium doctissimus Valesius, legiones singulæ, seu *Numeri* tum dicti, proprium haberent eam in rem tabernaculum. Addit vero Eusebius sequenti cap. LVII, de quo tamen silet hic Iulianus, & iuxta eum Eutropius ac Victor, quod nempe vbi resciuissent Persæ bellicum Constantini contra illos apparatum, metu continuo perculsi, missa ad eum legatione, pacem ab eo haud difficulter impetrarint, nempe, καὶ μάχῃ πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν φοβούμενοι, διὰ πρεσβείας αὐτὸν ἠξίουν εἰρήνην σπείσασθαι. διὸ ὁ μὲν εἰρηνικώτατος βασιλεὺς τὴν Περσῶν πρεσβείαν δεξάμενος, φιλίας δεξιὰς προθύμως σὺν αὐτοῖς ἐσπένδετο, *& cum illo* (Constantio) *prœlio congredi vehementer reformidarent, missis legatis pacem ab eo postulauerunt. Itaque Imperator pacis amantissimus, Persarum legatione benigne suscepta, pacem ac amicitiam cum eis libenter pepigit.* A quibus rursus abit Sex. Rufus, qui nec in apparatu illius belli substitisse Constantinum; nec pacem ab eo Persas, missa illa legatione, impetrasse tradit: *Constantinus rerum dominus, extremo vitæ suæ tempore, expeditionem parauit in Persas. Toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti de Gothis victoria gloriosior, multis in Persas descendebat agminibus. Sub cuius ADVENTVM, Babylonia in tantum regna trepidarunt, vt supplex ad eum legatio Persarum occurreret, & facturos se imperata promitterent. NEC TAMEN pro assiduis eruptionibus, quas sub Constantio Cæsare per Orientem tentauerant, VENIAM MERVERVNT.* Vt vero ibi *Babylonia*, aduentante Constantino, a Persis *trepidatum* dicit Rufus; ita rursus Constantio a Tigride ad Hesperum Oceanum, conuerso, ait Themistius Orat. IV. pag. 57. οὐκ ἤνεγκαν οἱ ἐν Βαβυλῶνι τοσοῦτον πόρρω οὖσαν τὴν ἀπειλήν, *Babylonii longinquas adeo minas illius ferre non potuerunt.* Quod autem ibi de Constantini aduentu ab eodem Rufo dicitur, seu, quod iam Persis, iisque inde Babylone trepidantibus, adpropinquasset Imperator, rectius aliunde percipitur; nempe, quod iuxta constantem Eusebii non solum, seu, qui res Ecclesiæ post eum consignarunt, Socratis, Sozomeni, Theodoriti, Philostorgii, sed aliorum etiam Scriptorum, Eutropii, Victoris, Chronici Alexandrini Auctoris, Zonaræ fidem, non vltra Nicomediam, haud procul Constantinopoli sitam, sit progressus Constantinus; vbi, ac in ipso quasi profectionis limine, morbo, seu, iuxta Victorem, Philostorgium ac Zonaram, veneno prius a fratribus accepto, paullo post fato sit functus. Quibus etiam accedit in Basilico Libanius pag. 120. qui, vbi susceptæ a Constantino contra

tra Perfas expeditionis meminiffet, addit: *ἄρτι δὲ τῆς πορείας ἀψάμενος, ἐπειδὴ καὶ τὴν δε τὴν πόλιν ἐγένετο· εἶδεν ὁ κρείττων, ὅτι πολλοῖς μὲν τροπαίοις ἐκεῖνος ἐγγέγραπται· δεῖ δὲ καὶ τῶν παίδων, τὸν ἐπὶ Πέρσας τεταγμένον, νίκαις ἐλλαμπρύνεσθαι βαρβαρικαῖς· καὶ δόξαν οὕτως. τὸν μὲν ἄνω πρὸς αὑτὸν καλεῖ*, *vt vero primum iter ingreffus eft, ac in hanc vrbem* (Nicomediam nempe, non Antiochiam, vt ibi in margine interpres) *venit, vidit quidem Numen, multis illum tropæis infcriptum*, feu *decoratum fuiffe: opus autem effe, vt e duobus filiis, qui aduerfus Perfas commiffus fuerat* (Conftantius) *victoriis barbaricis illuftraretur; quod etiam decretum eft. Illum vero* (Conftantium) *fuperne ad fe accerfit Deus.* Miffam vero a Perfis ad Conftantinum legationem, non quidem iis, iuxta Eufebium aut S. Rufum, metu bellici illius apparatus, aut aduenientis cum exercitu Imperatoris, trepidantibus, ac proinde ad auertendum illud bellum, ac pacem impetrandam: fed ab iisdem fpe melioris fortunæ ac fiducia collecti & exerciti a longo tempore militis, belli obtentum ea legatione quærentibus; irrito tamen, vti a Rufo dici alioquin vidimus, molimine; tradidit paucis ante verbis Libanius. Nempe quum poft alia omnia ad bellum a Perfarum Rege egregie inftructa & comparata dixiffet, de eodem addit: *λογιζόμενος δὲ τὸ τῆς παρασκευῆς τὸ μῆκος, καὶ τῆς μελέτης τὸν χρόνον, καὶ τῆς κρείττονος τύχης ἀνατυπούμενος τὴν ἐλπίδα*, ΠΕΜΠΕΙ ΠΡΕΣΒΕΙΑΝ *ὑπὲρ τῶν ὅρων ἀμφισβητήσουσαν· ἵν' εἰ μὲν παραχωρήσαιμεν τῆς χώρας, ἀκμητὶ κεκρατηκὼς ᾖ· εἰ δὲ μηδαμῶς εἴξαιμεν, ἀφορμὴν ταύτην τοῦ πολέμου προθήσαιτο. βασιλεὺς δὲ ὁ μέγας ὡς ἤκουσε, μισήσας τὸν ἄνδρα τῆς ὑπερηφανίας*, ΑΥΤΟΣ ΕΦΗ ΒΟΥΛΕΣΘΑΙ *οἱ τὰς ἀποκρίσεις* ΔΟΥΝΑΙ· *καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον εἵπετο· ὡς δὲ ἐξανέστη, πάντα εὐθὺς συνεκινεῖτο*, *apparatus autem amplitudinem & impenfam in exercitationibus militaribus tempus reputans, tum fpe melioris fortunæ concepta*, LEGATIONEM MITTIT, *quæ de limitibus moueret controuerfiam, vt fi quidem de regione cederemus, nullo labore victor euaderet: quod fi minime cederemus, hanc belli occafionem obtenderet. Vbi vero* MAGNVS IMPERATOR (Conftantinus) *hoc audiit, virum ob arrogantiam odio profequutus,* SEMET RESPONSA EI DARE VELLE *dixit; & dictum res ipfa fequuta eft. Vt vero primum infurrexit* Conftantinus, *cuncta ftatim commouebantur.* Quibus accedunt paullo ante ex eodem Libanio adlata, de fufcepta ftatim Conftantini ad eam expeditionem profectione, & fequuto einsdem, vbi Nicomediam venit, obitu. Qui proinde Libanii, vt coæui Auctoris, & tum in eadem Nicomediæ vrbe, quod eiusdem verba, fed male ab Interprete intellecta, arguunt, morantis, locus merebatur omnino ad Eufebium a doctiffimo eius Enarratore expendi; vbi nempe legationis illius a Perfis ad Conftantinum miffæ meminit quidem Eufebius, fed quæ quum vt alium in finem obita, graui nempe tendentis contra eos Conftantini metu, tum alium etiam euentum fortita ab eo dicitur, vt amicas fcilicet ille cum Perfis pacis dextras continuo ac libenter iungeret. Et quod videtur etiam innuere Socrates Lib. I. cap. XVIII. iis verbis, quæ quidem ad Eufebium adtulit Cl. Valefius, *ἀλλ' οὐ προέβη τότε ὁ πόλεμος. ἔφθη γὰρ τοῦ βασιλέως δέει σβεσθῆναι*, *fed bellum eo quidem tempore vlterius non proceffit; ftatim enim exftinctum eft, ob metum, quem Imperator Perfis incufferat.* Adeo parum fibi conftant fæpenumero in rebus tradendis, quæ illis temporibus geftæ, aut in adfignandis veris earum cauffis, coæui vel proximi eidem ætati Scriptores.

Ibid. C. lin. 2. *οὐδαμῶς πρὸς τὸν πόλεμον ἐξῶσθαι δοκοῦντος*) Tertia nempe illa, quam modo dixerat, pars orbis, Afia feu Oriens, quem diuifo a Conftantino inter tres filios iam Cæfares imperio, Conftantio adtributum ex Eufebio & aliunde conftat, ac iam ante ad paginam huius Orationis 16. vidimus. Quæ autem pars orbis, præter Thraciam infuper cum Conftantinopoli, & Aegyptum, in diuifione cum fratribus poft patris obitum, de quo mox, inftituta, eidem Conftantio itidem ceffit. Eadem vero imperii Romani in Oriente portio ad bellum contra Perfas gerendum minime valida, nec milite, vel idoneo aliarum rerum prouifu fatis tum inftructa hic dicitur. A quo non abire videtur Libanius, dum, vti iam antea diximus, in Bafilico pag. 118. 119. magnum illum Perfarum, ac longo annorum fpatio & fummo ftudio inftitutum, ad hoc bellum cum Romanis fufcipiendum, apparatum; copiarum eam in rem multitudinem, exercitationem, robur; Regis ipfius fiduciam ac alacritatem, pluribus tangit. Quamquam narratione huius rei, vti fupra iam vidimus, quum Eufebius Lib. IV. de Vita Conftant. cap. LVI. & LVII. tum S. Rufus, excitas vndique ad hoc Perficum bellum a Conftantino militares copias, ac ad illius militaris apparatus nuntium, Perfas metu perculfos fupplici legatione pacem ab eo petiiffe memorant, & nominatim, vti paullo ante vidimus, Rufus, *toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti de Gothis victoria gloriofior*,

ſtor, MVLTIS in Perſas deſcendebat AGMINIBVS. Iuliano tamen hoc loco, ac Libanio præterea, ſuffragari videtur Zoſimus, dum Lib. II. cap. XXX. a Conſtantino nudatos præſidiis, contra barbaros a Diocletiano provide conſtitutis, limites, maioremque inde militum partem ab eo in oppida haud illius opis indiga, translata memorat, indeque liberum barbaris in Romanorum ditionem aditum relictum tradit. Sed qua de re, aut quo iure id in Conſtantino redarguat Zoſimus, actum iam ſupra a nobis harum Obſerv. pag. 63.

Ibid. D. lin. 2. *τῶν στρατιωτίδων πρὸς τὴν μεταβολὴν διαταραχθέντων)* Quæ hic a Iuliano dicuntur, & quod paullo poſt adhuc tangit, de tumultuantibus poſt Conſtantini obitum militibus, quique, vt hic addit, veterem eorum ducem magnis tum clamoribus deſiderantes, eius filiis & paterni faſtigii hæredibus vellent imperare, haud videntur Euſebii narrationi, vbi illius temporis meminit, conſentanea. Is enim Lib. IV. de Vita Conſtantini cap. LXV. & LXVII. magnos quidem illo mortuo militum ac tribunorum planctus, & eorum Dominum ac Imperatorem inclamantium ac deſiderantium voces exſtitiſſe memorat; eique, quod nulli alii contigit, eosdem aliquamdiu, quaſi viuo adhuc, honores ab iis habitos; verum, & quod a Socrate itidem traditur Lib. I. cap. XL. donec aduenissent, qui procul aberant, Conſtantini filii, qui funus eius, vti mox a Conſtantio factum, proſequerentur. Vnde etiam mox ſequenti capite LXVIII. ea addit Euſebius, quæ hanc Iuliani narrationem, de tumultuantibus nempe poſt Conſtantini obitum militibus, & qui imperare eius filiis vellent, apertius adhuc videntur conuellere, *ὥσπερ δ' ἐξ ἐπιπνοίας κρείττονος* ΤΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ *τὸν βασιλέως πυθόμενα θάνατον, μιᾶς ἐκ γνώμης. ὡσανεὶ ζῶντος αὐτοῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως, μηδένα γνωρίζειν ἑτέρον,* Η ΜΟΝΟΥΣ *τοὺς αὐτοῦ παῖδας Ῥωμαίων* ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ· *οὐκ εἰς μακρὸν δ' ἠξίουν μὴ Καίσαρας· ἐντεῦθεν δὲ ἤδη τοὺς ἄνδρας χρηματίζειν* ΑΥΓΟΥΣΤΟΥΣ, *OMNES vero VBICVNQVE EXERCITVS, quaſi diuino quodam ſpiritu incitati, ſimul atque de Imperatoris morte nuntiatum eſt, VNO CONSENSV decreuerunt, prorſus quaſi magnus adhuc Imperator ſupereſſet, neminem ſe præter SOLOS eius liberos, Romanorum IMPERATORES habituros. Nec multo poſt eosdem non Cæſares amplius appellari voluerunt, ſed AVGVSTOS.* Adeo vt quum id mutuo ſibi per litteras exercitus in diuerſis Imperii partibus conſtituti ſignificaſſent, vno eodemque temporis momento, *omnibus innotuerit vnanimis MILITVM CONSENSVS, ἐγνωρίζετο ἡ* ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑ. Neque tamen fidem hic Iuliano abrogandam ſuadet, tum quod, vt iam innui, illius poſt Conſtantini obitum inter alia, quæ Conſtantium circumſteriſſe tradit pericula, *στρατιωτίδων ἀταξίας, ſeditionis caſtrenſis*, eiusque ad Conſtantii in Orientem e Pannonia contra Perſas profecti adpropinquationem compreſſæ, rurſus ſequenti pagina fit ab eo mentio; tum quod id coæui Auctoris, Libanii nempe, teſtimonio inſuper firmatur. Is enim in Baſilico, ſeu huius Conſtantii & Conſtantis fratris Laudatione pag. 113. & 114. vbi Conſtantini obitus meminiſſet, imperium quidem in eodem ſtatu ait permanſiſſe, *verum*, vt continuo addit, *non abſque vllo negotio, neque ita, vt ſucceſſoribus non fuerit AD MANVS VENIENDVM, vt quæ data a parente fuerant, firmiter retinerent. Vtroque autem nomine Imperatoribus maxime gratulor, & quod imperium a patre acceperint, & quod SEDITIONE EXORTA ſuperiores euaſerint, ἦμεν δὲ οὐ χωρὶς πραγματείας, οὐδ' ἄνευ* ΤΟΥ ΧΡΗΣΑΣΘΑΙ ΤΑΙΣ ΧΕΡΣΙ *τοὺς διαδεξαμένους εἰς τὸ κατασχεῖν βεβαίως τὰ δοθέντα. Ἀμφοτέρων δὴ τούτων ἔγωγε συνήδομαι τοῖς βασιλεῦσι μάλιστα, τοῦ τε παρὰ τοῦ πατρὸς λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, καὶ τοῦ* ΤΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ΤΑΡΑΧΗΣ *φανῆναι κρείττονας.* Quibus abunde id a Iuliano, de illa militari poſt Conſtantini obitum ſeditione hic & alibi dictum, eluceſcit; quæ filiorum eius ac in imperio ſucceſſorum non auctoritate ſolum, ſed conſerta etiam manu, fuerit compoſita. Vnde illud aliquo poſt ea, quæ ex Euſebio modo adtulimus, tempore, ac vbi de imperii inter fratres diuiſione actum, contigiſſe, licet continuo ſtatuere.

Ibid D. lin. 5. *σφῶν ἡγεμόνα ποθοῦν ἐκβοῶντες)* Quod ab Euſebio itidem traditur, vbi mortuo Conſtantino, omnes prætorianos milites ait, dicto paullo ante capite LXV. *κωκυτοὺς, φωνὰς οἰμωγαῖς θ' ἅμα καὶ* ΒΟΑΙΣ *ἀφιέντες*, dein, *τὰ τε λοιπὰ* ΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΑ *σὺν παντὶ κόσμῳ τῷ πρέποντι, οἷα ἐν ἀγέλαις τὸν ἀγαθὸν* ΕΠΟΘΟΥΝ *ποιμένα, eiulatus & lamenta cum planctu & CLAMORIBVS edentes &c. reliqui EXERCITVS tanquam greges quidam, cum omni modeſtia & reuerentia optimum paſtorem DESIDERABANT:* ac proinde citra vllos adhuc, quos hic Iulianus tangit, tumultuantium eorundem militum ſtrepitus, eorumue, vt hic addit, ipſis Conſtantini filiis imperare volentium molimina. Quod vero, hic Petauius

ἐκβαίνονται, atque ita in proximo verbo, ἐθέλονται. pro ἐκβαίνης & ἐθέλοντες, legendum putat, haud video, cur hic a veterum librorum lectione recedatur: constructiones enim id genus obuiæ apud soluta & ligata Oratione Scriptores.

Ibid. D. lin. penult. Ἀρμένιοι παλαιοὶ σύμμαχοι σπασάζοντες) Post Armeniam a Lucullo primum ac dein a Pompeio expugnatam, impositi eidem vulgo a Romanis Reges, ac subinde etiam captata temporum occasione a Parthis; ita tamen, vt illi breui, maxime sub Traiano, M. Aurelio, ac L. Vero, ex ea depulsi, eadem Romani deinceps iuris manserit. Vnde veteres nummi sub Traiano cusi, in quibus legitur, ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE, & ARMENIA DEVICTA vel SVBACTA; & sub Antonino Pio, ac dein sub Lucio Vero, REX ARMENIIS DATVS; aut inde eidem Vero & M. Aurelio ARMENIACI nomen, quod vel eorundem nummi itidem arguunt, datum. Hinc etiam pace, de qua paullo ante, inter Diocletianum & Narseum Persarum Regem firmata, Armenia, dum, vt ea de re Ammianus Lib. XXIII. cap. V. *Narseus primus Armeniam Romano iuri obnoxiam occuparat*, decedere fuit coactus; vti etiam liquet e Saporis, eiusdem Narsei nepotis, ad Constantium litteris apud eundem Ammianum Lib. XVII. cap. V, nempe iuxta memoratas iam supra illius pacis conditiones, quibus inter alia cautum dicitur a Petro Patritio in Excerptis de Legationibus pag. 30. edit. Reg. vt deinceps [illegible]tha castrum in confinibus Mediæ situm, Armeniam terminaret. Vt mittam Hannibalianum, Delmatii fratris filium, Armeniæ & Ponticarum gentium Regem a Constantino constitutum, iuxta Anonymum Valesianum, & Victorem in Epitome; vt de nummis eius sileam, in quibus REX idem dicitur. Atque quod idem hic Iulianus, dum infeliciter in Persas parat expeditionem, socios eam in rem (vt eosdem hic vocat) Armenios adhiuit, teste rursus Ammiano Lib. XXIII. cap. II. *solum Arsacem monuerat ARMENIAE Regem, vt collectis copiis validis IVBENDA operiretur, quo tendere, quid deberet vrgere, propere cogniturus.* Et quod postea eidem Arsaci, turpi Iouiani cum Persis pace, fraudi fuit; qua inter alia, vt alibi ea de re Ammianus Lib. XXV. cap. VII. & quod *exitiale* ac *impium* ibi ab eo dicitur, fuit cautum, *ne Arsaci poscenti contra Persas ferretur auxilium, amico nobis semper ET FIDO.* Haud mirum tamen, si, quod hic a Iuliano additur, imminentibus denuo, post Constantini obitum, Persis, desidere a se inuicem cœperint Armenii, eorumque pars Romani imperii limites deprædari sit adgressa. Quam in rem occurrit illud Taciti Annal. XIII. cap. XXXIV, *ad hæc ARMENII AMBIGVA FIDE vtraque arma* (Romanorum nempe & Parthorum) *inuitabant, situ terrarum, similitudine morum, PARTHIS PROPIORES, connubiisque permixti, ac libertate ignota illuc magis ad seruitium inclinantes.* Eosdem tamen Armenios, relictis Persarum partibus, breui ad Romanos rediisse, tradit in sequentibus Iulianus. Factum autem postea, vt Armeniæ, quæ *perpetua armorum* inter Romanos ac Persas, iuxta hunc Saporem, apud Ammianum Lib. XXX. cap. II. *caussa* dicitur, pars Romanis, altera Persis cesserit; ac inde quum *Persarum* & m *Romanorum Armeniis* mentio occurrat apud Byzantinæ Historiæ Scriptores, Menandrum Protectorem pag. 122. & in Iustini ad Persarum Regem Legatione pag. 119. Tom. I. Quum tamen antea, vt id ab Armeniorum legatis ad Chosroem dictum refert Procopius Lib. II. Bell. Pers. cap. III. Arsaces Theodosio Imperatori vltro cessisset regno ea lege, vt omni æuo, qui eum propinquitate adtingerent, a vectigalibus immunes essent.

Pag. 15. A. lin. 6. τὰς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἐν Παιονίᾳ συνθήκας) Παιονίαν & Παιονίους, ac proinde Παίονας, de *Pannoniis* & *Pannonia*, non a Scriptoribus solum illorum temporum, Iuliano hic & alibi, Libanio, Zosimo, sed ab antiquioribus etiam, Herodiano, Appiano, aliisque dici constat. Vnde ab eodem Appiano ab initio Illyricorum [illegible]tur, vnum ex Illyrii, quos commemorat, filiis esse, itemque appellatum Παίονιον, ἢ Παιονία, *Pannonium* vel *Paona*: a quo genti nomen. Quod vero in *Pannoniis*, post parentis nempe Constantini obitum, conuenerint, ibique, vt hic dicitur, inter se transegerint fratres, ex hoc loco demum discimus. Rem enim, sed non locum, vbi illi imperium sint inter se partiti, tangit Eunapius in Aedesio, pag. 4[illegible]. Zosimus Lib. II. cap. X. & Zonaras. In Παιονίαν quidem seu *Pannoniæ* vrbibus, de summa rerum deliberasse, non hunc cum fratribus Constantium, sed Constantem Francis terrorem adlaturum, tradit in Basilico pag. 139. Libanius.

Ibid. C. lin. 2. εὔβουλος φωτὸς) Sic [illegible] *vir sapiens, seu consultus*, apud E[illegible] in Rheso v. 1[illegible]5. [illegible] autem, qua vi idem Iulianus Orat. II. pag. [illegible]3. frequens

quens apud veteres Scriptores Atticos, eundem Euripidem, Aeschylum, Aristophanem, aliosque; etsi id in Hellenismi Thesauris non occurrat. Quibus opponitur quum ἄβηλια apud dictum Aeschylum, tum γέρματα ἄβηλα apud Anacreontem Od. XIV. Sed hoc obiter.

Ibid. C. lin. 4. ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς οὕτω μεγαλοψύχως &c.) Omnia, quæ hic tangit Iulianus, & illud, quod præcessit, simile, eo tendunt, vt in illa imperii inter Constantini liberos diuisione, magnam Constantii moderationem & animi excelsitatem prædicet; quasi is de iure suo in eadem decesserit, quo cum fratribus sartam tectamque concordiam, ac inde Romani orbis pacem & tranquillitatem seruaret immotam. Quæ rursus haud satis e Scriptoribus illorum temporum, & rerum gestarum fide liquent. A Constantino enim adhuc superstite, & pacato tum orbe, diuisum inter filios iam Cæsares imperium constat; adeo vt iuxta Eusebium Lib. IV. de Vita Const. cap. LI. auitam sortem τὴν πατρῴαν λῆξιν, hoc est, *cuncta, quæ trans Alpes*, vt ea de re Victor in Epitome, quam nempe sortem Constantio eius auo tributam dixerat idem Victor, regeret Constantinus natu maximus; Orientem, quod iam supra vidimus, Constantius; mediam vero imperii portionem, seu iuxta Anonymum Valesianum, Africam, Illyricum & Italiam, natu minor Constans; præter adscriptas Delmatio & Hannibaliano, fratris filiis, reliquas imperii illius partes. Ab eodem vero Constantino patre iam morti proximo, relictas cuidam presbytero testamenti tabulas, quibus illam inter filios diuisionem, qua nempe Oriens Constantio, Occidens autem duobus reliquis, Constantino & Constanti, adtribuebatur, denuo confirmabat; quæque Constantio filio, vbi ille aduenisset, continuo, vti etiam factum, traderentur, memorat Sozomenus Lib. II. cap. XXXIV. & qui eius etiam rei meminit, Socrates Lib. II. cap. II. Adeo vt quum post parentis obitum in Pannonia, vt hic a Iuliano dicitur, partiti imperium iidem fratres, paternæ ea in re voluntatis, quod a Libanio etiam in Basilico pag. 114. tangitur, habitam ab iis rationem liqueat; dum Constantio rursus Oriens cum Thracia, (cui Mœsia secunda, vt e Notitia Imperii liquet, accesserat,) & Aegypto; Constantino illa, quæ trans Alpes seu Gallia, Britannia, Hispania & Africæ pars; Constanti autem iterum media inter vtrumque imperii pars, Italia nempe cum Sicilia, Illyrico, Græcia, Macedonia, & Ponto Euxino finitimis cessit; vti a dictis modo Sozomeno, Victore in Epitome, Zosimo, Zonara, aliisque traditur. In eo quidem occurrit aliquis inter eos dissensus, quod in illa diuisione, Thraciam Constanti idem Victor in Epitome; Constantio vero eandem, & in qua imperii sedem posuerat parens, præter Orientem & Aegyptum, vna cum Constantinopoli, & ex ultima parentis, vt fieri ere licet, voluntate adtributam, vt eius vtique, quod præterea ex eiusdem Constantii rebus, ac latis ab eo Constitutionibus liquet, retulerit Zonaras. E quibus proinde ita inter eosdem fratres tum constitutis, Constantio nihil ea in re decessisse, sed magis potiores fuisse in ea sortitione eius partes, abunde colligitur. Quod etiam haud obscure innuit, vbi earum rerum meminit in Aedesio pag. 40 Eunapius, διαδεξάμενος δὲ ὁ Κωνστάντιος τὴν βασιλείαν, καὶ κληρωθεὶς ὥσπερ γε ἐκληρώθη. ταύτης δὲ ἦν τὰ ἐξ Ἰλλυρικῶν εἰς τὴν Νίσιβιν (prout bene ibi legendum vidit Interpres) καθήκοντα, *Constantinus autem imperium adeptus & cum fratribus sortitus obtinuit, quæ quid ab Illyrico ad Nisibin vsque extenditur.* Adeo vt magna illa, quam hic in Constantio prædicat Iulianus, ea in sortitione moderatio, quasi ex vno concordiæ inter fratres ac tranquillitatis in imperio conseruandæ studio profecta, haud valde inde elucescat; totumque illud ad captandam Constantii beneuolentiam, amplificandasque eius, quocunque tandem obtentu, laudes, comparatum censeri vnice debeat.

Ibid. C. lin. 8. τῶν δὲ ἐκ τῆς ἀρχῆς προσόδων ἐλαττον ὑφίεσθαι) Quod concordiæ studio, *imperii reditibus*, seu, vt hic Petauius, *fructibus imperii ac vectigalibus*, sponte fratribus cessisse dicitur Constantius, aduerti itidem merebatur. Quum enim in eadem, de qua modo actum, sortitione, præter Asiam aut Orientem, Thracia cum Mœsia secunda seu inferiore, & Constantinopoli, ac præterea Aegyptus, eidem Constantio, vt modo vidimus, essent adtributa; haud exigua vtique, sed, vt ex tot amplissimis ac ditibus prouinciis existimare licet, magna ad eum redibat *redituum* totius imperii portio; siue tributorum, quod certum in capita pendebant, stipendiariæ nempe Cæsaris temporibus, & quales ex iis a Iosepho memorantur Ἁλω. Lib. II. cap. XVI. prouinciæ; siue vectigalium insuper, quæ e portoriis, importatione nempe & exportatione mercium, aut cæteroquin e transitu in viis ac pontibus proueniebant, ratio habeatur. Vnde de Asiæ vectigalibus iam olim a Cicerone dictum

ctum Orat. II. de lege Agr. cap. XXIX. *an ignoratis catera illa magnifica Populi Romani vectigalia?* mox, *quid nos Asiæ portus, quid Syriæ rura, quid omnia transmarina vectigalia iuuabunt?* Adde, quæ de collectis ex Asia sola (quum necdum ei Arabia, Mesopotamia, Cappadocia, aut pleniori iure Armenia cessissent) vectigalibus eorumue summa, vel a Plutarcho in Sylla, Pompeio, & M. Antonio, vel ab Appiano Ciuilium Lib. V, quæ viderunt iam viri docti, ac præ aliis Lipsius Lib. II. de Magnit. Rom. cap. II. sunt litteris prodita; aut quæ de Comite sacrarum Largitionum in Oriente, penes quem erat illorum *redituum* cura, sub eo autem speciales dicti similiter per Dioeceses Orientis, Aegypti, Thraciarum, sacrarum Largitionum Comites; & præterea Comites Commerciorum per Orientem itidem, Aegyptum & Mœsiam, leguntur in Notitia Imperii. Vt præterea de Aegypto, ac nominatim de Alexandria in Constantii itidem ditione, sileam; quam vel solam vrbem vno mense plus Romanis pendisse, quam Iudæam toto anno, aiebat Agrippa apud Iosephum Ἁλωσ. Lib. II. cap. XVI. de cuius alioquin μεγαλοπόλεως, vti eadem est appellata, ingenti in importandis & exportandis per totum orbem mercibus commeatu, idem Iosephus meminit eiusdem Ἁλωσ. Lib. V. cap. XI. Immo prout eam in rem a Strabone dictum iam ante fuerat Lib. XVII. pag. 798. pretiosissimas merces, transmissis in Indiam & extrema Aethiopum classibus, in Aegyptum aduehi, ac rursus in alia inde exportari loca, ac, vt addit, *vt DVPLICIA inde VECTIGALIA exigantur; vnum rerum, quæ importantur, alterum earum rerum quæ exportantur. Caterum pretiosarum mercium GRAVIA sunt itidem VECTIGALIA, quum & monopolia ibi sint; nam SOLA fere ALEXANDRIA & recipit istas merces, & foras emittit*, ὡς ΤΑ ΤΕΛΗ ΔΙΠΛΑΣΙΑ συνάγεσθαι, τὰ μὲν εἰσαγωγικὰ, τὰ δὲ ἐξαγωγικά. τῶν δὲ βαρυτίμων ΒΑΡΕΑ καὶ ΤΕΛΗ· καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλείας ἔχει. ΜΟΝΗ γὰρ Η ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ τῶν τοιούτων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ὑποδοχεῖόν ἐστι, καὶ χορηγεῖ τοῖς ἐκτός. Quibus accedebat Constantinopolis, omnium pene vrbium nuditate, vt de ea in Chronico Eusebius, a Constantino antea condita vel instaurata; opportunitate autem situs, incolarum multitudine, ac Imperatoriæ tum sedis innitu, nauium, vti ea de re in Oratione ad hunc Constantium Themistius pag. 52. omnium rerum præstantissimarum copia, ex Aegypto, Syria, Assyria, Ionia, Aeolide, refertarum confluxu frequentata; de cuius denique vrbis immensis, qui inde principis ærario accrescebant, reditibus, haud agendi nunc est locus. Adeo vt in ea, quæ Constantio obtigerat, prouinciarum amplitudine, situ, ac diuitiis; quomodo ille hic dicatur concordiæ fratribus seruandæ studio *sponte cessisse imperii reditibus*, haud facile liceat statuere. Nisi forte quis putet, ad eos *reditus* hic respexisse Iulianum, qui e metallis Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Macedoniæ, Illyrici, Sardiniæ, Africæ, quas prouincias, vt vidimus, fratres eius Constantinus & Constans erant sortiti, percipiebantur, & quarum fit quum alibi mentio, tum Cod. Theod. Lib. X. Tit. XIX. de Metallis & Metallariis. Quamquam & Metalla per Diœcesin Orientis ac in Asia, vti etiam in Thracia, commemorentur in aliis eiusdem tituli legibus: ac prout nominatim de aurifodinis in Thracia, a Strabone, Ammiano Marcellino, Pacato in Theodosii Panegyrico agi, obseruat ad legem VII. dicti tituli doctissimus Iac. Gothofredus.

Ibid. D. lin. 1. ὡς καλῶς μὲν ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ καλὸν) Manca itidem oratio in MSto Vossiano, ac vbi ὡς καλὰ μὲν legitur, rectius καλὸν, vti mox in ea, quæ hic opponitur, & de qua mox dicetur, Iuliani γνώμη, *nihil* nempe ex eius sententia *vtile habendum, quod non honestum quoque sit*, μὴ τὸ αὐτὸ καὶ καλόν.

Ibid. D. lin. 2. ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ καλὸν) Quæ verba doctissimus Interpres reddit, *quia nihil mea quidem sententia vtile esse potest, quod non idem honestum quoque sit*, quasi nempe ἀλυσιτελὲς, & quod in notis ad hunc locum similiter retinet, *id quod vtile est*, hic denotet; quum tamen vel Hellenismi tyronibus notum sit, ea voce, & prout alioquin supplenda priora Iuliani verba viderat idem Petauius, contrariam plane significationem inferri, nempe *inutile*. Ita Xenophon de Reditibus pag. 924. ἀλυσιτελῶς αἱ γεωργίαι γίγνονται, *agrorum culturæ sunt inutiles*, vbi nempe præ illarum copia vilis annona contigit; ac Isocrates de Pace p. 165. eo dementiæ procedere quosdam ait, ut iniustitiam probrosam quidem, sed lucrum adferre putent, τὴν δὲ δικαιοσύνην, εὐδόκιμον μὲν ἀλυσιτελῆ δὲ, *iustitiam vero laudabilem quidem, sed inutilem*. Quæ non notarem vtique, si occupassent Hellenismi thesauri vel promptuaria. Hinc Hesychius, ἀσυντελὲς ἀσύμφορον, ἀνωφελὲς alibi vero, λυσιτελὴς, ὠφέλιμος σύμφορος. Adeo, vt non ἀλυσιτελὲς, sed λυσιτελὲς, hoc est, *vtile*, ibidem legi omnino debeat; tonisque proinde hic locus ita supplendus & constituendus, οὐ μὲν

οὐδὲν

οὐδ' ἐκεῖνο λέγειν ἔνεστιν ἐνταῦθα, ὡς καλὸν μὲν, ἀλλ' ἀλυσιτελές· λυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ καλὸν ἔμοιγε φαίνεται, neque vero hoc loco dici potest, quod honestum quidem illud, sed nequaquam utile fuerit: nihil enim utile mihi videtur, quod non idem sit honestum. Ob adfinitatem proinde duarum illarum vocum *ἀλυσιτελὲς* & *λυσιτελὲς* factum, vt hæc postrema, qualia in antiquis codicibus passim obuia, librariis exciderit. Quis vero non miretur id virum, in hac cæteroquin palæstra exercitatissimum & Græcarum litterarum adprime gnarum, non aduertisse, & quidem in gemina huius Orationis, quam nempe cum duabus aliis iam ante annos sedecim vulgauerat, editione; quum in priori nempe id totidem verbis quum in versione, tum in nota eius ad hunc locum, legatur. Præclaram vero illi *τὴν γνώμην*, qua dicitur *nihil utile* a se reputari, *quod non sit etiam honestum*, e Platone suo recens hauserat Iulianus, a quo nempe id pridem traditum fuerat Lib. V. de Republ. pag. 457. *κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται, καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον, καλὸν· τὸ δὲ βλαβερὸν, αἰσχρόν. scite enim istud est dictum, & dicetur, id quod utile sit, honestum esse: quod autem inutile sit, turpe esse.* Vnde a Socrate refellitur alibi Alcibiades, qui non eadem esse iusta & vtilia arbitrabatur, Alcibiad. I. p. 113. Tom. II. Socrati ea in re adsensum etiam præbuisse Stoicos, trad. Tullius Lib. III. de Officiis, cap. III. *dubitandum non est, quin NVNQVAM possit VTILITAS cum HONESTATE contendere. Itaque accepimus, Socratem exsecrari solitum eos, qui primum hæc natura cohærentia opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici adsensi, ut QVIDQVID HONESTVM esset, id VTILE esse censerent: NEC VTILE quidquam, quod NON HONESTVM.*

Pag. 20. A. lin. 1. *καὶ δυσμενῶς ἔχων*) Quomodo haud male hic reposuit Petauius, proxime ad veterum librorum, ac prout in Vossiano etiam scribitur, vestigia; ac in prima huius Orationis editione legitur, *καὶ δύο μὲν ὡς ἔχων*, & pro quo, sed minus adposite *ἴδιον μέρος ἔχων*, in editis tum ad illam notis legendum coniecerat. Hic autem est totius huius loci, & qui continuo haud ita planus videtur, sensus: Constantium nempe in illa imperii cum fratribus sortitione, maluisse de iure suo aliquid remittere, quam ob aliquam de limitibus contentionem, diuortium velut cum iis facere. Ea enim ratione factum quidem foret, vt aliquanto plus terrarum eidem accessisset; ita tamen, vt in eos solos, quos fuisset in illa diuisione sortitus, imperium ei deinceps remansisset. Quum autem illud parui pendisset, vt scilicet aliquanto plus aut minus terrarum ac redituum consequeretur; eundem etiam id inde obtinuisse, hinc vt vna cum fratribus toti orbi imperaret; illinc vero, vt illius, quam sortitus erat, imperii partis, specialis in eum cura & administratio tantum incumberet. Quorum illud nobis etiamnum ante oculos ponunt, leges nempe seu Constitutiones in vtroque Codice obuiæ, quibus post hanc diuisionem, modo trium illorum fratrum, tanquam ab iis coniunctim non partito orbis Romanus regeretur, vt Leg. VI. de Dilationibus & Leg. XXI. de Legatis Cod. Iustin. & priori quidem, Aquileiæ, quæ in Constantis erat ditione, data: modo duorum Constantii & Constantis præscripta sunt omnia.

Ibid. B. lin. 11. *πορείας μὲν ἐν τάχει*) Hanc celeritatem, qua nempe, vt hisce additur, e Pannonia in Syriam contra Persas profectus est Constantius, tangit quoque in Basilico Libanius pag. 122. *διεδέχετο δὲ τὴν εἰς τάχος ὁδοιπορίαν ἐν ὅπλοις ἑτέρα ΠΟΡΕΙΑ· καὶ τοῖς ὅροις ἐφειστήκει τοῖς Περσικοῖς, porro celerem profectionem Constantii* (non *Constantis*, vt paullo ante in margine interpres) *excepit aliud in armis ITER, ac finibus Persarum institit.*

Ibid. C. lin. 11. *στρατοπέδων ἀτάκτων γενομένων μόνον*) De qua castrensi seditione, & quidem, vt hinc discimus, Romanarum legionum, quæ in Oriente ad tuendos imperii contra Persas fines relictæ erant, aut ad eam expeditionem iam paullo ante a Constantino patre, vti supra vidimus, destinatæ; quæque seditio ante Constantii etiam, sed quum is iam, vt hic dicitur, in propinquo esset, aduentum compressa fuerit; actum iam paullo ante ad pag. 18. vbi castrensium tumultuum, qui post Constantini obitum sunt exorti, facta est a Iuliano mentio. Adde quod nec in solo Oriente excitatos, aut citra conflictum repressos illos militum Romanorum motus, e Libanio, de qua re iam ante, liqueat.

Ibid D. lin. 2. *Ἀρμενίων δὲ οἱ προσθέμενοι &c.*) Quam similiter Armeniorum defectionem, post Constantini obitum, & in ipso belli Persici apparatu, adtigit iam supra, vt ibidem vidimus, Iulianus. Eam vero breui quoque, & ante ipsum Constantii in Orientem aduentum, seu ad eius appropinquantis famam, repressam, hic tangit idem; factumque, vt tum qui ad Persas transierant

Armenii, ad Constantium reuersi, humaniter ab eo sint habiti; tum vt qui ab iis ad Romanos confugere fuerant compulsi, ad patrios lares incolumes, multisque etiam præmiis adfecti, redierint. Quæ singula ea hac vna Iuliani narratione demum constant, ac vnde, vt e pluribus etiam aliis, quæ in hac & sequenti Oratione leguntur, integrior eorundem temporum historia suppleri potest ac illustrari.

Pag. 21. B. lin. 3. καὶ τοὺς ἐκ Ἀραβίας λῃστὰς) Quod ab omni æuo solemne illi genti, maxime Scenitis Arabibus, de quibus olim Strabo Lib. XVII. pag. 747. οἱ Σκηνῖται Ἄραβες λῃστρικοί τινες, *Scenitæ Arabes, latrociniis dediti.* Iidem nempe quos *Saracenos* a posteritate appellatos tradit Ammianus Lib. XXIII. cap. VI. & Malchus Rhetor in Excerpt. Hist. Byz. pag. 91. Tom. I. ac de quorum latrociniis, quibus in Romanas ditiones, vti hoc quoque dicitur, grassabantur, agit tum Lib. XIV. cap. IV. tum alibi, vt Lib. XXIV. cap. II. idem Marcellinus, *Phylarchus Saracenorum Assanitarum, famosi nominis latro, omni sæuitia per nostros limites diu grassatus.* Quod Arabibus in genere familiare, vt essent latrociniis dediti, notat de iis agens Plinius Lib. VI. Sect. XXXII. *mirumque dictu, ex innumeris populis, pars æqua in commerciis aut latrociniis degit.* Vnde legitur huius Constantii Constitutio ad Præsidem Arabiæ, Petrææ nempe, data Leg. XVIII. Cod. Iustin. de Pœnis, qua non differenda latronum per Arabiam supplicia præscribit; ad quam legem, quæ extat etiam Cod. Theod. Lib. IV. eodem titulo, hæc ipsa Iuliani verba, quibus inualescentia per Arabiam latrocinia ab hoc Imperatore sublata dicuntur, memorat Cl. Iac. Gothofredus. Neque tamen ex eadem demum lege constat, vt ibi quidem obseruat vir doctissimus, Arabiam Petræam Romani iuris fuisse sub Constantio; idque agnosci insuper ex Ammiano ac Notitia Imperii. Id enim dudum iam ante sub Traiano primum, ac dein sub Seuero contigisse, vt Arabia illa Petræa sub Romanorum ditione fuerit, & inter Prouincias redacta, quum e Dione Lib. LXVIII. Eutropio, Victore Schotti, Sex. Rufo; tum e nummis sub vtroque illo Imperatore cusis, quos iam descripserant celebres antiquarii, nosse idem poterat; in quibus præter Arabiæ, seu mulieris cum ramo thuris, calamo odorato, & ad pedes camelo, typum, ARABIA ADQVIS S. P. Q. R. seu *Adquisita Senatus Populoque Romano*, aut in aliis ARABIA AVGVSTI, PROVINCIA, aut CAPTA eadem legitur; in nummis autem Had[riani, vt] & reliquis orbis Romani prouinciis, ac prout *peragrata* ab illo *Arabia*, a Spartiano dicitur in eius vita cap. XIV. ita etiam ADVENTVI AVG. ARABIAE, ac RESTITVTORI ARABIAE, signatur; in alio aureo Gazæ Gallorum Regiæ sub eodem Imperatore, in quo mulier turrita duos infantes lactans cernitur, cum inscr. ARABIA. Quibus accedunt duæ Inscriptiones veteres, vt apud Gruterum [illegible]. 2. vbi inter gestas a quodam L. AEMILIO Præfecturas, legitur LEG. AVG. P. PROVINCIAE ARABIAE, & in Cl. Reinesii Synt. pag. 27[illegible]. P. PLOTIVS &c. LEG AVG. PR. PR. PROVINCIAE ARAB. *Legatus Augustus Pro Prætore Prouinciæ Arabiæ*: e quibus, vti e nummo modo adducto, liquet, eandem Arabiam inter Augusti, non vero Populi, Prouincias relatam. Adeo, vt haud primum in coæuis Constantio, aut quæ cum sunt subsequuta, monumentis, facta sit, prout visum fuit viro doctissimo, illius Arabiæ vt Romani tum iuris, ac inde Arabiæ Præsidum vel Ducum in Notitia imperii, sub Theodosio Iuniore, mentio.

Ibid. B. lin. 4. ταῖς πρεσβείαις τρέψας) Vnde non de Arabiæ Petrææ, quæ pridem, vt vidimus, Romanis erat subiecta, & a Romano Præside sub hoc Constantio regebatur; sed de aliis Arabibus, quales Scenitæ Nomades, aliique, hic a Iuliano agi, licet colligere. Neque enim *per legatos*, vt hic dicitur, cum prioribus egisset Constantius, quo illos, vt hinc licet statuere, promissis muneribusque adlectos, a prædatione Romanarum ditionum auerteret, ac vt iidem in Persas potius grassarentur, impelleret. Posteriores autem illi Scenitæ Arabes Romanis prouinciis ac limitibus vicini, ad Euphratem quippe ac Syriam, vt de iis Strabo Lib. II. pag. 130. habitantes, seu vt apud Plinium Lib. VI. Sect. XXX. *ambitu Euphratis Nomades Arabiæ, vsque ad deserta Syriæ*, tum iidem neque in Romanorum ditione, neque fœdere etiam cum iis illigati. Quod etiam de iis Scenitis Arabibus, qui *Saracenorum* nomine dicti, tradit Ammianus, vbi de iis agit Lib. XIV. cap. IV. *Saraceni tamen nec amici nobis vnquam, nec hostes optandi*; ac vbi illos præterea partim pro Romanis, partim pro Persis militantes memorat, Lib. XXIV. cap. II. ac similiter Menander Protector pag. 146. Tom. I. Hist. Byzant. Hinc missam ad eos similiter legationem, quo illi sibi auxilia contra Persas ferrent, tradit ipse Iulianus tum Augustus infra Epist. XXVII. pag. 401. πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς ἔπεμψα ΠΡΕΣΒΕΙΣ, ὑπομιμνήσκων

αὐτοὺς

αὐτὸς ἥκειν, εἰ βούλοιντο, *LEGATOS misi ad Saracenos, ac vt veniant, si velint, commonefecit.* Quamquam postea eosdem fœdere cum Romanis iunctos constet non solum e Nouella XXXI. Theodosii Iunioris, vbi *Saracenorum fœderatorum*, quod monuit iam ad Ammianum Lindenbrogius, fit mentio, sed prætereа e Pacati Panegyrico, quem Theodosio alterius auo dixit cap. XXII, *dicam a rebellibus Saracenis pœnas polluti FOEDERIS expetitas?* ac vnde etiam a Procopio, Iustiniani nempe æuo, Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων, *Saracenorum Romanis fœderatorum*, fit mentio Lib. II. Bell. Perſ. cap. XVII. Quum alioquin in Arabia Petræa fuerint quoque Saraceni, iique Romanis obnoxii. Vnde de quodam Perſa Annoreſo ait Malchus Rhetor in Excerpt. pag. 92. edit. Regiæ, ἐπιθυμία Ῥωμαίοις ὑποσπόνδῳ γενέσθαι, καὶ φύλαρχος τῶν ὑπὸ Πετραίαν ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν, *cupido illum incessit, esse in Romanorum fide, & Saracenorum, qui in Arabia degunt, Phylarchus.* Id tradit etiam Theophylactus Simocatta Lib VIII. cap. I. in Arabia esse multas & varias gentes, vulgo *Saracenos*, e quibus nonnullæ ſint Romanorum ſociæ. Quod vero de prædatione horum Arabum, eaque a Constantio mox per legatos repressa, iisque in hostes, hoc est Perſas, conuerſis, hic dicitur, haud aliunde rurſus ſcitur.

Ibid. B. lin. 11. καὶ σιτηρέσια, καὶ χορηγίας) Prius de *annona militari* ſimiliter dictum a Demosthene adv. Polyclem pag. 707. παρὰ τῶν στρατηγῶν σιτηρέσιον μόνον λαμβάνων, *annonam ſolam a prætoribus accipiens*, & pag. 710. σιτηρέσια εἰς τὴν ναῦν διδόμενα, *annona in nauem data.* χορηγία autem de quibusvis *impenſis*, non proinde ſolum ſcenicis ad choros instruendos, vnde iis nomen, ſed militaribus, vt hoc loco, ac de *commeatu* quidem dictæ; quo ſenſu paſſim eadem voce vſus eſt Polybius. Sic inter loca, quæ apud illum obuia, Lib. I. pag. 15. oblatam ab Hierone pacem ideo amplexos dicit in Sicilia Romanos, καὶ μάλιστα διὰ τὰς χορηγίας, *maxime propter commeatus*, veritos, ne mare tenentibus Carthaginienſibus, graui annonæ inopia laborarent: prout viciſſim alibi de iisdem Carthaginienſibus ait Lib. IX. pag. 543. καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρέστησαν, ἀφελόμενοι τὴν τῶν χορηγιῶν ἐπικουρίαν, *& ſummis difficultatibus eos adficerent Romani, commeatus neceſſarios eis adimentes.* Idem Polybius iam antea pag. 3. χορηγίας de *opibus* ſeu *facultatibus* dixerat, ποίοις διαβουλίοις, ἢ ποίαις δυνάμεσι, καὶ χορηγίαις χρησάμενοι Ῥωμαῖοι, *quibus conſiliis, quibus viribus, opibusque inſtructi Romani*, ad terræ marisque imperium animum adiecerint. Quo ſenſu χορηγία dixit idem Polybius, prout ibi nempe Lib I. pag. 26. & 27. pro χορηγίᾳ legendum ſtatuit in Commentario ὁ πάνυ, χορηγεῖα autem eſſe ipſa *borrea*, vbi condita militaria adſeruabantur. Veteres tamen Gloſſæ, χορηγίον, *impenſa.* Sic verbum χορηγεῖν pro *ſubminiſtrare* quævis neceſſaria, frequenter adhibet idem Polybius, vt de Hierone & Romanis dictum pag. 16. χορηγῶν ἀεὶ τούτοις, *ſemper iis ſubminiſtrans, quæ res eorum exigerent*, ac ſæpe alibi, & ſic etiam Lib. III. pag. 227. χορηγεῖσθαι δὲ τοῖς ἀναγκαίοις ἐκ θαλάττης, ἀνὰ τὸν Πάδον ποταμὸν, *eos ſolum habere commeatus, quos e mari naues Pado ſubueherent.* Hinc Plutarchus de educandis liberis pag. 11. ἐθίσω ποτὲ ἀλλὰ καὶ χορηγεῖν, *parcus aliquando fuiſti, fac etiam impenſis.*

Ibid. C. lin. 2. τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἐμπειρίας) Quæ tamen nec in pace, vt e campeſtribus eorum meditationibus, γυμνασίοις στρατιωτικοῖς, ſeu πολέμου μελέταις (de quibus iam ſupra a Iuliano, & a nobis actum Obſerv. pag. 107. & 108.) liquet, fuerunt a Romanis neglecta. Quod Athenienſibus etiam, vt hoc addam, dum pacem iis ſuadet, commendat Iſocrates Orat. de Pace pag. 186. ἢν ἐν ἐμμείνητε τοῖς εἰρημένοις, καὶ πρὸς τούτοις ὑμᾶς παράσχητε, πολεμικοὺς μὲν ὄντας ταῖς μελέταις, καὶ ταῖς παρασκευαῖς, *quod ſi ea, quæ diximus, præſtiteritis, & ita vos comparaueritis, vt & rei militaris exercitatione atque apparatu ſitis bellicoſi.* Nempe quam ἐν τοῖς ὅπλοις ἐμπειρίαν hic a Iuliano dictam, ἐμπειρίαν μεθοδικὴν vocat Polybius, & in qua quantum ſoret ſitum, obſervat Lib. I. pag. 85. τότε γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, συνιδεῖν ἐπ' αὐτῆς ἀληθινῶς, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ΕΜΠΕΙΡΙΑ ΜΕΘΟΔΙΚΗ, καὶ στρατηγικὴ δύναμις, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. *tum nempe in ipſa re cerneres, quanto ſit præſtantior EXERCITATIO CVM ARTE, & virtus Imperatoria, imperitia & vſu militiæ, quæ arte caret.*

Ibid. C. lin. 11. μελετῶν δὲ αὐτὸς) Qua de re itidem, ſeu aſſiduis Constantii etiam ante principatum exercitationibus militaribus, egit abunde Iulianus pag. 11. & quæ expendimus in noſtris ad eadem loca Obſeruationibus pag. 108. & ſequentibus.

Ibid. D. lin. 3. χρημάτων δὲ ἐπιτόνους πόρους) Non prout ab Euripide Alceſt. v. 211. dicitur πόρος κακῶν, *exitus malorum*, ſed vt ab eodem ſimiliter, aliisque, quod iam viderunt eruditi, πόροι χρημάτων *pecuniarum comparandarum rationes* vocantur, immo prout etiam

ſola vox πόρος de eadem ab Atticis dicitur. Vnde præter eius rei exempla, quæ ex Ariſtotele ac Demoſthene iam adduxit H. Stephanus, inſcriptus, qui exſtat etiamnum, Xenophontis liber πόροι, ἢ περὶ προσόδων, *Rationes Redituum*, ſeu *de Reditibus*, & Demoſthenes indictis adhuc locis, περὶ Συμμορ. pag. 75. ὑπὲρ δὲ χρημάτων καὶ ΠΟΡΟΥ φανερὸν τινος, *iam quod pecunias adtinet*, *manifeſtas parandæ illius rationes*, & adv. Ariſtogiton. pag. 504. πόρον πόρον ὑμῖν πεπόρικε, *quem reditum vobis parauit*. Ita πόρος pro *loco* aut *prouentu* pridem ab Aeſchylo dictus Prom. v. III. ubi ignis a Prometheo repertus, & hominibus ab eo datus, vocatur μέγας πόρος, *magnum vectigal*, vt ibi interpres, ſeu *magnus prouentus*.

Ibid. D. lin. 4. οὐκ αὔξων τοὺς φόρους, οὐδὲ τὰς συντάξεις. De quo Conſtantio tamen ait Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *AVGEBAT etiam amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta, plus odiorum ei, quam pecuniæ conferentium*; dein, *nec prouinciarum indemnitati proſpexit, quum MVLTIPICATIS TRIBVTIS & VECTIGALIBVS vexaretur*. φόρους vero & συντάξεις hic coniungit, quod ab Iſocrate etiam factum, Panathen. pag. 256. τούτους ἀναγκάζουσι συντάξεις καὶ φόρους ὑποτελεῖν, *eos penſitationes & tributa perſoluere cogerent*. Συντάξεις nempe, hoc eſt, iuxta Demoſthenem περὶ Συμμορ. pag. 74. τὰ χρήματα συντεταγμένα, *pecuniæ conſtitutæ*, dictæ ab Atticis illo æuo de tributis, quæ ſociæ vrbes Athenienſibus pendebant, & quod συντάξεις ὑποτελεῖν, quum in adductis verbis, tum alibi vocat Iſocrates, vt Orat. de Pace pag. 140. & 166. e quibus ſoluebantur militum, quam in rem facta hic etiam earum a Iuliano mentio, ſtipendia. Demoſthenes adv. Timotheum pag. 703. ἐκ γὰρ τῶν κοινῶν συντάξεων ἡ μισθοφορία ἦν τῷ στρατεύματι, *e communibus etiam tributis exercitus ſtipendia ſoluebantur*. Id autem συντάξεως nomen ad molliendam vocis φόρου inuidiam, a Calliſtrato repertum, e Theopompo refert Harpocration; quod in genere recentiorum Athenienſium inuentum tradit Plutarchus in Solone pag. 86. Vnde etiam non hac συντάξεως, ſed φόρου voce vſus Ariſtophanes, vbi huius ſociorum tributi, quod illi Athenienſibus penderent, meminit, quodque Dionyſiorum, quæ in vrbe agebantur, verno tempore delatum tradit Acharn. pag. 395. & quidem a mille vrbibus, quæ illud ſolvere tenerentur, eodem teſte in Veſpis pag. 482. Apud Athenæum vero Lib. XI. pag. 493. σύνταξις βασιλικὴ, de annuo ſtipendio dicitur, quod a Rege Philadelpho acceperat Soſibius, vbi pag. 494. eadem occaſione memorantur αἱ ἀναγραφαὶ τῶν τὰς συντάξεις λαμβανόντων, *tabulæ eorum, qui ſtipendia a rege acceperent*.

Ibid. D. lin. 5. Ἀθηναῖοι πρὸς τὸ διπλάσιον) Reſpicit Iulianus ad tributum ab Athenienſibus, tanquam Ἑλληνοταμίαις ſeu *Græcorum Quæſtoribus* conſtitutis, ad vlciſcendas Perſarum iniurias, a Græcis exactum, cuius ſit mentio apud Thucydidem Lib. I. pag. 64. Andocidem Orat. III. pag. 2[illegible]6. aliosque; quodque, quum primo eſſet, vt idem Thucydides tradit, talentorum quadringentorum & ſexaginta, ab Alcibiade paullo poſt eſt fere duplicatum. Docet id Andocides Orat. IV. pag. 295. vbi de Alcibiade ait, πρῶτον μὲν ἀναπείσας ὑμῖν ΤΟΝ ΦΟΡΟΝ ταῖς πόλεσιν, ἐξ ἀρχῆς τάξαι τὸν ὑπ᾽ Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατος, αὐτὸς μάλιστα ΔΙΠΛΑΣΙΟΝ αὐτὸν ἑκάστῳ τῶν συμμάχων ἐποίησεν, *primum autem vobis, vt vrbibus TRIBVTVM imponeretis, perſuadens, illud ab Ariſtide omnium æquiſſime impoſitum, ipſe huius tributi exactor electus, vniuerſis ſociis DVPLVM impoſuit*. Vnde adhuc expendendum relinquit, quod grauius delictum potuiſſet ab Alcibiade perpetrari; ſi ſalute Athenienſium a ſociis omnino pendente, ἐν κακίοσιν ἢ πρότερον πραγμάτων, ΤΟΝ ΦΟΡΟΝ ἑκάστῳ ΔΙΠΛΑΣΕΙΕΝ, *nunc, quum in maioribus, quam antea, anguſtiis verſamini, DVPLICATVM tributum cuique imponeret*. Cui accedit Plutarchus, vbi de eodem tributo ab Ariſtide primum exacto agit, in illius vita pag. 333. ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον, οὕτως οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἐπ᾽ Ἀριστείδου ΦΟΡΟΝ, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες, ὕμνουν, καὶ μάλιστα μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον ΔΙΠΛΑΣΙΑΣΘΕΝΤΟΣ, εἶτ᾽ αὖθις τριπλασιασθέντος, *vt enim veteres vitam ſub Saturni regno, ita Athenienſium ſocii deſcriptum ab Athenienſibus TRIBVTVM, felicitatem Græciæ appellantes, ferebant illud in cælum; maxime quia non multo poſt DVPLICATVM, mox TRIPLICATVM fuit*. Adde Meurſium de Fortuna Athenienſ. cap. VII. De Athenienſibus ait alioquin Iſocrates Orat. de Pace pag. 163. ὀψόμεθα δὲ τὴν πόλιν διπλασίας μὲν ἢ νῦν τὰς προσόδους λαμβάνουσαν, *vrbis præterea reditus conduplicari videbimus*.

Ibid. D. lin. 8. πρὸς βραχὺ καὶ πρὸς εὐκαιρον) Poſtrema verba non expreſſit Petauius, qui hæc tantum vertit, *niſi forte ad aliquod breue tempus*, adde, *ac vbi id opportunitas flagitat*, vel *opportunum eſt*.

Pag.

Pag. 22. A. lin. 8 ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Τίγρης σχεδίαις) Idem Iulianus Orat. II. pag. 74. de huius Constantii gestis agens, τὸν τε διὰ τῶ Τίγρητι ζεύγματα, *Tigride etiam ponte iunctio*. & a Zosimo Lib. III. cap. XXI. de Persica Iuliani expeditione dicitur, viam quæ Ctesiphontem ducit, γεφύραις τε κατασκευαῖς καὶ ζευγμάτων, *pontibus structis & iunctis*, Iuliano & exercitui faciliorem redditam. Quomodo vrbs ad Euphratem dicta olim Ζεῦγμα, quod ponte scilicet stratus ibi Euphrates, & quidem ferreis catenis, iuxta Strabonem Lib. XVI. pag. 746. idque a Baccho quum in Indiam tenderet, apud Pausaniam Lib. X. pag. 665. ζεύγματι ὠνομάσθη πόλις, καθότι ἐζεύχθη τῆς χώρας ὁ Εὐφράτης, *vrbs Zeugma appellata est, quo loco Euphratem ponte iunxerat*, seu, vt de eadem Plinius Lib. V. Sect. XXI. *Zeugma transitu Euphratis nobile*; & de quo loco Ammianus Lib. XVIII. cap. VIII. *pontiumque apud Zeugma & Capersana IVNCTVRIS abscissis*; cuiusque vrbis exstant etiam num plures nummi, quales vidimus in Gaza Gallorum Regia, in quibus templum monti impositum cernitur. Talem vero e ratibus pontem, quo Tigris hic iunctus dicitur, *vnum e nauibus pontem*, & per quem traiectus idem Tigris a Sapore Persarum Rege, vocat Ammianus Lib. XVIII. cap. VII, vbi sequutæ alterius Persarum Regis contra Romanos sub hoc Constantio expeditiois fit ab eo mentio, cuiusque rei meminit etiam Libanius in Basilico p. 130. Quam improuido vero consilio, Iuliani huius iussu, traiecto Tigri, Romanorum naues in Persico bello fuerint combustæ; ac inde post eius cædem, Romanis per eundem Tigrim transitus, sublata cum structis pontibus iungendi facultate, molestus acciderit, docebit præter alios Ammianus Lib. XXV. cap. VIII.

Ibid. A. lin. 10. οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἀμῦναι τῇ χώρᾳ πορθουμένῃ) Idem repetit Iulianus Orat. II. pag. 74. vbi facta similiter traiecti a Romanis Tigridis mentione, imbecillitatem suam Parthos seu Persas ait prodidisse, ὅ τε οὐχ ὑπέμενον ἀμύνειν τῇ χώρᾳ πορθουμένῃ, *quod vastatis agris succurrere non sunt ausi*. Quem Persarum metum ad Constantii, illiusque Persidi imminentis aduentum, tangit etiam in Basilico pag. 122. Libanius, καὶ ὁ τὸν θυμὸν δεξάμενος οὐκ ἦν· ἀλλ' οἱ τὸν πόλεμον κινήσαντες, ἐν φυγῇ τὸν πόλεμον διέφερον, οὐκ ἐκ συμπλοκῆς εἰς φόβον ἐμπίπτοντες, ἀλλὰ ΤΩ ΦΟΒΩ συμπλοκὴν οὐχ ὑπομένοντες, *& qui iracundiam Constantii sustineret, nemo fuit; sed qui belli auctores erant, in fuga bellum distraxerunt: non quod e conflictu in metum inciderent; sed quod PRAE FORMIDINE congressum non sustinerent*. Quæ autem inde solum, non vero aliorum illius æui Scriptorum, uat qui res eas adtigere, fide nobis constant. Audita enim Constantini morte, vastatam continuo a Sapore Persarum Rege Mesopotamiam, & obsessam, quamquam irrito conatu, Nesibin, tradunt Hieronymus in Chronico, Auctor Chronici Alexandrini, Zonaras, aliique; nulla repressi & consternati hostis, ad Constantii eas in oras, post patris exequias & imperii cum fratribus sortitionem, aduentum, facta mentione. Vnde hæc tantum ea de re, seu Constantii, ad irruptionis illius nuntium, in Orientem profectione, illiusque tempore, præter Iulianum hoc loco, aut Libanium, tangit Zonaras pag. 11. P. II. οὕτω δὲ τῶ μερισμῶ τῆς ἀρχῆς προβάντος, ὁ μὲν Κωνστάντιος εἰς τὴν ἕω ἐχώρησεν, ἐκστρατεύων κατὰ Περσῶν. Ὁ γὰρ τούτων ἡγεμονεύων Σαπώρης, τὸν θάνατον τοῦ μεγάλου γνοὺς Κωνσταντίνου, κατὰ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους πλείονας ἐπῄει, καὶ ληϊζόμενος, οὐκ ἐπαύετο, *post hanc regnorum partitionem, Constantius in Orientem se contulit, ad Persarum arma reprimenda. Nam eorum Dux seu Rex Sapor, audita Constantini morte, Romanas prouincias continuis populationibus infestabat*. Quas tamen statim ad Constantii eas in oras aduentum repressas, & traiecto cum exercitu Tigride, perculsos metu Persas, ne in conspectum quidem eius prodire ausos, e Iuliano demum & Libanio discimus: quum reliqui, vti ea de re mox dicetur, Scriptores, infelicem in bellis contra Persas gestis eundem Constantium tradant, Eutropius nempe, Rufus, Ammianus, Victor in Epitome, & præterea Zonaras.

Ibid. B. lin. 5. εἰς τὴν πολεμίαν εἰσβολῶν) Εἰσβολὴ vulgo, vt hoc loco, *irruptio militaris*, seu *in hostem impetus*: Atticis etiam de *loco* dicta, per quem fit irruptio. Aristophanes Equit. pag. 340.

τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων ἂν καταλαβοιεν ἡμῶν.

frumentorum horrea nobis quidem surripient: vbi Critici, εἰσβολὰς) τὰ σιτοφυλάκια, mox εἰσβολὰς δὲ ἔλεγον τοὺς τόπους, δι' ὧν εἰσέβαλλον οἱ πολέμιοι, h. e. εἰσβολὰς *vero dixerunt loca, per quæ irruperunt hostes*.

Ibid. C. lin. 3. τὰς δὲ τῶν πόλεων ἐλευθέρας ἐποίει) Quod tangit etiam in Basilico pag. 125. Libanius, vbi itidem primæ huius Constantii contra Persas expeditionis fit ab eo mentio, πόλεις δὲ, τὰς μὲν κινοῦντα, τὰς δὲ κατοικίζοντα, *vrbes autem partim excitantem, partim*

conditas incolis frequentantem. Quibus verbis ad vrbes Persis finitimas & sæpe a Persis tentatas, Edessam, Carras, Singaram, ac præcipue Nesibin, videtur respicere; quam postremam ipso anno CCCXXXVII, quo obiit Constantinus, & Constantius Orientis Imperator est nuncupatus, a Sapore Persarum Rege per sexaginta tres dies & frustra obsessam, tradunt Hieronymus in Chronico, Auctor Chronici Alexandrini, ac Theophanes. Quibus accedit Theodoritus in Philotheo cap. I. pag. 774. Tom. III. vbi vitam Iacobi Nesibensis enarrans, obsessam a Sapore, Constantini filios post eius mortem contemnente, Nesibin tradit. Quæ prima nempe fuit vrbis illius obsidio sub Constantio, & proinde haud paucis annis prior altera, quam infra pluribus describit Iulianus pag. 27. &c. ac Orat. II. pag. 62. Neque tamen in commemoranda prima illius vrbis liberatione, a dictis, qui illius meminere, Auctoribus, vllæ ea in re partes Constantio tribuuntur, sed totum id incolarum fortitudini, ac ab Hieronymo, Theodorito in Philotheo cap. I. & Theophane pag. 38. ed. Reg. Iacobi Nesibeni Episcopi precibus ac virtuti adscribitur. Quod postremum tamen ad secundam illius vrbis obsidionem, quæ anno CCCL demum contigit, ab aliis, & ab ipso Theodorito Lib. II. Hist. Eccl. cap. XXX. sed qui tempus eius male adsignauit, vti ea de re infra Petauius, referri consueuit. Qua in re autem Theodoriti errorem a Petauio non animaduersum, tangit in Annotationibus ad eundem pag. 26. doctissimus Valesius; eo enim tempore, quo secunda Nesibis obsidio facta est ab hoc Constantio, seu anno Christi CCCL, non Iacobum, sed Volagesum fuisse Nesibenæ vrbis, teste Auctore Chronici Alexandrini, Episcopum. Verum quum eodem Chronici illius loco, nempe ad annum Christi CCCL, & post commemoratam obsessæ illius ac liberatæ vrbis historiam, hoc solum in fine illius narrationis legatur; nempe circumferri Volagesi Nesibeni Episcopi epistolam, qui hæc singulatim exponat; haud male a Cl. Cangio, in notis ad eum Chronici illius locum, reponi posse dicitur, non inde omnino euinci, Volagesum cum illa Nesibena obsidio contigit, fuisse tum vrbis illius Episcopum, & cui forte interfuerit, antequam post Iacobi obitum eam dignitatem sit adeptus. Illud vero magis Valesio hic posset suffragari, quod in tota & prolixa huius obsessæ & liberatæ, singulari quadam Dei prouidentia, vrbis narratione, nulla Iacobi illius (cuius precibus tamen & obtenta cœlitus in Persas culicum ac ciniphonum nube, defensam eandem ac seruatam tradunt Theodoritus, Philostorgius, aliique) fiat a Chronici Alexandrini seu Paschalis Auctore, addo nec a Theophane, Zonara, Cedreno mentio.

Ibid. C. lin. 7. *νίκης κατὰ τῶν βαρβάρων, τροπαίων ἐγηγερμένων*) Quæ hic & in superioribus verbis tradit Iulianus, de victoria & tropæis, quæ in prima illa expeditione Persica, & quidem insigni cum gloria, & Romanarum ciuitatum iis in oris fructu, retulerit Constantius, haud alio ferme, vt paullo ante vidimus, nituntur testimonio. Neque aliter Iuliani Panegyristes, nempe Libanius, in iis, quæ ibi adduximus, verbis, aliud extollit, nisi Constantium quidem, vbi Persarum furorem institit, cum iis manus conserre, vt illatas nempe ab illis iniurias vlcisceretur, optasse, verum eorum neminem conspectum eius & offensionem sustinuisse, sed perculsos metu hostes ab eo recessisse, belli auctoribus illud in fuga dissipantibus. Adeo vt incruenta saltem fuerit, iuxta eundem Libanium, hæc prima Constantii, quam Iulianus hic prædicat, & quidem quasi ille plures tum, exuuiatis etiam tropæis, retulerit, victoria. Quamquam in iis, quæ sequuntur in eodem Basilico, seu huius Imperatoris & fratris Constantis Panegyrico, Libanius, plura dein de illo Persarum terrore, captisque etiam Persicæ vrbis incolis & in Thraciam translatis, memoret. Quæ autem singula parum, vt paullo ante monui, cum Scriptoribus illorum temporum conueniunt; qui non solum hæc fortiter adeo & gloriose a Constantio contra Persas, vt hic prædicat Iulianus, tum gesta reticent, sed in genere etiam infaustas eius contra eosdem expeditiones tradunt. Eutropius, vbi de *rebus* a fratre eius Constante *plurimis strenue in militia gestis* meminisset, addit: *diuersa Constantii fortuna fuit; a Persis enim multa & grauia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis vrbibus, cæsis exercitibus: NVLLVMQVE ei contra Saporem prosperum PROELIVM fuit, nisi quod apud Singaram* &c. quod vltimum aliquot post annis, vti ea de re postea dicetur, contigit. Sic Sex. Rufus: *Constantius in Persas vario ac magis difficili pugnauit euentu; præter leues enim excubantium in limite congressiones, maiori Marte nouies decertatum est; per duces suos septies: ipse præsens bis adfuit:* mox *& cum Amida capta est, graue sub eo principe Respublica vulnus accepit.* Ammianus vero Lib. XXI. cap. XVI. *vt autem in externis bellis Princeps fuit saucius & adflictus:* & similiter Victor in Epitome, *felix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis.* Quibus accedit Zonaras pag. 13. P. II. *ὁ βασιλεὺς δὲ Κων-*

ὑποδεέστερος πολλάκις τοῖς Πέρσαις συμβαλὼν, τὴν ἥττονα ὑπῆλθε, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀπέβαλε, *verum Constantius Imperator sæpe cum Persis congressus, inferior recedebat, multis suorum amissis.* Vbi ergo insignes illæ *victoriæ* de his Persis, & in prima quidem Constantii contra eosdem expeditione, vt hic a Iuliano dicitur, & *excitata tropæa*? Quæ proinde vel male ab Historicis, qui res illius Imperatoris adtigere, sunt præterita; aut, quod vero propius, præter rerum gestarum fidem, ab adulante Principi, a quo recens fuerat in Cæsarem adscitus, Oratore hic in maius extolluntur. Illud solum inde & ex Libanio, cuius verba ante adduximus, & simul ex aliis illius æui Scriptoribus liquere videtur; Persas, post irritam primam Nesibis, de qua paullo ante, obsidionem, ac vastatam prius ab iis, quod ex Hieronymo, Chronici Alexandrini Auctore, & Zonara paullo ante vidimus, Mesopotamiam, ad Constantii cum recentibus copiis ad ea loca adpropinquantis nuntium, traiecto Tigri, ad sua se recepisse. Vt proinde vacuam tum hostibus regionem, Mesopotamiam nempe, repererit Constantius, atque ita, quasi solo sui nominis terrore, pulso iam hoste, nec in eius conspectum prodire auso, de Persis triumphasse videretur. Vnde etiam ad tutandos illos imperii limites, per aliquot annos in Syria ac Phœnicia egisse eundem Constantium, liquet e legibus ab eodem latis, quæ exstant in vtroque Codice. *Victorias* alioquin eius ac *tropæa* tangit quoque in simili huius Constantii Panegyrico Themistius, nempe Orat. IV. pag. 57. vbi de illo ait, quod haud immerito se is ob res præclare gestas efferat, ac, vt addit, τρόπαια συχνὰ ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὰς ἀριστείας, *crebra tropæa atque egregia facinora ostentans.* Verum scripta hæc Themistii Oratio, viginti circiter annis, post primam illam Constantii, cuius meminit hoc loco Iulianus, statim a parentis obitu, ac imperii cum fratribus partitione, in Persas expeditionem. Adde, quod hæc in genere de rebus a Constantio feliciter gestis tangat ibi Themistius, & quidem post commemorata eius de debellatis tyrannis, Maxentio & Vetranione, non autem de Persis deuictis, tropæa; sed tantum sancitam cum iis, quam ipsimet expetierant, pacem.

Ibid. C. lin. 8. κατὰ τῆς Παρθυαίων ἀπιστίας) *Parthos* hic rursus pro *Persis*, qua de re iam ante, ac vt passim Ammianus aliique, dicit Iulianus. Eandem autem Persarum perfidiam, quod nempe rupto quadraginta, de quo supra actum, annorum, post acceptam insignem a Galerio cladem, fœdere, in Romanas ditiones, agris non solum vastatis, sed obsessis etiam, vti de Nesibi dictum, vrbibus, irrupissent, tangit etiam Libanius in Basilico p. 123. vbi de Persis ait, eos ad furta ac fraudes cumprimis aptos esse, καὶ δι᾽ ἐπιορκίας ῥᾷστ᾽ ἂν ὑφαλέσθαι πολλά. *& periurio multa facillime surripere solitos.* Nempe *quæis*, seu furtis & latrociniis, vt de Persis itidem Ammianus Lib. XVI. cap. IX. *nonnunquam lucrabantur, vt repentini.*

Ibid. D. lin. 5. τοῖς πολεμίοις πλεονεκτῆσθαι) Non e rebus solum a Constantio contra Persas feliciter gestis, sed ex iis etiam, in quibus Persis fortuna fauisse videtur, eidem Principi gloriam ac decus conciliare hic intendit Iulianus. Hostibus proinde, seu Persis, datum a fortuna dicit πλεονεκτῆσθαι hoc est, *superiores euadere* seu *prævalere*; pro nota huius verbi πλεονεκτεῖν apud Scriptores Atticos acceptione, & quomodo πλεονέκτημα sequenti pagina, *de prospero successu* itidem dicitur. Sic Isæus Orat. X. pag. 572. οἰόμενοι δὲ ἐμοῦ πλεονεκτήσειν, *existimantes vero se me superaturos*; & quo sensu eadem vox haud semel a Demosthene, quod pridem monuit Budæus, sumitur, sed subinde ab eruditissimo interprete male, vt video, detorta, sicut Pilipp. IV. pag. 54. ad Athenienses, οὐ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφύκατε. *non enim vos estis ipsi ad superandum & occupandum imperium a natura bene parati*; non, vt ibi nullo sensu Wolfius, *non enim vos estis ipsi ad auaritiam* &c. Dixit vero idem Demosthenes Orat. adv. Phænippum pag. 652. πλεονεκτεῖσθαι τοῖς χιλίαις δραχμαῖς, *superari mille drachmis*, seu, vt ibi interpres, *de mille drachmis iniuriam fieri*, prout nempe in eadem Oratione pag. 657. de diuitibus & magnam vini frumentique copiam triplo pluris, quam prius, distrahentibus dictum, quod haud eo minus πλεονεκτῶσι παρ᾽ ὑμῖν, *meliori fuerint apud vos conditione.*

Pag. 23. A. lin. 3. τὴν ἐκ τοῦ κολακεύειν αἰσχύνην) De quo callido adulationis genere, quo hic vtitur ipsemet Iulianus, dum illud maxime videtur improbare, vniusque veritatis rationem a se haberi; de hisce, inquam, quæ adtigit iam in superioribus, & quibus, consueto omnibus ferme Panegyricorum conditoribus more, lectoris iudicium voluit occupare, actum a nobis Observ. pag. 26. & 27. Neque vero, quidquid denuo hic præ se ferat, id eum semper in hoc aut sequenti, quo Constantii rursus res gestas ac virtutes celebrandas suscepit, Panegyrico intendis.

tendisse, partim vidimus iam in superioribus, partim suis adhuc locis videbitur.

Ibid. A. lin. 10. *πλεονέκτημα τῶν βαρβάρων)* πλεονέκτημα nempe, vti etiam infra pag. 26. & p. 35. & sicut *πλεονεκτεῖσθαι*, paullo ante, *superior* in prœlio cum Persis commisso *conditio* hic dicitur; prout a Xenophonte de Magistro Equit. pag. 965. *τὰ ἐν τοῖς πολέμοις πλεονεκτήματα, meliores in bello conditiones*, & a Demosthene adv. Polyclem pag. 711. *ἀλλὰ πλεονέκτημα τοῦτο, erat enim iste meliori conditione.* Vnde pro *prærogatiua* ab eodem dicitur adv. Philipp. III. pag. 50. *πρὸς μὲν γὰρ πόλεμον, πολλὰ φύσει πλεονεκτήματα ὑμῖν ὑπάρχει. & ad bellum quidem multæ natura vobis prærogatiuæ*; ac similiter adv. Nausimach. pag. 634. *καὶ τὰ φύσει τότε τούτοις πλεονεκτήματα ὑπάρχοντα, propter eas prærogatiuas, quas tum a natura habebat.*

Ibid. A. lin. 8. *τὸν περὶ τῶν Σιγγάρων πόλεμον)* Quod nocturnum ad Singaram inter Romanos & Persas, seu Constantium & Saporem, prœlium, præter memoratos a Petauio, Eutropium, Rufum & Hieronymum in Chronico, pluribus describit Libanius in Basilico a pag. 128. ad pag. 133. ac memorant etiam Ammianus Marcellinus, Lib. XVIII. cap. V. Socrates Lib. II. cap. XXV, & Idatius. Quum autem non ambiguus solum illius pugnæ exitus, sed iuxta dictos modo Auctores, Eutropium, Rufum, Ammianum, Hieronymum, ac prout hic etiam agnoscit Iulianus, Romanis magis adversus fuerit habitus; inde hoc loco, tum haud dissimili consilio in eiusdem Constantii laudatione Libanius, id operæ pretium existimarunt, vt narratione eiusdem prœlii, eorumque, quæ illud præcesserint, aut sint subsequuta, defuncti; inde quicquid Romani acceperint damni, eorummet intempestiuo ac præcipiti calori vnice adscribendum traderent; quam vero cladem passi fuerant Persæ, totumque pugnæ illius euentum iisdem infaustum, in vnius Constantii decus & gloriam verterent. De anno autem, quo id prœlium contigit, quem hic adnotat Petauius, dicendi in sequentibus erit locus; vbi sexto ante Magnentianum bellum anno, commissum illud tradit Iulianus. *Singara* autem, cuius hic mentio, & ad quam bellum illud gestum hic dicitur, nota Mesopotamiæ ad Tigrim ciuitas; qua a Traiano vna cum Batnis, capta, illum *Parthici* cognomen meruisse tradit Dio Lib. LXVIII. pag. 781. In eam vero, iuxta ac in nobiles in eodem tractu ciuitates, Nesibim, Rhesainam, Edessam, Carras, deductam postea Romanorum Coloniam, e præclaris eiusdem vrbis nummis liquet; quales iam vulgarunt celebres antiquarii, Seguinus, & in nuu[per]rimo Coloniarum sub Imperatoribus opere Vaillantius, ac ipsi obiter pridem adtigimus, Dissert. IX. de Num. præst. pag. 773. Quum autem hæc ciuitas in iisdem nummis inscribatur ΑΥΡ. ΣΕΠ. ΚΟΛ. ΣΙΝΓΑΡΑ, hoc est, *Aurelia Septimia Colonia Singara*; haud male inde videtur statuere laudatus modo Vaillantius de Colon. pag. 179. Part. II. a L. Aurelio Vero, qui bello Parthico Mesopotamiam Romanis denuo adseruit, Coloniam primum in eandem vrbem, non vero demum a Septimio Seuero, quod contendebat Seguinus, deductam; vnde pro more Coloniarum sit ei *Aurelia* nomen inditum. Haud aliter nempe ac in eodem tractu *Carris*, cuius vrbis exstant itidem nummi, cum eodem *Aurelia* nomine & sub eodem Vero cusi, nempe ΚΑΡΡΗΝΩΝ ΚΟΛ. ΑΥΡ. *Carrenorum, Colonia Aurelia*, & sub Collega eius [eod]em Marco Aurelio, ΑΥΡ. ΚΑΡΡ[ΗΝΩΝ] ΦΙΛΟΡΩΜ. Μ. Α. *Aureliorum Carrenorum Metropolis Prima.* Quod vtique de hisce *Carris* dubitare non sinunt iidem nummi, sub his Dinis Fratribus percussi: de *Singara* autem non ita liquere videtur, quod eius nummi, cum iis *Aureliæ* & *Septimiæ Coloniæ* nominibus, sub Alexandro Seuero & Gordiano hactenus demum prostent; dentur autem nobilis in eadem Mesopotamia vrbis *Edessæ* nummi sub Caracalla, ac *Sidonis* in Phœnicia sub Elag balo signati, qui *Aureliæ* nomen ab illis Imperatoribus, vt agnoscit, vbi de ii[s] agit, idem clarissimus antiquarius, non vero a L. Aurelio Vero præferunt. Mitto, quod in eodem [ci]ta *Singaram* tractu vrbes, *Nesibis* & *Rhesaina*, sub Seuero primum, quod eorum nummi cum *Septimiæ Coloniæ* nomenclatione arguunt, sint inter Romanas colonias relatæ. Neque hisce obstare apud virum præstantem poterit, quod illud *Aureliæ* nomen, alteri *Septimiæ* sit prælatum in iisdem *Singaræ* nummis; quasi inde prius ei, seu ab antiquiore I[m]peratore inditum. In nummis enim *Nesibis* sub Philippo Imp. cusis, cum Græcis *Iuliæ Septimiæ Coloniæ* nominibus, prius illud non a Iulia Seueri coniuge, sed ab eodem Philippo, qui erat gentis *Iuliæ*, quique multis post Seuerum annis imperauit, obtinuisse, statuit vir ille eximius pag. 148. Part. II. Neque vero duplex, vt hoc addam, quod existimat idem vir præclare de his litteris meritus pag. 213. Part. II. in Mesopotamia *Singara*; vna nempe prope Edessam, quam iuxta Plinium & Stephanum habitarent Arabes Rhetaui; altera autem versus Tigrim, & male ad priorem

rem a Segnino ac Harduino nummos illius vrbis, qui ad poſtremam ſpectent, referri. Vna enim *Singara*, eademque in Meſopotamia ſita, ad quam ſpectabant etiam Arabes; & in qua proinde Arabia paucis ante verbis, vbi *Singaræ* meminit Plinius Lib. V. Sect. XXI. *Edeſſam* quoque & *Carras* memorat. Neque aliam *Singaram* agnoſcunt Ptolemæus, Dio, & qui ſæpe illius vrbis, aliarumue in toto illo tractu meminit, Ammianus Marcellinus, Athanaſius præterea Epiſtola ad Solitarios pag. 813. vbi a Conſtantio tradit Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, *in Meſopotamia Singaram relegatum*, εἰς Σίγγαρα τῆς Μεσοποταμίας ἐξωρίσθη. Adde ipſos Arabum Scriptores, nempe Abul Pharajium, qui non ſemel, quod pridem monui, eiusdem vrbis ac ſimul *Neſibis*, meminit in rebus Chalifarum pag. 26. 278. & alibi, ſub nomine سنجار *Senıara*; ac præterea Nubienſem Geographum Clim. IV. Parte VI. vbi ſitum eius deſcribit pag. 201. *ab ipſa*, nempe vrbe *Manſel, ad vrbem Sengiar* (ſeu *Senıara*) *habentur XXVII M. P. Porro Sengiar ſita eſt in deſerto ab Occidentali parte vrbis Balad* (quæ ſecus ripam Tigridis ibidem dicitur) *ad radices montis cuiusdam. Prope illam reperitur Alhauali, vnum e fluminibus Rabiaa.* Quæ verba ideo adtulimus, quod inde inſuper liqueat, cur rupi ſeu monti, qui *Singaras* apud Ptolemæum dictus, ſed male in eius tabulis ab ipſa vrbe haud parum remotior, inſideat in nummis huius vrbis turrita mulier, ſeu vrbis *Singara* Genius; infra autem aquis innatans fluvii illius (qualis *Saocoras* a Ptolemæo, neque tamen e monte Singara, aut iuxta eundem, in eius tabulis defluens, dicitur) typus. Quamquam & de Tigri poſſit accipi, ad quem hæc vrbs erat ſita; vt quum ex Ptolemæo, Ammiano, aliisque, tum infra e Iuliani de hoc prœlio ad Singaram narratione conſtat. Accedit in iisdem vrbis illius nummis Sagittarius Centaurus, ſupra caput eiusdem *Singara*, quaſi illam protegens, poſitus; qui Legionem Parthicam Primam, cui præter Flauiani credita erat illius vrbis cuſtodia, denotat. Ammianus Marcell. Lib. XX. cap. VI. in rebus huius Conſtantii, *TVEBANTVR autem hanc ciuitatem Legiones duæ, Prima Flauia, Primaque PARTHICA.* Quomodo nempe in Gallieni nummo (& quod olim ad Iuliani Cæſares adtigi) Centaurus itidem Sagittarius, Leg. II. PART H. *Legionis ſecundæ Parthicæ*, (quæ nempe in aduerſa nummi illius, qualem iam vulgauit Triſtanus, parte inſcribitur) inſigne indicat; & quam Legionem ad Bezabdes, in margine Tigridis itidem poſitæ, tutelam, vna cum Secunda Flauia & Secunda Armeniaca poſitam, tradit cap. VII. dicti libri Ammianus. Verum quibus, iisque, quæ de hac *Singara* hactenus diximus, ac ad Iulianum hic etiam ſpectant, fidem adſtruet nummorum ipſorum, qui inde quoque, vt vidimus, haud parum illuſtrantur, adſpectus; nempe vnius cum *Singara* typo, quique exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, cum Gordiani & Tranquilliani in anteriori nummi area capitibus; alterius ſub Gallieno, cum ſimili Centauri Arcitenentis & LEG. II. PARTH. inſcriptione ac inſigni.





Ibid. C. lin. 4. ἦρχετο μὲν οὐδεὶς τῆς μάχης] Rei huius, inter Romanos nempe & Perſas geſtæ, ſeriem, eaque proinde, quæ nocturnum illud prœlium præceſſerunt, iam ante Iulianum enarrauerat in ſimili Conſtantii Panegyrico, quod doctiſſimum Petauium latere non debuit, ſeu, vt ille inſcribitur, Βασιλικῷ Libanius; ſed ita vt haud vnus occurrat inter eosdem oratores diſſenſus. Tradit nempe, vt eadem hic in compendium mittam, Libanius dicti Βασιλικῷ pag. 110. Tom. II. Perſas traiecto tribus locis Tigride, & propugnaculo mox ab iis ſtructo, collocatis in collibus ac in eodem propugnaculo ſagittariis, ante illud autem cataphractis militibus, cum reliqua exercitus parte, in Romanos, centum & quinquaginta ſtadiorum interuallo diſſitos, irruiſſe; ſed eo conſilio, vt paullatim retrocedendo, ſeu fallaci (quod Perſis haud inſolitum) fuga, eosdem intra ſuorum ſagittariorum tela & ad propugnaculum incautos adlicerent. Quod a Romanis etiam factum, qui dum medio die hoſtes incipiunt perſequi, ſub crepuſculum demum ad Perſarum muniones acceſſerunt. Iulianus vero hic refert, feruente tum æſtate, ac Romanorum legionibus multo ante meridiem in vnum a Conſtantio coactis, ſtetiſſe immotum

vtrinque, Persarum nempe & Romanorum, exercitum: dum illi cum instructis adeo & paratis, Romanorum nempe, ad dimicandum copiis non audent congredi; hi vero, ne primi pacis fœdera violasse viderentur, priores pugnam nollent inchoare. Mox autem Persarum Regem, vbi is suorum clypeis sublatus instructam Romanorum aciem fuisset intuitus, repente adeo consternatum, vt quam celerrime, & traiecto quidem maturè Tigride, fuga sibi consulerent Persæ, proclamarit. Quod statim contenta celeritate, & paucorum equitum stipatus præsidio, ipse occuparit, relictis filio, & cuidam amicorum fidissimo, vniuersis copiis; quas metu iam perculsas Romani ad sextum vsque milliare, (vt hæc vertit Petauius, & de quo mox) & vsque ad munitiones, quas ante castra Persæ exstruxerant, sint cum magna eorundem Persarum strage persequuti. Quæ iam inter se conferre, & in quibus iidem Constantii Panegyristæ inter se non conueniant, videre cuivis licet; non adeo, cui e duobus illis maior hic fides, quum de iis aliunde non constet, præstari continuo debeat. Simile autem omnino, de vtroque Romanorum & Persarum exercitu in conspectu itidem stante, neutro autem pugnæ initium, auso, & quidem Persis, vt hic quoque dicitur, instructam Romanorum aciem adgredi reformidantibus, factum, tangit Procopius Lib. I. Bell. Pers. cap. XIII. pag. 37. vbi Iustiniani temporibus, de Romanis ac Persis, hinc duce Belisario, illinc Mirrhone, in Mesopotamia pariter ad prœliandum constitutis, narrat, χρόνον μὲν ἐπὶ πλὺ ΜΑΧΗΣ ἐς ἀλλήλους ΟΥΔΕΤΕΡΟΙ ΗΡΧΟΝ· ἀλλὰ ΘΑΥΜΑΖΟΥΣΙ τε τὴν Ῥωμαίων ΕΥΚΟΣΜΙΑΝ Πέρσαι ἐῴκεσαν, καὶ ἔ, τὶ χρήσονται τοῖς παροῦσιν ἀπορουμένοις, *ac diu stetere acies in conspectu, NEVTRA PVGNAE INITIVM faciente. Harebant Persæ, aptissimam Romanorum DISPOSITIONEM stupentes, & quid, præsentis in vsu temporis constituerent, ignorantibus similes.*

Ibid. C. lin. 9. πολέμου μετὰ τὴν εἰρήνην) Quod oratorie a Iuliano, immo minus caute dici hic videtur. Eam enim cum Romanis *pacem*, haud vna ratione, nec obscure iam violauerant Persæ; traiecto denuo, qui limes vtriusque imperii mox a Iuliano dicitur, cum infesto exercitu Tigride; structis velut in hostico ac ad castrorum tutelam munitionibus; promotis denique cum ipsomet Persarum Rege, quæ singula hic tangit Iulianus, contra Romanos copiis, iisque ad prœliandum dispositis ac instructis. Adeo, vt alio quouis consilio potius, quam ne primi *pacem* fregisse viderentur, Romani ab inchoando prœlio abstinuisse censeri debeant. Haud nouum quippe vel ignotum, quam sæpe or[d]inata vtrinque ad prœliandum acie, non ideo pugnæ initium a cautis ducibus, & maxime vbi res iis erat cum barbaris, sit factum; sed consulto, & quod inter militaria stratagemata subinde habitum, *hostibus* vt id apud Cæsarem aliosue Rerum Romanarum Scriptores legitur *pugnandi potestate facta*, iussæ a Romanis ducibus legiones quiescere, donec primus eorundem hostium impetus, distracta simul eorum acie, elanguisset. Quomodo, vt in eo exemplo hic acquiescam, in pugna Pharsalica, vicina & ad prœliandum instructa vtrinque acie, de Pompeio ac Pompeianis tradit Cæsar Lib. III. Bell. Ciuil. cap. XCII.

Ibid. C. lin. 11. μετέωρος ἀρθεὶς ὑπὲρ τῶν ἀσπίδων) Quod de Sapore Persarum Rege hic dicitur, quasi suorum militum scutis subleuatus, & visa instructa Romanorum acie, fuerit adeo consternatus, vt accusatis continuo, & alta quidem voce, belli inter suos incentoribus, se turpi fugæ, relicto exercitu, cum paucis stipatoribus dederit, vnius Iuliani fide nititur. Reticet hoc enim in accurata eorum, quæ nocturnum prœlium præcesserunt, narratione Libanius; qui ibi hoc vnum de eodem Rege refert, illum nempe ad infelicem filii a Romanis capti ac cæsi, de quo postea, casum, & suorum militum cladem, auulsa coma grauiter ingemuisse. *Sublatum* vero itidem sed alio vtique consilio militum *scutis* ipsum Iulianum, quo nempe illi Augustum eundem nuncuparent, tradit iisdem verbis, quibus ille hic est vsus, Zosimus Lib. III. cap. IX. καὶ ἐπί τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες, ἀνεῖπον τε Σεβαστὸν Αὐτοκράτορα, *& sublimem in scuto quodam elatum tollentes, Augustum Imperatorem appellant;* ac in eandem rem Ammianus Marcellinus Lib. XX. cap. IV. *impositusque scuto pedestri, & sublatius eminens, nullo silente Augustus renunciatus.* Sed de hoc more alibi.

Ibid. C. lin. 8. πρὸς τὴν ἡμετέραν ὅσης ἀρχῆς) Non ergo a pace demum, de qua supra, inter Diocletianum ac Narseum facta; qua, vt de eo Sext. Rufus, Romanis *super ripam Tigridis LIMES est constitutus*: ac similiter Petrus Patricius Excerpt. pag. 30. τὸν Τίγριν ποταμὸν ἑκατέρας πολιτείας ὁροθέσιον εἶναι, *Tigris fluuius vtriusque imperii LIMES esset.* Verum, quod ibi non de constituto primum illo inter vtrumque imperium limite, sed renouato, ac Romanis, post Narseum in Mesopotamiam, & traiecto proinde Tigri, irruptionem, iterum adserto dicitur, ac pro-

ut

ut a Sex. Rufo iisdem Romanis *restituta* eodem fœdere *Mesopotamia* traditur. Quare *antiquus* Romani imperii, ad Orientem nempe, *limes* hic a Iuliano Tigris dicitur; nempe a Traiani, seu potius a Marci & Veri, ac dein Seueri, temporibus. Etsi enim a Traiano, vt antea vidimus, & iuxta veteres, de quibus iam ante, eius nummos, ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE, & nominatim *Singara* ad Tigrim ab eo, quod tradit Dio, fuerit capta; ac de Traiani temporibus dicat Rufus, *LIMES orientalis supra ripam TIGRIDIS constitutus est*; ab Hadriano tamen, vt e Dione & Spartiano cap. V. constat, omnia trans Euphratem ac Tigrim Persis relicta, seu qui, iuxta Rufum, *medium inter Persas & Romanos Euphratem esse voluit*. Vnde etiam ab Augustino, cuius ea de re locum ad Spartianum adtulit magnus Casaubonus, dictum, de Ciuit. Dei Lib. IV. cap. XXVIII. *In Orientalibus partibus Hadriani voluntate mutati sunt TERMINI imperii Romani.* Verum iidem breui denuo mutati ac promoti; dum, vt ea de re iterum Rufus, *sub Marco & Vero, & Seuero ac Pertinace, ceterisque principibus Romanis, qui aduersus Parthos euentu vario dimicauerunt, quater amissa, quater recepta Mesopotamia est.* Quare a Marci demum ac Veri, aut Seueri quoque ætate, obuiæ in veteribus nummis nobiles Romanorum in eadem Mesopotamia, & de quibus paullo ante, Coloniæ, *Carræ*, *Edessa*, *Rhesaina*, *Nesibis*, ac ad ipsum Tigrim *Singara*; totidem nempe Romani imperii claustra, ac aduersus Persas propugnacula. Ita iam Tigris *antiquus* ab eo tempore ad Orientem, sicut Oceanus ad Occidentem, limes Romani imperii, vt ille hic dicitur, habitus; ac inde a Tigridis fluctibus ad Oceanum Occidentalem, arma tulisse hic Constantius apud Themistium traditur Orat. IV. pag. 54. Quod rursus de Gratiano ac Theodosio alibi ab eodem Themistio dicitur, Orat. XV. pag. 198. ὥς τοι διατείνεσθαι ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ πρὸς τὸν Τίγρητα, *quo fit, vt ab Oceano ad Tigrim exporrecti sitis.* Adde Chrysostomum, qui sub eodem Theodosio ac filiis & nepote eius, vt notum, vixit, in cap. II. Esai. pag. 1034. Tom. II. ed. Sauil. νυνὶ δὲ ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ἐπὶ τὰς Βρεττανικὰς νήσους, *nunc autem quantam solterram adspicit, a Tigride ad Britannicas Insulas.* Quomodo etiam Vicarii, (Præfecti nempe Prætorio) Præsidis præterea, ac Ducis Mesopotamiæ, mentio fit non in legibus solum sub hoc Constantio & Constantino patre latis, quæ exstant in vtroque Codice, aut apud Ammianum in rebus huius Constantii Lib. XVIII. cap. II. *ad Cassianum Mesopotamiæ Ducem, Rectoremque Prouinciæ tunc Euphronium*, sed præterea in Notitia Imperii sub Theodosio Iuniore; qui nempe prouinciam illam regerent, eandemque militaribus copiis, contra Persarum irruptiones tutarentur; quod sequutis adhuc ætatibus sub Iustiniano aliisque Imperatoribus factum legitur. Quamquam fœda post Iuliani cædem, cum hoc longæuo Persarum Rege, Sapore nempe, pace, Iouianus Romanum imperium, vt id ab Agathia dicitur, Lib. IV. pag. 136. *nouis in posterum limitibus coarctauit*, περιέστειλεν ἐς τὰ ἔπειτα καινοὺς ὅρους. Quinque enim regiones circa aut cis Tigrim, præter Singaram ac Nesibin, aliaque in eo tractu castra, Romanis erepta, Persis tum cesserunt, vt ea de re Ammianus Lib. XXV. cap. VII. manseruntque ab eo tempore in Persarum ditione eædem illæ vrbes, *Nesibis* ac *Singara*; ac inde etiam non *Tigris* amplius, Romani imperii in eo tractu *limes*, sed Nymphæus Mesopotamiæ fluvius, *qui Romanorum ac Persarum regionem diuidit*, ἐς τήν τε Ῥωμαίων γῆν καὶ Περσῶν διορίζει, iuxta Procopium Lib. I. Bell. Pers. cap. XXI. Immo a quo iam ante ipsa *Nesibis*, quæ bidui itinere a Tigride dissita ab eodem cap. XI. dicitur, XXVIII stadiis, hoc est, tribus circiter milliaribus cum dimidio, aut quatuor, iuxta aliorum calculos, ab vtriusque imperii limite distare tantum traditur cap. X. eiusdem Libri. *Antiquus* alioquin Romani imperii in Oriente *limes*, non *Tigris*, sed *Euphrates*, isque prouide ab Augusto, vt is de semet ait in huius Iuliani Cæsaribus, constitutus; ac inde etiam non a Romanis solum ante Traiani ætatem Scriptoribus, aut Orientali illi limiti propioribus, Philone Legat. ad Caium pag. 993. & Iosepho Ἀρχ. Lib. I. cap. XVI. & Lib. III. cap. III. sed ab Aristide quoque Oratione in Romam, Marci Antonini temporibus, & post Veri quidem, vt ex eadem liquet, obitum, scripta, pag. 383. vbi imperii limites, ac veluti fossa & ambitus, dicuntur *hinc Phasis, & ad ortum Euphrates*, καὶ Φᾶσις ἐνθάδε, καὶ Εὐφράτης ἄνω, ac, vt addit, ad Occasum maxima & extrema Insula, nempe Britannia. Vt vel inde liqueat, etsi a Traiano antea, ac postea a L. Vero, vt diximus, peragrata fuisset victoriis Mesopotamia, & nonnullæ etiam Romanorum Coloniæ, vt Carris contigit, constitutæ; nec dum tamen pro fixo imperii inter Romanos ac Persas *limite* Tigrim, sed Euphratem adhuc, & vsque ad Seuerum, vulgo habitum.

Pag. 24. A. lin. 3 τῷ παιδὶ καὶ τῷ πασρέτῳ) A Sapore Persarum Rege, viso pro

cul-

cul Romanorum exercitu, territo, & inde cum paucis, vt antea diximus, profugo, relictam vniversi, quem illumque insuper fugere itidem ab eo iussum, contenta celeritate deferebat, exercitus curam filio, & custdam amicorum fidissimo, vnus hic tradit Iulianus. Quod vtique a Regis illius contra Romanos & hunc ipsum Constantium, fortiter ac feliciter vt plurimum, tot annos gestis ferocia videri posset alienum; neque a Libanio, vt diximus, in accurata harum rerum commemoratione traditum. Certe de eodem Sapore & quidem præter Persarum Regum morem, in prœlio, quod anno demum CCCLIX ad Nesibin cum Constantii Ducibus est commissum, non solum in aciem prodire auso, verum omnes strenui & gregarii militis partes obeunte, tradit, & quæ memorari omnino hic debent, Ammianus Lib. XIX. cap. VII. *Rex enim ipse Persarum, qui NVNQVAM ADESSE CERTAMINIBVS COGITVR, his turbinum infortuniis percitus, NOVO & NVNQVAM ante cognito MORE, præliatoris militis ritu prosilit in confertos; & quia conspectior tegentium multitudine procul speculantibus discebatur, petitus crebritate telorum, multis stipatoribus stratis abscessit, alternans regibiles acies; & ad extremum diei, nec mortuum truci visu nec vulnerum territus, tandem tempus exiguum tribui quieti permisit.* De filio autem eiusdem Saporis, qui a Romanis captus, & misere, iuxta eundem Libanium, excruciatus, periit, mox videbitur. Haud mirum vero, quod eidem, vt qui propter ætatem, & trepidis quidem rebus, tanto oneri solus foret adhuc impar, additus dicatur a Rege, qui exercitum cum filio regeret, *amicorum fidissimus*, πιστότατος τῶν φίλων. Ita enim, πιστοὶ nempe, dicti præcipui Regum apud Persas Satrapæ, aut intimæ admissionis Eunuchi. Vnde apud Aeschylum Senum Persarum Chorus ad Xerxem, de quodam præcipuæ dignationis apud eum Satrapa, ait Pers. v. 984.

Η καὶ τὸ Περσῶν αὐτοῦ
Τὸν σὸν ΠΙΣΤΟΝ πάντ' ὀφθαλμὸν,

Nam & ibi Persarum Tuumque per omnia FIDVM oculum. Regis enim *Oculi*, quod aliunde notum, ac monuit illustris Brissonius de Regno Pers. pag. 163. iique etiam duo, iuxta Tragici ad eum locum Enarratorem, dicti, quorum fidei publicæ rei administratio a Persarum Regibus credebatur. Sic rursus idem Aeschylus de præcipuis Xerxis Satrapis, qui in acie contra Græcos ceciderant, Pers. v. 442.

... ἀκμὴν, κ. εὐγένειαν ἐκπρεπεῖς
Αὐτῷ τ' ΑΝΑΚΤΙ ΠΙΣΤΙΝ ἐν πρώτοις ἀεὶ,

Animoque optimi, & nobilitate insignes, Ipsique REGI OB FIDEM inter primos semper; vbi veteres Critici postrema verba supplent ac enarrant, οἱ πιστοὶ ἐν πρώτοις, ἤτοι ΠΡΩΤΟΠΙΣΤΟΙ αὐτῷ ὄντες, *in fide inter primos, nempe ipsi erant*, quod hic a Iuliano de simili Persarum Regis Satrapa dicitur, *FIDISSIMI*. Hinc Ammianus Lib. XXI. cap. XIII. *quod apud Persas nemo est consiliorum conscius, præter Optimates taciturnos & FIDOS.* Qua ratione iidem Persarum, e quibus constabat Chorus ille apud Tragicum, ac vnde dramatis nomen, & qui se a Xerxe, contra Græcos profecto, relictos Regiæ & regionis Persarum custodes ac inspectores tradunt, non solum semet πιστὰ, nempe γεραιὰ πιστώματα, statim ab initio fabulæ nuncupant; sed etiam a Persarum Regina, Darii defuncti vxore, & Xerxis matre, dicuntur, v. 171. γηραλέα πιστώματα, *fidi senes*, ac rursus ab ipso Dario ex inferis euocato, ὦ πιστὰ πιστῶν, *o fida fidelium*, patrum nempe, progenies. Vt vel inde liqueat, tot locis a coæuo tum iisdem, de quibus loquitur, Persis auctore, haud frustra illo πιστῶν aut πιστωμάτων nomine, sed ex vsu gentis illius, eosdem designari; neque proinde locum hic habere posteriorem veterum Grammaticorum glossam, qui ad vers. 2. vbi πιστὰ, vti vidimus, dicuntur, hoc est, γεραιὰ πιστώματα, ac in Mstis etiam, quæ vidimus olim & contulimus, Bibliothecæ Gallorum Regiæ, legitur, πιστὰ nempe ibi per συγκοπὴν pro Πισσούργη, vrbe Persidis, a Tragico dici obseruant. In eorum vero πιστῶν seu πιστωτῶν apud eosdem Persas numero habiti, quibus Regum salus, custodia, ac intimior admissio erat credita, & quidem e Cyri institutione, qui iuxta Xenophontem Κυρ. παιδ. Lib. VII. pag. 196. eosdem tanquam περὶ ἑαυτὸν πιστοτάτους, *circa se fidissimos* delegit; nempe Eunuchi. Quo spectat etiam, quod Act. VIII. v. 27. ὁ Εὐνοῦχος, a Syris מהימנא dicatur, hoc est, πιστὸς, ab officio nempe, vt bene ad eum locum Cl. de Dieu, non vero a corporis vitio. Et quomodo, vt hoc addam, Putiphar Gen. XXXVII. 36. & XXXIX. 1. eadem voce a Syro interprete designatur; a Senioribus autem priori loco τῷ Σπάδωνι, altero ὁ Εὐνοῦχος, vti in vtroque loco *Eunuchus* a Vulgato redditur; ac vbi vetus Scholion ad postremum locum τῶν LXX notat, ὁ μὲν Σύρος μιᾷ προσηγορίᾳ τὸν τε ΣΠΑΔΟΝΤΑ καὶ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ αὐτὸς λέγει τοῖς δεσπόταις· ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀληθῶς ΕΥΝΟΥΧΟΝ, καὶ τοῦτο, ἀπὸ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ. ἐπειδὴ φύσει τε τῶν Εὐνούχων γένος μάλιστα πιστεύεσθαι τὰ ἡμέτερα τῶν κτημάτων, καὶ αὐτὴν τὴν βασιλέων σωτηρίαν. *Syrus quidem eodem vocabulo nominat & SPADONEM, & domini FIDVM. Hebræus autem vere Eunuchum, & hunc EX FIDE. Solent enim Eunuchorum potissi-*

tissimum generi pretiosissima quæque credi, & ipsa Regum salus. Hæc vero e meis ad Aeschylum, quæ pridem in scriniis iacent, Adnotatis, nec alieno vtique loco, transcribenda duximus.

Ibid. A. lin. 8. *κελεύοντος μένειν, ἀχθόμενοι μετὰ τῶν ὅπλων εἶχον)* Id factum, non vt hic Iulianus, vbi in conspectu esset vtraque Persarum aut Romanorum acies, narrat Libanius; sed vbi Persas, qui ad lacessendos hostes erant de industria missi, simulata dein fuga, repente pedem retulissent vsque ad eorum castra, eorumque muniones, ad ingruentem iam noctem persequuti essent Romani: quo tempore tum intempestiuum militum ardorem reprimere omni ope, sed irrito molimine, adnisus est Constantius. Cuius prouidi vtique consilii has etiam rationes reddit Libanius in Basilico pag. 131. *πάντα δὲ συλλογισάμενος τὸν ὑπὸ τῶν ὅπλων πόνον, τῆς διώξεως τὸ μῆκος, φλόγωσιν ἐξ ἡλίου, δίψης ὑπερβολήν, νύκτα ἐπικειμένην, ἐπὶ τῶν λόφων τοξότας, ἵνα Περσῶν μὴ καταφρονεῖν, τηρῆσαι δὲ τῷ καιρῷ, ergo cuncta reputans* Constantius, *laborem in armis exantlatum, persecutionis longitudinem, æstus a sole vehementiam, sitis ardorem, noctem instantem sagittarios in collibus collocatos, ne Persas contemnerent, ac tempori parerent, postulabat*; nempe vbi in posterioribus verbis *μὴ καταφρονεῖν*, pro *μὴ καταφρονῶν*, omnino legendum duximus; ac ita etiam paullo ante, vbi eandem in rem, & iuxta Iuliani hoc loco verba, sub finem pag. præcedentis 130. a Libanio itidem dicitur, *μόνος δὲ βοῶντος μένειν, μὴ διώκειν, μηδὲ εἰς πρόδηλον ὠθεῖσθαι κίνδυνον*, *solus vero* Constantius *clamitans, manendum esse, non persequendum, neque in manifestum periculum esse incurrendum*; vbi, inquam, absurde ac præter totam huius rei gestæ narrationem, *μένειν, ἢ διώκειν*, & inde ab Interprete, *manendum esse, aut persequendum*, hactenus legitur. Quibus consentanea, quæ de hac expeditione tradit Rufus, *nocturna vero in agro Eliensi prope Singaram pugna, vbi præsens Constantius adfuit, omnium expeditionum compensatus fuisset euentus, si locus & nocte aduersantibus, pertinaces ferocia milites, ab intempestiuo pugnandi tempore Imperator ipse eos adloquendo reuocare potuisset*: ac eam in rem, seu de hoc militum Romanorum facto, Eutropius, *qui pugnam seditiose & stolide, contra rationem belli, die iam præcipiti poposcerunt*. Haud dissimilia autem Romanorum militum contra Imperatorum, qui iis præerant, iussa, ardore præcipiti, & iniquo tempore ac loco, & infelici proinde euentu, pugnam cum hostibus ineuntium tangunt subinde Auctores. Ita Lib. VII. Bell. Gall. cap. XLV. Cæsar, obsessa Gergouia, & castris hostium haud procul positis, *Legatos, quos nempe singulis Legionibus præfecerat, inprimis monet, contineant milites: ne studio pugnandi, aut spe prædæ, longius progrediantur. Quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit. Hoc vna celeritate posse vitari. Occasionis esse rem, non prælii.* Quibus iussis quum non paruissent milites, neque ab iisdem Legatis, vt in sequentibus narrat Cæsar, retineri potuissent; sed ad expugnandum Gergouiæ oppidum, etsi irrito conatu, & a quo haud sine clade fuerunt repulsi, proruissent, addit cap. LII. *postero die Cæsar concione aduocata, temeritatem cupiditatemque militum reprehendit; quod sibi ipsi iudicauissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur: neque signo recipiendi dato, constitissent; neque a tribunis militum legatisque retineri potuissent: exposuit, quid iniquitas loci posset* &c. Etsi aliud, & quod felicius eidem Cæsari cessit, exemplum suppeditet Auctor belli Africani cap. LXXXII. vbi nempe stante in conspectu Cæsaris ac Scipionis acie, & Cæsaris militibus studio pugnandi incensis, eodem vero, *non placere* (sicut hic de Constantio, vt vidimus, *βοῶντος μένειν* Libanius) clamitante, *& etiam atque etiam aciem sustentante, subito dextro cornu, INIVSSV Cæsaris, tubicen a militibus coactus canere cœpit. Quo facto, ab vniuersis cohortibus signa in hostem cœpere inferri; quum centuriones pectore aduerso resisterent, vique continerent milites, in INIVSSV IMPERATORIS concurrerent, nec quidquam proficerent. Quod postquam Cæsar intellexit, incitatis militum animis resisti nullo modo posse, signo felicitatis dato, equo admisso in hostem contra principes ire contendit.* Verum vbi dispar tum erat ab hoc Romanorum contra Persas, inuito & clamitante Constantio, irruentium ratio, ac dispari proinde euentu; dum nec iniquitate loci, nec ingruente nocte, nec æstu, siti, aut exantlato labore pressi iam essent aut defessi Cæsareani; aut a prœliando cum recentibus ac integris, quique castrorum munimentis septi essent, aut extra teli iactum in collibus seu propugnaculis positi, de loco superiore pugnarent.

Ibid. B. lin. 3. *πολλὰς συγκατηργάσθαι τῷ πέτρᾳ τῷ τῆς μάχης)* Quam rationem quoque contra Cæsaris & Legatorum, quos ille iis præfecerat, iussa, inconsultæ Romanorum militum, in memorata paullo ante Gergouiæ obsidione, fiduciæ, tradit Cæsar Lib. VII. Bell. Gall. cap. XLVII. *a tribunis militum legatisque, vt erat a Cæsare præce-*

ptum, retinebantur. Sed elati spe celeris victoriæ, & hostium fuga, SVPERIORVMQVE TEMPORVM SECVNDIS PROELIIS, nihil adeo arduum sibi existimabant, quod non virtute consequi possent: neque prius finem sequendi fecerunt, quam MVRO oppidi portisque adpropinquarent.

Ibid. B. lin. 12. *ἑκατὸν μεταξὺ ϛάδια διῃρημένης)* Haud paullo plura ponit Libanius in Basilico pag. 131. *ἦν μὲν γὰρ τὸ μεταξὺ τῶν ϛρατοπέδων, ἑκατὸν ϛάδια καὶ πεντήκοντα, enimuero interiectum spatium inter vtriusque partis castra, erat centum quinquaginta stadiorum.* Vnde non solum ad *sextum* circiter milliare, vti hunc Iuliani locum vertit Petauius, sed ad *nouem* etiam, Persas celerrime persequuti forent Romani. Adde, quod nec de *milliari* Italico, quale tamen vulgo ea voce designatur, seu millibus passuum, ne forte id tyronibus imponat, hæc, prout illa viro doctissimo interpretari libuit, intelligenda liqueat; quum octo stadia, vti ea de re præter Srabonem Lib. VII. pag. 322. Plinium Lib. II. cap. XXVI. aliosque, Polybius Lib. III. pag. 193. aut vero etiam iuxta nonnullos, septem cum dimidio, *milliare* efficerent. Vnde *centum stadia*, quæ, iuxta Iulianum, Persas insequendo confecissent Romani, paullulum supra duodecim, vel iuxta posteriorem calculum, circiter tredecim darent milliaria; aut vero iuxta Libanium, *centum & quinquaginta stadia*, si octo stadia, vt vulgo, pro milliari sumas, prope decem & nouem; aut viginti etiam millia passuum eum dimidio, si septem stadia cum dimidio pro milliari intelligamus, constituerent. Quæ profecto ingentis celeritatis ratio fuisset, vt nempe milites Romani, & grauis quidem armaturæ pedites, seu *ὁπλῖται*, vt de iisdem in commemoratione nocturni huius prœlii loquitur paullo post idem Libanius pag. 132. tantum itineris, & quidem feruente æstate, insequendo fugientes Persas confecissent; & præterea, vt idem ait pag. 131. cœpta illa persecutione alto iam die usque ad vesperam, qua Persarum munitionibus Romani adpropinquarint. Quum vtique talia *centum quinquaginta stadia*, pro vnius diei, non militum, & grauis quidem armaturæ peditum, sed viatorum itinere, adnumeret Herodotus Lib. V. cap. LIII. *πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ϛάδια ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάϛῃ διεξιοῦσι, ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα, centum autem & quinquaginta stadia singulis diebus peragrando, insumuntur solidi nonaginta dies.* Etsi a Procopio vnius diei, sed non militaris, iter ad stadia CCX euadere dicatur, quantum conficit, qui Athenis Megaram petit, Bell. Vandal. Lib. I. cap. I. Verum inter exercitationes Romanorum militares, tantum *decem millia passuum armati instructique omnibus tales pedites, militari gradu ire ac redire iubebantur in castra*, iuxta Vegetium Lib. I. cap. XXVII.

Ibid. C. lin. 4. *ἑσπέρα δὲ ἦν λοιπὸν καὶ ὁ πόλεμος ἀνῆπτεν)* Hoc nempe, quod in narratione huius rei tangunt, qui illius prœlii meminere, Libanius, Rufus, Eutropius, Hieronymus, Orosius, & quo etiam nomine ab iis redarguitur præceps illud ac temerarium Romani exercitus factum; dum ingruente iam nocte, & longo Persas per plura milliaria insequendi cursu defessi, eosdem intra suorum munitiones receptos, præter recentes, qui in castris remanserant aut in collibus positi, haud eo minus iniquo adeo tempore ac loco adoriri, ac prœlio cum iis decertare voluerint. Hinc Libanius ea de re pag. 131. *ἐπλησίαζον δὲ ἤδη τῷ τείχει δειλῆς ὀψίας, vesperascente iam die munitioni adpropinquarunt:* mox, quod, vt iam ante vidimus, *νύκτα ἐπικειμένην, noctem ingruentem*, inter eas caussas refert, quibus eos ab intempestiuo illo prœlio dehortari ac reuocare voluit Constantius. Quibus addit postea in narratione nocturni huius prœlii pag. 132. *ἐπεὶ δὲ ἐς νυκτομαχίαν ἐξώκειλε, quum autem ad nocturnum prœlium delapsa res esset;* de cuius aduerso Romanis euentu dicendi adhuc erit locus. Rufus quoque, vbi de hoc Romanorum prœlio, & sequuta inde eorundem strage ait, *locis & nocte aduersantibus* id iis contigisse obseruat; ac Eutropius loco supra iam adducto, *pugnam seditiose ac stolide, citra rationem belli, DIE iam PRAECIPITI poposcerunt;* quo nempe tempore prœliandi non initium, sed finis, & signo dato recipiendi se intra castra ac munitiones, locus datur. Ita Hieronymus in Chronico, *bellum nocturnum, apud Singaram, in quo haud dubiam victoriam militum stoliditate perdidimus.* Quibus accedit Orosius Lib. VII. cap. XXIX *Constantius* (non, vt ibi, *Constans*) *aduersus Persas & Saporem, qui Mesopotamiam vastauerant, nouem prœliis parum prospere decertauit. Seditione nouissime, atque intemperantia militum, NOCTE adoriri pugnam COACTVS, paratam pene victoriam insuper victus amisit.* Certe *nocturna prœlia esse vitanda*; mox, *quare omni ratione esse interdiu perrumpendum*, summus ipse belli Dux ac Imperator tradit Cæsar Lib. I. Bell. Ciuil. cap. LXVII. idemque alibi male Curioni cessisse obseruat, quod in Hispania prœlio cum Pompeianis rem committere temere adgres-

adgressus, etsi prima nocte equitibus ad castra hostium missis, iidem oppressos somno ac dispersos Numidas adorti, multos ex iis interfecerint. Hic autem longe maior Romanorum militum temeritas, qui labore, ot millium passuum spatio, confecti, noctu, nec inopinatos quidem aut dispersos, sed intra munitiones suas, vt diximus, receptos, recentes præterea ac integros, & vetante quidem omnibus modis Imperatore, adgredi inconsulto ac præcipiti ardore sustinuerint. Qua in re vtique dispar longe erat Thracum eorumque Regis Rhesi ante Troiam ratio; quem cum familiaribus aliquot somno oppressum & incautum Vlysses ac Diomedes interfecisse a Poëta dicuntur; de quo euentu ait ipse Rhesi auriga apud Euripidem, in cognomine dramate v. 763.

εὕδομεν πεδοστιβεῖς
Κόπῳ δαμέντες, οὐδ' ἐφρουρεῖτο στρατὸς
φυλακαῖσι νυκτέροισιν, οὐδ' ἐν τάξεσιν
Ἔκειτο τεύχη.

dormiebamus iacentes in campo Fatigatione defessi; neque custodiebantur exercitus Nocturnis vigiliis: neque per ordines Posita erant arma. Nempe iuxta illud Vegetii Lib. III. cap. VI. *tutius autem operantur exploratores noctibus, quam diebus.* Hic autem omnia longe, vt vidimus, diuersa: constituti in stationibus Persæ, vigiles iidem, recentes, munitionibus defensi, ac ad dimicandum & de superiori quidem loco parati; Romani vero, vt cum Vlpiano loquar, adgressores, labore, æstu, siti defatigati, iniquitate præterea loci laborantes. Haud aliter ac apud Cæsarem Lib. VII. Bell. Gall. cap. XLVIII. legitur, *erat Romanis nec loco, nec numero aqua contentio; simul & cursu, & spatio pugnæ defatigati, non facile recentes atque integros sustinebant.* Adeo vt hic in Persas quadraret illud Maronis,

Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.

Vnde cautius vtique egerunt Galli, iuxta Polybium Lib. II. pag. 114. quos tradit, pulsis ac cæsis in Etruria Romanis, & vbi fugientes ii se in locum munitum recepissent, ex itinere superioris noctis vexatos, laboribus præterea confectos, ad quietem & curanda corpora se contulisse, dilato in posterum diem expugnandi eos, qui in collem confugerant, consilio.

Ibid. C. lin. 5. τὸ μὲν τεῖχος αἱρεῖν ᾤοντο) Etsi iis, quæ modo adtigi, premerentur incommodis Romani, haud eo minus ab iis magno illo prœliandi ardore incitatis, munitiones, intra quas se receperant Persæ, mox disruptas, cæsis, qui in iis remanserant, hostibus, ac diu quidem fortiter intra easdem munitiones se gerentibus, hic tradit Iulianus. Quod paucis etiam complexus est Sex. Rufus, *qui tamen Romani, inuictis viribus, improuisis aduersum sitim aquarum subsidiis, incumbente iam vespere, castra Persarum adgressi, ruptis munitionibus occuparunt.* Verum quam rem gestam pluribus adtigit, qui proinde haud omitti hic a Petauio debuit, quod & hic Iulianum egregie illustret, ac de iis aliunde non constet, Libanius in Basilico pag. 133. συνιόντων δὲ τῶν στρατοπέδων, ἀντὶ μὲν τοῦ δέξασθαι τοὺς ἐπιόντας, καὶ ποιήσασθαι τὴν μάχην ἐν χερσὶν, ἀπὸ τῆς φυγῆς ἤρξαντο. εἰς δὲ τὸ περίβολον κατακλεισθέντες, οὐδ' ὑπὲρ τοῦ τείχους ἠμύναντο· ἀλλ' ἀπέβαλον μὲν τὸ φυλακτήριον, προσαπέβαλον δὲ τὸν ἐν ταῖς σκηναῖς πλοῦτον· οἱ δὲ ἐγκαταληφθέντες, ἔπιπτον μὲν οὐδενὶ κόσμῳ, *sed quum concurrissent exercitus, vbi incumbebat Persis, excipere Romanos irruentes, & manus ad prœliandum conserere, a fuga sunt orsi, ac licet munitionibus inclusi, ne pro iis quidem dimicarunt, sed propugnaculo illo amisso, opes etiam in tentoriis reliquerunt; qui vero derelicti sunt, fœde ac promiscue ceciderunt.* Melius nempe hic apud Iulianum τεῖχος per *castellum*, hoc est, *munitiones*, vt in adductis modo eius verbis Sex. Rufus, reddit Petauius, quam per *murum* hoc loco & iam ante pag. 130. Libanii interpres. Sed hoc leue forte præ aliis eius παροράμασι.

Ibid. C. lin. 9. καὶ λάκκοις ὑδάτων ἔνδον ἐντυχόντες) Male hic præter veterum librorum fidem, & insuper Sex. Rufi ea de re testimonium, negationem οὐ intrudendam censuerat doctissimus Petauius; ac inde etiam, quod postea in Notis prouide retractauit, eandem in versionem huius loci intulit, *verum quum sibi deficerent, & cisternarum copiam NON haberent.* Neque vero eam negationem agnoscit MStum Vossianum, clara autem Rufi, quæ eadem respuunt, verba, *quum a prœlio respirantes, patentibus luminibus, reperta aquæ inhæsirent*; iuxta illud quod paucis ante verbis de illis dixerat, *improuisis aduersum sitim aquarum subsidiis*, eosdem castra Persarum inuasisse. Nempe id Romanis hic, Persas per plura milliaria insequentibus, contigerat, quod de legionibus, iisdem sub Afranio contra Cæsarem in Hispania militantibus, tradit ipse Imperator Lib. I. Bell. Ciuil. cap. LXXXI. *procul AB AQVA, & natura iniquo loco, castra ponunt*; & ad quod graue incommodum vitandum, de iisdem antea dixerat cap. LXXII. *vallumque ex castris AD AQVAM ducere incipiunt, ut intra munitionem, & sine timore, & sine stationibus, AQVARE possent.* Vnde

Vnde illud crebro prouisum a cautis ducibus legitur, vt vel aquandi potestas hostibus adimeretur; sicut Bibulo cum classe ad Oricum agenti, id a Cæsare prohibitum refert ipse Lib. III. Bell. Ciuil. cap. XII. aut vt ad aquandum missi intercipiantur; prout rursus de Afranio ac Petreii militibus, & quidem nocturno, vt hic, tempore, ab eodem dicitur, Lib. I. Bell. Ciuil. cap. LXVI. *media circiter nocte, iis qui ADAQVANDI caussa longius a castris processerant, ab equitibus correptis.* Haud frustra vero λάκκους ὑδάτων, *cisternas aquis plenas* hic vocat Iulianus; quum darentur eiusmodi λάκκοι aqua vacui, prout ille, in quem Iosephus a fratribus coniectus, de quo Seniores Gen. XXXVII, v. 24. ὁ δὲ λάκκος κενὸς ὕδωρ οὐκ εἶχεν, *cisterna autem vacua non habebat aquam*, & quomodo λάκκος de *fouea*, in quam captiuæ mulieres erant detrusæ, ab iisdem dicitur Exod. XII. v. 29. Hinc λάκκους ὕδατος dixit similiter Aristophanes Ἐκκλης. pag. 728.

Ἐν ταῖσι καπηλείοις ΛΑΚΚΟΥΣ ἐμποιεῖν
ΥΔΑΤΟΣ,

in cauponis CISTERNAS AQVAE facere, vbi eruditi Critici obseruant, veteres in foueis seu cellis subterraneis, & quibus arenam inderent, vinum ac oleum adseruasse, καὶ ταῦτα λάκκους ἐκάλουν, *eosque LACVS* (hoc est, *cellas*) *appellarunt.* Vt proinde λάκκοι ab Atticis, tam de cisternis, seu aquarum receptaculis, ac prout ὕδωρ λακκαῖον, *aqua cisternina* a Theophrasto dicitur περὶ ἀνθῶν, eaque optima, iuxta Euenorem apud Athenæum Lib. I. pag. 46. quam de *cellis vinariis* ac *oleariis*, vt easdem vocat haud vno loco Tullius, sint dicti. Adde, quod apud Demosthenem adv. Aphobum pag. 560. λάκκον per *torcular*, quasi ληνὸς ibi esset, vertit eruditissimus Wolfius, vbi de direptis ibi ædibus inter alia dicitur, καὶ τὸν λάκκον συντρίψας, *torculari comminuto*, seu verius *cella olearia*, cuius magnus erat, vt notum, apud Atticos prouentus, aut *vinaria*.

Ibid. C. lin. 11. ἀναμαχέσασθαι τὸ πταῖσμα) In MSto Vossiano paullo aliter hæc distinguuntur, τοῖς πολεμίοις παρέχον ἀναμαχέσασθαι. τὸ πταῖσμα τοῦτο, πλὴν τῆς μάχης γέγονε. Quomodo etiam verbum ἀναμαχεῖσθαι, seu ἀναμαχέσασθαι, pro *acceptam cladem reparare*, seu *pugnam instaurare*, sine addita voce πταῖσμα, aut simili, adhibent subinde Græci Scriptores; vt Xenophon bis intra pauca verba Κυρ. παιδ. Lib. III. pag. 66. ὁ μὲν γὰρ ἰσχύϊ κρατηθεὶς ἴσιν, ὅτι ἀσκήσας τὸ σῶμα ἀσκήσας ΑΝΑΜΑΧΕΙΣΘΑΙ, καὶ πόλεις γε ἁλοῦσαι, συμμάχους προσλαβοῦσαι, οἴονται ΑΝΑΜΑΧΕΣΑΣΘΑΙ ἄν, *qui enim robore inferior, rursus exercito corpore se PVGNAM INSTAVRATVRVM putat, & captæ ciuitates, adscitis sociis, REPARARI illud posse existimant.* Neque aliter Polybius Lib. VI. pag. 494. vbi Romanorum & Carthaginiensium militem inter se contendit; quorum hi mercenario milite, illi domestico, ac vrbano, & sociorum auxiliis vtantur, inde addit, διὸ κἂν ποτε πταίσωσι κατὰ τὰς ἀρχάς, Ῥωμαῖοι μὲν ΑΝΑΜΑΧΟΝΤΑΙ τοῖς ὅλοις. Καρχηδόνιοι δὲ τ' ἀναντία, *itaque licet initio cladem aliquam acceperint, Romani quidem integros exercitus mox REPARANT*, vt ibi ὁ πᾶν, seu, *vbi ad summam rei ventum est, cladem resarciunt;* prout τὰ ὅλα passim de *summa rei* adhibet idem Polybius) *Carthaginienses vero e contrario idem facere non possunt.* Vtraque autem in Iuliani codicibus lectio eodem redit, & similibus exemplis se tuetur, prout eam, quæ edita est, quod attinet, de iisdem Persis post illatam Romanis ab eorum sagittariis cladem nihilominus profugis, dicit Libanius Basilic. pag. 133. ἀναμαχεῖσθαι δὲ τὴν πληγὴν οὐδ' ὄναρ ἐλπίζουσι, *cladem vero alia pugna reparare, ne in somnis quidem sperant.* Ita etiam alibi Polybius, nempe Lib. IX. pag. 551. ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν, *acceptam cladem reparare.* Haud eo minus de nocturno illo prœlio id a Iuliano hic dicitur, quod dum Romani siti pressi, ad repertas intra hostium munitiones cisternas aquis plenas improuide accurrunt; *resarciendæ cladis* sit Persis, sagittariis nempe eorum in collibus, vt ante diximus, positis, facultas data. Nempe quum Romani, vt ea de re Sex. Rufus, *a prœlio respirantes, patentibus luminibus, reperta aqua inhiarent, nimbo sagittarum obruti sunt, quum stolide ad dirigendos certius in se ictus lumina ipsi per noctem accensa præberent.* Eandem quoque, quam passi tum fuerint Romani, cladem, haud dissimulauerat Libanius, etsi nulla illius aquationis, aut accensorum, ad quæ eadem a Romanis fieret, luminum mentione ibidem facta, Basilici pag. 132. ἐπειδὴ ἐς νυκτομαχίαν ἐξώκειλε, τοξευόμενοι μὲν ἐκ τῶν λόφων, ἀμφίβολοι δὲ γινόμενοι· δορατίων δὲ ἤδη καὶ βελῶν τοῖς σώμασιν ἐναποκεκλασμένων, ἀφῃρημένοι δὲ ὑπὸ τῆς νυκτὸς τὸ δύνασθαι χρήσασθαι σφίσιν αὐτοῖς ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν ὅμως χωροῦντες ὁπλῖται πρὸς ψιλοὺς πόρρωθεν ἰσχύοντας καὶ πρὸς ἀκροβολιστὰς πεποιηκότες, ἄνδρας μὲν ἀγαθοὺς ἀπέβαλον, *verum quum ad nocturnum prælium ventum esset, sagittis e iugis montium petiti (non vt ibi Interpres sagittantes) in ancipiti constituti, hastilibus & telis iam in corporibus fixis fractisque, quum nox potestatem semet ipsis vtendi eripuisset, per caliginem tamen procedentes grauis armatura*

tura milites aduersus velites, & fessi aduersus recentes, viros certe strenuos amiserunt. Vnde etiam *pulcherrimam victoriam*, ea militum imprudentia, *amisisse* Constantius hic a Iuliano, vti ab Eutropio similiter, Hieronymo in Chronico, & Orosio, quod iam antea vidimus, dicitur. Nempe prout Vegetius de iis, qui e superiori loco pugnant, ait Lib. III. cap. XIII. *in subiectos enim vehementius tela descendunt & maiore impetu obnitentes pars altior pellit.* Adde quod Persæ omnes, sagittarii, eaque in arte peritissimi mortalium, dicantur a Procopio Lib. I. Bell. Pers. cap. XVII.

Ibid. D. lin. 2. τρεῖς μὲν ἢ τέτταρας ἀφελομένης τῶν παρ' ἡμῖν) Magna scilicet Romanorum clades, seu iisdem infaustus loci ac temporis iniquitate aduersi nocturni illius prœlii euentus, quo scilicet tres aut quatuor e Romanis, vt hic dicitur, ceciderint. Immo quæ insignis adeo ac integra eorundem vnquam exstitit victoria, quæ non plurium Romanorum cæde fuerit parta? Quum præterea ea Romani militis imprudentia ac stoliditate, non *pessumdata* solum *pulcherrima victoria*; sed *resarcita* insuper a Persis *clades*, hic a Iuliano, vt modo vidimus, dicatur, & ab Orosio de Constantio, *paratam pene victoriam INSVPER VICTVS amisit.* Immo quum ex adductis Rufi aut Libanii verbis, haud exiguam fuisse tum Romanorum, quam a pugnantibus e superiori loco, certosque in defessos & incautos luminum opera ictus dirigentibus, passi sunt, stragem, omnino liqueat. Immo quam in rem notabilia etiam Ammiani verba, vbi nocturnæ illius pugnæ eundem meminisse iam ante diximus, nempe Lib. XVIII. cap. V. *post bellorum assiduos casus, & maxime apud Hileiam & Singaram, vbi acerrima illa nocturna concertatione pugnatum est, nostrorum copiis INGENTI STRAGE confossis*, & quæ plura ibidem, de quibus paullo post, leguntur. Adde, quod ipse Iulianus, vbi hoc prœlium narrare supra instituit, de eo quod nempe illud haberetur μέγιστον τῶν βαρβάρων πλεονέκτημα, *successus barbarorum*, seu Persarum, qui nempe iis contra Romanos feliciter cesserit, *maximus*, dixerit, quo nomine rursus eundem vocat infra pag. 26. & contra, τὸ μὲν ἐλάττωμα, seu *cladem* vel *detrimentum*, quod eo in prœlio Romanis accidit. Vnde omnino statuendum videtur, & qua de re miror nihil a doctissimo Petauio, sicut omnino decuit, monitum, vt vox aliqua, qualis σπεῖρα, aut similis, in his Iuliani verbis, librariorum incuria, sit omissa; maxime quum in MSto Vossiano aliquid vacui spatii post vltima verba τῶν παρ' ἡμῖν sit relictum; & dixerit nempe Iulianus, τρεῖς μὲν ἢ τέτταρας ἀφελομένη τῶν παρ' ἡμῖν σπειρῶν, *tres quidem e nostris quatuorue cohortes abstulerit*, ne iam *legiones* dicam; & quod adhuc per μείωσιν sit hic a Iuliano, non Historicum sed Oratorem hic agente, dictum.

Ibid. D. lin. 4. τὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τρεφόμενον ἁλοὺς ἀπέσπασεν) Saporis Persarum Regis filium, cui nempe, dum ipse turpi fuga se cum paucis subducit, exercitum, vti antea Iulianus, commiserat, in ea expeditione a Romanis captum non solum, sed misere etiam excruciatum, tradit Libanius Basil. pag. 133. εἶδον δὲ τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα, τὸν τῆς ἀρχῆς διαδόχον, ἐζωγρημένον καὶ μαστιγούμενον, καὶ κεντούμενον, καὶ μικρὸν ὕστερον κατακοπτόμενον, *præterea Regis filium, regni successorem, viuum captum flagris cæsum, & aculeis compunctum, & paullo post concisum conspexere.* Cuius equidem sæuitiæ caussa inde videtur profecta, quod Saporis, in inferendo illo Romanis, contra pacem & fœdera, bello, perfidiam, latrocinia, & exercitam in Romanos ipsos ante a se captos, vt arbitrari licet, immanitatem vlcisci tam diro, nec eorum moribus alioquin recepto, exemplo voluerint. Grauem certe nec immeritum vtique Saporis luctum, ob sæuam illam filii cædem, mox addit Libanius pag. 134. ὁ δὲ τὰ λαμπρὰ δυνάμενος, καὶ μέχρι τῶν ἀπειλῶν γενναῖος, κόμην μὲν ἐκείνην, ἣν ἐκόσμει πρότερον, τίλλων ἐξαιθάλωσε· κόπτων δὲ πυκνὰ τὴν κεφαλήν, ὀδύρεται μὲν τὰ παιδὸς τὴν σφαγήν, *ille autem, qui illustrem potentiam præ se ferebat, & minarum tenus erat generosus, cæsariem illam, quam prius ornare consueuerat, vellens discerpsit; & crebro caput tundens, luget filii cædem.* Inde etiam factum, vt longæui huius Saporis non filius exstiterit in regno successor; quem nempe vnicum *in spem regni*, vt hic dicitur, *educatum*, a se vero, vt vidimus, derelictum, & crudeli morte ab hostibus peremptum, amiserat; sed frater, nomine Artaxerxes; vt id ex Agathia Lib. IV. pag. 236. liquet.

Pag. 25. A. lin. 11. πᾶσιν οὖν ἦν φανερὸν) Ex euentu itidem nocturni illius prœlii, seu Persarum post illud fuga præcipiti, relictis etiam tentoriis, opibus, mortuorum cadaueribus, & traiecto denuo Tigride, sublatisque, ne Romani eos insequerentur, pontibus; minus autem tentato vllo post illatam ab iis, de qua modo actum, stragem, egregio facinore, haud dubiam Constantii, eamque vnius eius virtute ac prudentia, victoriam exstitisse, pluribus contendit in Basilico

ἔθος Ῥωμαίοις ἔθος, καὶ πάτριόν ἐστι· τὸ μὲν κατὰ τὰς ἐλαττώσεις ἀνυποδιστάτους καὶ βαρυτάτας φαίνεσθαι, κατὰ δὲ τὰς ἐπιτυχίας, ὡς μετριωτάτους, *est enim hoc perpetui moris Romanorum, quem a maioribus acceperunt; acceptis detrimentis, maxime pervicaces & hostibus infestos se ostendere, victoria vero parta, maxime moderatos.* Vnde de iis post ingentem illam, quam passi fuerant, ad Cannas cladem, summumque, in quo totius Reipublicæ salus versabatur, discrimen, eodemque tempore deleti a Gallis in Cisalpina Gallia vniuersi Romanorum exercitus stragem, atque ita, vt idem ait Lib. III. pag. 268. ὥσπερ ἐπιμετρούσης καὶ συνεπαγωνιζομένης τοῖς γεγονόσι ΤΗΣ ΤΥΧΗΣ, *quasi cumulum aduersis illorum adiiciente atque intendente FORTVNA*, mox addit, ὁμολογουμένως γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἡττημένων τότε, καὶ παρακεχωρηκότων τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἀρετῆς, τῇ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότητι, καὶ τῷ βουλεύεσθαι καλῶς, *nam quum nullum sit dubium, quin tunc victi fuerint Romani, & virtute militarique laude cesserint; ipso tamen genere Reipublica, ac consiliorum prudentia*, eos non imperium solum Italiæ, deuictis mox Carthaginiensibus, recuperasse; verum etiam post non multos annos, vniuerso terrarum orbe esse potitos. Vnde rursus alibi idem ait, nempe Lib. III. pag. 227. Romanos qua publice, qua priuatim, tum maxime esse terribiles, quando præsentis alicuius periculi metu terrentur. Quam proinde hoc aduerso, illatæ nempe Romanis nocturno illo prœlio, & eorum quidem imprudentia ac præcipiti impetu, stragis tempore constantiam ac animi robur in Constantio, quum hoc loco Iulianus, tum pluribus etiam prædicat Libanius; ac vnde etiam colligit, Persas, qui etsi iis, cum quibus erant congressi, superiores, Constantio tamen contra stare non sunt ausi, manifestum omnibus fecisse, quod iam ante innui, Imperatorem *in se ipso constitutas vires habuisse*, τῇ φύσει τὴν ἰσχὺν ὁ βασιλεὺς κέκτηται.

Ibid. C. lin. 5. νεὼς μὲν ἰθυντὴρ) Qui εὐθυντὴρ ab Aeschylo pridem dictus Suppl. v. 725.

οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεώς,

clauis gubernatori postremo nauis: apud Apollonium vero, vt hoc loco ἰθυντῆρι Ἀγκαίῳ, *gubernatori Ancæo*, Lib. IV. vers. 209, nempe iuxta vsum verbi ἰθύνειν, vt in eodem Libro vers. 938.

Ἀργῴην περὶ νῆα, Θέτις δ' ἴθυνε κέλευθον,

Argoam circa nauem, Thetide cursum dirigente. Idem ab Aeschylo dictus alibi, & quod obiter noto, quia vox illa a Thesauris & Lexicis hactenus immerito exulat, οἰακονόμος

Prom. v. 149. νέοι γὰρ οἰακονόμοι, *noui autem gubernatores.*

Ibid. D. lin. 3. τέχνην μὲν τῆς τύχης ἐξετάζειν, ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' αὐτῇ σκοπεῖν) A Platone dictum Lib. X. de Legib. pag. 888. Tom. II. omnia quæ fiunt, futura, aut facta, τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τύχῃ, τὰ δὲ διὰ τὴν τέχνην, *illa quidem natura, hæc autem fortuna, illa vero arte* fieri; ex iis autem, alia natura & fortuna fieri, alia autem arte sola. Idem vero Plato alibi, seu in Sophista pag. 219. Tom. I. duas *artis* species agnoscit; vnam, qualis est Agricultura, ac ea quæ in corpore curando versatur, Medicina nempe, eique inseruientes artes: alteram earum, quæ in conficiendo opere versantur, quam μιμητικὴν vocat. Hanc autem postremam nempe, τεκτονικήν, ναυπηγικὴν & οἰκοδομικήν, *fabrilem, nauci construendi* aut *domos ædificandi* artes finem suum semper adsequi tradit Galenus in Medico cap. V. non vero *conjecturales*, qualis sit Medicina. Ad prius proinde illud *artis* genus respicit hic Iulianus, dum non *ab euentu*, sed ex ipsius artis institutione, de ea esse iudicandum statuit. Quomodo etiam Cous senex libro de Arte eos redarguit, qui Medicinam ideo *artem* esse negant, quod non omnes eius beneficio sanitatem consequantur; dum ostendit, eos dari morbos, qui potentiores sint omnibus Medicinæ remediis, ac tandem subdit cap. XIV. ὁ αὐτὸς δέ μοι λόγος καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅσα τῇ ἰατρικῇ ξυνεργεῖ, ὧν ἁπάντων, φημὶ, δεῖν ἑκάστου μὴ κατατυγχάνοντα τὸν ἰητρὸν τὴν δύναμιν αἰτιᾶσθαι τοῦ πάθεος, ΜΗ ΤΗΝ ΤΕΧΝΗΝ, *idem vero sermo mihi est de cæteris, quæ Medicinæ operationibus inseruiunt; quorum omnium quemque felicem EVENTVM si non adsequitur Medicus, dico in morbi vehementiam, non IN ARTEM caussam reiiciendam.* Quare eorum tantum teneri Medicum docet, quum eodem libro, tum de Decenti Habitu, de Præceptionibus, aliisque, quæ ex artis regulis eidem præstanda incumbunt, & ad quæ proinde peculiari iureiurando, quod apud ipsum legitur, est adstrictus, non vero ad ea, quæ a morbi vehementia, aliisque fortuitis casibus, demum pendent. Etsi Simplicius Physic. Lib. II. pag. 73. ed. Græc. vt probet, quædam eorum, quæ fortuna fiunt, etiam ab arte fieri, proferat exemplum, καὶ γὰρ ὑγίεια, καὶ ἀπὸ τύχης δοκεῖ γίνεσθαι, ὥσπερ ἀπὸ τέχνης, *etenim sanitas a fortuna videtur etiam fieri, sicut fit ab arte*; ac adducatur ibi ab eodem vetus ille Poëtæ versus,

τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην,

ars fortunam amauit, & fortuna artem. Quum alioquin a *fortuna*, vt hic Iulianus, seu ab

illis,

turam: ad quem locum videri possunt, quæ a doctissimo Seldeno sunt de eodem ritu adnotata.

Pag. 26. A. lin. 4. *τὸ μὲν ἐλάττωμα)* Prout vice versa Persarum in nocturno illo prœlio *victoriam*, hic & iam ante, vt vidimus, vocat *πλεονέκτημα*, ita *ἐλάττωμα* hic dicit Romanorum acceptam in eodem *cladem*. Qua voce vtitur subinde simili in re Polybius, sicut Lib. II. pag. 107. *πρὸς τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα τοῖς Ῥωμαίοις*, *accepta a Romanis clade*, & Lib. VI. pag. 500. *Ῥωμαίοις δὲ μεγάλοις κατὰ τὰς μάχας περιπεπτωκότες ἐλαττώμασι*, *Romani autem ingentibus dimicando in acie acceptis cladibus.* Quam in rem adhibet quoque vocem *ἐλαττώσεις*, vt Lib. X. pag. 590. ac alibi. Idem vero eas, (qualis nocturno hoc prœlio, Romanorum imprudentia, ac temeritate, potius, quam hostium virtute contigit) fortuitas velut clades, *περιπετείας* vocat, ac ab iis cladibus distinguit, quæ æqua acie & certo ac destinato consilio dimicantibus inferuntur. Ita enim ea de re ait Lib. IX. pag. 551. *τὰ μὲν ἀπροθέτως ἐν τοῖς πολεμικοῖς συμβαίνοντα, πράξεις μὲν οὐδαμῶς ἁρμόζει λέγειν, ΠΕΡΙΠΕΤΕΙΑΣ δὲ καὶ συγκυρήσεις μᾶλλον*, *enimuero, quæcunque in rebus bellicis sine certo proposito accidunt, ea non res gestas appellare conuenit, sed CASVS potius & fortuitos euentus.* Quomodo etiam Lib. X. pag. 579. de Scipione dicitur in Hispania militante, & copias suas exhortante, *παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην ΠΕΡΙΠΕΤΕΙΑΝ· οὐ γὰρ ταῖς ἀρεταῖς ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπὸ Καρχηδονίων οὐδέποτε. τῇ δὲ προδοσίᾳ τῇ Κελτιβήρων, καὶ τῇ προπετείᾳ, διακλεισθέντων τῶν στρατηγῶν ἀπ' ἀλλήλων*, *ne propter acceptam prius cladem terrerentur: non enim virtute Romanos vnquam fuisse a Carthaginiensibus victos; sed perfidia Celtiberorum, & temeritate quadam, Imperatoribus ab sese inuicem disclusis.*

Ibid. B. lin. 9. *ἕκτον που μάλιστα μετὰ τὸν πόλεμον ἔτος)* Magnentius a Constantio, & quidem cæso Constante, sexto circiter anno post nocturnum illud ad Singaram prœlium, defecisse hic dicitur: vnde certa omnino, quo anno idem prœlium fuit commissum, notatio videtur eruenda. Illa enim Constantis Imperatoris apud Helenam, oppidum Pyrenæis, iuxta Victorem in Epitome, proximum, cædes, & inde aperta Magnentii tyrannis, anno CCCL Sergio & Nigriniano Coss. contigit; quibus vtrumque illud factum, præter alios, memorat Idatius, *his Coss. Constans occisus est in Galliis a Magnentio, & leuatus est Magnentius die XV. Kal. Februarii.* Vnde etiam ex hoc Iuliani loco, a viris eruditissimis, Harduino ad Themistii Orat. I. pag. 374. & Pagi in Critica Baroniana, ad annum Christi CCCXLV, nocturnum illud ad Singaram prœlium refertur. Verum quibus præiuerat quum in Chronologia Cod. Theodos. ad eundem annum, tum in Notis ad Leg. V. eiusd. Cod. de Exactionibus pag. 71 Tom. IV. doctissimus Iac. Gothofredus; vbi hoc ipsum, & facta præuia illius legis, Nesibi a Constantio eodem anno, (cuius legis auctoritate ea in re nititur eruditus Themistii editor) data, mentione, ex hisce Iuliani verbis ab eo fuerat iam ante obseruatum. Vnde mirari haud parum subit, eruditissimum Petauium, ad superiora Iuliani verba, vbi de nocturno illo ad Singaram prœlio agere incipit, illud ipsum ad annum Christi CCCXLVIII, & quidem hisce tantum verbis referre, *contigit anno Christi CCCXLVIII, Philippo & Salia Coss. Hieron.;* nulla vel ibidem huius apud Iulianum loci, qui aperte adeo illi sententiæ repugnat, vel hic etiam eiusdem commemoratione facta; quo ostenderet, cur potior ea in re apud se fuisset, Hieronymi nempe in Chronico, quam Iuliani, coæui eidem facto auctoris, & quem enarrandum susceperat, auctoritas. Sicut enim, vti ab eodem Themistii editore factum, laudanda ea in re Petauii fides, qui Iuliani, quamquam aduersam sibi in hisce verbis, lectionem retinendam censuerit; ita merito desiderari potest diligentia ac adtentio: dum hic suam Iuliano aperte aduersantem, & quasi nulla ea de re apud eum esset, quæ aperte tamen hic traditur, notatio, sententiam, vnius Hieronymi in Chronico auctoritate fultã, tradit. Adde, quod nec illud ad Singaram prœlium, ad adscriptos ibi a Petauio Coss. (vti ab Idatio quidem factum) seu ad annum illum ab eo adscriptum CCCXLVIII referat in Chronico apud Scaligerum Hieronymus, & serius adhuc in Pontaci editione, ad annum nempe CCCLI. Vnde cautius forte, dum ad Marcellinum Lib. XVIII. cap. V. vbi nocturni illius prœlii, quod antea vidimus, fit mentio, Idatium sequitur doctissimus Valesius, hic apud Iulianum *τέταρτον*, pro *ἕκτον* legendum credidit: quum tamen id vna eius coniectura, aduersantibus veteribus libris, & ipso etiam Vossiano codice, nitatur; ac præterea, ne ita quidem triennio post, sed nec dum elapso biennio cœpisset illa Magnentii defectio. Ea enim initio anni CCCL. XV. Kal. Febr. seu XVIII. Ianuarii, iuxta Idatium, & Chronici Alexandrini Auctorem (quamquam id ab hoc etiam ad annum superiorem CCCXLIX referatur) & hoc ipso loco Iulianum, qui exeunte hye-

me id tradit contigisse; nocturnum autem, de quo agitur, prœlium, feruente æstate, vt de eo aperte paullo ante hic ϖϱϱβάτης, anni, iuxta eundem Valesium, CCCXLVIII, fuerit commissum. Vnde hac in re, seu constituendo prœlii illius ad Singaram anno, longe potior hic habenda videbatur a viris illis eruditis, Petauio & Valesio, Iuliani eidem prœlio συγχρόνου, quæque legibus eodem illo anno CCCXLV; a Constantio (qui eidem interfuerat) in eo tractu, Nesibi nempe, datis, videtur adstrui, fides ac auctoritas; quam vel Idatii, vel Hieronymi, quorum lubrica sæpe in talibus fides, quique multis post annis, & sequenti demum sæculo vixere. Etsi, ne quid dissimulem, fauere iis posset, ac proinde Iuliano hic repugnare, quod Libanius in narratione huius prœlii in Basilico ita defungatur; vt de recenti facto ibidem eum loqui, ac proinde illud paullo ante eandem scriptam Cunstantii & Constantis laudationem contigisse demum videatur. Et quidem si adtendatur inter alia locus, quem iam ante adduximus, vbi Persas tradit post eandem pugnam, solutis etiam, ne Romani eos insequerentur, pontibus, se in fugam præcipites dedisse, ac, vt addit, ἀναμαχέσασθαι δὲ τὴν πληγὴν οὐδὲ ὄναρ ἐλπίζουσι, *cladem vero illam reparare, ne in somnis quidem sperant;* mox pag. 134. de Rege Sapore, ὀδύρεται μὲν τῷ παιδὸς την σφαγὴν, ὀδύρεται δὲ καταλογε ὀλεθρον' δακρύει δὲ χώραν γεωργῶν ἐρημον· ἀποτέμνει δὲ τὰς κεφαλὰς βεβουλευκοτων τῶν ὀ καλῶς προξενησάντων τὴν τῶν Ρωμαιων εὐδαιμονίαν· Ταῦτα οὐχ ἡμέτερος λόγος εἰς χάριν συγκεκρμένος, ἀλλ' αὐτομόλοι, τα σωματα περιβαλόμενοι, διαρρήδην ἀγγέλλουσιν, εἰς οὐκ ἔνεστιν ἀπιστεῖν, *luget filii cædem; luget eorum, qui delectui præerant, interitum; regionem agricolis destitutam deplorat; porro capita eorum, qui male in se felicitatem Romanorum concitarunt, securi percutere decreuit. Hic autem sermo noster minime ad gratiam compositus est; verum hæc transfugæ, corpora periculis obiectantes, diserte enunciant verbis, quibus fidem derogare non licet.* Quæ omnia vtique, vt de recenti facto ibidem loqui Libanium, non vero de iis, quæ iam ante annos aliquot contigissent, manifesto videntur arguere; ac proinde potius ad annum CCCXLVIII. iuxta Idatium, aut vero etiam CCCXLIX, iuxta Hieronymum, referenda, quo anno nempe CCCXLIX scriptum hunc Βασιλικον λογον statuit ipse in Chronologia Cod. Theod. ad eundem annum, ac præterea ad Leg. II. Cod. Th. de raptu Virginum, Cl. Gothofredus. Quibus videtur etiam accedere Socrates Lib. I. Hist. Eccl. cap. XXV. vbi νυκτομαχίας illius ad Singaram meminit; mox autem, ceu rerum iisdem circiter temporibus gestarum, Cunstantis nempe in Gallia cædis, & Magnentii tyrannidem inuadentis. Neque etiam Constantii Rescriptum, quod extat in Cod. Theodos. idque Amantio & Albino Coss. hoc est, anno CCCXLV datum, docet; prout id ad Themistium tradit Cl. Harduinus; eodem anno prœlium illud ad Singaram contigisse, sed tantum Nesibi latam eam a Constantio legem. Vnde illius quidem legis meminerat iam ante ad eum annum doctissimus Codicis Theodosiani Enarrator; non tamen vt inde, sed ex hoc demum Iuliani loco, prœlium illud eodem anno CCCXLV consignatum, haud vero, iuxta alios, anno CCCXLVIII, statueret. Certe hoc anno CCCXLVIII in Mesopotamia quoque egisse Constantium, & quidem Edessæ, ex Athanasio & Sucrate observat ad illum annum, in Chronologia eiusdem Codicis, idem Gothofredus. Adeo vt tota huius rei, seu pugnæ illius nocturnæ, anno CCCXLV, non vero iuxta Idatium, Hieronymum, eaque, quæ ex Libanio vel Sucrate modo adtuli, anno CCCXLVIII, aut etiam sequenti, gestæ fides, ex hoc Iuliani loco, prout ille hactenus in scriptis vel editis huius libris legitur, pendeat.

Ibid. B. lin. 11. Γαλατία μὲν συναφεςώσα τῷ τυράννῳ) Magnentius nempe, Augustoduni in Gallia, vti ea de re Hieronymus in Chronico, Zosimus Lib. II. cap. XLII. ac Zonaras pag. 13. Tom. II. militum factione Augustus declaratus, cæso mox Constante, Constantii fratre, tyrannidem inuasere. Sed qua de re, seu hac Magnentii defectione, & Constantii cuntra eundem gestis, pluribus agit in sequentibus Iulianus.

Ibid. C. lin. 1. ἀδελφῷ τῷ σῷ ἐπιβουλευσι) Magnentii fraude ac insidiis circumuentum ac cæsum, vt continuo addit Iulianus, Constantem, tradunt Scriptores eorum temporum, Victor vterque, Zosimus, Idatius, & Socrates Hist. Eccl. Lib. II. cap. XXV. Μαγνέντιος περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη ἐπιφύη τυραννος, ὃς Κώνσταντα, τὸν τῶν ἑσπερίων μερῶν βασιλεύοντα, περὶ τὰς Γαλλίας διαχειρίζεται, ἐκ συσκευῆς ἀνεῖλε, *in Occidentis partibus Magnentius exoritur tyrannus: qui Constantem, earum partium Imperatorem, in Gallis tum degentem, PER INSIDIAS,* seu *per conspirationem, interemit.* Ita enim pro *conspiratione* seu *factione* vox ea συσκευὴ sæpe cum alibi, tum apud Athanasium sumitur ab initio Apologiæ pag. 673. καὶ τῆς κατ' ἐμοῦ γενομένης συσκευῆς, *& susceptæ contra me factionis*, ac sæpe alibi in eadem. Ita nota-

notabunt etiam obiter tyrones, hic a Iuliano βουλεύειν, quod vulgo ἐπιβουλεύειν, nempe pro *insidiari* dictum, quo sensu haud frequens occurrit hodie apud veteres Scriptores illud βουλεύειν, etsi apud Atticos haud insolitum illius vsum extitisse inde liceat statuere, quod βουλεύσεως γράμμα ab iis diceretur de actione, qua quis structarum alteri insidiarum accusabatur; vt id docet Harpocration. Idem præterea ea actione teneri eum tradit in foro Attico, qui, vt ærarii debitor inscriptus, alteri litem, quod se contra ius inscripsisset, intentabat; & cuius postremæ significationis, qua velut quoddam insidiarum etiam genus denotatur, exemplum suppeditat, indice eius rei eodem Harpocratione, in prima contra Aristogitonem Demosthenes pag. 4[?]4. τῇ τῆς βουλεύσεως, ἣν αὐτὸς διώκεις, γραφῇ, *iniustæ inscriptionis, qua ipse eum persequeris, actione*; & similiter pag. 500. βουλεύειν alioquin ab Atticis, non solum pro *consulere*, aut vero *decernere*, quod tralatitium, sed & pro *senatorem agere* subinde dictum, vt a Xenophonte Memorabil. pag. 717. & Demosthene adu. Eubulid. pag. 537.

Ibid. C. lin. 2. καὶ ἐπῆλθε τὸν φόνον) Rem eam totam, seu patratam Constantis cædem, quæque in ea Magnentii partes fuerint, præter Zosimum Lib. II. cap. XLII. complexus est Victor in Epitome, *CONSTANS vero venandi cupidine ductus, dum per siluas saltusque erraret, CONSPIRAVERE aliquanti militares in eius necem, auctoribus Chrestio & Marcellino, simulque MAGNENTIO: qui vbi patrandi negotii dies placuit, Marcellinus natalem filii simulans, plerosque ad cœnam rogat. Itaque in multam noctem conuiuio celebrato, MAGNENTIVS, quasi ad ventris secreta secedens, habitum venerabilem* (βασιλικὴν στολήν, vt ibi e Zosimo adnotatur) *capit. Ea re cognita, CONSTANS fugere conatus, apud Helenam, oppidum Pyrenæo proximum, a Gaisone cum lectissimis misso INTERFICITVR, anno tertio decimo Augustæ dominationis, (nam Cæsar triennio fuerat) æui septimo vicesimoque.* Neque annos imperii quod spectat, a Victore abit Eutropius, qui Constantem dicit obiisse *anno imperii XVII*, coniunctis nempe Cæsarei & Augustei imperii annis; Hieronymus autem in Chronico, *anno imperii decimo tertio*, omisso nempe triennali Cæsaris imperio, cæsum itidem scribit. Quibus accedit Idatius, qui anno CCCXXXIII, eundem Constantem Cæsarem tradit a patre designatum; & quo auctore, id ad eundem annum refert in libris de Doctrina Temporum Petauius; male autem Baronius ad annum CCCXXXV, vt id obiter ex Eutropio in eo redarguit nuperus ac eruditus eius Aristarchus ad annum, quo cæsus idem Constans, CCCL. In Hieronymi quidem Chronico a Scaligero edito, illud de Constante in Cæsarem eue[c]to, ad annum præcedentem CCCXXXIV memoratur, (sed vbi male *Constantius* pro *Constans* scribitur) *Constans filius Constantini prouehitur ad regnum*; in Pontaci autem editione perperam *Constantinus* idem vocatur; qui erat filiorum natu maximus, & iam ab anno CCCXVII, iuxta Idatium & Chronici Alexandrini Auctorem, Cæsar fuerat a patre nuncupatus; bene proinde in iis, quos idem Pontacus in Notis adducit ac sequitur, scriptis aliis Chronici illius libris, vti & apud Prosperum, *Constans filius Constantini* dicitur. Eundem autem Cæsareum imperium obtinuisse per triennium, nempe vsque ad patris obitum, præter Victorem, tradit etiam Auctor Chronici Alexandrini. Adeo vt benigna interpretatione, quod ad priorem eius de fratribus mentionem monuit iam doctissimus Valesius, egeant Eusebii verba; dum is Vitæ Const. Lib. IV. cap. XL. hunc Constantem a patre Cæsarem declaratum tradit, ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα, *circa* parentis *tricennalia*: quæ cum in annum CCCXXXV demum incidant, inde etiam Cæsareum Constantis imperium continuo arcessendi Baronio, aliusque, ansa est data.

Ibid. C. lin. 4. τὸ δὲ ἐν Ἰλλυριοῖς στρατόπεδον) Qualis nempe in antiquis Decii nummis, EXERCITVS INLVRICVS, aut GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI dicitur; pro recepto apud Romanos, & obuio in aliis eorum nummis, more, vt eorundem Legiones & Exercitus ab iis, vbi agebant, regionibus, aut vrbibus etiam quandoque, denominarentur. Ita non GALLICVS solum, GERMANICVS, NORICVS, HISPANIENSIS, DACICVS, SARMATICVS, MOESIACVS; aut CAPPADOCICVS, IVDAICVS, SYRIACVS, PARTHICVS, & in præclaro Probi nummo PERSICVS; aut in Hadriano, præter plerosque ante memoratos, MAVRETANICVS; sed in Postumi etiam Regiæ Gallorum Gazæ nummis, VACCENSIS & ISCANICVS, ille a *Vacca* Hispaniæ, hic ab *Isca* Britanniæ oppidis appellatur. Præter Auctores vero, qui exortæ huius apud *Illyrios* tyrannidis, eodem tempore, quo in Gallia eam arripuit Magnentius, meminerunt, adnumerandus est Themistius Orat. II. pag. 55. 56. ἡνίκα ἐξερράγη μὲν ἡ τυραννὶς περὶ τὴν ἑσπέραν, συμπαρῆν δὲ καὶ ἑτέρα ΕΝ ΙΛΛΥΡΙΟΙΣ, *quum primum in Occidente illa tyrannis excitata est,*

ta est, eodemque tempore alia IN ILLYRIIS exorta.

Ibid. C. lin. 5, *βασιλέα σφῶν ἀπέδειξε τὸν πως στρατηγόν)* Vetranionem nempe, militum in Pannonia & Illyrico Magistrum, quem eo tempore, quo Magnentius, cæso Constante, inuasit in Gallia, & occupata mox Italia, tyrannidem, ab Illyriacis, quibus præerat, legionibus, Imperatorem nuncupatum hic dicit Iulianus. Quod non ex Eutropio solum, vtroque Victore, Zosimo Lib. III. cap. XLIV. Hieronymo in Chronico, aliisque, qui res illius æui consignarunt, constat; sed ex nummis etiam antiquis, quos vulgarunt iam celebres antiquarii, in quibus inscriptus legitur D. N. VETRANIO P. F. AVG. ab altera parte CONCORDIA MILITVM, aut GLORIA ROMANORVM, & in insigni nummo Mediceo, cuius olim memini Diss. VI. de Præst. Num. pag. 601. in quo figura militaris dextra labarum cruce insignitum tenet, sinistra clypeum cum inscr. VIRTVS EXERCITVVM. Idem vero de adscito in Imperatorem a militibus, quibus præerat, & quidem Mursæ in Pannonia, Vetranione, iisdem ferme verbis tradit Zosimus Lib. II. cap. XLIII. *καὶ ψήφῳ τῶν αὐτόθι ταγμάτων* ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΠΕΔΕΙΧΘΗ, (prout ibi, sicut hic apud Iulianum, potius quam *ἀνεδείχθη* legendum videtur) *& legionum, quæ ibi agebant, suffragio dictus est Imperator.* Eandem in rem Eutropius, *post Constantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res nouas habuit, VETRANIONE* (non *Veteranione*, quod adducti iam nummi extra omnem dubii aleam ponunt) *ad imperium CONSENSV MILITVM ELECTO. Mursæ* autem in Pannonia id factum, tradunt præter Zosimum, Victor in Epitome, Hieronymus in Chronico; *Sirmii* vero, Idatius, & Chronici Alexandrini Auctor; quæ vtraque Pannoniæ ciuitas.

Ibid. C. lin. 8. *ἐκεῖνος δὲ αὐτὸς)* Quæ hic tradit Iulianus, de prauo huius Vetranionis consilio, seu erga Constantium dissimulatione, qua se ei fidum manere velle adprobaret, hinc demum, si forte Zonaram mittam, discimus. Eum enim, nempe Vetranionem, euecto ad imperium Magnentio, eadem libidine incensum, ab iis, quibus præerat, legionibus Imperatorem itidem nuncupatum tradit Zosimus Lib. II. cap. XLIII. immo nulla militum etiam voluntatis, qua ad id fuerit inductus, mentione facta, imperium ab eo arreptum, vterque Victor, & prior quidem seu Schotti, *tum quia VETRANIO &c. quum per Illyrios peditum magisterio milites curaret: DOMINATIONEM, ortus Mœsiæ superioris locis squalidioribus, improbe OCCVPAVERAT.* Alter: *huius (Constantis) morte cognita, VETRANIO, Magister militum, IMPERIVM in Pannonia apud Mursiam CORRIPVIT.* Iuxta Iulianum [illegible] Zonaras fraudulenter egisse cum Constantio Vetranionem tradit pag. 15. Tom. II. *τῶν γὰρ ἀπ' Ἰλλυρικῆς ἀρχῶν ἐστρατευμάτων τυγχάνων, καὶ μαθὼν τὴν Μαγνεντίου τὴν ἐπανάστασιν, καὶ ὁ φρονεῖν τὰ Κωνσταντίου ὑπεκρίνατο τῷ τυράννῳ [illegible] καὶ αὐτὸς ἐπεβάλετο τυραννίδι [illegible]. Κωνσταντίῳ δὲ ἐπιστέλλων, [illegible] καθίστασθαι, καὶ αὐτὸν ἀφικέσθαι εἰς τὴν [illegible] κατήπειγε. erat enim is Illyricarum legionum dux, cognitoque Magnentii motu & cæde Constantis, Tyranno haud cesserat, sed ipse alibi tyrannidem occuparat: etsi per litteras se tyranno resistere profitebatur; ipsumque Constantium, ad illum propere opprimendum euocabat.*

Ibid. D. lin. 6. *δίκην ὑφέξειν καὶ φιλάνθρωπον)* Postrema verba non expressit Petauius, dum hæc tantum reddit, *ac pœnas daturus*, quæ tamen *καὶ φιλάνθρωπον*, seu, *& quidem mitem*, non frustra ibi adposita: sed ad denotandam singularem, qua vsus est Constantius in puniendo Vetranione, clementiam ac humanitatem. Eum quippe imperio exuisse contentus, nihil in illum grauius, sicut ea de re Zosimus, Constantio alioquin parum æquus, Lib. II. cap. XLIV. designari passus, *vitam* ei *non solum*, vt de illo Victor in Epitome, sed etiam *voluptuarium otium concedens.* Sed qua de re infra pag. 31. vbi, quæ cum hoc Vetranione gesta, pluribus enarrat Iulianus, agendi adhuc erit locus. Vnde quæ exstat hic etiam in adductis verbis *καὶ φιλάνθρωπον*, humanitatis illius in tyrannos, seu affectati imperii reos, parum vsitatæ indicatio; quæque insigniter ad huius Constantii laudem facit; non debuerat hic ab interprete prætermitti. Immo iam hæc scripseram, quum in notis ad primam huius Orationis editionem, ab eodem Petauio multis ante annis vulgatam, hoc ipsum de ea animaduersione, qua in Vetranionem vsus est Constantius, humanitatis plena, & eadem voce *φιλάνθρωπος* hic designata, obiter tangi video. Vt mirari proinde eo magis subeat, cur in renouata eiusdem Panegyrici versione, cum ampliatis etiam notis, omissa nunc sit ab eo omnis eius rei mentio.

Pag. 27. A. lin. 4. *ὡς ἐξ ἐφόδου [illegible] Συρίαν)* Per *Syriam* hoc loco, vti & pro[illegible]o, vbi

vbi munitas omnique apparatu instructas a Constantio *Syriæ* vrbes dixerat, *Mesopotamiam* liquet intelligi; in quam irrupisse mox Persas, traiecto proinde Tigride, & in ea Nesibin obsedisse, tradit Iulianus. Tota enim illa interamnis *Syria*, vti eadem ab aliis Scriptoribus est haud semel dicta, Romani adhuc, quod paullo ante, vbi de limite vtriusque imperii Tigride actum vidimus, erat iuris, pluribusque vrbibus & Coloniis Romanorum, quæ a Persis haud erant intactæ relinquendæ, antequam in Syriam proprie dictam penetrarent, frequentata. Ita de Cyro minore cum exercitu, traiecto ad Thapsacum in Syria vrbem Euphrate, ait Xenophon Ἀναβ. Lib. I. pag. 255. ἐξελαύνει διὰ τῆς Συρίας, *per Syriam progreditur*, Mesopotamiam nempe; quomodo de Alexandro ad eandem Thapsacum, Euphrate quoque cum vniuerso exercitu transmisso, apud Arrianum Lib. III. διὰ τῆς Μεσοποταμίας καλουμένης χώρας *per regionem, cui Mesopotamiæ nomen*, progressus itidem dicitur. Ita II. Sam. X. vers. 16. *Syri trans flumium*, seu iuxta Iosephum in commemoratione eiusdem prœlii Ἀρχ. Lib. VII. cap. VII. τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων, *Syri trans Euphratenses*, ac Μεσοποταμῖται dicti, Ammanitis suppetias contra Dauidem ferentes, ab eo sunt ingenti strage profligati. Adde quod Μεσοποταμίαν Συρίας dixerunt Seniores Gen. XXVIII. v. 6. & 7. ac ita etiam vulgatus Interpres *Mesopotamia Syriæ*, pro eo quod *Paddan Aram*, hoc est, *culta Syria*, a Mose vocatur; & prout altera pars eiusdem Mesopotamiæ inculta, & quam (de qua re ante iam obiter) incolerent Arabes, *Arabia* est subinde appellata, vti proximis apud adductum Xenophontis locum verbis, ac a τῷ πάνυ Bochatto iam est obseruatum Phaleg. Lib. II. cap. VI. In qua etiam *Arabia* seu Mesopotamiæ parte ita dicta, *Singaram* a Plinio ac Stephano collocatam supra vidimus. Sic *Assyriæ* nomine dicta subinde *Mesopotamia*, iuxta promiscuum etiam vocis *Syriæ* & *Assyriæ*, aut *Syrorum* & *Assyriorum* vsum, vt apud Arrianum Lib. VII. pag. 453. ed. Batau. τῶν γὰρ δὴ ποταμῶν, οἳ τὴν ΜΕΣΗΝ σφῶν ΑΣΣΥΡΙΑΝ ἀπείργουσι, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑ πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κλήζεται, *nam ex duobus fluuiis*, Euphrate nimirum ac Tigri, *qui ASSYRIAM inter se MEDIAM terminant, vnde & MESOPOTAMIA ab indigenis vocata est*. Vnde etiam Σύριον ἅρμα, *Syrium currum*, pro *Assyrium* dixit, iuxta veteres eius Enarratores, Aeschylus Pers. vers. 84. alibi autem Σύριον ἀγλάϊσμα, *Syrium decus*, de thure, pro *Arabicum*, Agam. v. 1321. & eius exemplo Euripides Bacch. v. 149. Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνὸς, *sicut autem Syrii thuris fumus*. Hinc, vt hoc addam, præter comune *Mesopotamiæ* nomen, alia quædam eidem regioni, pro locorum nempe in ea situ, tributa obseruat Procopius Lib. I. Bell. Pers. cap. XVII. nempe vt regionem, quæ vsque Amidam pertinet, *Armeniam*: Edessam autem cum vicino tractu, *Osroenam*, ab Osroë, qui ibi quondam regnarit, appellarint. Quod vero hic a Iuliano dicitur ἐξ ἐφόδου, seu *primo impetu*, non apud Polybium solum, vt Lib. I. pag. 31. & Lib. III. pag. 268. ac alibi, sed apud Iosephum subinde, non bene tamen vbique versum, legitur, vt circa finem Lib. XVI. Originum, vbi de Herode, qui Romana potentia abunde tutus ageret, dicitur, δι' ἣν, ὅτι ἐξ ἐφόδου καμβάνειν οὐδεὶς ἐδύνατο, *per quam, nec repentinum aliquem impetum ac vim metuere potuit*, non vt ibi Gelenius, *ne apertam quidem vim, adeo non insidias*; nec enim postremum illud denotat, ὅτι ἐξ ἐφόδου, aut vllus ibi *de insidiis* sermo, deest autem hic veteris interpretis versio, a quo alibi Ἀλωσ. Lib. II. cap. IV. ἐξ ἐφόδου, recte *repentino aggressu* redditur, & vti mox a Iosepho dicitur cap. VI. αἱρεῖ τι κατὰ πρώτην ἔφοδον, *primo impetu capit*.

Ibid. A. lin. 10. ἐκ περιττῆς) Quæ Petauius hic *ad pompam luxumque*, simpliciter dicemus cum Quintiliano, *ex abundanti* aut *superfluente copia*, prout infra Orat. II. pag. 73. καὶ δυνάμεως τὴν περιουσίαν, *virium copiam* reddit idem Petauius: sed de qua voce iam actum supra Obseru. pag. 126.

Ibid. B. lin. 2. κληρούχους ἡμῖν ἐπάξειν) Iuxta eruditissimum Interpretem, *eo colonias immissuri essent*. Κληροῦχοι nempe ab Atticis dicti, tam qui regionem hostibus ereptam, ac in plures partes diuisam, forte nouis colonis adsignabant; quam qui eam sortito ab iis nacti, inhabitabant: prout priori sensu κληρούχους dictos tradit Harpocration; posteriori vero, seu de ipsis *colonis* adhibuit Thucydides Lib. III. pag. 206. Vbi enim de diuiso ab Atheniensibus in aliquot partium millia Lesbiorum agro, eorumque eximia parte Diis consecrata, egisset, addit continuo, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους (nempe κλήρους) σφῶν αὐτῶν ΚΛΗΡΟΥΧΟΥΣ τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν, *in reliquas vero partes COLONOS de suis, facta sortitione, miserunt*. Adde Aeschinem in Timarchum pag. 178. ὅτος μὲν ἦν ἀπεστιν ἐν Σαμῳ, μετὰ τῶν κληρούχων, *& is quidem Sami abest, cum colonis*. Vnde γῆ κληροῦχος a Dionysio Antiq. Lib. VIII. pag. 543. & a Comico

κληρουχικήν, de diuisa sortito eiusmodi regione, dicta Νεφελ. pag. 134.

Μα. Γῆν ἀναμετρεῖσθαι Στρ. πότερα τὴν κληρουχικήν;

vbi Critici, *ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναῖοι λαμβάνοντες πόλιν πολεμίαν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐκβάλλοντες, ΚΛΗΡΩ τὴν γῆν αὐτοῖς διένεμον, postquam Athenienses hostili urbe erant potiti, & indigenis expulsis, sorte terram illis distribuebant.* Hinc κληρουχίαι de *coloniis*, quæ nempe sortito deducebantur, dictæ, quum apud Isocratem, cuius locum adducit Harpocration, tum apud Aristotelem Rhetor. Lib. II. cap. *ὥσπερ Λυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν, sicut Lydias de Colonia Samum missa concionem habuit*, & apud Plutarchum in Pericle pag. 170. *καὶ κληρουχίας ἀνέγραφεν, & de coloniis deducendis leges tulit.* Sic κληρουχία Ἑβραίων, de regione Palæstinæ, quæ nempe Hebræis, velut nouis in ea colonis, sortitione obtigerat, a Iosepho dicta Ἁλώσ. Lib. VI. cap. VI. pag. 914.

Ibid. B. lin. 5. *εἰς πολιορκίαν κατέστησαν*) Sat longam, præter solitum, ῥῆσιν hic adtulit doctissimus Petauius, vt ostendat ex hac Nesibenæ apud Iulianum obsidionis narratione, Zosimum, Theodoritum, ac Annalium & Chronicorum conditores, quibus postremis semet ingenue adnumerat, castigandos; qui nempe duas illius vrbis obsidiones, vnam, quæ post Constantini obitum, anno Christi CCCXXXVIII; alteram, de qua hic Iulianus, quæ anno CCCL contigerit, inter se confuderint, seu e duabus vnam conflarint, ac huius etiam tempus pluribus annis tardius, vti a Theodorito ac Zosimo factum, consignarint. Vnde tanto eruditis & historiæ studiosis acceptiorem esse debere hanc Iuliani Orationem ibidem tradit, cuius ope noua & hactenus ignota huius historiæ ratio constet. Quo loco laudandus equidem Petauii candor, qui in libris de Doctrina temporum, quos tribus ante hæc ad Iulianum obseruata annis vulgauerat, hanc ipsam Nesibenam obsidionem Lib. XIII. pag. 726. ad annum Christi CCCXXXVIII male ibidem a se relatam, & cum prima obsidione, dum Theodoritum sequitur, confusam, hic non dubitat agnoscere. Etsi quum vtraque hæc Iuliani oratio, in qua tota huius obsidionis narratio legitur, ab eodem Petauio multis iam ante annis edita, & versione ac notis foret illustrata; inde vtique id in magno & accurato, quod ab illo demum tempore elaborauit, ac tredecim circiter post annis in lucem emisit, dicto Chronicorum opere obseruare, nec proinde *ad idem saxum*, vt hic de semet ait, cum Theodorito al[...]sue *offendere* debuit. Maxime quum ea in re præter hunc Iulianum, eidem ex antiquis præiuissent, non solum Sex. Rufus, a quo Nesibis ter a Persis obsessa sub Constantio dicitur; sed aperte Chronici Alexandrini Auctor, qui vtriusque illius obsidionis meminit, tum prioris, quæ sub initia adsciti ad imperium post patris obitum Constantii, Feliciano ac Titiano Coss. anno Christi CCCXXXVII (non proinde, iuxta eundem Petauium de Doctr. Temp. pag. 726. Tom. II. anno sequenti CCCXXXVIII adscribenda) contigerit: tum alterius, quam hic adtigit ac pluribus describit Iulianus, & quæ ibi, in illo nempe Chronico Alex. eodem quoque tempore, nempe Sergio & Nigriniano Coss. an. CCCL, & quidem e Volagesi Nesibini Episcopi ea de re Epistola, pluribus traditur. Ad quem annum etiam CCCL, seu illud tempus, quo cæso Constante tyrannidem inuaserat Magnentius, eadem hæc, secunda nempe, Ne[...]bena, quam quum hic tum Orat. II. pag. 62. enarrat Iulianus, obsidio, a Philostorgio præterea Lib. III. cap. XXIII. Theophane Chronogr. pag. 31. & iisdem ferme Chronici Alex. verbis, Zonara pag. 14. P. II. Cedreno denique pag. 299. edit. Reg. itidem refertur. Adeo vt non defuerint eidem Petauio, præter clarissima huius & sequentis Panegyrici ab illo, vt dixi, pridem vulgati, ea de re verba, lucule[...]ti Auctores, & quidem *Annales* etiam & *Chronici* libri, neque illi e Iuliano *castigandi*; vnde, si Philostorgium mittas, qui necdum in lucem, dum illa commentaretur Petauius, prodierat, rem eam totam nosse, eandemque certa ac obuia etiam temporum notatione distinctam, ad suos annos in dicto illo de Doctrina temporum opere, non vero confusam ac mutilam, & cum XIII annorum, vti id ab eo factum, parachronismo, referre omnino licuit. E quibus præterea cuiuis constare iam potest, magna quidem ea Iuliani narratione, huic secundo ac memorabili inprimis Nesibenæ obsidioni, vti ide sequentibus liquidius adhuc patebit, facem adlatam, non tamen ideo, prout a Petauio hic in genere dicitur, *huic historiæ, quæ hactenus IGNOTA fuit, lucem datam*; siue, ut hanc ῥῆσιν idem adhuc terminat, *eius ope factum tandem, NOVA vt huius historiæ ratio & HACTENVS IGNOTA constaret.* Vnde etiam in notis ad Ammianum Lib. XX. cap. VII. doctissimus Valesius, non ex hac solum Iuliani Oratione, sed præterea velut, e Chronico nempe Alexandrino ac aliunde, notam ac distinguendam duplicem hanc Nesibenam obsidionem, & quidem iuxta ad-

ta adscriptos vtrique in illo Chronico annos obseruat. Idem vero in Notis ad Theodoritum Lib. II. Hist. Eccl. cap. XXX. vbi postremæ huius obsidionis facta itidem mentio, præter duplicem Theodoriti errorem, a Petauio ad hunc Iuliani locum bene, vt ait, obseruatum, nempe duas Nesibis obsidiones confusas, & posterioris tempus perperam post Synodum Ariminensem (quæ autem ad Themistii Orat. II. pag. 384. reposuit nuperus ac eruditus eius editor) & Seleucensem, hoc est, post annum Christi CCC LIX adsignatum, tertium ab eo non animaduersum tangit; quod nempe secundam illam Nesibis obsidionem, Iacobi Nesibeni precibus solutam dicat Theodoritus, quum tamen eo tempore, seu anno CCCL, quo eadem est facta, non Iacobus, sed Volegesus, iuxta Chronici Alexandrini Auctorem, esset Nesibenæ vrbis Episcopus. Qua de re in sequentibus dicendi erit locus. Mitto vero hic tertiam eiusdem Nesibis sub Constantio, & ad quam proinde respexerit Rufus, obsidionem, cuius meminit in hac ad Iulianum notatione Petavius, ac post eum dicto ad Ammianum loco Valesius; & quam Petauius anno CCCLX, hic autem ex Ammiano anno præcedenti CCCLIX contigisse verius obseruat. Paucorum enim dierum & irritam itidem fuisse illam postremam Nesibis obsidionem, e Zonara, qui illam tangit pag. 20. Tom. II. licet colligere, vbi de Sapore ait, καὶ αὖθις εἰς πολιορκίαν κατέστη (quæ eadem Iuliani hoc loco ea de re verba, εἰς πολιορκίαν κατέστησεν) Νισίβιος. Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέκρανε κατ' αὐτῆς, ἀπέστη, καὶ ἑτέραις ἐπεχείρησε, *& rursus ad Nesibis obsidionem se confert: verum eadem, quum nihil proficeret, relicta, alias etiam vrbes tentauit.* Quod manifestius adhuc ex accurato inprimis & in eodem terrarum tractu sub Constantio militante Ammiano, licet statuere, qui ne obsessam quidem tum eandem urbem, sed in transitu obiter, seu eius agrum a Persis tum infestatum tradit Lib. XVIII. cap. VII. *interea Reges Nesibi prostratione vili transmissa, incendiis arida nutrimentorum varietate crescentibus, fugitantes inopiam pabuli, sub montium pedibus per valles gramineas incedebant.* Adeo vt in eundem cum duabus memoratis obsidionibus, quamquam irritæ quoque eædem fuerint, censum venire hæc nullatenus debeat: quarum prior duobus circiter mensibus, iuxta Hieronymum in Chronico & Chronici Alexandrini Auctorem, aut vero 78 diebus, iuxta Theophanem pag. 31. hæc autem, vt de ea in sequentibus Iulianus, quatuor circiter mensibus, seu iuxta Chronicon Alexandrinum, centum dierum spatio, peracta; vtraque autem cum ingenti Persarum damno constitit. Sic eandem *Nesibin* a Parthis pridem ante sub Seuero obsessam, a Læto autem, ac vnde magnam gloriam sit consequutus, seruatam tradit Dio in Excerpt. Valef. pag. 737. Alterius quidem, vt fatum illius vrbis inde liceat cognoscere, irritæ itidem Nesibenæ obsidionis, verum, quæ multis post annis sub Theodosio Iuniore contigit; illiusque non a Persis, quibus turpi Iouiani post Iuliani cædem cum iis pace eadem vrbs cesserat, sed a Romanis profectæ, quamque iidem, metu aduenientis Persarum Regis, postea omiserint, meminit Socrates Lib. VII. Hist. Eccl. cap. XVIII.

Ibid. B. lin. 7. ἐπέξει ἡ Μυγδόνιος) Nempe vrbem, de qua modo actum, in Mesopotamia, & de cuius obsidione hic agitur, *Nesibin*, quam fluuius adluebat, aut iuxta Zonaram, vt postea dicetur, permeabat, *Mygdonius*, & quæ a conditore *Antiocho*, ac situ ad eundem fluuium, *Antiochia Mygdoniæ* fuerat olim dicta. Quod nempe Orat. II. pag. 62. vbi rursus obsessæ huius vrbis historia tangitur, plenius Iulianus, ᾗ δὴ Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τὴν αὐτοῦ προσῆψεν φήμην, ὥσπερ γε καὶ Ἀντίοχος βασιλεὺς ἐπωνυμίαν, *cui quidem vrbi Mygdonius fluuiorum pulcherrimus nomen suum communicat, & etiam a Rege Antiocho cognomen accepit.* A fluuio proinde in eo Mesopotamiæ tractu *Mygdonio*, qui hanc vrbem adlueret, denominata iuxta Iulianum Antiochia, & ad discrimen proinde aliarum in Oriente vrbium, quæ *Antiochiæ* itidem *ad Orontem*, vel *ad Callirrhoëm*, vel *ad Euphratem* etiam, aut in Proconsulari Asia, *ad Maeandrum*; vt eas mittam, quæ a situ ad montes, *Antiochia ad Taurum*, vel *ad Hippum* dictæ, in veteribus adhuc & insignibus, quos descripserunt iam celebres antiquarii, & ipsi non semel tractauimus, prostant nummis. Hinc eiusdem *Mygdonii* ad hanc *Antiochiam* seu *Nesibin*, fluuii meminit quoque, & de quo loco ad sequentem Orationem, Menander Protector. Quamquam non adeo ab hoc fluuio, quam ab incolis eiusdem in Mesopotamia tractus, quos (sicut tot aliis in eodem Oriente locis, Macedonicis vrbium, fluminum, aut populorum nominibus appellatis, contigit) *Mygdonas*, & ipsam regionem *Mygdoniam*, ac vnde etiam illi fluuio nomen, dixerint Macedones, nuncupatam eandem vrbem *Antiochiam Mygdoniæ* seu *in Mygdonia* memorat Strabo Lib. XVI. pag. 747. Μυγδόνας κατωνόμασαν οἱ ἀπὸ τῶν Μακεδόνων· ἐν οἷς ἐστιν ἡ ΝΕΣΙΒΙΣ, ἣν καὶ αὐτὴν ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΝ τὴν ΕΝ ΤΗ ΜΥΓΔΟΝΙΑ προσηγόρευσαν, *Mygdones a Macedonibus sunt denominati, quorum est NESIBIS, quam ANTIOCHIAM IN MYGDONIA appellarunt.* Et quod a Plinio si-

militer tangitur Lib. VI. Sect. XVI. Quomodo iam antea eandem vrbem, qui locus virorum doctorum effugit ad Strabonem, Plinium, ac Stephanum diligentiam, vocat Polybius Lib. V. pag. 395. vbi Antiochus Magnus, quando ad Euphratem ventum, castra inde mouisse, & εἰς Ἀντιόχειαν τὴν ἐν Μυγδονίᾳ *Antiochiam in Mygdonia*. deuenisse, ibique, donec desæuiret hyems, substitisse dicitur. Vnde etiam Ἀντιοχείας Μυγδονίας, vbi huius sub Constantio obsidionis meminit, vocat Theodoritus Lib. II. cap. III. & Theophylactus Simocatta Lib. III. cap. VI. Iosephus autem Lib. XX. cap. II. Ἀντιόχειαν, ἣν Μυγδονίαν προσαγορεύουσι, seu, vt e dictis Auctoribus legendum liquet, Μυγδονίας, *Antiochiam, quam Mygdoniæ appellarunt*. Quomodo aliquin Ἀντιόχειαν Μυγδονικήν, quem locum vidit iam ad Plinium eruditissimus Harduinus, eandem a Græcis dictam Plutarchus tradit in Lucullo. E quibus præterea, vt obiter hoc addam, constat, male eandem *Antiochiam* seu *Nesibin*, ad Euphratem a doctissimo Holstenio ad Stephanum pag. 37. collocari, ac eandem statui cum illa, cuius meminerit Plinius Lib. V. cap. XXIV. & quæ in præclaro nummo a Tristano edito, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ, *Antiochensium ad Euphratem* inscribitur. Id enim vel abunde refellit idem Plinius, qui de vtraque *Antiochia*, illa nempe, quæ ad Euphratem, & hac, quæ in Mygdonia, *& quam Nesibin vocant*, diuersis agit locis; tum quod non ab Euphrate, sed ab hoc *Mygdonio* fluuio, iuxta adducta Iuliani verba, seu a toto illo tractu *Mygdonio* dicto, hæc vrbs vocaretur; tum maxime, quod illa Tigridi quam Euphrati esset vicinior; vnde ab ipso Stephano, vbi alibi de eadem agit, dicitur Νίσιβις, πόλις ἐν τῇ περαίᾳ, πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ, *Nesibis in trans Euphratensi regione, quæ est ad Tigrim amnem*, nempe quæ ad eum tendit. Neque enim eadem *Nesibis* ad Tigrim erat sita, vt id rursus perperam in Patricii Excerptis Legat. pag. 32. ed. Reg. tradi obseruo, Νίσιβιν τὴν πόλιν παρακειμένην τῷ Τίγριδι, *Nesibin vrbem adiacentem Tigridi*: quod nempe refellunt non solum Ptolemæi tabulæ, (vt hoc bene infra ad Iulian. Orat. II. vidit Petauius) sed quæ bidui etiam itinere a Tigri, vt id obiter supra adtigi, distabat, iuxta Procopium Lib. I. Bell. Pers. cap. XI. ἧκε δὲ καὶ Χοσρόης ἐς ποταμὸν Τίγρην, ὃς δὴ πόλεως Νισίβιδος διέχει δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ μάλιστα, *quin & Chosroes ad Tigrim vsque, bidui itinere ab vrbe Nesibi dissitum, se contulit.* Vt proinde lapsus sit hic quoque nuperus ac eruditissimus Baronii Aristarchus, a quo in Critica ad annum CCCXXXVIII, Nesibis vrbs Mesopotamiæ *apud Tigrim fluuium* dicitur. De ipso vero ἐπιχωρίῳ huius vrbis nomine *Nesibis*, seu NECIBI, quod veteres nummi, quales olim retuli ac illustraui, præferunt, cum additis *Coloniæ* ac *Metropoleos*, quas illi eidem tribuunt, prærogatiuis; aut quod de eadem non ab Antiocho primum, sed iuxta Orientales Scriptores, a Nimrodo sub *Chalha*, aut iuxta alios, *Achad* nomine primum condita, ibidem ex Abul Pharajio retuli, nempe Differt. IX. de Præst. Num. pag. 775. ad memoratum supra Iuliani in sequenti Oratione locum, vbi de vtraque illa huius vrbis appellatione, nempe *Antiochiæ* ad Mygdonium fluuium, seu in Mygdonia, & *Nesibis* agitur, dicendi erit locus.

Ibid. B. lin. 5. *ἐπετείχιζεν μὲν ἡ πόλις κύκλῳ τοῖς χώμασιν)* Quod itidem sequenti Oratione, vbi pluribus hanc Nesibis obsidionem narrat Iulianus, dicitur pag. 62. ἀποτειχίζων τὴν πόλιν χώμασιν, *vrbem aggeribus obuallans* Sapor; & ad quod rursus paullo post respicitur pag. 30. vbi eandem vrbem tum aquis circumdatam dicit, tum λόφοις δὲ ἔξωθεν καθάπερ δικτύοις περιβληθεῖσαν, *collibus*, nempe aggeribus ad collium magnitudinem exstructis, *tanquam retibus extrinsecus inuolutam*. Sic de eadem obsidione agens Theodoritus in Philotheo pag. 770. καὶ διελὼν ὡς εἰς πληθὺν τὴν στρατιὰν, περιεκάθισε ΚΥΚΛΩ, *diuisoque ad obsidionem exercitu, vrbem circumcinxit*, nempe fossa, (seu deducto ea in loca, quod in Orat. II. pag. 62. dicitur, fluuio) vallo, aggeribus. Quod a Persis vtique, aliisue Barbaris, non minus quam a Romanis, factum in oppugnationibus vrbium; vt nominatim de obsessa aliquot post annis ab eodem Sapore Amida tangit Ammianus Lib. XIX. cap. V. *verum inter hæc, inquies Persa viminceis ciuitatem pluteis CIRCVMDABAT, & erigi AGGERES cœpti.* Vnde prout obsidentium *aggeres*, ita obsessorum *aggestus* dicti, quibus nempe se iidem in vrbe munirent; vt vtrumque in eadem Amidæ obsidione cap. VIII. tangit Ammianus, *cumque crematis operibus, vt docuimus, pugna per AGGERES celsos muris proximos tentaretur, ex AGGESTIS erectis intrinsecus, quantum facere nitique poterant, nostri æquis viribus per ardua resistebant.* Plura illius vocis *aggestus*, de obsessorum operibus, ex eodem Ammiano, ac præterea e Procopio, qui Romanam vocem, vbi ea de re agit, ἀγγέστον Lib. II. Bell. Pers. pag. 83. retinuit, suppeditabit ibidem eruditissimus Lindenbrogius. Quos autem obsessæ vrbis *aggestus*, προσχώματα, vt hoc addam, vocant Poliorceticon scriptores, vt Philo nuper editus

tus [illegible] pag. 95. de obsessorum agens apud oppidanos operibus, ἐὰν δὲ ἄγχι βαθέα ἔῃ τῶν τειχῶν ᾖ, ΠΡΟΣΧΩΜΑΤΑ (non vt ibi gitur προσχώματι κατασκευαστέα ἐστὶν, *quod si profunda loca prope muros sint*, *AGGESTVS erunt exstruendi*, quo nempe, vt additur, non fiat ex ea parte oppugnatio. Nempe prout ab oppidanis aduersus oppugnantium machinas ἀντιμηχανήματα opponenda, ac inter quæ refert ἀντικριὸν, seu *arietem arieti contrarium*, docet Aeneas Poliorcet. cap. XXXII; & quomodo in Platæensi obsidione ab incolis factum tradit Thucydides Lib. II. pag. 149. καὶ τῷ χώματι ἀντιτείχισμα ἐγίγνετο, *& aduersus aggerem munitio ei opposita erigeretur*. Quomodo Iotapata a Romanis omnis generis machinis oppugnata, & erecto aggere vrbis propugnaculo fernie æquali, turpe existimarit, vt de se ait, oppidi illius tum defensore, Iosephus Lib. III. Ἁλωσ. pag. 841. ed. Geneu. εἰ μηδὲν ἀντιμηχανήσαιτο τῇ πόλει σωτήριον, *nullas machinas opponere, quæ vrbi sint salutares*, & quo sensu de obsessis, ἀντοικοδομεῖν & ἀντιμεταλλεύειν, instaurare opera ab oppugnatoribus deiecta, & cuniculos contra hostium cuniculos fodere, dicit Polybius Lib. I. & XVI. pag. 737. Immo prout idem de Abydo a Philippo Macedonum Rege obsessa agens Lib. XVI. pag. 736. tangit τὴν ποικιλίαν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις ἐπινοημάτων, δι᾽ ὧν οἵ τε πολιορκοῦντες καὶ οἱ πολιορκούμενοι πρὸς ἀλλήλους εἰώθασιν ΑΝΤΙΜΗΧΑΝΑΣΘΑΙ καὶ φιλοτεχνεῖν, *varietatem inuentorum in operibus struendis, quæ obsidentes obsessique in mutuam perniciem moliri solent*.

Ibid. B. lin. 7. πελαγίζων τὰ περὶ τοῦ τειχὶ χωρίον) Id nempe, quod infra rursus tangit pag. 30. κυκλωμένην μὲν ὕδασι τὴν πόλιν, *aquis vrbem circumdatam*. Dubitat vero hic Petauius, an sponte magis intumescens iste fluuius, an vi coercitus ac repente laxatus dicatur; quod posterius in illa obsidione contigerit, & quo etiam Iulianus spectasse videatur. Ad quod tamen postremum non hic respicitur. Id enim posterius in sequentibus demum, & qua de re nos ibidem, tangit Iulianus, vbi de obsidionis huius euentu, ac emisso in vrbem, disiectis aggeribus ab obsidentibus Persis, fluuio agitur. Id vero qua ratione factum, vt inundaret tum adiacentem muris agrum fluuius, docet ipse, vbi hanc obsidionem pluribus, ut iam dixi, persequitur Iulianus Oratione proxima pag. 62. Postquam enim a Persis obuallatam aggeribus vrbem, vt hic quoque, dixisset, addit, quæ commentarii vicem huic loco præstant, εἶτα εἰς τοῦτο δεξάμενος τὸν Μυγδόνιον, ΛΙΜΝΗΝ ἀπέφηνεν τὸ περὶ τὴν ἄστυ ΧΩΡΙΟΝ, καὶ ὥσπερ νῆσον ἐν αὐτῇ ξυνεῖχε τὴν πόλιν, μικρὸν ὑπερεχουσῶν καὶ ὑπερφαινομένων τῶν ἐπάλξεων, *quos in aggeres quum Mygdonium fluuium admisisset, ex proximis vrbi locis LACVM effecerat: quo quidem, eminentibus atque extantibus paullulum propugnaculis, vrbem ipsam, velut insulam quandam, circumdederat*. Etsi quæ hoc loco subdit continuo Iulianus, a Mygdonio inundatum adiacentem Nesibi agrum, haud aliter ac in Aegyptum Nilus effunditur, innuere videatur, quasi stato quoque anni tempore, id in tractu illo circa Nesibin contingeret. Prout nempe de Inopo Deli fluuio tradit Callimachus Hymno in Delum v. 206.

Ἕζετο δ᾽ Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον, ὅντε βαθίστον
Γαῖα τότ᾽ ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ
Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος.

Sedebat autem Inopi ad latucem, quem profundissimum Tellus tunc emittit, quum pleno fluctu Nilus a præcipitio Aethiopico descendit. Similis proinde fuisse huius in Mesopotamia fluuii ratio hic tangi videtur, vt quo tempore Nilus Aegyptum, ita hic Mygdonius, liquefactis nempe niuibus, tum intumescere solitus (prout de Euphrate Ammianus Lib. XVIII. cap. VII. *Euphratem niuibus tabefactis inflatum, late fusis gurgitibus euagari*) in totum illum circa Nesibin & ad vrbis vsque mœnia tractum effunderetur. Qua ratione itidem fieret, vt recedente stata illa huius fluuii exundatione, pinguia ibi essent, inde vtique fœcundata, alendo equitatui pascua; prout id apud Menandrum Protectorem Excerpt. Legat. pag. 173. ed. Reg. & loco hic valde opportuno legitur, ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ταχοσδρὼ, Περσῶν στρατηγὸς, ἅμα τῇ Περσικῇ στρατιᾷ, ἐς τὰ ἱππάσιμα τὰ περὶ ΤΗΝ ΝΕΣΙΒΙΝ ἐστρατοπεδεύετο, ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΜΥΓΔΟΝΙΟΝ ποταμὸν, *interea Tachosdrus, Persarum Dux, cum exercitu Persico, castra habebat circa NESIBIN, in campis alendo equitatui perquam opportunis, ad MYGDONIVM fluuium*. Πελαγίζειν alioquin ab Hesychio redditur, ἐγγίζειν, πλησιάζειν, seu *adpropinquare*; hoc autem loco, pro agrum vrbis mœnibus adiacentem *irrigare* seu *inundare* dicitur. Ita apud Gregorium Nazianz. Orat. XLV. p. 720. de Solis orbe, qui mundo radios fluminis instar infundit, additur, καὶ πελαγίζων ἀφθόνως τὴν διακόσμησιν, *& inundans confestim hanc vniuersitatem*. Adde hisce, quod idem hic Mygdonius fluuius, non Nesibin solum adlueret, sed vt de eo, ac vbi huius obsidionis fit ab eo mentio, ait Zonaras pag. 14. Tom. III. διὰ μέσης ἰὼν τῆς πόλεως, *qui mediam vrbem perfluit*.

Ibid. B. lin. 9. προσάγοντι δὲ ἐπὶ νεῶν

τοῖς ἱπαλξεσι (ᾗ μηχανήμασι) Nempe obsidionales machinæ, μηχανῆφόροις proinde, vt eas vocat Arrianus Ἀναβ. Lib. II. pag. 141. edit. Batav. nauibus impositæ, quibus Nesibis propugnacula & muros Persæ, exundantis tum ad eosdem fluuii opportunitate vsi, subruerent; ſicut id pluribus adhuc tangitur sequenti Oratione pag. 61. Nempe prout vicissim de Iuliano ac Romanis bellum Persis inferentibus scribit Marcellinus Lib. XXIII. cap. III. de classe nempe, quæ Euphrate vehebatur, *in qua mille erant onerariæ naues ex diuersa trabe contexta, commeatus abunde ferentes, & tela, & OBSIDIONALES MACHINAS.* Quomodo nuper e Typographia Regia, cum aliis antiquis de Machinis aut Poliorceticis Scriptoribus, prodiit Athenæus de Machinis pag. 9. vbi iisdem eam in rem verbis, quibus hic Iulianus vsus, tradir, τοῖς ὀλκάσι ΤΑ ΜΗΧΑΝΗΜΑΤΑ ἐν ταῖς γαλήναις ἐώθασι ΠΡΟΣΑΓΕΙΝ τοῖς τείχεσι, (prout hic legendum, non ἐν τοῖς τείχεσι) *MACHINAS actuariis nauibus impositas tranquillo mari ad muros ADMOVERI solitos.* Docet vero ibidem, qua ratione, aptato nempe in nauium tabulato πήγματι dicto, caueatur, vt, iisdem vento agitatis, in quamcunque partem impellat fluctus, semper recta maneat machina. Idem cæteroquin de machinis, quæ nauibus actuariis ac lembis imponendæ, ad impressionem in portum vrbis obsessæ faciendam, iisdem etiam verbis, quibus hic Iulianus, & passim Græci, vbi hæc adtingunt, scriptores, nempe μηχανήματα προσάγειν, obseruat in eodem opere Philo Βελοποιικῶν pag. 98. Quomodo, vt hoc addam, non solum προσαγωγὰ μηχανήματα, seu vna voce, τὰ προσαγώγιμα, *oppugnatorias machinas*, vocat idem Philo pag. 95. & ab eodem aliisque, qui poliorcetica enarrant, Scriptoribus, προσαγωγὴ & προσαγωγαί, de oppugnatorum *accessu* ad muros vrbis obsessæ dicitur. Vnde etiam, quod nuper ad Callimachum monui, non improbanda continuo apud Vitruuium, vti a Lipsio aliisque dein factum, vox *accessus*, qua ἐπιβάθρα, ex illo, quibus in muros scanditur, machinarum genere, ab eo redditur Lib. X. cap. XIX; aut eius loco *ascensus* necessario reponendus; quæ ἐπιβάθρα opportunius etiam *ascendens machina*, non *ascensus*, ab eo paullo ante redditur; & prout capite sequenti testudo ad fossarum congestionem parata, *accessus ad murum* (nempe προσαγωγάς, vel etiam ἐπιβάθρας) habere posse dicitur. Haud mirum vero Persas obsidionalibus id genus machinis in oppugnanda Nesibi hic vsos, puta balistis, catapultis, arietibus, vimineis cratibus, pluteis, incendiariis telis, terebris, ἐπιβάθραις, scalis, aliisque: quos omni id genus apparatu, ferratis præterea turribus, & erectis aggeribus, quod supra iam adtigi, Amidam oppugnasse & expugnasse tandem, docet Ammianus Lib. XIX. cap. V. & sequentibus. Immo quod in hac Nesibena obsidione, quamquam haud pari successu, ab eodem Sapore & Persis sub eo militantibus factum, tradunt qui eandem enarrant antiqui Auctores. Sic ea de re, ac Persis quidem, in Chronico Alexandrino legitur pag. 292. μηχαναῖς πολλαῖς χρησάμενοι, μαγγανικά τε ποικίλα &c. *ingenti machinarum copia vsi, & bellicis omnis generis instrumentis*, quibus nempe, vt addit, fretus Sapor, nisi vrbem dederint, a fundamentis eam euersurum minabatur. mox etiam addit, excitatos a Sapore milites πρὸς τὸ ἔργον τοῦ πολέμου, μαγγάνοις παντοίοις μηχανώμενοι, *vt omnis generis machinis adhibitis in bellum incumberent.* Quæ duo illius Chronici loca, vt obiter hoc tangam, iis addi debent, quæ de μαγγάνοις aut μαγγανικοῖς, vt comparatis ad oppugnandum machinis, ab eruditissimis viris Rigaltio & Cangio in Glossariis iam sunt obseruata; ac prout μαγγάνον ab Herone etiam adhibetur Βελοπ. ed. Reg. pag. 128. ac a Iulio Africano Κεστῶν cap. XLV. & μαγγανικὰ ac χειρομαγγανικὰ in Libro, quomodo in Obsidione sit resistendum, eiusdem operis pag. 315. Hinc in antiquis Glossis, Μάγγανον πολεμικόν, *Balista*, & Μάγγανα πολεμικά, *Tormenta.*

Ibid. C. lin. 4. μικρὰ δὲ ἦν ἀπαντα) Elegans omnino hæc est Iuliani descriptio, quæ obsessorum in vrbe Nesibi Romanorum aduersus oppugnantes eandem nauibus ac terra, omnique, quem dixi, machinarum ac telorum apparatu, Persas, virtutem, fortitudinem, neque vnius generis, quam illi iisdem intulerunt, stragem, hic & in sequentibus ante oculos ponit. Adeo vt haud inmerito hanc Iuliani in describenda illa obsidione, sed quam fusius adhuc in sequenti Oratione explicuit, facundiam prædicet, etsi tardius, quod supra vidimus, & monuerat iam Peravius, rei illius gestæ tempus adsignet) Zosimus Lib. III. cap. VIII. adeo etiam vt supervacaneum, quod ait, duxerit eadem rursus enarrare, αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐν ἰδίᾳ συγγραφῇ πάντα ἀφηγησαμένου τὰ περὶ τραχθέντα ἄχρι νῦν εἰς χεῖρας λαβόντα, τὴν ἐν λόγοις ἄκραν τὰ ἀνδρὸς συνιδεῖν ἀρετήν, *quum ipse Cæsar (Iulianus) omnia tunc temporis gesta peculiari scripto exposuerit. Ea vero si quis in manus sumpserit, huius viri summam in dicendo vim percipiet.*

Ibid. D. lin. 8. πῦρ μὲν ὑπὸ τοῖς ἄστεσι)

ον Nempe pro solito obsessorum ritu, *πυροβόλοις* seu *πυρφόροις*, vel vt de iis Aeneas Poliorcet. cap. XXXV. *πυρὸς σκευασίαις*. hoc est, *incendiariis* omnis generis *telis* ac *instrumentis*, vsi aduersus oppugnantes Persas, ac ad eorum machinas, nauibus ad vrbis propugnacula admotas, exurendas, Nesibeni. Quod tangitur itidem Orat. II. pag. 62. *καταπιμπράντες τὰς μηχανὰς τοῖς πυρφόροις*, *machinas iniectis ignibus incendentes*. Haud aliter ac de Singarenis ab hoc Sapore aliquot post annis obsessis, tradit Ammianus Lib. XX. cap. VI. *facesque cum tædis ardentibus & malleolis ad exurendum imminens malum vndique conuolabant*; & cap. VII. de oppugnatæ mox ab eodem Sapore Bezabdes seu Phœniciæ oppidanis, *nec balistæ tamen cessauere, nec scorpiones, illæ tela torquentes, hi lapides crebros, qualisque simul ardentes pice & bitumine illitis: quorum adsiduitate per procliue labentium machinæ hærebant velut altis radicibus fixa, easque malleoli & faces iacta destinatius exurebant*. Quales vero essent, aut quomodo fierent illi, quorum vtroque in loco, ac alibi simili in re, meminit Ammianus, *malleoli*, docet Lib. XXIII. cap. IV. *sagitta* nempe, vt ibidem ait, *cannea*, exque concauæ & ignitæ: prout nempe in obsidione Tyri ab Arriano dicuntur Lib. II. pag. 138. ed. Batav. *πυρφόροι οἰστοὶ*, *ignitæ sagittæ*, quas Tyrii, vt hic a Nesibenis factum, in ipsas Macedonum naues conjiciebant; & de quibus etiam *malleolis* explicanda statuit ac supplenda *ὁ πάνυ* Aeneæ verba Tact. cap. XXXIII, vbi de ignitis id genus agit telis. Ita in obsidione Platæensi, ab oppidanis varia munimenta opposita tradit Thucydides, vt qui in opere erant, aut ipsæ ligneæ, quas exstruebant, munitiones, *μὴ πυρφόροις οἰστοῖς βάλλοιντο*, *ne igniferis missilibus peterentur*. Neque mirabitur quisquam, quod *πυρφόροις* quoque aut telis, aut ignitis rebus, (de quibus præter Lipsium in Poliorcet Lib. V. Dial. II. quum ab eodem Aenæa, tum aliis Poliorceticorum aut de Machinis Scriptoribus Græcis, haud ita pridem in Gallia, vti iam antea innui, vulgatis, Apollodoro pag. 20. &c. Philone pag. 94. & 95. agitur) quod iis, inquam, non Persas solum, aut eorum machinas ad subruenda propugnacula admotas, sed *scuta* etiam dicat *combusta* Neque enim eadem erat *scutorum* seu *clypeorum*, quibus Græci olim vel Romani sunt vsi, aut Persicorum, ratio. Græcorum quippe *clypei*, aut ærei, aut quamquam vulgo e boum pellibus, ære tamen obducti: prout septemplici Aiacis clypeo, *ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν*, *octauum ex ære superinduxit*, iuxta Poëtam Iliad. H. v. 223. ac unde iidem, vt obseruo, *χαλκήλατοι*, aut *χαλκόνωτοι*, aut *χαλκόδετοι*, seu *ærati* a veteribus Tragicis, vt Aeschylo Sept. Theb. v. 166. Euripide Troad. v. 1136. & Bacch. v. 748. ac alibi, sunt dicti: *πάγχαλκοι* vero, qui toti ex ære; qualis Amphiarai clypeus apud eundem Aeschylum Sept. Theb. v. 546. & Hippomedis in Euripidis Phœnissis v. 122. dicitur; immo cuiusmodi etiam clypeus *χάλκεος* simpliciter a Pindaro, vt ille, qui *Ἡραίων* apud Argiuos præmium exstitit, vocatur, Olymp. Od. VII. Ita in Romanorum *scutis*, quod vel e Polybio, vbi ea describit Lib. VI. pag. 469. obuium, quum in ambitu circa superam inferamque partem, æreæ prætentæ laminæ, tum vmbo etiam ferreus. Qua in re diuersa exstitit aliarum gentium ratio, prout de Germanis Tacitus Annal. Lib. II. cap. XIV. *ne scuta quidem ferro neruoue firmata, sed viminum textus, sed tenues & fucatas colore tabulas*. Persarum autem erant viminea similiter (quod iam vidit Lipsius, vbi de Romanorum scutis ad Polybium agit Lib. III. Dial. II.) *scuta*, vt de iis Ammianus Lib. XXIV. cap. II. *obtecti scutis vimine firmissimo textis, & crudorum tergorum densitate vestitis*, ac eodem libro cap. VI. *manipuli peditum contecti scutis oblongis & curuis, quæ texta* (seu, vt in antiquis libris, *tecta*) *vimine & crudis coriis gestantes, densius se commouebant*. Quomodo Parthis etiam *οἰσυΐνας ἀσπίδας*, *clypeos vimineos* fuisse, vt obseruat ad priorem Ammiani locum Cl. Valesius, sed quod viderat iam ante Lipsius, tradit in Historia Eunapius. Hinc autem ab ignitis obsessorum telis ac rebus, haud immunia eadem, vt hic etiam Iuliani locus docet, Persarum scuta; quibus nempe iidem tecti, seu (vt de Romanis obsidentibus Hierosolymas, ea scutorum coniunctione septis, ait Iosephus *Ἁλώσ.* Lib. VI. cap. V.) *συνησπικότες*, admotisque machinis, euertere Nesibis propugnacula constituerant: ac prout *quinquies multiplicato scutorum ordine* cinctam ab iis, quam oppugnarunt nouem post annis Amidam, tradit Ammianus Lib. XIX. cap. II. ac de Maogamalcha oppido, in expeditione Persica a Iuliano vicissim obsesso Lib. XXIV. cap. IV. *ordine circumdatum trino scutorum, spe patrandi incepti, maximis viribus oppugnabant*. Clypeos alioquin, eosque non vimineos, sed ex ære & ferro, multo igne tollos, non qui proinde incendi possent, vt hic Persarum scuta, sed contrarie ad comburendum opportunos, ab obsessis Tyriis in oppugnatores Macedonas, e muris coniectos, cum ingenti horum damno, docent Diodorus Lib. XVII. pag. 522. & Curtius Lib. IV. cap. III.

Pag.

Pag. 28. A. lin. 4. *ἐξαλλόμενοι τῶν μηχανημάτων)* Antequam nempe eædem obsidionales machinæ, puta petrariæ, testudines, arietes, quos eam in rem a Persis hic adhibitos tradit nominatim Zonaras pag. 14. Tom. II. catapultæ, retia item, pontes, scalæ, singulæ nauibus impositæ, & Nesibis propugnaculis admotæ, immissis obsessorum incendiariis telis ac rebus, penitus conflagrarent. Adeo vt Persis hoc vnum in toto illo ac ingenti, quem memorant, qui de hac obsidione agunt, vt iam vidimus, Scriptores, Chronici Alexandrini Auctor, Theodoritus, Theophanes, Zonaras, Cedrenus, & in sequenti Oratione Iulianus, apparatu, defuisse videatur: nempe ita comparata earundem machinarum ratio, ne eædem facile incendi ab oppidanis Nesibenis, seu Romanis in eadem vrbe militibus, possent. Quam in rem licebit adscribere Auctoris, qui nuper cum aliis memoratis iam ante Scriptoribus parum adhuc tritis, prodiit, Philonis nempe Βελοποιικῶν monita pag. 99. *ἵνα δὲ μὴ ἐμπίπρηται, μήτε τὰ μηχανήματα, μήτε αἱ ἐπιβάθραι, μήτε αἱ χελῶναι, ταῖς σιδηραῖς καὶ χαλκαῖς χρηστέον ἐστὶ, καὶ ταῖς μολυβδαῖς κεραμίσι, καὶ τῷ φυκίῳ διερῷ, εἰς δίκτυα ἐμβαλόντα, καὶ ταῖς σπογγιαῖς νοτεραῖς καὶ ταῖς καρδίαις ὄξει βρέξαντα, ἢ ὕδατι, ἢ ἰξῷ, ἢ τῷ αἵματι τέφραν μίξαντα, ἀλείφειν τὰ ξύλα, ᾗ μάλιστα πῦρ οἴει προσπεσεῖσθαι, porro ne machinæ, neue pontes, neue testudines incendantur, ferrea esse debent & ænea. Plumbeis item tegulis vti oportet, & alga humida, quam in retia injicies; humidis etiam spongiis vtendum, & pellibus aceto madefactis, aut aqua, aut visco: aut certe cinerem sanguini permiscens, ligna inunges, qua parte ignem injiciendum esse existimabis.* Idem de lignis aceto linendis inter πυρὸς σβεστήρια, seu quæ ad restinguendum ignem in obsidionibus valent, retulit quoque Aeneas Poliorcet. cap. XXXIV. & Vitruuius Lib. X. cap. XX. vbi is algam itidem, vt a Philone factum, adnumerat, *circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis* &c. *farctis alga, aut paleis in aceto maceratis.* Quam in rem ab Apollodoro quoque præcipitur Poliorcet. pag. 17. vt testudinum lignis appendantur pelles pilosæ, & tabulæ clauis adfigantur, ne arena, quod addit, feruens aut oleum superfusum, in operantes distillet. Quibus etiam πυρὸς σβεστηρίοις *hydrias* adnumerat Polybius, vbi de obsessa a Philippo, penultimo Macedonum rege, Echino Thessaliæ oppido, comparatisque eam in rem machinis agit, *ὑδρεῖαί τι καὶ πρὸς τὰς ἐμπυρησμοὺς παρασκευαὶ, hydriæ, quæque alia aduersus incendia solent comparari.*

Ibid. A. lin. 6. *κυφότεροι δὲ ὑπέρ τὸ θάνατον)* Præferendam hic puto, sed quæ eodem redit, MSti Vossiani lectionem, *κυφότεροι δὲ ἰδόντες τὸν θάνατον.*

Ibid. A. lin. 7. *οὐδὲν ἰδόντες)* Ex alterius lectionis in margine adscriptæ vestigiis, *οὐδὲν ἢ ἰδόντας* reponendum hic statuit Petauius. Sed nihil mutandum puto, & retinendam editam, quam præfert etiam Codex Vossianus, lectionem. Quum enim dixisset Iulianus, alios ex oppugnatoribus Persis, quo flammam euaderent, e machinis exilientes, antequam in fluuium delaberentur, telis obsessorum confossos; addit, alios vero ignaros immissi nempe iam in machinas ignis, ignobiliori morte, flammis nempe improuiso ambustos, periisse.

Ibid. B. lin. 1. *μάχην ἀγῶνος ἀνθρώποις)* Oratoria plane & exaggerata hæc de illa, quam Persæ tum sint passi, in oppugnanda Nesibi, strage, seu oppidanorum in iisdem repellendis incredibili fortitudine ac fortuna: quasi nempe, vt hic dicitur & mox adhuc pluribus tangit, talem ante eum diem pugnam nunquam sol foret conspicatus. Id quidem, vt de illa vrbe, nec citra miracula, iis etiam, quæ Ezechiæ nempe aduersus Assyrios Deus olim impertiit, maiora, & de quibus postea dicetur, defensa ac seruata, obseruat Theodoritus in Philotheo pag. 77. *τοιαῦτα καὶ ἐπὶ τῆσδε τοῦ Ἐζεκίου θαύματα γέγονεν ὁ Θεὸς, οὐ μείονα ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ μείζονα, ὡς ἐμοὶ γε δοκεῖ, talia sub hoc etiam Ezechia mirabiliter egit Deus, nec illis minora, sed maiora meo quidem iudicio,* & quæ ibidem addit, quod vrbs collapso muro capta non fuerit, & percussi immissis diuinitus plagis, quæ paullo post contigerint, Persæ.

Ibid. B. lin. 9. *πλεῖν καὶ πεζεύειν ἀπεναντίας τῇ φύσει)* Distinguendus & supplendus hic locus, addita nempe voce *μαχόμενος* e codice Vossiano, *πλεῖν καὶ πεζεύειν· ἀπεναντίας τῇ φύσει μαχόμενος, ὥσπερ οὖν ᾤετο, is quidem nauale ac pedestre iter instituit; contra naturam, vt ille quidem sibi persuaserat, pugnans.* Quod vesanum Xerxis institutum sequentibus adhuc verbis tangit.

Ibid B. lin. 11. *χερσαῖον ἢ πέρα φύσεως καὶ θαλάττης)* Prout nempe de vtroque illo peruulgato Xerxis instituto ait Plato Lib. III. de Legib. pag. 699. *καὶ ἀκούοντες Ἄθω τε διορυττόμενον, καὶ Ἑλλήσποντον ζευγνύμενον, & audientes Atho quidem perfossum, Hellespontum autem ponte iunctum.* Immo prout postre-

wum

mum hoc factum, quæ nempe vim naturæ inferre, & *sacrum* Hellespontum, numinis proinde loco, maris ac fluuiorum more, habitum, serui instar compedibus vincire non dubitarit Xerxes, vt vesanum, & quod excidii caussa illi exstiterit, memorat excitatus ex inferis pater eius Darius, apud Aeschylum, iis verbis, quæ hic ea de re agens tangit Iulianus, Pers. v. 746.

Παῖς δ' ἐμὸς τάδ' οὐ κατειδὼς, ἤνυσεν νέῳ θράσει,
Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὡς, δεσμώμασιν
Ἤλπισε σχήσειν, ῥέοντα Βόσπορον, ῥόον θεοῦ,
Καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
Περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ,
Θνητὸς ὢν, θεῶν δὲ πάντων ᾬΕΤ'. οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ Ποσειδῶνος ΚΡΑΤΗΣΕΙΝ· Πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν
Εἶχε παῖδ' ἐμόν;

Filius meus, quum hæc non perspiceret, iuuenili audacia perfecit: Qui sacrum Hellespontum instar serui inuinculis Sperauit se habiturum, fluentem Bosporum, fluentum Dei, Et transitum permutauit; adactasque malleo compedes Injiciens, multum vie emensus est cum numeroso exercitu, Mortalis existens, Deos enim PVTABAT se, haud bono consilio, Ipsumque Neptunum SVPERATVRVM. Nonne inter hæc morbus animi seu *insania Filium meum tenuit?* Immo de quo Xerxis facto iam ante ab eodem Dario, vbi illud ab Atossa coniuge percipit, dicitur vers. 724.

ΑΤ. Μηχαναῖς ἔζευξεν Ἕλλης πορθμὸν, ὥστ' ἔχειν πόρον.
ΔΑ. Καὶ τόδ' ἐξέπραξεν, ὥστε Βόσπορον κλῇσαι μέγαν;
ΑΤ. Ὧδ' ἔχει, γνώμη δέ πού τις δαιμόνων ξυνήψατο.
ΔΑ. Φεῦ μέγας τις ἦλθε δαίμων, ὥστε μὴ φρονεῖν καλῶς.

Atos. *Machinis coniunxit fretum Helles, vt transirent.* Dar. *Etiam hoc peregit, vt Bosporum magnum clauderet?* Atos. *Sic se habet, & hoc propositum Deorum aliquis promouit.* Dar. *Heu! magnus* seu *grauis aliquis venit Genius, ne saperet bene.* Quamquam ab eodem Dario Bosporum quoque, dum nempe contra Scythas tenderet, clausum itidem, seu ponte iunctum, tradant quum Herodotus Lib. IV. cap. LXXXV & LXXXVII. nempe nauali ponte, vt ea de re Tzetzes Chil. II. Hist. XXXII. tum nominatim, vbi insanum Neronis Isthmum fodiendi consilium sugillat Lucianus, seu quisquis Auctor illius Dialogi, in Nerone, vbi simul hæc ipsa Xerxis Athon montem persodiendi, & ponte iungendi Bosporum facta, vt magnificentissima celebrat, ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ΔΑΡΕΙΟΝ, ὡς Ο ΒΟΣΠΟΡΟΣ ΕΓΕΦΥΡΩΘΗ αὐτῷ, ἐπὶ τοὺς Σκύθας. τὰ δὲ Ξέρξου, καὶ περὶ τούτων ἴσως ἐπινόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα, *deinde autem & DARIVM, vt a quo & BOSPORVS PONTE IVNCTVS fuerit, quum is contra Scythas proficisceretur. Nam Xerxis facta etiam ante ista fortassis animo agitarat* Nero, *quæ operum omnium fuerunt magnificentissima.* Quibus etiam operibus, vti hic ea de re Iulianus, naturæ vim intulisse Xerxem, eamque ad lubitum permutasse, vt e mari nempe terra, e terra mare fieret, tradit Aristides in Panathenaica pag. 223. ἐδέχετο δὲ αὐτὸν οὔτε γῆ, οὔτε θάλαττα ἱκανῶς καὶ ταῦτα ὑπείκοντα πρὸς τὴν ἐκείνου χρείαν, καὶ μετέβαλλεν εἰς ἄλληλα. γῆ τε γὰρ, ἡ μὲν ἐγίγνετο, ἡ δ' ἀπώλλυτο· καὶ θάλαττα ὑπεχώρει, καὶ πάλιν συνῄει τῷ βασιλεῖ. *ipsum vero nec terra poterat nec mare capere; quamuis in eius gratiam cederent, vt natura vices permutarent, vt e terra alia fieret, alia periret, & mare nunc cederet, nunc rursum coiret;* ac vbi facta montis Atho mentione, addit ὡς δὲ εἰπεῖν, πάντα κινουμένους ἑώρα καὶ μεθισταμένους, ὡς ἐκείνῳ δοκοίη. *& omnia denique ad ipsius arbitrium moueri ac mutari viderentur.* Quamquam nihil adeo insolitum ea in re, ponte nempe iungendi Bosporum, vbi de hoc ipso eius inter Sestum & Abydum freto agit, obseruat Polybius Lib. XVI. pag. 735. dum illud tradit, ποτὲ μὲν γεφυρούμενον ὑπὸ τῶν πεζεύειν ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ἠπείρους προαιρουμένων, *quod quidem modo ponte iungitur ab iis, qui pedestri itinere vtramque continentem colunt.* Sed in Xerxis facto, vnde scilicet Neptuni & reliquorum Deorum iram incurrerit, illud exstitit peculiare; quod quum suborta forte tempestate, disiecta essent pontis, qui ad traiectum exercitus struebatur, opera, trecentas ille Hellesponto plagas, iniectis ei, vt superioribus Aeschyli verbis dicitur, ὡς δούλῳ, *tanquam seruo*, duobus compedibus, infligi curauerit, iuxta Herodotum Lib. VII. cap. XXXV. & qua de re etiam Tzetzes Chil. II. Hist. XXXII.

Ibid. C. lin. 9. τῇ μανίᾳ τοὺς Ἀλωάδας ὑπερβαλλόμενος) Quorum nempe immanium Gigantum decantatam ac pueris notam e poëtis & mythologis vesaniam, montium nempe exstructionibus cœlum vsque conscendendi, quo Ioui ipsi bellum inferrent, aut se aduersus Deos munirent, ad eos, qui insanis moliminibus naturæ velut vim inferre tentant, referre subinde solent, vti hoc loco a Iuliano factum, alii quoque Auctores. Ita Synesius de Insomniis pag. 154. οἱ μὲν ἂν

ΑΛΩΑΔΑΙ κολάζονται, τὰ Θετλαλῶν ὄρη τοῖς θεοῖς ἐπιτειχίζοντες. *& quidem ALOIDAE, quod contra Deos, Thessalicos montes pro muris obiecere, supplicio sunt adfecti.* Sic etiam Iuliani familiaris Themistius Orat. II. in laudem huius Constantii pag. 36. εἰκὸς ᾄδουσι ΤΟΥΣ ΑΛΩΑΔΑΣ οἱ ποιηταὶ, οὓς ἡ περιττεία τοῦ σώματος εἰς ἄπαντα ἐξήνεγκε φαντάσματα, καὶ ἀλλόκοτα, ὀρῶν τινας ἐποικοδομήσεις καὶ ἀναβαθμοὺς εἰς οὐρανὸν, *quales ALOIDAS fuisse poetæ fabulantur: quos quidem prodigiosa corporis moles, in absurdas quasdam & ab omni ratione alienas cogitationes, montium videlicet exstructiones, quasi gradus quosdam ac scansiones in cœlum impulit.*

Ibid. C. lin. 8. πλησίον ὄρος) Simile nempe dictis modo *Aloidis* Saporis factum hic tangit, qui montem Nesibi vicinum, in eam pene voluerit immittere; structis nempe, qui ad vrbem pertingerent, aggeribus & propugnaculis, vti ea de re in huius obsidionis historia Theodoritus in Philotheo pag. 770. ac turribus excitatis, quibus impositi sagittarii tela in oppidanos e muris propugnantes conjicerent, iisue illos velut obruerent. *Montem* autem exstitisse, cui subiaceret Nesibis, eumque *Masium* dictum, docet Strabo, cuius priora de hac vrbe verba iam supra adtulimus, Lib. XVI. pag. 747. ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν τὴν ἐν τῇ Μυγδονίᾳ προσηγόρευσαν, ΥΠΟ ΤΩ ΜΑΣΙΩ ΟΡΕΙ κειμένη, *Nesibis, quam Antiochiani in Mygdonia appellarunt, SVB MASIO MONTE sitam*; cuius vrbis situs ac montis alibi iisdem meminit Lib. XI. pag 527. etsi in Ptolemæi Tabulis hic mons *Masius* ab vrbe Nesibi aliquantum remotior collocetur. Idem vero mons prope Nesibin, *Maredin* ab Orientalibus, vt a Geographo Nubiensi, dictus Sex. Part. Clim. IV. psg. 201. vbi hæc prætcrea de eodem monte leguntur, *in terra NESIBIN inueniuntur scorpiones lethiferi, & prope hanc iacet MONS MAREDIN, qui etiam maxima mortiferorum serpentum copia abundat.*

Ibid. C. lin. 9. ἐπαφεὶς δὲ ποταμῶν ῥεύματα) Sapor nempe, vbi incassum cecidisse vidisset cuncta hactenus ad oppugnandam Nesibin molimina, ad illud delabitur consilium, *vt vrbem*, vti ea de re Chronici Alexandrini Auctor, *vicino vrbi fluuio inundaret*, τὸ λοιπὸν ἐξυδατῶσαι ταύτην τῷ παρ' αὐτὴν ποταμῷ. Sed quam rem, ac iisdem eam in rem vsus, quibus Iulianus hoc loco, verbis plenius exsequitur Theodoritus in Philotheo pag. 770 τέλος τι περιφρόνητος ΠΟΤΑΜΟΥ ΤΟ ΡΕΥΜΑ τῇ πολυχειρίᾳ κωλύσας, καὶ τῇ ἀποτειχίσει κεκωλυμένον τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ πλεῖστον συναθροίσας, ΕΠΑΦΗΚΕΝ ἀθρόον κατὰ τοῦ τείχους, οἷα τινὶ μηχανήματι τούτῳ σφοδροτάτῳ χρησάμενος, *tandem præterlabentis fluuii cursum multorum hominum opera inhibens Sapor, quum repressa oppositis aggeribus aquæ vim maximam collegisset, repente in murum, ceu vehementissimam quandam machinam, immisit.* Eandem quoque rem narrat Zonaras pag. 14. Part. II. & primo quidem, de quo hic reticent quum Iulianus, tum Theodoritus & Chronici Alexandrini Auctor, hunc nempe, qui mediam vrbem perfluebat, fluuium, alio a Sapore deriuatum, vt oppidani sui coactis dederent; ex puteis autem & fontibus aqua iis suppetente, nihil ea ratione effectum. Vnde ad illud consilium, quod hic tangitur, se conuerterit Sapor; vt loco, vnde defluebat angusto alueo idem amnis, obsepto, cursum eius inhiberet, & aquam exuberantem, remotis confestim aggeribus, versus vrbem emiserit, ἀφῆκε τὸ ῥεῦμα κατὰ τῆς πόλεως. Hæc vero paullo aliter enarrat sequenti Oratione pag. 63. Iulianus; nempe quasi non destinato Persarum consilio, sed sponte seu casu, tum aggeris ab iis exstructi pars inundantium aquarum impetu concidisset; tum murorum partis centenorum cubitorum ruina esset subsequuta. Iis tamen, quæ ea de re hic dicuntur, seu a Persis coercito prius aggeribus fluuio, ac eodem postea, illis vltro disruptis, in muros vrbis immisso, quo hi retentarum aliquamdiu aquarum impetu corruerent, consentanea, magno consensu tradunt, vt modo vidimus, qui hanc obsidionem adtigerunt Scriptores, immo tangit adhuc paullo post pag. 30. Iulianus, vbi inter insignia aut inusitata illius obsidionis ἀτυχήματα refert, καὶ ποταμὸν ἐπαφιέμενον οἱονεὶ μηχάνημα, συνεχῶς ῥέοντα, καὶ προσρηγνύμενον τοῖς τείχεσι, *& fluuium machinæ in morem emissum, qui assidue flueret, atque in muros incurreret.*

Ibid. C. lin. 10. καὶ τὰ χείλη διαλύσας. οὐδὲ ἀτειχίστου) Pro τὰ χείλη, in MSto Vossiano legitur τὰ τείχη, iuxta quam lectionem planior esset sequentium verborum sensus; quod quum emissi, retenti antea aggeribus, fluuii impetu Nesibis mœnia conquassasset, eadem tamen vrbe, etsi mœnibus orbata, ne quidem sit potitus Sapor. Neque enim ἀτείχιστος alioquin eadem Nesibis, prout de Syris, quorum nomine Mesopotameni, vti supra vidimus, frequenter etiam designantur, in genere tradit in laudatione huius Constantii seu Basilico pag. 122. Libanius, Σύροι μὲν ΑΤΕΙΧΙΣΤΟΥΣ τὰς πόλεις οἱ πολλοὶ ἀξιοῦσιν οἰκεῖν. *Syri quidem SINE MVRIS vrbes multi habitare*

tare postulant. Nesibis autem insigni mœnium munimento, se & reliquas etiam Romanas in Oriente ditiones, aduersus Persas tutata semper fuerat: vt de ea nominatim Ammianus Lib. XXV. cap. VIII. *constabat enim orbem Eoum in ditionem potuisse transire Persidis, nisi hac ciuitas habili situ & MOENIVM MAGNITVDINE restitisset.* Factum vero fuerat, vt retenti obstructis aggeribus fluuii, & confestim, iisdem disruptis, in vrbem emissi impetu corrueret vrbis murus, vti id pluribus referunt Theodoritus, Chronici Alexandrini Auctor, & Zonaras. Ac Theodoritus quidem in Philotheo pag. 771. τὸ δὲ (τεῖχος) οὐκ ἤνεγκε τὴν τοῦ ὕδατος ἐμβολὴν, ἀλλὰ τῇ ῥύμῃ κατασεισθὲν, ἅπαν τὸ κατ' ἐκεῖνο μέρος κατέπεσεν, *qui murus vim aquæ ferre non valens, eius impetu concussus illa in parte funditus corruit.* Neque aliter Zonaras, τὸ δὲ πολύ τι συνηθροισμένον καὶ σὺν βίᾳ σφοδρῷ τῷ τείχει προσπεσὸν, μέρος ἐκείνου κατέρραξεν, *quæ* (fluuii aqua) *quia plurima collecta fuerat, magno impetu partem muri deiecit.* Adeo vt iuxta codicem Vossianum, τὰ τείχη pro τὰ χείλη hic reponendum videretur haud aliter, vt obseruo, ac apud Iosephum τοῖς χείλεσι, pro τοῖς τείχεσι, intrusum videtur ἄλλως. Lib. III. cap. IX. vbi de Vespasiano Iotapatam oppugnare aggresso, legitur, τῶν χωμάτων ἤδη ΤΟΙΣ ΧΕΙΛΕΣΙ πλαζόντων, προσάγειν ἔγνω τὸν κριὸν, quæ autem a veteri interprete redduntur, *quum prope iam MVRIS aggeres æquarentur, arietem admouere decreuit,* prout inde ibi τοῖς τείχεσι legendum liquet: ac proinde mendum typographicum in Genenensem Iosephi Græco-Latinam editionem irrepsisse credidissem, ni eandem exhiberet Græca Basileensis superiori seculo vulgata. Etsi τὰ χείλη de fossæ *labris* fuerint etiam dicta, vti apud Polybium Lib. X. pag. 601. vbi quum is Hyrcaniæ ab Antiocho obsessæ tres fossas esse ductas dixisset, addit, ἐπὶ δὲ τοῖς χείλεσιν ἑκάστης χαρακώματα διπλᾶ ἐπέκειτο, καὶ τελευταῖον προτείχισμα δυνατόν, *cuiusque illarum labris vallum duplex fuerat impositum, & postremo murus bene firmus.* Vnde nihil forte in Iosephi loco mutandum, nec ad veteris interpretis mentem is continuo refingendus. Ne etiam hic apud Iulianum, pro τὰ χείλη, e MSto Vossiano τὰ τείχη reponamus, obstare videtur, quod & reuera disrupti tum fuerint a Persis aggeres, seu fluuii crepidines, quibus eius aqua coercebatur, quæque τὰ χείλη a Græcis, vt vulgo notum, vocantur, disiectæ; ac prout additum eidem verbum διαλύειν, potius ad dissolutos id genus fluuiorum obices, quam ad disrupta vrbis mœnia, referri videtur. Vt hoc præterea addam, quod eodem illo emissi fluuii impetu, non ἀτείχιστος plane, quod hic a Iuliano dicitur, remanserit eadem Nesibis, sed pars tantum muri, iuxta hunc ipsum Iulianum Orat. II. pag. 63. ac præterea Theodoritum, vt vidimus, in Philotheo, ac Zonaram, subuersa, eaque sequenti nocte ab oppidanis subitario opere refecta fuerit. Verum vtramque murorum partem, tum vi irruentis repente fluuii, tum eius exitu corruisse, tradunt idem Theodoritus Lib. II. Hist. Eccl. cap. XXX. & Chronici Alexandrini Auctor pag. 290. quibus accedit coæuus non solum iis temporibus, sed qui quinto demum ab illa obsidione anno, hanc Orationem conscripsit, Iulianus. Quod vero, etsi ἀτειχίστῳ eadem vrbe, vtrinque nempe subuersis eius muris, potiti non sint, vt hic dicitur, Persæ, id factum, quod iuxta Chronici Alex. Auctorem, & qui id ab eo hausit Theophanem, dum per collapsam primo fluuii impetu muri partem, in vrbem vellent Persæ, admotis vndique machinis ac etiam elephantis, penetrare; partim illa ipsa emissarum aquarum copia fuerint prohibiti, ac ab instituto retardati; partim, quod iidem ab obsessis, loco illo omnis generis armatis militibus, ac onagris, quibus complures elephantos interemerunt, completo, depulsi, & cum ingenti suorum clade discedere coacti. Tradunt etiam Theodoritus ac Zonaras dictis antea locis, disiectam illam muri partem, singulari oppidanorum in id opus omnibus viribus incumbentium studio, ita eadem nocte instauratam, idque opus in eam altitudinem prouectum, vt equos aditu prohiberet, & hostes absque scalis in illud adscendere non possent. Nempe ducto nouo (vt ea de re non Zonaras solum, sed ipse Iulianus Orat. II. pag. 65.) seu interiore muro; prout simili in casu factum subinde Auctores memorant. Ita Polybius Lib. XVI. pag. 736. de obsessa a Philippo Macedonum Rege Abydo agens, ait, oppugnantes cuniculis appropinquasse τοῖς κατὰ τὸ πεπτωκὸς ὑπὸ τῶν ἔνδοθεν ἀντῳκοδομημένων τειχῶν, *interiori muro e regione collapsi inque eius vicem excitato*; & qualem *interiorem murum* διατείχισμα vocat seq. pag. Ita præcipit Aeneas Poliorcet. cap. XXXII. πρὸς δὲ πτῶμα τοῦ τείχους, τάφρον ἔσωθεν ὀρύσσειν, ἵνα μὴ εἰσέλθωσι, *e regione autem deiecti muri fossa interior ducenda, ne hostes ingrediantur.* Ita Cæsar Lib. III. Bell. Ciuil. cap. XLIV. *illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare &c.*

Ibid. D. lin. 4. μυριάσι πολλαῖς ἧττον) Quum in eo consentiant, qui huius Nesibenæ obsidionis meminerunt, Auctores, re infecta, & plurimis suorum amissis, ab ea re-

cessisse Saporem; de modo tamen, seu terrore, quo is ad eam omittendam compulsus fuerit, aut multiplici, quam passus ibidem fuerit, suorum clade, non iidem inter se, immo nec secum Iulianus, conueniunt. Chronici quidem Alexandrini Auctor e litteris Volagesi Nesibenæ vrbis Episcopi, rem illam ita gestam narrat, &, qui id ab eo hausit, Theophanes, quod in ea, quæ collapsa fuerat, muri parte, visus sit repente a Sapore vir quidam seu Angelus, speciem Constantii Imperatoris referens, eiusque amictu imperiali indutus; quo spectaculo Sapor, qui Constantium procul abesse crediderat, &, a Magis mox edoctus, abesse eum reuera, sed summam Dei in eo virtutem portendi, metu continuo perculsus, combustis illico machinis, omnique apparatu bellico destructo, arrepta cum suis fuga, se in patriam receperit: magna tamen exercitus parte pestilentia prius absumpta. Theodoritus autem, quum in Lib. II. Hist. Eccl. cap. XXX. tum Philotheo pag. 771. quum hoc ipsum tangit, de conspecto a Sapore, supra restauratum vrbis murum, quodam viro cum imperiali Constantii amictu coruscante, & Magorum ad Saporem inde perculsum responso; tum illud insuper addit, exoratum nempe ab oppidanis, vel vt ea de re idem ait in historia Ecclesiastica, ab Ephraimo, eundem Iacobum conscendisse vrbis murum, ac Deum orasse, vt ciniphum & culicum nubem in hostes immitteret. Quod ei continuo Deum, vt olim Mosi, annuisse: ac vnde viri quidem diuinis illis telis vulnerati, equi autem & elephanti aculeis confixi, ruptis vinculis, & sessoribus prostratis, huc illuc fuerint dispersi: Saporem autem immissa illa diuinitus plaga territum, & attrito præterea laboribus milite, tum dimisso exercitu, se continuo in fugam dedisse. Quod immissum in Persas diuinitus ciniphum & culicum agmen refert quoque Abul Pharajius Dyn. VII. pag. 87. verum ita, vt non hoc Iacobi Nesibeni, sed ipsius Ephraimi fusis ad Deum precibus tribuat; cuius etiam Ephraimi iuxta & Iacobi, cuius foret ille discipulus, virtute, in priori obsidione seruatam iam Nesibin, paullo ante idem Auctor Arabs tradiderat. Accedit, quod e Volagesi relatis a Chronici Alexandrini Auctore de illa obsidione litteris, vbi nulla sit Iacobi Nesibeni Episcopi mentio, errare statuit Theodoritum in notis ad eius Hist. Eccl. Lib. II. cap. XXX. pag. 26. doctissimus Valesius; hunc que eius errorem a Petauio, qui alios duos eiusdem Theodoriti in huius obsidionis historia, quos iam antea vidimus, næuos ad hunc Iuliani locum tangit, non obseruarit. Cui tamen Valesio ita occurrit in Notis ad Chronicon Alexandrinum pag. 56. eruditissimus Cangius; nempe non inde euinci, quum ea scriberet Volagesus, fuisse iam illum istius ciuitatis Episcopum, cui forte interfuerit, antequam, e[...] stiucto Iacobo, hanc sit adeptus dignitatem. Adde, quod eodem demum anno, quo immissa ciniphum aut cimicum & culicum nube, depulsus est ab illa Nesibis obsidione Sapor, & post rem eam commemoratam, ob[...] Iacobum Nesibenum Episcopum, & cui successerit, non hic *Volagesus*, sed *Babawaibo* dictus, tradit, de quo paullo ante, Abul Pharajius. Eiusdem vero Iacobi, pro salute vrbis propugnantis, opera ac virtute, liberatam ab hac Saporis obsidione Nesibin tradit quoque iuxta Theodoritum Philostorgius Lib. III. cap. XXIII. Qua de re tamen silet Zonaras, qui collapso aquæ impetu Nesibis muro, nouoque noctu ab oppidanis exstructo, haud eo minus vrbis oppugnationem vrsisse Saporem tradit; sed a qua repulsus, & amissis ad viginti millia militibus, discesserit: & quidem, qua de re silent alii, quod Massagetæ facta impressione Persidem vastarent. Neque vero aliud de eadem hac obsidione memorat Cedrenus, nisi a Sapore, amne aduersus vrbem concitato, atque omnigenis machinis eadem oppugnata, victum tamen eundem, maxima copiarum parte amissa, domum recessisse. Sed missa Auctorum, quæ haud vna ex iis hactenus dictis elucescit, in tradenda illius obsidionis historia, varietate; & an sola oppidanorum fortitudine, an vero accedente etiam haud vno diuino miraculo, & Iacobi vrbis Episcopi, vel Ephraimi, eius discipuli, precibus ac virtute, [...] altum in vtraque huius Cæsaris, sed qui iam occulte a Christianorum sacris defecerat, Oratione silentium sit eadem seruata. Illud vtique inde, & ex iis, quæ Iulianus ea de re in hac & sequenti insuper Oratione refert, liquidum, quum diuturnam eandem fuisse, quam Iulianus quatuor circiter mensium, & Chronici Alexandrini Auctor, centum dierum spatio, durasse memorant, obsidionem; tum nihil a Sapore intentatum, quo eandem vrbem expugnaret, relictum. Nempe inter alia coërcito aliquamdiu aggeribus fluuio eodemque in vrbem immisso, collapsa vel moenia, aut magnam eorum partem; sed eadem incredibili oppidanorum studio mox restaurata ac defensa: adeo vt non sine amissa magna sui exercitus parte, ab eadem obsidione recedere fuerit coactus Sapor. Vnde mirari eo magis subit, cur hæc Iuliani verba, quibus eandem Persarum cladem tangit, ΜΥΡΙΑΣΙ ΠΟΛΛΟΙΣ ηὔξει ἀπάγων τ[...] [...]ματα,

τευμα, verterit Petauius, *exercitu suo, quem MVLTIS MILLIBVS minorem reduxit* quod nec vim Græcorum verborum, quæ *multas myriadas* seu *plura decem millia*, vt tironibus notum, inferunt; nec magnam illam Persarum, qui in ea obsidione desiderati sunt, multitudinem satis indicant. Certe Chronici Alexandrini Auctor, & quidem e Vologesi Nisibeni Episcopi literis, in solo collapsi primum muri oppugnatione, ὑπὲρ μυριάδας αὐτῶν ἀπολέσθαι, *supra decem millia* armatorum Persarum, ab oppidanis cæsos tradit; deinde plures fulmine, largo imbre, & tonitruum fragoribus concidisse; tandem omissa a Sapore obsidione, in fugam se cum suis dedisse, *magna exercitus parte pestilentia prius absumpta*, πρότερον λοιμικῇ νόσῳ τῶν πλειόνων διαφθαρέντων. Quomodo etiam a Cedreno pag. 299. ed. Reg. victus Sapor, ὁ πλεῖστον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπολέσας, *maxima copiarum parte amissa*, domum recessisse dicitur. Vt nunc mittam Zonaram, qui desideratis, vt ex eo paullo ante diximus, ad viginti millia militibus, in Persida reuersum Saporem tradit. Immo ne longius abeam, quem, vt aliter nempe hæc verba μυριάσι πολλαῖς ἥττων, & iuxta naturam eorum sensum redderet Petauius, adigere debuit ipse Iulianus. Is enim dum fusius hanc obsidionem in sequenti Oratione persequitur, haud vnam, & quidem magnam Persarum, qui in ea desiderati sunt, cladem tangit; idque tum pag. 65. vbi primam etiam in muros impressionem, eosque inde ab oppidanis repulsos narrans, addit, καὶ αὐτῶν ἐνταῦθα γίνεται φόνος, ὅσος ἴσως οὐδέποτε ἐν πολιορκίᾳ πρότερον γέγονεν, *ex quo tanta illorum strages edita est, quanta hactenus in diuturna obsidione non fuerat*; tum pag. sequenti, vbi repetitam haud vna vice a Persis, & vrgente quidem Sapore, vrbis oppugnationem, sed quæ damnosa semper iis fuerit, commemorat. Vnde etiam factum, vt tandem ab ea obsidione cum exercitu recesserit Sapor, & quidem, vt additur, ΠΟΛΛΟΥΣ μὲν ὑπὸ τῆς ἐνδείας ΔΗΜΟΥ ἀπολέσας, ΠΟΛΛΑ δὲ ἀναλώσας περὶ τοῖς χώμασι, καὶ τῇ πολιορκίᾳ ΣΩΜΑΤΑ, *MAGNA quidem POPVLORVM parte præ inopia rerum amissa, PLVRIBVS autem circa aggerum munitionem, atque in obsidione CONSVMPTIS.*

Pag. 29. A. lin. 2. ἀκμῆτας ἡγεῖ τὸ στράτευμα) Petauius hic legendum conjicit τοὺς στρατιώτας. Verum haud insolita videri debuit viro doctissimo hæc constructio collectiui, vt aiunt Grammatici, nominis, vnitatis numero, cum τῷ πληθυντικῷ coniuncti, vt inde mendæ hunc locum argueret. Qua vique syllepsi generis & numeri, vbi vox, qualis hic στράτευμα, plurium habet significationem, & aliam πληθυντικῷ numero, nempe στρατιώτας, indicat, cui illud adiectiuum ἀκμῆτας respondet, quum ea, inquam, apud vtriusque linguæ Auctores sit obuia, & ab iis, qui Grammaticas præceptiones paullo accuratius tradiderunt, haud semel iam obseruata; mirum vtique id non aduertisse virum, qui in illo puluere scholastico multos etiam annos triuerat, & Græce cæteroquin ac Latine erat egregie doctus. Quam in rem, vt ea quæ Sanctius in Minerua, ac ad eandem non e Latinis solum Auctoribus, sed e Græcis etiam, vt Aeliano, vir insigni & accurata doctrina Iacobus Perizonius, & quem is ibidem adducit, vir doctissimus Io. Frid. Gronouius de Pecunia Veteri Lib. II. cap. IV. iam erudite adnotarunt, mittam, vnum hic adducam, sed Græcorum inter veteres Grammaticorum, quique ad nostram ætatem peruenerunt, antesignanum, Apollonium Alexandrinum. Quem vtique, & recordari adhuc iuuat, puero mihi etiamnum, & ad Græcarum litterarum studium tum haud mediocriter incenso, vt optimum Hellenismi magistrum, quamquam parum tritum, coram haud semel commendasse memini τὸν πάνυ Salmasium. Tradit autem Apollonius de Syntaxi Lib. I. num VIII. καὶ ὅπως, εἰ τὴν τοιαύτην ἀθροισιν ἀπετύγχανε τὰ ἀθροιστικὰ ὀνόματα, ἅ τι ἑνικῶς μὲν λέγεται, πληθυντικῶς δὲ νοεῖται· καὶ διὰ τοῦτο εὐμαρὲς (forte ῥηθῆναι) τὸ Ἀγρόμενοι δ' εἰς δῆμος, ὡς τὸ ὑπακουόμενον τὸ σχῆμα ὑπαγορεύει, *manifestum etiam, quod eiusmodi collectionem sibi vindicarent nomina collectiua, quæ quidem numero vnitatis proferuntur, & tamen multitudinem significant; itaque facile illud est* (seu, iuxta Sylburgii lectionem, *Homerus* Ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος, *refertur enim ad illud, quod subauditur.* Nempe ad quem Homeri locum Υ. vers. 166. δῆμος pro δημόται dici, obseruant veteres Critici; quomodo hic τὸ στράτευμα, pro τοὺς στρατιώτας dici liquet; & quibus proinde apposite respondet illud ἀκμῆτας. Vt hoc obiter addam, apud veteres Tragicos, vocem ad instar huius ἀκμῆτας formatam, nempe αἰδοχμήτας, cum diuersi generis nominibus coniungi: vti apud Aeschylum Choëph. v. 889. ἀνδροκμῆτα πέλεκυν, & Eum. v. 248. μόχθοις ἀνδροκμῆσι, & rursus in eodem dramate v. 938. ἀνδροκμῆτας τύχας. ac similiter apud Euripidem Suppl. v. 525. ἀνδροκμῆτας ἀγώνας.

Ibid. B. lin. 9. γνωρισμένοι τοῖς δυσχείμασι) Eas vrbium obsidiones hic & proxime

xime tangit, quæ non repulsi ab iis hostis gloria, vt Nesibi contigit, sed quæ earundem calamitatibus, vt hic dicitur, & excidio celebres euaserunt. In quarum censu haud immerito reponit post Carthaginem Platæenses, quorum notum e Thucydide, qui ea Lib. II. ac III. pluribus persequitur, infelix fatum; dum a Peloponnesiis obsessi ac tandem expugnati, pars e superstitibus oppidanis vltimo supplicio adfecta, reliqui in servitutem abducti, vrbs autem solo æquata, & agri publicati. Qua ratione proinde factum, vt quod Ilio, Sagunto, aliisque id genus, quarum calamitas in prouerbium etiam abiit, vrbibus contigit; id Platæensibus itidem accidisse hic dicatur, vt nempe illi cladis, quam passi sunt, magnitudine inclaruerint. Quum alioquin plurimum antea Platæas nobilitasset, decantata illa ad eandem vrbem, quam Græci de Xerxis exercitu retulerunt, victoria, ab Herodoto Diodoro, Plutarcho, aliisque relata, & quam euocatus ex inferis Darius, vt verus vates, prædicere traditur apud Aeschylum Pers. v. 818.

Τόσος γὰρ ἔσαι πέλανος αἱματοσφαγὴς,
Πρὸς γῇ ΠΛΑΤΑΙΩΝ, Δωρίδος λόγχης ὕπο,

Tanta enim erit massa sanguinolenta In terra PLATAEARVM, sub hasta Dorica, vt mortuorum, quod addit, cumuli ad tertiam vsque sobolem, etiam sine voce, sint ostensuri, quod non oporteat se arroganter efferre. Quem illius Tragici locum, vt obiter hoc notem, imitatus est Euripides in Rhes. v. 430.

Ἔνθ' αἱματηρὸς πέλανος ἐς γαῖαν Σκύθης
Ἠντλεῖτο λόγχῃ,

Vbi cruentus sanguis Scythicus in terram cadens Hauriebatur hasta; nempe ex quo vtroque loco, sicut alibi apud priorem Tragicum Eum. v. 265. πέλανος pro θρόμβος αἵματος, iuxta Græcos enarratores, seu *gruma sanguinis* dicitur. Sed quod alterius loci. Hisce autem de *Platæensibus*, ob deuictos quondam in eorum solo Persas, haud immerito elatis, addi potest illud Themistii Orat. VI. pag. 82. ΠΛΑΤΑΙΕΙΣ μὲν ἐφρόνουν δικαίως, ὅτι τὴν χώραν παρέσχον τοῖς Ἕλλησιν ἐς τὸν κατὰ τοὺς βαρβάρους ἀγῶνα, *PLATAEENSES merito animos attollebant, quod Græcis contra Barbaros pugnaturis locum præbuissent.*

Ibid. B. lin. 10. Μεσσήνης καὶ Πύλου μεμνῆσθαι) Obsidiones nempe clade eorundem locorum itidem celebres; ac prout *Messeniorum* quidem cum Lacedæmoniis bellum, non ab aliis, qui priores arma ceperint, vt Persicum & Peloponnesiacum, sed *Messeniacum, a Messeniorum clade*, Μεσσηνιον δὲ ἀπὸ τῶν συμφορῶν, sicut illud, quod ad Ilium, *Troianum*, non *Græcum* appellatum, tradit Pausanias Lib. IV. pag. 226. Nota cæteroquin ex eodem, qui cæteris fusius bellum illud enarrat, Strabone præterea Lib. VIII. Iustino Lib. III. cap. IV. aliisque, diuturnæ illius *Messenes* obsidionis historia; & quomodo decimo nono, iuxta Strabonem, aut vicesimo iuxta Pausaniam, ac Polyænum etiam Lib. I. cap. XV. belli illius anno, duris tandem conditionibus a Lacedæmoniis expugnati fuerint Messenii, & quos trecentos ferme annos e Peloponneso extorres errasse, antequam in patriam redirent, tradit idem Pausanias pag. 268. Quod vero non vi in potestatem redactos eosdem Messenios addit hic Iulianus, innuit etiam, qui inde illustratur, Iustinus Lib. III. cap. V. *interea Messenii quum virtute non possent, per insidias expugnantur.* Quomodo vero id contigerit, quod ad Iustinum non monuerunt viri docti, docet Polyænus Lib. I. cap. XV. simulata nempe inter duos Lacedæmoniorum Reges, qui *Messenam* oppugnabant, dissensione, eiusque fiducia, egressis ex vrbe Messeniis, hinc vrbem defensoribus vacuam, ab vno e duobus Regibus Theopompo, ex occulto loco prodeunte, captam: illinc egressos Messenios, ab vtroque Rege, a fronte & a tergo eos inuadente, interceptos. *Pylum* vero quod adtinet, huius etiam meminit, & opportune iuxta *Messenam*, Iulianus; quod quum tres darentur, teste Strabone Lib. VIII. pag. 339. in Peloponneso *Pyli*; vna extiterit Messeniaca, ac, vt de ea etiam Pausanias Lib. IV. in Messeniorum olim ditione. De obsessa vero & capta quum hac *Pylo*, tum trecentis in eadem Spartanis a Cleone Atheniensium duce abductis, ac vnde *Pylii*, vt vidimus, nomen ambiuerit, actum iam supra, vbi res ab eodem Cleone ad *Pylum* feliciter gesta tangitur. Neque adeo Cleonis aut Atheniensium virtute, quod hic itidem innuit Iulianus, id contigisse, inde videtur statuere; quod quum se in extrema illius Insulæ munitione strenue defenderent Lacedæmonii, vnde eos expellendi haud pateret via, illi demum, Messeniorum ducis consilio, a prærupta Insulæ parte, quam, naturæ situ freti, non custodiebant, circumuenti, ad deditionem fuerint compulsi; vt id tradit Thucydides, qui eam expeditionem fuse persequitur Lib. IV. pag. 277. Notum autem, vt eadem quoque Cleonis ad *Pylum* gesta, eumque inde præter modum, ac ob deductos inde Athenas trecentos illos Laconas, ferocientem, haud parum eleuet ac sugillet, quod supra iam adtigi, in Equitibus & alibi adhuc Aristophanes.

Ibid. C. lin. 1. *Συγκεκλεισμένοι σοφὸν ἐκεῖνον)* Quibus verbis nec immerito *Archimedem* designari quiuis videt: cuius diuino ingenio ac stupendis machinis, vt de aliis eius admirandis inuentis sileam, defensas aduersus Romanos, quod hic innuitur, Syracusas, præter Historicos, qui rem eam enarrarunt, Polybium, Liuium, Plutarchum, Zonaram, & Historicis haud minus ac Poëtis adnumerandum Silium Italicum; aut qui illius etiam rei meminerunt, Ciceronem in Verrem Lib. IV. cap. LVIII. Valerium Max. Lib. VIII. cap. VII. Polyænum Lib. VIII. cap. XI. Tzetzem Chil. II. Hist. XXX. aliosque, accedit liber Græce nuper cum aliis priscis Poliorceticis aut *Μηχανογράφοις*, de quibus iam ante, in Gallia editus, *ὅπως χρὴ Στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιπαρατάσσεσθαι*, *Quomodo a Duce in obsidione sit resistendum.* Ibi enim præter illa, quæ e Polybio ea de re in sequentibus adfert, de Syracusarum obsidione dicitur pag. 319. *δι' ὧν καὶ μᾶλλον* Ο ΣΟΦΩΤΑΤΟΣ *Ἀρχιμήδης περιεγίνετο τῶν πολεμίων, τοξότισι κατεπυκνωκὼς τὸ τεῖχος.* (quomodo apud Polybium Lib. VIII. pag. 517. *διὰ τεῖχους τοξοτίσιν*, & paullo ante, *καταπυκνώσας τρήμασι τὸ τεῖχος*) *quibus potissimum* telis *SAPIENTISSIMVS ARCHIMEDES hostibus euasit superior, muro crebris fenestris perforato*, e quibus, vt additur, ex occulto hostes vulneraret. Vbi nempe *τοξότισι* de *fenestris* (sicut bene ad Polybium eam vocem reddit *ὁ πάνυ*, ac vti eas vocat Cæsar Lib. II. Bell. Ciuil. cap. IX.) dicitur, quibus, vt ibidem Cæsar ait, ad *tormenta* seu tela *mittenda*, in contabulationibus vel muris vtebantur: *τρήματα* proinde, vt vidimus, ab eodem Polybio dicta; apud Philonem *Βελοπ.* pag. 92. *ἐκτρυπήματα*, item *θυρίδες*, *ὀπαί*, *foramina*, *fenestræ*, Gallis *embrasures*; ac prout præcipit similiter Philo, vbi ab obsessis arietes & laqueos dicit admouendos, *ἐκτρυπήσαντας αὐτοὺς (προμαχῶνας) ταύτῃ, καὶ τὸ τεῖχος κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας τόπους*, *propugnaculis & muro ex ea parte perforatis, per congrua loca.* A quibus proinde *τοξότισιν*, vt insuper hoc notem, diuersæ, ne quis eadem confundat, *τοξίτιδες*, nempe *arcubalistæ*, quarum fit sæpe apud eundem Philonem, nuper, vt dixi, vulgatum, mentio. De *Archimede* autem additur denuo in eadem pagina dicti modo Poliorcetici cum Philone aliisque, vt dixi, *Μηχανογράφοις* Scriptoribus editi, *τὰς γὰρ Συρακούσας μηδέποτε ληφθῆναι δυναμένας, διὰ τὴν τοῦ Ἀρχιμήδους εὐμήχανον* ΣΟΦΙΑΝ, *Syracusas enim, quæ nunquam potuissent capi, propter Archimedis SAPIENTIAM*: quum demum transfugæ opera, & tempore Syracusanorum festo, muris ac dein vrbe potitus sit Marcellus. Ita alibi rursus pag. 326. vbi traditur de vrbe quapiam nauibus & machinis, vt supra in hac Nesibena obsidione) quæ iisdem imposita, ac scalis oppugnanda, *χρὴ ἀντιμηχανᾶσθαι πρὸς ταῦτα, ζηλώσαντας τὴν Ἀρχιμήδους σοφίαν*, *alias machinas oportet iis opponere, imitantes Archimedis SAPIENTIAM.* Reliqua de eodem *Archimede*, & de machinis, quibus ad patriæ defensionem est vsus, ac vnde *πολυμήχανος*, & *ἑκατέγχειρ* dici meruit, quum ex eodem libro, tum e memoratis supra Auctoribus, & quibus addi debent de ardentibus speculis, quibus hostium triremes combussit, Galenus de Temperamentis Lib. III. cap. II. Tzetzes d. l. Chil. II. Hist. XXXV, & Zonaras pag. 424. Tom. I. ed. Regiæ; & de quibus etiam speculis egisse ingenti volumine *Archimedem*, refert in Apologia Apuleius. Vt hoc addam, machinarum scientiam dudum neglectam, ab eodem *Archimede* demum instauratam, a Plutarcho tradi, vbi de eo eiusque machinis agit, in Marcello pag. 308; a quo etiam Anthemium, Heronem, Philonem, aliosque *μηχανογράφους*, quæcunque de machinis omnis generis sunt commentati, hausisse tradit Tzetzes Chil. II. Hist. XXXV. Neque vero *σοφὸν* illum & vere *θαυμάσιον* ciuem indictum prætericrunt duo illustres Syracusani, qui patrias antiquitates illustrarunt, Vincentius Mirabella, & Iacobus Dux Montalbani. Exstant vero etiamnum inter *Syracusanorum* nummos, in Parutæ Sicilia vulgatos, aliquot, in quibus cylindrus cum sphæra visitur; qualem nempe Archimedis tumulo sedula inuestigatione, dum Quæstor esset in Sicilia, a se reperto impositum memorat Tullius Tuscul. Lib. V. cap. XXIII.

Ibid. D. lin. 6. *γέρρους δὲ καὶ τοὺς πύργους ἐκεῖ τεῖχει φραξάμενοι)* Nempe prout a Iosepho *Ἁλωσ.* Lib. VI. cap. IX. de Romanis Hierosolymas oppugnantibus dicitur, ΦΡΑΞΑΜΕΝΟΙ *τοῖς θυρεοῖς κατὰ μέτωπον* ΩΣΠΕΡ ΤΕΙΧΟΣ, *SEPTI scutis a fronte INSTAR MVRI.* Quamquam per *γέρρα*, non hic *scuta*, qualia Persarum vulgo appellata, ex Herodoto, Xenophonte, ac aliunde liquet; aut quæuis *integumenta*, quomodo tabernarum tegmina aut vela vocari a Demosthene pro Ctesiph. *τὰ γέρρα*, obseruat Harpocration: Sed quæ de obsidionalibus, tam oppugnantium, quam obsessorum, machinis seu munimentis passim sunt dicta. Cuius vtique gemini *τῶν γέρρων* seu *cratium* in iis vsus, siue quibus protecti oppugnantes, ad subruendos aut scandendos vrbis muros accederent, vel eorum machinæ forent septæ, vel quos ad complendas etiam fossas aut paludes adhiberent; seu vero quibus

bus obsessi se aduersus eorum machinas ac tela munirent, crebra occurrunt apud veteres vtriusque linguæ Auctores exempla. Vtrumque eqoidem tam de oppugnantium corporibus, quam de eorum machinis, illo γέῤῥων munimento septis, obseruare licet apud Iosephum in describendo Hierosolymorum excidio: & prius quidem, vbi de oppugnantibus Romanis ait Lib. VI cap. XVIII. τοῖς δὲ ἐργαζομένοις ἦν ἀπὸ μὲν τῶν βελῶν ἡ σκέπη ΓΕΡΡΑ χαρακωμάτων ὑπερτεταμένα, *operarios autem, CRATES super vallum opposita, a telis* Iudæorum *protegebant*. De machinis vero, quæ id genus γέῤῥοις itidem tegebantur, mox cap. XIX. τὰ γέῤῥα τῶν μηχανημάτων ἐσπάραττον. *machinarum tegmina diuellebant* Iudæi; & de oppugnantium arietibus, quos incensis a Iudæis Romanorum machinis, igni iidem subtrahebant, & quidem eiusdem libri cap. XXX. ὑπὲρ αὐτῶν (nempe κριῶν) γέῤῥων ἐκ πυρὸς φλεγομένων, *quum ea, quibus iidem arietes erant tecti, crates cremarentur.* Adeo vt hic neglectum a Romanis fuerit, quod de hisce alioquin γέῤῥοις, seu obsidionalium machinarum tegumentis aduersus ignes, præcipi a Vitruuio iam ante vidimus Lib. X. cap. XX. *circum tabulata collocentur CRATES e tenuibus virgis* &c. *farctis alga, aut paleis in aceto maceratis.* Hic autem de obsessis seu de Romanis, qui in Capitolio a Gallis oppugnabantur, dicitur, eos γέῤῥοις *cratibus aliisque id genus* abunde *vallatos*, maxime aduersus segnes & incautos, vt additur, oppugnantes exstitisse. Quam etiam Gallorum in oppugnanda illa arce segnitiem tangunt, vbi illius expeditionis meminerunt, Liuius Lib. V. cap. XLIII. & Plutarchus in Camillo pag. 140. Neque vero solum γέῤῥα dicta sunt, vbi de iis sermo, quibus vsi vulgo oppugnantes, vt apud Polybium Lib. VIII. pag. 517. ἐπὶ τοὺς ἐφορμῶντας καὶ προβεβλημένους ΓΕΡΡΑ, *in hostes inuadentes & CRATIBVS munitos*. & Coriolanus dum Coriolos Volscorum oppidum vult expugnare, apud Dionysium Antiq. Lib. VI. pag. 412. τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ κριούς τε καὶ ΓΕΡΡΑ, καὶ κλίμακας εὐτρεπισάμενος, *postera die comparatis arietibus, CRATERIBVS, & scalis*, vti subinde apud Cæsarem, sicut Lib. III. Bell. Ciuil. cap. LXXX. *Cæsar castris munitis, scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, & CRATES parari iussit*, & alibi; sed etiam, quod ex editis ouper, de quibus iam ante, de Machinis aut Poliorceticis Scriptoribus discimus, γεῤῥοχελῶναι, *craticeæ testudines*, seu cratibus vimineis contextæ, de quibus ab Herone in libro, sed qui hactenus latine tantum exstat, de Machinis cap. I. agitur. Quales vero eædem essent, aut quomodo fierent, docet ibidem Philo Βελοποιϊκ. pag. 99. cuius proinde ea de re verba hic adponam, πᾶνται δὲ ΑΙ ΓΕΡΡΟΧΕΛΩΝΑΙ ἐκ τῶν πλεχθέντων ΓΕΡΡΩΝ ἄνωθεν εἰς ὀξεῖαν γωνίαν συγκλεισθέντα πρὸς ἄλληλα, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῶν πρόσθεν εἶτα βυρσῶν περιτεθεισῶν, καὶ δοκίδων, κάτωθεν μὲν ἐκ τῶν πλαγίων τετραγώνων συμπαγεισῶν ἔνδοθεν δὲ στρογγύλων ὑποτεθεισῶν, οὐ χαλεπῶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν προσφέρονται, διὰ τὸ μὴ δὲ βάρος ἔχειν πολύ, *porro CRATICEAE TESTVDINES fiunt ex CRATIBVS implicatis, & sursum in angulum acutum inter se iunctis & conclusis: similiter etiam ex anteriori parte. Pellibus deinde circumiectis, & trabibus modicis, inferius quidem quadratis ex transuerso compactis inter se, interius vero rotundis subiectis, haud difficulter feruntur a militibus, propterea quod nec multum ponderis habent.* Quarum cæteroquin testudinum, nempe obsidionalium, plura describunt genera iidem Poliorcetici Scriptores; cuiusmodi erant tum dictæ illæ γεῤῥοχελῶναι, *craticeæ testudines*, quibus tecti ad muros accederent oppugnantes, tum aliæ χελῶναι χωστρίδες, *testudines aggestitiæ*, ad complendas fossas, vt de iis Vitruuius Lib. X. cap. XIX. comparatæ, & quas iam e Polybio Lib. X. pag. 601. obseruauit Lipsius Poliorcet. Lib. I. Dial. VIII. quæque, vt hoc addam, χωστρίδες tantum alibi ab eodem Polybio dictæ Lib. IX. pag. 571. & a Philone similiter Βελοπ. pag. 99. aliæ autem, quæ, vti ab Apollodoro Poliorcet. pag. 14. ac alibi, vocantur χελῶναι διορυκτίδες, *testudines fossoriæ*, ad fodiendos nempe, sicut etiam de iis Vitruuius Lib. X. cap. XXI. muros comparatæ, quasque ὀρυγὰς a Græcis dici itidem obseruat, & ad quas respicit Aeneas πολιορκ. cap. XXXII. ἢ ὅσα ἂν τῷ τείχει ΧΕΛΩΝΗ προσαχθεῖσα δύνηται τι τοῦ τείχους ΔΙΟΡΥΞΑΙ ἢ καταβαλεῖν, *sicubi autem TESTVDO admota muro SVFFODERE aut deiicere partem eius aliquam poterit*, ac vbi addit, πρὸς τὸ διόρυγμα, seu *ad foramen*, ea nempe testudine factum, ignem esse continuo admouendum. Quibus accedunt χελῶναι κριοφόροι seu *testudines arietariæ*, quarum quum dicto apud Apollodorum loco, tum apud Athenæum de Machinis pag. 3. & alibi, ac Philonem Βελοπ. pag. 95. vbi etiam de earundem parandarum modo, sicuti & apud Vitruuium Lib. X. cap. XIX. agitur. Et hæc ἐν παρόδῳ.

Pag. 30. A. lin. 1. ἐδημία τῶν ἐσται) Non video, quod iuxta doctissimum adnotatorem, hic ἐδημίαν sit scribendum: neque enim vox illa a verbo παραβαλεῖν, quod præcesserat, regitur, sed in alia periodo, vti id etiam in interpretatione eiusdem loci ab eo factum, inclusa, & quidem præuiis, quæ illas distin-

distinguunt, coniunctione & vocibus, ἐπὶ τῆς γε ἑξῆς ἕδεμια &c. est, *nulla* earum, quod additur, quæ vnquam fuerunt, obsidionum, cum eadem illa Nesibena (quod omnino e prioribus subaudiendum) est comparanda, seu παραβαλέσθαι ἀξία. Nec aliter vel Græci vel Romani Scriptores loqui solent; aut quidquam id genus ellipsi, cuius exempla affatim suppeditabunt Grammaticorum filii, familiarius.

Ibid. B. lin. 9. στρατιωτικὰ τὰ παρακαθήμενα τοῖς Σκύθαις ἐν Παιονίᾳ) Constituntur nempe in Pannonia legiones, ad tutelam Romani limitis, quæ solitos Scytharum trans Danubium excursus ab iisdem arcerent. Duas quippe Barbarorum nationes exstitisse, quæ Romanis imminerent, illinc Persas, hinc Scythas trans Istrum late diffusos, obsetuat Libanius in Basilico pag. 124. sed ita, quod ibidem addit, vt illi Romanos sub Constantio, feroci quidem animo, irrito tamen conatu, lacessiuerint: hi autem, seu *Scythæ*, sub eodem Imperatore, quamquam in longinqua, contra Persas nempe, expeditione occupato, nusquam moti, *cum, ac si illorum princeps esset, colerent ac obseruarent*, καὶ βασιλέα τὸν ἡμέτερον ἐν ἴσῳ τοῖς οἰκείοις ἄγειν. Quomodo de iisdem *Scythis* sub Theodosio pro Romanis etiam militantibus, tradit in eius Panegyrico cap. XXXII. Pacatus, *qua tua benignitate pellecta omnes SCYTHICAE nationes tantis examinibus confluebant*; mox, *Ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus, & signa, contra quæ steterat, sequebatur, vrbesque PANNONIAE, quas inimica dudum populatione vacuauerat, miles impleuerat. Gotthus ille, & Hunnus, & Alanus respondebat ad nomen. Scytharum* enim trans Istrum nomine *Gothi* iidem seu *Getæ*, *Hunni*, *Alani*, passim a veteribus Scriptoribus appellati; vnde ripam Gotthorum tueri dictus in Excerptis Anonymi Valesiani Delmatius huius Constantii patruelis; ab Ammiano autem Lib. XXII. cap. VIII. de eodem Danubio, *septem ostiis per hoc SCYTHICVM latus erumpit in mare*. Immo vnde Σκύθης, Γέτης, & Γότθος, quod iam ante monui, idem esse nomen, contendit ὁ πάνυ de Hellenist. pag. 368.

Ibid. B. lin. 10. μὴ κρατηθῆναι τὸν πρεσβύτην ὑπὸ τοῦ τυράννου) Ne *Vetranio* nempe, dux exercituum in Pannoniis a Zosimo, & aliis, qua de re postea, in Illyrico dictus, a Magnentio, qui recens tyrannidem, cæso, de qua re iam ante, Constante, inuaserat, opprimeretur. Ita solo πρεσβυτοῦ nomine idem *Vetranio* mox denuo, tum in sequenti Oratione pag. 76. ac a Themistio similiter Orat. II. pag. 34. τῷ πρεσβυτέρῳ appellatione designatus, vbi de domitus aut in ordinem redactis a Constantio tyrannis agitur; ab Eutropio quoque *ille grandæuus*, & a Victore in Epitome *grandæua ætatis* idem *Vetranio* dicitur. A Themistio vero alibi nempe Orat. II. pag. 38. ad nomen eius ac forte ad ætatem simul adludente, ὁ πάλαι στρατιώτης *Veteranus* nempe indigitatur: vnde continuo ei, contra veterum nummorum ac Auctorum, vt ipsemet ibi agnoscit, fidem, *Veteranionis* non *Vetranionis* nomen inditum frustra contendit in notis ad Ammianum, vbi illius *Vetranionis* Lib. XV. cap. I. fit mentio, doctissimus Valesius; quod haud immerito ab eruditissimo fratre, in posteriori editione est ibidem animaduersum. *Vetranio* certe, non *Veteranio*, a Græcis etiam, vt Socrate Lib. II. cap. XXV. Zosimo Lib. II. cap. XLIII. Chronici Alexandrini Auctore pag. 291. Zonara pag. 15. & 16. Tom. II. Βετρανίων, permutatione autem litterarum Βρετανίων nunus vere, quod monuit iam minor Valesius, ab aliis, nisi ea sit librariorum culpa, vti ab Athanasio Epist. ad Solitarios pag. 844. ac Sozomeno Lib. IV. cap. I. dictus. Quomodo alterius *Vetranionis* (vt idem in Romano Martyrologio, quod viderunt iam alii, vocatur) Scytharum Episcopi, & ob fidem Catholicam a Valente Imp. in exilium acti, sub Βρετανίων pro Βετρανίων nomine meminit Sozomenus, vt ibi hodie legitur, Lib. VI. cap. XXI. Neque maior hic esse debet Philostorgii, Cappadocis Scriptoris, quam hic obtendit nuperus ac eruditissimus Themistii editor pag. 384. auctoritas, apud quem Ὀυετρανίων *Veteranio* scilicet, non *Vetranio*, idem hodie legitur. Vt mittam, quod alius etiam *Vetranio* legionis ductor, & a Persis cæsus, apud Ammianum exstat Lib. XXV. cap. I. Illud vero posset hic negotium facessere, quod eædem legiones, quæ erant in Pannonia, a Constantio missæ hic dicantur, ne scilicet opprimeretur a Magnentio Vetranio; quem tamen, τὴν στρατηγίαν τῶν ἐν Παιονίᾳ στρατοπέδων ἔχειν, *exercitibus in Pannonia præfuisse* tradit, & eorundem suffragiis ad imperium euectum, Lib. II. cap. XLIII. Vnde in superioribus verbis pro ἐν Παιονίᾳ ἐκπέμπεται, legendum videretur εἰς Παιονίαν, a Constantio nempe alias adhuc missas in Pannoniam, ad tuendum ibi Vetranionem, legiones. Quod suadent præterea, quæ iam antea pag. 26. vt ibidem vidimus, dicuntur de auxiliis, quæ a Constantio contra Magnentium petierit, etsi subdole, quo eundem Constantium falleret, Vetranio. Nisi vero hoc statuatur, eundem Pannonicas Legiones in Illyri-

Illyricum, vbi tum agebat Vetranio, & tanquam eidem propiores, in eius auxilium a Constantio continuo missas: quum etiam non *Pannoniorum*, sed *Illyricianorum* exercituum dux ab eodem Iuliano, vti etiam ab Eutropio, Victore Schotti, Chronici Alexandrini Auctore, Socrate, Sozomeno, Zonara dicatur. Adde, quod nec in dicto Chronico, *Mursæ*, iuxta Victorem in Epitome, aut Zosimum; vel eidem vicinæ *Sirmii*, (vtriusque Pannoniæ oppidi) iuxta Socratem, Sozomenum, & in Chronico Hieronymum; sed *Naisi*, quæ vrbs Illyrici, Imperator ab Illyricianis illis, quibus præerat, legionibus, nuncupatus traditur: & ibi etiam ἐν Ἰλλυριοῖς, *apud Illyrios* exorta hæc eius tyrannis, apud Themistium, coæuum cum Iuliano Auctorem, ac proinde magis hic fide dignum, Orat. IV. pag. 56. dicitur.

Ibid. C. lin. 8. εἰρήνην ὡμολογηκότι τῷ πάντων ἀνθρώπων ἀπιστοτάτῳ) Eandem Vetranionis perfidiam, qua nempe fidei & pactorum cum Constantio immemor, in servatorem suum & benefactorem insurrexerit, inita cum eo fœderis societate, cui (Magnentio) perfidum & inexpiabile bellum cum Imperatore intercedebat, tangit rursus in sequenti Oratione pag. 76 Iulianus. Idem quoque de hoc Vetranione, qui nempe a Constantio, arrepto imperio, desciuerit, tradunt in genere Eutropius, vterque Victor, Themistius Orat. II. pag. 56. &, de quibus paullo post, Petrus Patritius ac Zonaras. Quibus accedere videtur Philostorgius, dum in defectionis suspicionem venisse apud Constantium tradit Vetranionem, ad quem antea, vbi ille Cæsar fuisset prius a Constantina Sorore, Magnentii metu, declaratus, missum a Constantio diadema, eumque in imperii consortem adscitum dixerat Lib. III. cap. XXII. & iuxta illum Nicephorus Lib. IX. cap. XXVIII. A quibus tamen abit Chronici Alexandrini Auctor, ac præterea Zosimus; quorum ille nuncupatum itidem a Constantina, quæ male *Constantia* ibi dicitur, Imperatorem Vetranionem, eumque Kalendis Martiis Naissi inauguratum, Magnentio continuo oppositum: illumque, nulla defectionis aut initæ ab eo cum Magnentio societatis mentione facta, a Constantio, vbi is ad locum, quo bellum aduersus Magnentium gerebatur, peruenisset, perhonorifice exceptum tradit. Hic autem, nempe Zosimus Lib. II. cap. XLIV. non Vetranionem in Constantium, sed Constantium potius in Vetranionem, perfidiæ reum haud obscure redarguit; dum hunc, vbi ei a militibus, quibus præerat, delatum fuisset imperium, vtrinque a Constantio & Magnentio, missis ad eum Legatis, qui eundem in suas partes pertraherent, studiose prensatum refert: illum vero Constantio maluisse adsentiri, rebusque infectis ab eo Magnentii Legatos recessisse; vbi vero in vnum conuenissent, obtentu gerendi communis contra Magnentium belli, Constantius & Vetranio, hunc illius verbis deceptum, purpura mox seu imperio fuisse a Constantio exutum. De quo postremo equidem facto, seu depulsi imperio Vetranionis iure an iniuria, mox dicendi erit locus, vbi pluribus ea de re agit Iulianus. Alterum vero factum, seu sociata Vetranionis cum Magnentio, siue clam siue aperte, consilia quod adtinet; præter notam in Zosimo Constantinum eiusque filios obtrectandi libidinem, maior videtur hic fides coæuis Auctoribus, vt Iuliano ac Themistio, qui quinto post eadem hæc gesta anno, seu CCCLV, (vt de Iuliano ab initio harum Obseruationum vidimus, de Themistio autem Oratione II. a viris eruditis est ad eandem obseruatum) ac iis proinde in recenti adhuc memoria, hæc litteris consignarunt, Eutropio præterea & Victori in Cæsaribus tribuenda. Accedunt iisdem, & qui id ex aliis antiquioribus acceperunt Auctoribus, Petrus Patritius, & Zonaras; quorum ille in Excerptis Legationum pag. 27. ed. Reg. missos a Magnentio & Vetranione ad Constantium communi nomine Legatos, Rufinum Præfectum Prætorio, Marcellinum, alterius agminis ductorem, & Nocenechium, Senatus principem, memorat, petentes, vt armis positis, ipse primum inter tres hosce Imperatores honoris gradum obtineret. Magnentius præterea filiam Constantio, ipsi autem sororem Constantiam (rectius dixisset *Helenam*, quæ paucis post annis Iuliano nupsit, quum illa *Constantina*, non Constantia, Galli tum foret vxor) desponderet Constantius. Quibus ab vno e Legatis additum, ne hisce spretis, duos ille contra se Imperatores rei militaris peritos, καὶ ἐμμένοντας ἀλλήλοις, *inter se concordes* concitaret. Constantio vero sollicito ac hærenti in somnis visum patrem, qui fratrem Constantem a Magnentio perenitum dextra teneret, & ad vindictam de Tyranno sumendam Constantium impelleret: quo etiam viso, is Legatus, præter Rufinum, in vincula coniecerit. Rem eandem, nisi quod ipsa Legatorum nomina, & duplicis illius expetiti connubii mentionem omiserit, narrat Zonaras pag. 15. Tom. II. Quibus hic etiam subdit, nihil cunctatum Constantium, Serdicam se contulisse; quo repentino eius aduentu territus Vetranio, eidem Constantio, vt

vt mox dicetur, tanquam domino, ac priuati etiam habitu, obuiam proceſſerit, *τάς τε πρότερας καταλείψας βουλὰς, καὶ ἀθετήσας, ΤΑΣ ΣΥΝΘΗΚΑΣ τὰς πρὸς Μαγνέντιον*, *ac tum relictis prioribus conſiliis PACTA, quæ cum Magnentio inierat, reiecit.*

Ibid. D. lin. 10. *ὁ καλὸς καὶ συνετὸς αὐτῆς ὁ πρεσβύτης)* Quibus verbis ironice potius, quam ſerio, maxime poſt factam eius perfidiæ mentionem, deſignatur Vetranio: quem etiam non ſolum omnium artium ac litterarum prorſus expertem tradunt Eutropius ac Victor in Cæſaribus; ſed a quo poſtremo inſuper idem *ingenio ſtolidior idcircoque agreſti vecordia peſſimus*; ab altero autem Auctore, *prope ad ſtultitiam ſimpliciſſimus* extitiſſe dicitur. De loco autem vbi, quod hic tangitur, Conſtantio *occurrit* Vetranio, non conſentiunt Auctores: dum id in Italiæ loco, ad quem peruenit Conſtantios, id contigiſſe, ſed minus vere, in Chronico Alexandrino pag. 291. dicitur: *Serdicæ* autem in Pannonia, iuxta Zonaram, qui *occurſum* illum, memorato paullo ante loco, & de quo mox, refert. Eos vero *Naiſſum* conueniſſe (quæ Illyrico a Chronici Alex. Auctore dicto loco, Marcellino Comite ad Conſulatum Cyri ſub Theodoſio Iuniore, & Iornande Getic. cap. LVI; ab aliis autem Daciæ Mediterraneæ, aut ſuperiori Mœſiæ tribuitur) innuit in Chronico Hieronymus, quo *Vetranioni apud Naiſſum a Conſtantio regium* (Græcorum more, pro *Imperatoris*) *inſigne detractum* dicitur. Certe antequam in Italiam, quæ iam parebat Magnentio, penetraret Conſtantius, id factum, ex eadem hac Iuliani & aliorum, qui hæc attigerunt, narratione ſatis conſtat.

Pag. 31. A. lin. 9. *ἐξ ἴσης ἄρχειν ἐθέλοντα)* Quæ de hoc Conſtantii & Vetranionis congreſſu hic & ſuperioribus verbis tradit Iulianus, quaſi eo animo Conſtantio obuiam cum legionibus ſuis proceſſerit Vetranio, vt eum vel inuitum, pedem, unde venerat, cogeret referre, *εἰ μὴ πείθοι βιαζόμενος*, & vt ſe *æquali* cum eo *iure*, quod hic dicitur, *imperare velle*, argueret, haud parum rurſus ab iis abeunt, quæ ea de re ab aliis Auctoribus, ac nominatim a Zonara, traduntur. Ille enim, vbi repentini Serdicam aduentus Conſtantii, poſt miſſos ad eum Magnentii & Vetranionis, quod ante vidimus, legatos, meminiſſet, addit pag. 16. Tom. II. *ὁ Βρεττανίων* (verius *Βετρανίων*) *τὴν ἀνέλπιστον ἐπιδημίαν πτήξας τοῦ Κωνσταντίου, ΩΣ ΔΕΣΠΟΤΗ αὐτῷ προϋπήντησε. τάς τε προτέρας καταλείψας βουλὰς, καὶ ἀθετήσας τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Μαγνέντιον· καὶ ὁ Κωνστάντιος δὲ αὐτὸν γνησίως προσήκατο, καὶ ὁμοδίαιτον ἐποιήσατο. Τὰ γὰρ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΑΠΟΔΥΣΑΜΕΝΟΣ ὁ Βετρανίων ΓΝΩΡΙΣΜΑΤΑ, ἐν ἰδιώτου στολῇ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν ἐπελάβετο*, *Vetranio improuiſo Conſtantii aduentu territus, ei VT DOMINO procedit obuiam, relictis prioribus conſiliis & pactis, quæ cum Magnentio inierat, reiectis. Eum Conſtantius ſincere admiſit, etiam menſæ ſuæ adhibitum. Nam IMPERII INSIGNIBVS DEPOSITIS Vetranio, priuati habitu, pedes Imperatoris amplexus fuerat.* Quæ aperte cum hac & ſequenti huius congreſſus narratione pugnant; quæ Vetranionem cum imperii, quæ iam per menſes aliquot obtinuerat, inſignibus occurriſſe Conſtantio memorat, eoque animo, vt ſe eius in imperio Collegam, ſeu, vt hic mox dicitur, *συνάρχοντα*, vel inuito eodem Conſtantio, tueretur. Quam rem rurſus paullo aliter tangit Zoſimus Lib. II. cap. XLIV. nempe circumuentum ea in re a Conſtantio Vetranionem; dum illius ſuaſu factum, vt in vnum cum exercitibus conuenirent ipſe & Vetranio, eo quidem obtentu, vt publicum de gerendo contra Magnentium bello conſilium haberetur; reuera autem, quo imperio Vetranionem, vti mox callide id ab eo factum, exueret. A quo haud abit etiam coæuus auctor, & quidem in ipſo huius Conſtantii Panegyrico, Themiſtius, nempe Orat. II. pag. 56. vbi poſtquam oratione Conſtantii, & qua de re agit in ſequentibus Iulianus, in ordinem redactum & purpura exutum Vetranionem dixiſſet, addit, *ὁ καλλίτεχνος ἀτεχνῶς, μάλιστα δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ νίκῃ, ὅτι τῷ καλλίστῳ ΔΟΛΩ ταύτην ἐκτήσατο*, *peritiſſimus ſane artifex* Conſtantius, *atque ob illam imprimis victoriam, quod pulcherrimo eam DOLO reportarit.* Quibus etiam ſuffragatur Philoſtorgius Lib. III. cap. XXII. qui expetiti cum Vetranione amici colloquii obtentu, hunc imperiali veſte a Conſtantio exutum tradit. Neque enim iſtud, de depoſita nempe purpura, ſeu abdicato imperio, ante illum congreſſum, aut vero id ſponte, prout narrantem Zonaram vidimus, a Vetranione factum conſtat. Adeo, vt illud quidem veri fidem obtineat, quod hic ait Iulianus, Vetranionem hactenus, nempe dum occurrit cum exercitu Conſtantio, ſe pro Imperatore, ſeu eiuſdem cum Conſtantio poteſtatis conſorte, gerere voluiſſe; vnde etiam eiuſdem *συνάρχων* continuo, vt mox videbimus, dicitur.

Ibid. B. lin. 5. *ἐφεδρεύοντα τοῖς καιροῖς)* Nota huius verbi *ἐφεδρεύειν* pro *inſidiari*, ſeu *imminere*, vt hic dicitur, *tempori* vel *occaſioni*, ſignificatio; ac prout a Demoſthene ſimi-

liter dictum Philip. IV. pag. 54. vbi de Philippo ad Athenienses ait, οὐκ ἂν βούλεται ΤΟΙΣ αὐτοῦ ΚΑΙΡΟΙΣ τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ΕΦΕΔΡΕΥΕΙΝ, *non igitur vult vestram libertatem suis temporibus insidiari*; quæ paullo aliter reddit eruditissimus Wolfius, ac si τοῖς αὐτοῦ κακοῖς legisset, *sibi in aduersis rebus esse formidolosam*. Ita τῇ σφαγῇ τοῦ πατρὸς ἐφεδρεύειν, *necι patris insidiari*, hoc est, eam tentare velle, a Iosepho dicitur Ἀλωσ. Lib. I. pag. 753. Quo sensu etiam a Polybio, & quem locum iam adnotauit Budæus, dictum Lib. V. pag. 380. ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν τῇ Θράκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασι, *Thraciæ denique ac Macedoniæ rebus insidiabantur*. Prout alioquin, vt hoc addam, ab eodem Polybio idem verbum in re militari, pro *in subsidiis collocari*, ἐφεδρεία de eiusmodi subsidiis, Gallis vulgo *corps de reserue*, & παρεφεδρεύειν eodem sensu, Lib. II. pag. 113. ab illo dicitur: nempe deducta ab ἐφέδροις in Græcorum agonibus, qui de *tertiariis* seu *subsidiariis*, qui victi vices prostrati athletæ subirent, vt notum, dicebantur, significatione.

Ibid. B. lin. 8. ἐπὶ τὸ βῆμα μετὰ τοῦ τέως συνάρχοντος.) Nempe quasi, vt paullo ante dictum, de bello contra Magnentium gerendo, adstantibus vtriusque copiis, consulturi essent, ac milites commonefacturi, Constantius & Vetranio. Circumuentum certe ea in re a Constantio Vetranionem, e Themistio, Zosimo, Philostorgio, paullo ante vidimus: nec id abnuit hoc loco aut in sequenti Oratione Iulianus; dum simul, vt amici proinde & in commune consulturi, suggestum pro more vterque princeps Constantius, *eiusque hactenus collega* seu *imperii particeps*, τέως συνάρχων, Vetranio conscendisse dicitur; & quibus itidem verbis res illa tangitur, Orat. II. pag. 76. βασιλεὺς μετὰ τοῦ τέως συνάρχοντος, *Imperator Constantius cum eo, qui hactenus erat cum illo imperii particeps*, pro more nempe in antiquis adhuc nummis, & qua de re mox, obuio. Vnde præterea adstrui hic videretur, quod traditum ab aliis diximus; hunc nempe Vetranionem a Constantina, sorore Constantii, iuxta Chronici Alexandrini Auctorem pag. 191. quo illa eum Magnentio, qui cæso fratre Constante tyrannidem tum inuaserat, opponeret, purpura, & quidem Kalendis Martiis, fuisse solemniter amictum: seu iuxta Philostorgium Lib. III. cap. XXII. & qui id ab eo hausit, Nicephorum Lib. IX. cap. XXVIII. Cæsaris quidem dignitate ab eadem Constantina, idque pro Augustæ, quod nomen parens Constantinus ei detulerat, iure, ornatum; eandem vero illi a Constantio mox confirmatam, vt ille addit, τοῦτο μαθὼν, παραυτίκα μὲν Οὐετρανίωνι τὸ διάδημα πέμπει, συνεπικυρῶν αὐτῷ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. Neque enim eadem verba, vt illa reddunt duo celebres illius Auctoris interpretes, Iac. Gothofredus & Valesius, Imperatorem seu Augustum a Constantio declaratum Vetranionem continuo arguunt; sed potius, *confirmasse* illi, datam nempe, cuius facta fuerat mentio, a sorore Constantina, *Cæsaris dignitatem* Constantium, συνεπικυρῶν αὐτῷ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα, & quod de *Cæsaris dignitate* itidem dici ostendit ipse (vt alia mittam, & quæ supra iam adtigi, Obseru. pag. 31. & 43.) Iulianus infra pag. 44. Neque vero insolitum, vt *diadema* etiam iuxta *purpuram*, qua eum ab eadem Constantina amictum dixerat Auctor Chronici Alexandrini, Cæsaribus seu secundi fastigii principibus, fuerit concessum, e nummis aliisque monumentis antiquis pridem docui Dissert. IIX. de Num. pag. 650. & quod dein a Cl. Cangio est itidem adsertum, factaque ejus rei mentio a Cupero illustri eruditione viro in Notis ad Lactantium de Mort. Persec. pag. 618. Quæ præterea adstrui possent e superioribus Iuliani verbis, qui ad Vetranionis cum exercitu aduentum, haud continuo, etsi militum numero inferiorem, perculsum dicit Constantium, dum illum videret ἐξ ἴσης ἄρχειν ἐθέλοντα *æquali secum iure*, non secundi proinde loci seu Cæsaris dignitate contentum, *imperare volentem*. Neque hæc infringeret, sed adstrueret potius, quod τέως συνάρχων seu *hactenus imperii particeps* cum Constantio hic & in sequenti Oratione dicatur Vetranio; quum de hoc Iuliano Cæsare ab eodem Constantio nuncupato, dicat, vt id obiter iam innui Obseru. pag. 43. Themistius Orat. II. pag. 40. ὥστε καὶ τὸν συνάρχοντα φιλόσοφον ἐποίησε, *quum & imperii participem Philosophum fecit*: & rursus Orat. IV. pag. 58. ὅτι καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ ἄνδρα ἐξελέξατο, *quod eum virum* (Iulianum) *imperii consortem* (Cæsarem) *adsciuerit* Constantius. Haud aliter ac de Diocletiano, Herculium in imperio Collegam, duosque Cæsares Constantium huiusce auum & Galerium adsciscente, ait Lactantius de Mort. Persec. cap. VIII, *tres enim participes regni sui fecit*; ac prout *imperium* & *imperare* de *Cæsarum* fastigio subinde ab aliis etiam Romanis Scriptoribus, vti ea de re supra actum pag. 43. dictum legitur. Hisce autem, de Vetranione pro *Cæsare* agnito, accedere videtur Ammianus, a quo iuxta Gallum Cæsarem, & tanquam eiusdem fastigii particeps, exauctoratus postea dicitur idem Vetranio, nempe Lib. XV. cap. I.

licet

licet diuersis temporibus, duo exauctorati sunt PRINCIPES, VETRANIO nimirum & Gallus; quo autem *Principis*, illiusque postea *exauctorati*, non vero *Tyranni*, nomine legitima insuper Vetranionis, & ipsius proinde Constantii suffragio seu auctoritate prius confirmata potestas statuitur. Verum quibus (*Caesaris* nempe dignitatem quod adtinet) obstant continuo nummi huius Vetranionis adhuc superstites, qui vnum ei *AVGVSTI* titulum tribuunt: tum dicti antea Auctores, Eutropius, vterque Victor, Socrates, Sozomenus, Zosimus, Hieronymus, Zonaras; qui nulla facta illius Caesareae dignitatis in eum a Constantina vel a Constantio collatae mentione, Imperatorem a militibus Illyricianis seu Pannoniis declaratum Vetranionem, aut vero arripuisse illum imperium, tradunt: tum nominatim hac & sequenti Oratione Iulianus, ac similiter Themistius, qui eum vno *TYRANNI* nomine, haud aliter ac Magnentium, imperium eodem tempore innadentem, subinde, & quidem paucis, vt antea diximus, post eadem gesta, annis designant. Quamquam rursus ex hisce, & iisdem, sequenti Oratione, Iuliani verbis, μετὰ τοῦ τέως συνάρχοντος, *cum eo, qui hactenus simul imperabat*, ipsoque praeterea Vetranionis cum Constantio *suggestum* seu *tribunal* conscendentis, vt hic itidem dicitur, facto, & adstantibus nec inter se collisis vtriusque Principis copiis, licet omnino statuere, inuito quidem aut inscio primum Constantio, a militibus Illyricianis delatum Vetranioni imperium; dissimulasse tamen iracundiam, vt tempori aliquamdiu cederet, & ne is continuo ad Magnentium cum exercitu transiret, Constantium; immo in primo quoque cum eodem Vetranione occursu, ac eo quidem obtentu de omnibus amice inuicem transigendi, quin *pactis* iam inter se *conditionibus*, κατὰ συνθήκας, seu ἐπὶ ῥηταῖς συνθήκαις, vt ea de re Socrates Lib. II. cap. XXVIII. & Sozomenus Lib. IV. cap. IV. in vnum conuenisse, ibique cum Vetranione, vt collega & primi etiam non secundi fastigii consorte, continuo egisse. Quod postremum vtique vel ipsa hic Iuliani verba abunde arguunt, vbi simul adstante vtriusque Principis exercitu tribunal dicuntur conscendisse Constantius & Vetranio, παρελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα μετὰ τοῦ τέως συνάρχοντος, & similiter Orat. II. pag. 76. βῆμά τι ὑψηλὸν ἤγερτο, dein, ἀνῄει τι ἐπ' αὐτὸ βασιλεὺς μετὰ τοῦ τέως συνάρχοντος, *excelsus illic suggestus erectus est, quem Imperator cum eo, qui hactenus cum illo imperabat*, seu, vt in vtroque loco Petauius, *collega eius erat conscendit.* Peculiaris enim erat, vt alibi pridem tradidi Dissert. IX. de Numm. praest. pag. 841. *Augustorum* praerogatiua, non autem *Caesarum* seu inferiorum potestatum, milites e suggestu illo adloqui; ac ibidem, praeter alia ibi a me adducta, illustri imprimis ad hunc locum exemplo ostendi, & quod iam vidisse eruditissimum Lipsium ad Tacit. Lib. I. Annal. cap. XVIII. postea animaduerti. Nempe apud Ammianum Marcellinum Lib. XVI. cap. XII. vbi de Iuliano, quamquam Caesare, & cui Galliarum tutela ab hoc Constantio procul tum agente erat credita, contra Alamannos pugnaturo dicitur, *& quum ADLOQVI pariter omnes, nec longitudo spatiorum extenta, nec in vnum coacta multitudinis permitteret crebritas, & alioqui vitabat grauioris inuidiae pondus, ne videretur id affectasse, quod SIBI SOLI deberi AVGVSTVS existimabat*, milites *cuneatim*, vti simili in re paullo ante dicitur, *circumsistens*, modo hos, modo illos (non vero cunctos simul, in suggestum elatus) accessisse, & adlocutus ibidem traditur. Adeo vt vel ex hoc Vetranionis vna cum ipso Constantio, quod hic dicitur, huiusque voluntate ac adsensu, & quidem vt συνάρχοντος seu *collega*, tribunal, adstantibus vtriusque Principis copiis, *conscendentis* facto, id ipsum de agnito, quamquam subdole, pari secum Vetranionis fastigio, Constantius abunde declararet. Quum alioquin, quod aliunde, & ex ipsis etiam nummis, aliisue monumentis antiquis constat, Legati subinde aut Praefectus praetorio tribunal cum Imperatore, sed non vt συνάρχοντες, sicut hic Vetranio, conscenderent. Crebro autem in priscis illis Romanorum nummis, stantes in eiusmodi *suggestu* seu *tribunali*, legionariis militibus, si nis praeterea aquilisque, vti ea de re Auctores, ac vt ipse eadem pluribus adhuc tangit Orat. II. pag. 76. Iulianus, circumdati Imperatores, Praetorianis etiam cohortibus st pati, protenso autem dextro brachio, subinde etiam sinistro, eoque vel ad milites, vel ad signa subinde conuerso, verba ad eosdem facientes. Quibus autem addita vulgo inscriptio, ADLOCVTIO AVGVSTI, aut MILITVM quandoque; vel in praeclaris etiam Caligulae ac Neronis nummis, ADLOCVTIO COH. seu *Cohortium* Praetorianarum: prout in eximio Hadriani nummo ADLOCVTIO COH. PRAETOR. legitur; aut etiam FIDES EXERCITVS, vel addito EXERCITVS nomine ad quem fiebat illa concio, GERMANICVS puta, MAVRETANICVS, SYRIACVS &c. Etsi non semper, vt hic, in *suggestu*, eoque, vt infra dicitur Orat. II. pag. 76. *sublimi* seu ὑψηλῷ stantes, sed ex equo quandoque milites adloquantur in aliis nummis

(Cc) 3 Impe-

Imperatores: vti id pridem, ac præter alios ibi a me indicatos, in præclaro Hadriani nummo inscripto EXERCITVS CAPPADOCICVS, conspiciendum dedi dicta Diss. IX. de Numm. præst. pag. 843.

Ibid. D. lin. 2. *ἀκμαζούσης δὲ τῆς δημηγορίας*) Qua postrema voce vsus denuo Iulianus, vbi de hac aliisque concionibus, quas subinde, nec ad milites solum, vt hoc loco, habuit Constantius, agit Orat. II. pag. 76. *τὸ δὲ ἐφ' ἑκάστῃ συνόδῳ* ΤΑΣ ΔΗΜΗΓΟΡΙΑΣ *ἐκλέγειν εἰς τὸ στρατόπεδα, καὶ δήμους, καὶ βουλευτήρια*, *quæ porro singulis in conuentibus ad exercitus, populos, & Senatus CONCIONES habitæ sunt.* Nempe prout *δημηγορία* dicta proprie, quod vel ex Aristotele Rhetor. Lib. I. cap. I. liquere potest, de Oratione in genere *συμβουλευτικῷ*, ac proinde etiam, quæ Principem decet, ac vnde sequenti pagina Constantium denuo extollit, qui *δημηγόρον ἅμα καὶ στρατηγὸν*, *oratorem simul & imperatorem* hic præstiterit; nempe prout alioquin *δημηγόροι* vulgo dicti Oratores, qui in eo *συμβουλευτικῷ*, quod dixi, genere ad populum verba facerent. Quas autem militares *δημηγορίας*, seu vt passim in antiquis nummis inscribi eædem, vt modo diximus, solent, ADLOCVTIONES, subinde ex illo suggestu Imperatores e libello, ne memoriæ, quod de Augusto tradit Suetonius cap. LXXXIV. periculum subirent, constat recitasse; vt iam & adducto Seueri e Xiphilino exemplo, ad Dionis Excerpta pag. 105. monuit doctissimus Valesius. Immo quam in rem familiaribus etiam seu amicis vsi leguntur Imperatores, qui orationes id genus, vt id in Traiano sugillat in Cæsaribus Iulianus, componerent, vt id in Maximino obseruat Herodianus Lib. VII. cap. VIII. qui nempe conuocatis in campum ante vrbem militibus *ἀνελθών τε ἐπὶ τὸ βῆμα, ἐπιφερόμενος τὸ βιβλίον, ὅπερ αὐτῷ ἦσαν συντάξαντές τινες* ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ, ΕΞ ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ *ἔλεξε τοιάδε*, *tribunal ipse conscendens, & adlato libello, quem aliqui ex eius AMICIS composuerant, unde talem orationem recitauit.* Quod aliquando *a scriniorum* aut *dicendi magistris* factum, vt illas a Principibus habendas conciones conscriberent, docet in Aelio Cæsare cap. IV. Spartianus. Id vero de Constantio, vt is nempe hanc ad milites, & quidem, vbi de summa rerum, seu adserendo sibi vni imperio agebatur, *δημηγορίαν* ab alio ex amicis aut dicendi magistris compositam recitarit, liceret iridem ex Ammiano statuere, qui de eo tradit Lib. XXI. cap. XVI. *quum a Rhetorica per ingenium desereretur obtusum, ad versificandum transgressum*, nihil etiam ea in re *operæ pretium fecisse*; & e Victore in Epitome, a quo idem Constantius dicitur, *facundiæ cupidus, quam quum adsequi tarditate ingenii non posset, aliis inuidebat.* Verum a quibus abeunt quum in hoc & sequenti Panegyrico Iulianus, tum Themistius Orationibus I. pag. 38. & IV. pag. 56. vbi ambo mirifice Constantii facundiam, & quidem, quam in hac Oratione luculenter ac singulari plane & admirando cum successu explicauerit, prædicant, ac præterea in Basilico pag. 135. Libanius. Ibi enim non diffusam quidem aut Asiaticam, sed concinnam & quæ rerum grauitatem verbis æquaret, eloquentiam eidem Constantio tribuit, *οὐ ῥαψῳδῶν εἰς μῆκος λόγον μάταιον, ἀλλ' ὡς βραχύτητι ῥημάτων ὄγκον κατακλείων πραγμάτων*, *non in longum consarcinatum sermonem protendens, sed verborum compendio rerum pondera includens.* Cum quibus conueniunt, quæ de hac ipsa dicendi in Constantio facultate, non in verbis ad unguem exigendis aut tornandis, pro politulorum oratorum more, periodis, occupata, sed graui ac pura & verbis opportune vsa, ab hoc Iuliano dicuntur, sequenti Oratione pag. 77. Adde Chronici Alexandrini Auctorem, a quo pag. 291. summa etiam eiusdem Orationis traditur; nempe *ἀκόλουθον εἶναι τῇ βασιλείᾳ τὴν ἐξουσίαν ὑπάρχειν, καὶ τῷ ἐκ προγόνων βασιλέων διαπεμπομένῳ. ταύτην συμφέρειν δὲ καὶ τοῖς κοινῷ δεῖσθαι ὑπὸ μίαν ἐξουσίαν διοικεῖσθαι τὰ δημόσια, καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθα*, *par esse omnino, vt imperii potestas suprema, eaque a maioribus Imperatoribus accepta dominetur; subditis vero longe esse vtilius, respublicas ab vnica eademque potestate rite administrari; & alia id genus consentanea.*

Ibid. B. lin. 10. *ἐπλίτης δῆμος σίλβων τοῖς ὅπλοις*) Quæ hic de stantibus ante tribunal, quod cum Vetranione conscenderat Constantius, militibus, iisque, quod hic additur, districtis gladiis, ac pilis prætensis, & quo formidoloso spectaculo alius forti minus, quam Constantius, ac imperterrito animo, fuisset perculsus, tangit rursus sequenti Oratione pag. 76. Iulianus, ac similiter eadem de re agens, & in eiusdem Principis Panegyrico, quemque illo ipso, quo hunc Iulianus, anno habuit, Themistius nempe Orat. II. pag. 37. *καὶ οἱ μὲν ὁπλῖται ἑστήκασι κεκλιμένοι ἐπὶ τῶν ἀσπίδων· οἱ δὲ ἱππεῖς, ἐγκεχαλινωμένοι τοὺς ἵππους· οἱ δὲ τοξόται, τὰ τόξα ἀνέντες· οἱ δὲ σφενδονῖται, χαλάσαντες τὰς σφενδόνας· βασιλεὺς δὲ μόνος, καὶ ἄνοπλος, ἄτερ αἰχμῆς, ἄτερ μαχαίρας, μονομαχεῖ ἐπὶ τοῦ βήματος*, *& adstant quidem hinc clypeis innixi grauioris armaturæ milites, inde equites frenatis equis, hinc sagittarii*

taris remissis arcubus, inde funditores laxatis fundarum habenis; Imperator vero solus sine armis, citra hastam aut gladium, e suggestu singulare prœlium gerit. Nempe prout de I. Cæsare milites adloquente Lucanus Lib. V. vers. 316. *stetit aggere fulti*
Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens.

Qui alioquin insolitus, quem vterque Orator hic describit, & Iulianus, vt dixi, adhuc Orat. II. pag. 76. militum, non vero Imperatoris eosdem e *suggestu* adloquentis habitus. Neque enim hasta, vel gladio, aut etiam galea, quæ tria tamen vt singularia in hoc Constantii facto tanguntur infra dicta pag. 76. armati vt plurimum iidem Principes, in antiquis, qui militares id genus eorum conciones signant, Romanorum nummis; sed nudo ferme capite, vel sola laurea redimiti, togati etiam, aut vno thorace & paludamento tecti, in iisdem comparent: milites vero cum clypeis quidem & galeis, & cum erectis insuper legionum signis, non vero cum districtis gladiis, aut prætensis, vt hic dicitur, pilis stantes. Sed quibus singulis iisque, quæ paullo ante de *suggestu*, quem Constantius cum Vetranione conscenderit, a Iuliano dicta, maior quædam lux e conspectu duorum veterum, qui in Thesauris Gallorum Regiis & illustris Abbatis de Camps prostant, nummorum, constabit. In horum primo, qui est in Gaza Regia, duæ figuræ in suggestu stantes, quarum prior seu Gordianus Imperator, sub quo cusus hic nummus, sinistro brachio exerto & ad vexillum, seu adstantes duos clypeatos cum vexillo & Aquila legionis, præter duos alios milites, conuerso, cum inscr. ADLOCVTIO AVGVSTI. Alter vero L. Veri, in quo tres in suggestu figuræ, quarum prior seu Imperator paludatus itidem, protenso sinistro quoque brachio, adstantes adloquens milites cum clypeis & signis legionum, ac equitem præterea, (quorum equitum fit hic etiam a Iuliano mentio) sed sine districtis gladiis aut protensis pilis & inscr. ADLOCVTIO. In quo vtroque præterea, vt nec in aliis qui militares id genus conciones Imperatorum signant nummis, nusquam ferme comparet *sella* illa *castrensis*, quæ alioquin *milites allocuturo de more posita pro tribunali* apud Suetonium in Galba dicitur cap. XVIII.





Ibid. D. lin. 4. *Ὑπὸ τῶν λόγων ἀναπείθομεν)* Ita quidem hac & sequenti Oratione Iulianus, ac dictis modo locis Themistius, & maxime quidem Orat. II. pag. 37. vbi pluribus mirificam vim habiti huius a Constantio ad milites λόγυ seu *Adlocutionis* prædicat, & qua occasione ait, ἐξαρκεῖ δὲ αὐτῷ πολλάκις Ο ΛΟΓΟΣ ἀντὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν στρατιωτῶν, *sæpius vero pro armis ac militibus solus ipsi* Constantio *SERMO satis est*, & quæ plura ibi eam in rem de hac, vt eam vocat, ἀναιμάκτῳ νίκῃ, *incruenta victoria*, qua nempe Vetranio exutus est imperio, leguntur. Alia eam in rem ex eodem Themistio, ac Libanio præterea, iam adtulimus ad initium huius Orationis, vbi eius rei facta itidem mentio, nempe harum Obseru. pag. 10. Etsi, quod hic addendum est, id non adeo hac Constantii pro tribunali ad milites *Oratione* factum, vt illum iidem, quod hic dicitur, vnum Imperatorem continuo acclamarent, quam clandestinis eiusdem artibus ac donis, quibus Vetranionis duces iam ante ad se pellexerat Constantius, licet etiamnum ex Ammiano colligere. Tradit enim ille in rebus Iuliani adhuc Cæsaris Lib. XXI. cap. VIII. *Sallustium Præfectum promotum remisit in Gallias; Germaniano iusso vicem tueri Nebridii; itidemque Neuittæ magisterium commisit armorum, Gumoarium PRODITOREM ANTIQVVM timens; quem quum Scutarios ageret, LATENTER PRODIDISSE VETRANIONEM suum Principem audiebat.* Quod a Sozomeno similiter dicitur Lib. IV. cap. IV. Constantium nempe, & qui ei fauebant, omni studio egisse, vt purpura exueretur Vetranio, solusque acclamaretur Imperator Constantius, ac, vt addit, συνῆκε Βετρανίων (melius Βετρανίων) τὴν προδοσίαν, *proditum se intellexit Vetranio.* Idem etiam tangit Socrates Lib. II. cap. XXVIII. Constantium, vbi Sirmium venit, icto fœdere cum Vetranione, in colloquium

quium venisse, ac effecisse, vt milites, a quibus ille fuerat Imperator renuntiatus, solum Constantium Augustum ac Imperatorem, prout hic itidem dicitur, declararent. Quo spectant itidem, quæ e Zosimo ac Philostorgio paullo ante adtulimus, de decepto a Constantio Vetranione, qui belli contra Magnentium gerendi obtentu, cum Vetranione, adstante vtriusque exercitu, congressum expetierit. Immo ad quas ea in re Constantii artes, quibus incautum hunc senem pessumdedit, referri adhuc possent adducta iam ante, vbi huiusce concionis & exuti purpura Vetranionis meminit Themistius, verba Orat. IV. pag. 56. vbi vt *καλλίτεχνος*, seu *egregius artifex* prædicatur Constantius, & quidem ἐπὶ ΤΩ καλλίςῳ ΔΟΛΩ ταύτην ἐκτήσατο, *quod pulcherrimo DOLO eam*, de abdicato nempe Vetranione victoriam *reportarit*. Ita a callido Principe, & de euentu præparatæ a se alia de re ad milites, seu quo sibi vni imperium adsereret, concionis securo, circumuentus nouus adhuc & incautus Imperator, ac præterea *vir probus ac morum veterum*, aut etiam *simplicissimus*, vti ab Eutropio & Victore in Epitome dicitur hic Vetranio.

Ibid. D. lin. 9. ἀπολαμβάνειν ἠξίου τῆς ἀρχῆς τὸ γνώρισμα) *Purpuram* nempe, qua amictus fuerat, & qua de re iam ante, Vetranio; quamque ei, etsi stanti in eodem suggestu, tanquam, vt dixerat paullo ante Iulianus, *συνάρχοντι* detractam, ac vt sibi vni debitam CONSENSV, qui subinde in antiquis Imperatorum numinis legitur, EXERCITVVM, *reciperet* Constantius. Quam rursus Vetranionis purpuram, ac etiam (vt id a Socrate Lib. II. cap. XXVIII. ac Philostorgio Lib. III. cap. XXII. traditur, & eadem vox hic numero plurium itidem adhibita suadet) diadema, *τὰ βασιλείας γνωρίσματα*, *imperii insignia*, vocat similiter, & de quo loco paullo post, vbi de deposita eadem agitur, Zonaras. Sic Hieronymus in Chronico, *Vetranioni apud Naissum a Constantio REGIVM INSIGNE* (nempe τὸ βασιλείας γνώρισμα) *detractum*; ac prout *indumentum regale* ab Ammiano Lib. XIV. cap. IX. & XI. *ablatus regiis indumentis*, de Galli Cæsaris purpura eidem erepta dicitur, ac Lib. XV. cap. VIII. *amictus principalis & imperatorius murex*, prout *sacri muricis* de eadem dicitur Leg. III. C. De vestibus holoberis. Vnde etiam tanquam *imperii*, quod hic dicitur, *insigne* seu *σύμβολον*, eiusmodi *purpuræ* speciem, qualis ad hunc vsum erat destinata, vt soli Principi eiusque domui dedicatam, contexere, vendere, aut gestare, idque non sine læsæ maiestatis crimine vetitum, Lege quæ exstat in vtroque Codice *De purpura nundinis prohibendis*; ac præterea Leg. III. & IV. dicto tit. De vestibus holoberis. Accedit Lex. I. Cod. Inst. Quæ res venire non possunt, vbi dicitur, *Fucandæ atque distrahendæ purpuræ* &c. *facultatem NVLLVS posse habere PRIVATVS. Sin autem aliquis supra dicti MVRICIS vellus vendiderit, fortunarum suarum & capitis sciat se subiturum esse discrimen.* Vnde etiam de *monstris fucandæ purpuræ tortis* sub hoc Constantio, a quibus nempe alios in vsus, quam Principis, id factum, agit Ammianus Lib. XIV. cap. IX. Adde hisce Suetonium in Nerone cap. XXXII. & Chrysostomum Serm. in Paralyt. Tom. V. ed. Sauil. fol. 269. ἔςω τοίνυν τὸ μετ' ἐξουσίας λῦσαι τὸ σάββατον, ὥσπερ Η ΑΛΟΥΡΓΙΣ, καὶ τὸ διάδημα, καὶ τὸ ἀφιέναι τοὺς ὑπευθύνους ὥσπερ οὖν ἐκεῖνα ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΜΟΝΩ ἔξεστιν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ τῶν ὑποκειμένων. *sit itaque illud summæ potestatis, sabbatum soluere: quomodo PVRPVRA, & diadema, ac reos absoluere. Sicut igitur illa SOLI IMPERATORI licent, nulli vero subiectorum* &c. Vnde etiam factum, vt *purpuratus* pro *Cæsare* dicatur apud Ammianum Lib. xx. cap. V. Immo quomodo *regia* itidem seu *imperatoria insignia*, purpura ac diadema, quibus post mortem etiam amictum Constantini corpus tradit Eusebius Lib. IV. de vita Const. cap. LXVI. illud nempe in Regiæ apud Constantinopolim conclaui conspectum, βασιλικοῖς τε κόσμοις πορφύρᾳ καὶ διαδήματι τετιμημένον, *imperatoriis insignibus, purpura ac diademate exornatum.*

Pag. 32. A. lin. 1. ἐψέ ποτι φασὶ τῇ θετταλικῇ) Bene hic monuit Petauius, ad prouerbium respici, ἡ Θετταλικὴ πειθανάγκη, quæ proinde vox hic subanditur, aut vero librariorum incuria est omissa. Illius autem prouerbii, præter Eunapium, infra in Epistola ad Athenienses pag. 274. facta itidem mentio, λεγομένη ἡ Θετταλικὴ προσβάλλεται πειθανάγκη, *& Thessalica, quam vocant, cum necessitate persuasio.* Etsi vero de eo prouerbio fere taceant Parœmiographi veteres; a quibus tamen haud præteritum Θεσσαλῶν σόφισμα, quod ab Euripide refertur Phœn. v. 1416. & ab Athenæo Lib. I. pag. 11. Hinc apud Hesychium Θεσσαλὸν (σόφισμα nempe, quod ibi excidit, aut, vt apud Suidam, ac viderunt alii, νόμισμα) τοῦτο παροιμιῶδες λεγόμενον ἐπ' ἀπάτης, *Thessalicum (commentum* seu *numisma) quod prouerbium de impostura dicitur.* Quamquam apud Plutarchum de audiend. Iuuen. Poem. haud procul ab initio dicatur, Simonidem quærenti ex se, τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς θεττα-

Θετταλοὺς; Ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν, ἢ ὥς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι, *cur solos Thessalos non deciperes*, respondisse: *indoctiores enim sunt, quam vt a me decipiantur.* Haud eo minus tamen Θετταλῶν ἀπιστία, *Thessalorum perfidiam*, seu τὰ Θετταλῶν ἄπιστα, in prouerbium abiisse, notant eruditi Aristophanis Enarratores ad illud Comici in Pluto pag. 54.

Ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν.

lucri, quod præcesserat, *cupidus mercator veniens e Thessalia a plagiariis*, seu *mancipiorum propolis*: quod etiam Iasonis, Thessali quippe, exemplo firmari, qui Medeam nempe ἠνδραπόδισε *in seruitutem* velut *rapuerit*, obseruant ibidem Critici; & quem Comici locum tangit etiam Eustathius ad Iliad B. pag. 331. Adde notum apud Suidam Θετταλὴ γυνή, prouerbium, nempe de Thessalorum sagis, quæ Lunam scilicet, vt ex Aristophane, Platone, Horatio, monuerunt jam parœmiographi, cœlo deducerent; & quibus gemina de Thessalia, vt Magiæ inuentrice, ac illis Thessalicis sagis tradit sub initium Lib. II. Milesiorum Apuleius, *reputansque me media Thessaliæ loca tenere, quo artis Magicæ natiua contamina totius orbis consono ore celebrantur.* Iisdemque consentanea, quæ paullo post in eodem libro subdit de maga Thessala Pamphile, eiusque vi mirifica, qua formosissimum quempiam adolescentem, vel iouitum, suada malesana, aut aliis, si eadem desit, artibus, ad sui amorem adlicit, *ferit blanditias, inuadit spiritum, amoris profundi pedicis adligat*, dein, *hæc tibi trepido & cauenda censeo: nam & illa vrit perpetuum* &c. E quibus proinde vsitatis in ea gente moribus ac præstigiis factum videtur, vt illud Θετταλικὴ πειθανάγκη *Thessalica cum persuasione necessitatis* proverbium originem, quam apud parœmiographos veteres se non reperisse testatur hic Petauius, traxerit. Haud alia vero illa *Thessalica*, quæ hic a Iuliano dicitur, πειθανάγκη, quam quæ mox sequenti pagina, ἡ πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη, *suada* seu *persuasio* Constantii *labris insidens*, aut quod jam sub initium huius Orationis, vt ad eandem vidimus pag. 10. innuitur, λόγῳ καὶ πειθοῖ *oratione & suada*, non vero armis aut bello, depulsa Vetranionis tyrannis.

Ibid. A. lin. 2. περιελόμενος τὴν ἁλουργίδα) Quod a Vetranione, sed *inuito*, ac vna vi illius Thessalicæ πειθανάγκης, in quam eum Constantii suada conjecerit, factum hic tradit Iulianus; & similiter de eodem ad *deponendam purpuram* seu abdicandum imperium compulso, dictis iam locis Themistius, ac iisdem coætaneus Ammianus Marcellinus, dum, vt antea iam vidimus, ab eo dicitur Lib. XV. cap. I. *duo exauctorati sunt Principes, Vetranio nimirum & Gallus.* Quibus accedunt iisdem ætate proximi, & memorati itidem iam ante, Socrates, Sozomenus, Hieronymus in Chronico, Auctor Chronici Alexandrini, Zosimus, aliique; quorum nonnulli non solum vt *exueret purpuram* adactum Vetranionem tradunt: sed eandem etiam ei a militibus detractam; vt Zosimus Lib. II. cap XLIV. καὶ ἅμα Βρετανίωνα τῆς ἐσθῆτος ἐκδύσαντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ βήματος ἰδιώτην, *simul Vetranioni vestem* seu *purpuram detrahentes, de tribunali eum vt iam priuatum dejiciunt.* A quibus tamen, & proinde hoc ipso Iuliano, abit quodammodo Zonaras, dum non Oratione sed aduentu Constantii territum Vetranionem, ei non solum, quod supra iam diximus, obuiam processisse & benigne ab illo admissum refert, sed addita etiam huius rei caussa, τὰ γὰρ βασιλείας ἀποδυσάμενος ὁ Βετρανίων γνωρίσματα, (de quo. loco paullo ante) ἐν ἰδιώτου στολῇ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν ἐπελάβετο, *nam imperii insignibus depositis Vetranio, priuati habitu pedes Imperatoris amplexus fuerat.* Nulla proinde hic tribunalis seu suggestus, quem adstantibus & armatis vtriusque Principis militibus conscenderent simul Constantius ac vt eius collega Vetranio, fit mentio; aut Orationis a Constantio tum habitæ, cuius suada idem sibi vni imperium, quo exutus continuo fuerit Vetranio, mirifico exercituum consensu adseruerit. Verum nulla ratio subest, vt non longe potior hic esse debeat Iuliani ac Themistii auctoritas, qui quinto post anno, vt antea diximus, totam hanc huius rei, prout eadem gesta est, scenam pluribus, neque vno loco, describunt; vt de aliis sileam, & memoratis paullo ante Scriptoribus, Chronici Alexandrini Auctore, qui summam etiam, vt paullo ante vidimus, habitæ illius a Constantio Orationis tradit, ac præterea Zosimo. Idem cæteroquin (post depositum nempe imperium, & solum a militibus Augustum & Imperatorem declaratum Constantium) de Vetranione ad pedes eius, vt supplice, abiecto, tradunt itidem in narratione Socrates Lib. II. cap. XXVIII. & Sozomenus Lib. IV. cap. IV. De *deposita* autem a Vetranione, qui *senex* seu πρεσβύτης, vt vidimus, eam arripuerit, *purpura*, vnum hic addam elegans Themistii dictum Orat. IV. pag. 56. καὶ ἀπεδύσατο μὲν τὸ γῆρας, καθάπερ οἱ ὄφεις, ἀλλὰ τὴν ἔχοντα ἁλουργίδα· τὸ γῆρας δὲ αὐτῷ διετήρησεν ὁ Βα-

σιλεύς; exutusque non senectute, veluti serpentes, sed purpura præter ætatem a se suscepta: senectutem vero imperator eidem conseruauit, vt hac de re mox Iulianus, vbi pluribus hanc in exauctoratum Vetranionem benignitatem & clementiam tangit & extollit.

Ibid. A lin. 8. καὶ τοῦ σώματος κρατήσας) Quam in Vetranionem imperio exutum ac in suam potestatem, vt hic dicitur, redactum, eiusque familiares, quiue a partibus eius steterant, singularem plane Constantii clementiam ac humanitatem celebrat quoque haud vno loco Themistius, vt Orat. II. pag. 38. παρέτειν αὐτὸν μετὰ τὴν νίκην ὁ Βασιλεὺς μακροβιώτερον Ἀργανθωνίου, χορηγὸν ἀπεῤῥιμμένης καὶ ῥαθύμου τρυφῆς, πάλαι ἂν ἴσως καὶ πρόπαλαι διελέμενον ὑπὸ τῶν παρ᾽ ἡλικίαν φροντίδων, *igitur post victoriam vitam illi* (Vetranioni) *Arganthonio longiorem concessit; ac quum is iam olim diuque antea curis ætate grauioribus distraheretur, securas ei minimeque anxias voluptates ministrauit.* Ita rursus Orat. IV. pag. 56. & loco iam paullo ante adducto, ait inter alia, purpura solummodo exutum Vetranionem, senectutem vero ei ab Imperatore conseruatam. Nempe quem Vetranionem post depositam purpuram mensæ adhibitum, mox Prusam Bithyniæ, adsignatis eidem amplis, vnde vt priuatus laute etiam ac tranquille deinceps viueret, reditibus, amandauit Constantius; & in quo otio vitam ille placide actam, post sexennium, a quo fuerat exauctoratus, finiuit: vti id enarrant commemorati iam supra Auctores, Chronici Alexandrini Auctor pag. 291. Socrates Lib. II. cap. XXVIII. Sozomenus Lib. IV. cap. IV. Philostorgius Lib. III. cap. XXII. & Zonaras pag. 16. Tom. II. qui postremum istud de sexennio, quo idem postea vt priuatus vixerit, refert. Immo *patrem* etiam eundem Vetranionem vocatum a Constantio, idemque illi ab eo præstitum, quod tangit in prioribus quæ supra addtulimus, verbis Themistius, beneficium; nempe quod tot curis, quæ imperium comitari solent, eum liberasset, tradit dicto loco Socrates. A quo vero Auctorum ea in re consensu abit Athanasius Epistola ad Solitarios pag. 844. Tom. I. ἀλλὰ τὸν μὲν Βρεττανίωνα καθεῖλεν, ἐγκλήσας τὸ δίκαιον ἀπαιτῶν, λέγων, τίνι μετὰ θάνατον ἀδελφῶν ἡ κληρονομία γίνεται; *atqui Bretanionem*, verius *Vetranionem*, *quum ius suum persequeretur, e medio sustulit, his verbis vsus, cuinam fraterna bona a morte fratrum* (Constante nempe recens tum, vt vidimus, cæso) *obuenire debent?* quum tamen, vt addit, sua impietate, nec quid ius sit se nosse, & aduersus fratres se inofficiosum præbuisse eundem Constantium tradat. Alius adhuc exstat in eadem Epistola ea de re locus pag. 860. καὶ τρεῖς βασιλεῖς, Βρεττανίωνα (seu Βρεττανίωνα, vt priori loco, aut rectius Βετρανίωνα) καὶ Μαγνέντιον, καὶ Γάλλον καθελών, εὐθὺς προέστη τῆς ἀσεβείας, *ac tribus principibus, Vetranione, Magnentio, & Gallo sublatis, tutelam impietatis*, nempe Arrianæ, *suscepit.* Postremum hunc locum vidit iam Cl. Tristanus Tom. III, pag. 630. quem ita explicat, vt ibi Athanasius de Vetranionis abdicatione ciuili, non vero de eius morte, quum reuera a Constantio seu eius iussu non sit cæsus, locutus credi possit; aut vero, vt *Vetranionem* ibi pro *Siluano* sumpserit. Quod postremum, vt mittam diuersam satis vniusque illius nominis rationem, & quod *Siluanus* post *Magnentium* etiamnum & *Gallum*, quibus tamen apud Athanasium præponitur, nempe sequenti post Magnentii & Galli cædem anno, sit interemptus: quod his, inquam, missis, e prioribus, quæ adduxi, Athanasii verbis abunde refellitur. In iis enim quum eiusdem *Vetranionis*, non vero *Siluani*, illiusque a Constantio sublati, sit mentio; tum maxime quod cæsi proxime a Magnentio Constantis paternam hæreditatem, seu quam hic obtinuerat imperii partem, sibi, non vero Vetranioni iure deberi contenderet Constantius. Adeo vt minus incommode, iuxta adductam quoq; Tristani notationem, illud καθελών apud Athanasium, & quo verbo in priori etiam loco ea de re vsus, de *exauctorato* Vetranione seu *ablato* ei imperio, & ad priuati sortem redacto, sumi posset; quum & apud alios haud Auctores haud insolitus sit illius verbi καθελεῖν, eademque in re, pro *exauctorare* quempiam, usus; maxime autem, quum e tribus illis, quos in postremo loco adduxit Alexandrinus Antistes, solus Gallus iussu Constantii sit cæsus: Magnentius semet Lugduni interfecerit: Vetranioni autem voluptuariam etiam vitam agere sit concessum; cuius rei præter alios idonei vtique, qui eodem adhuc superstite, dum ea conscriberent, testes exstitere, nempe hac & sequenti Oratione Iulianus, nec vno loco, vt vidimus, Themistius. Quibus, & ad maiorem Athanasii lucem, addi potest geminum grauissimi Auctoris, iisque rebus itidem coæui, Ammiani exemplum; a quo, loco iam alibi adducto, Lib. XV. cap. I coniungun-

iunguntur quoque, licet dissimili vtriusque fato, tanquam Constantii *nutu duo EXAVCTORATI principes, Vetranio nimirum & Gallus.*

Ibid. A. lin. 10. ἢ Κῦρος τῷ πάππῳ) Dum Constantius hic dicitur melius & æquius cum Vetranione egisse, quã olim cum *auo* suo, nempe Astyage, *Cyrus*, a Iustini obvia ea de re narratione discedit; apud quem capto Astyagi bellum Persis inferenti, *nihil aliud quam regnum abstulit Cyrus, NEPOTEMQVE in illo magis quam Victorem egit, eumq. maxime genti Hyrcanorum præposuit*, & quidem quoniam *in Medos reuerti noluit*, Lib. I. cap. VI. Idem tradit qui eum more solito exscribit Orosius Lib. I. cap. XIX. Herodotus autem hoc vnum ea de re tradit Lib. I. cap. CXXX. victum Astyagem, & Persarum regno exutum, ac, vt addit, Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυτῷ, ἐς ὃ ἐτελεύτησε, *Astyagem autem Cyrus nullo alio malo adficiens, penes se habuit, quoad vita excessit*, non indicans, an in liberali tantum custodia, securitatis ergo, ne auitum regnum repeteret, eum retinuerit; an vero, quod ait Iustinus, non tam vt a se victum, quam vt *auum*, singulari in honore ad mortem vsque coluerit. Prius videtur sequutus hic Iulianus, dum meliori & æquiori conditione habitum a Constantio Vetranionem, etsi nulla cognatione eum adtingentem, ac præterea qui eidem fuerat infidus, tradit, *quam* a nepote *Cyro auum* Astyagem, & apud quem præterea fuerat liberaliter educatus. Ctesias vero in Persicis apud Photium, nulla quidem cognatione Cyro fuisse iunctum Astyagem refert, captum vero ab vno e Persarum ducibus & vinctum, ab eodem Cyro liberatum, ac vt patrem deinceps ab eo cultum, ducta etiam eius filia. Diodorus autem Lib. II. cap. XX. Eusebius in Chronico, Auctor Chronici Alexandrini pag. 142. Syncellus pag. 235. haud aliud, nisi victo Astyage, subuersum Medorum regnum, quod ad Persas transierit, memorant. A quibus autem singulis, & Iuliano etiam hoc in loco, abit Xenophon Inst. Cyr. Lib. I. pag. 22. quique eum hic sequutus est Zonaras pag. 148. Tom. I. dum hunc Astyagem Cyri *auum* in Media, relicto successore filio Cyaxare (quem *Darium* vocat, alio autem nomine a Græcis appellari tradit Iosephus Ἀρχ. Lib. X. cap. XII.) & quum Cyrus in Perside, viuo adhuc ibi patre eius ac Rege Cambyse ageret, obiisse memorat. Verum quæ fides Xenophonti in rebus Cyri sit habenda, neminem latet; ac unde in Astyage, (iuxta eundem non solum, sed Herodotum etiam, Iustinum, aliosque, & quibus Iulianus hic accedit *Cyri auo*, Medorum, quod ad Persas deuenerit, regnum desiisse, vulgo neque immerito statuunt Chronologi, & quidem maiorum inter eos gentium, Scaliger & Petauius.

Ibid. A. lin. 11. τοὺς περὶ αὐτὸν δὲ τὰς τιμὰς διεφύλαξεν) Qua in re longe dispar rursus exstitit eorundem Vetranionis familiarium, seu qui ab eius partibus steterint, & quos ei modo coniungentem vidimus Athasium, Magnentii, Galli, aut vero etiam Siluani amicorum vel clientum conditio. In illos enim, etsi de Magnentianis idem quod hic de Vetranionis sequacibus tradat infra pag. 38. Iulianus, aliter sæuiisse Constantium, abunde docet, & qua de re nos dicto loco, Ammianus. Verum alia hic suberat ratio, cur in illos Vetranionis amicos & familiares se benignum adeo præbuerit Constantius, vt, quod a Iuliano dicitur, non integram solum iis seruaret dignitatem, sed multos etiam ex iis donis adficeret; ea nempe, cuius iam in superioribus ex eodem Ammiano, Socrate, aliisque facta mentio, quod muneribus aliisue clandestinis artibus, eosdem iam ante, vt dominum seu Vetranionem proderent, sicut id ab iis quoque factum, pellexerat Constantius.

Ibid. B. lin. 9 ἀπέῤῥηξεν τὸ στρατήγιον ἀπὸ τοῦ βήματος) Singularis plane notationis & alibi forte haud obuiæ hic locus; dum post commemoratam geminam Constantii laudem, qua ille se ex æquo *Oratorem simul ac Imperatorem*, ῥήτορα ἅμα καὶ στρατηγὸν, vti ea de re iam actum, præstiterat; additur nunc alia eiusdem Principis commendatio, *qui*, vt eadem verba vertit Petauius, *militare Prætorium a suggestu ac tribunali separatum olim, in eandem rursus figuram ac speciem redegerit*. Στρατήγιον nempe a Græcis dictum de *Prætoris*, seu qui exercitui præerat, *tabernaculo*, ac inde apud Polybium quum στρατήγιον *prætorium*, tum στρατηγοῦ σκηνὴ, *ducis exercitus tabernaculum*, vbi de Romanorum castris agit, appellatur Lib. VI. pag. 473. 477. ac alibi. Ita apud Dionysium Halicarnassensem Στρατήγια & Στρατηγοῦ, seu, vt eam vocat Lib II. pag. 159. Στρατηγικῆς σκηνῆς, simul fit mentio Lib. IX. pag. 563. Κεραυνὸς εἰς τὸ στρατήγιον ἐμπεσὼν, τήν τε σκηνὴν διέσπασε, *fulmen in Prætorium* (Cn. Manlii Consulis) *decidens, tabernaculum discerpsit*. *Prætorium* autem dictum itidem a Romanis, vt alias iam eius

 signi-

significationes mittam, idem illud στρατήγιον, sicut sæpe apud Liuium, & quidem, quod, vt ait Festus, *initio Prætores erant, qui nunc Consules, & ii bella administrabant, quorum TABERNACVLVM quoque dicebatur PRÆTORIVM.* Vnde mutata etiam Reipublicæ Romanæ forma, retentum vtrumque illud nomen, Στρατήγιον & *Prætorium*, de Imperatoris iuxta & alterius, qui eo absente exercitui præerat, tabernaculo. Sic Iosephus, qui in Titi castris ante Hierosolyma aliquamdiu vixerat, de castris Romanorum suo æuo eorumque forma agens, ait Lib. III. cap. III. posita in media castrorum parte legatorum tabernacula, μεταίτατον δὲ τούτων τὸ στρατήγιον ναῷ παραπλήσιον. Στρατηγίῳ autem seu illi *Prætorio castrensi* iunctum erat a parte eius læua βῆμα siue *tribunal*, quod conscenderet, quoties vellet milites adloqui is, qui summo cum imperio iisdem præerat. Quod sub Imperatoribus itidem receptum, ex Hygino, qui sub Traiano & Hadriano vixit, abunde constat; cuius in libro de Castrametatione, quum de *Prætorii* in castris forma, magnitudine, situ, lateribus, *Comitibus Imperatoriis*, seu adsignato iisdem loco; tum de iis, quæ eidem *Prætorio* velut iuncta, nempe *Auguratorium parte dextra PRÆTORII ad viam principalem adponemus, vt dum in eo augurium recte capere possit: parte læua TRIBVNAL statuitur, vt augurio accepto insuper adscendat, & exercitum felici auspicio adloquatur.* Quod vero apud Græcos similiter obtinuisse, vt *Tribunal* nempe esset *Prætorio* iunctum, idque a Plutarcho ostendi, dum scribit, Periclem milites suos conuocasse ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ στρατήγιον, monet ad eum Hygini locum nobilissimus eius adnotator pag. 53. sed qua in re memoria virum illustri eruditione fefellit. Neque enim ibi apud Plutarchum id Pericli eiusue militibus tribuitur, aut de *Prætorio* castrensi, adiunctoque ei *Tribunali* dicitur, sed de Atheniensium populo, qui calamitatibus domesticis fractum & domi se continentem ab aliquo tempore Periclem, denuo Rempublicam capessere optaret, πόθῳ ὡς δὲ ἐκεῖνον, καὶ καλέσας ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τὸ στρατήγιον, *desiderio eius tacta, & ad suggestum ac Prætorium seu Præturam denuo suscipiendam eum vocantes*, pag. 172. Tom. I. Vbi nempe βῆμα de *tribunali*, e quo Athenis Pericles antea concionari ad populum, eumque impellere quo vellet, seu prout vtile ei crederet, solitus; sicut de aliis Atheniensium δημηγόροις apud Græcos oratores eadem vox subinde adhibetur; στρατήγιον autem, non de *Prætorio* castrensi, sed de *Prætorio* Athenis ita dicto, ac inde ibi de *Prætura* seu *Prætoris* dignitate dicitur; vnde continuo ὁ στρατηγὸς αἱρεθεὶς, *Prætor electus* Pericles ibidem legitur. Quomodo Aeschines adu. Ctesiphontem pag. 295. de Demosthene, cui aliquid *e tribunali* seu ἀπὸ τοῦ βήματος Atheniensibus suadenti restiterat vnus τῶν Στρατηγῶν ait, διαδικασίαν, ἔφη, γράψειν ΤΩ ΒΗΜΑΤΙ πρὸς τὸ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΟΝ· πλείω γὰρ ὑμᾶς ἀγαθὰ ὑφ' ἑαυτοῦ, ἔφη, ἀπὸ ΤΟΥ ΒΗΜΑΤΟΣ πεπονθέναι, ἢ ὑπὸ τῶν Στρατηγῶν ἐκ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΟΥ, *dixit se disceptationem TRIBVNALIS contra PRÆTORIVM velle instituere, vos enim* Athenienses *ab ipso e TRIBVNALI pluribus affectos esse beneficiis, quam a Prætoribus e PRÆTORIO.* Vt mittam Plutarchi locum, haud minus hic opportunum, nempe vbi inter Politica Præcepta in illud quoque belli duci incumbendum tradit pag 813. Tom. II. εὐσταλῆ τε εἶναι δεῖ τὴν χλαμύδα ποιῶν, καὶ βλέπειν ἀπὸ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΙΟΥ πρὸς τὸ ΒΗΜΑ, *decentem seu expeditam chlamyda esse illi gestandam, & e PRÆTORIO oculos ad TRIBVNAL conuertendos*; quod nempe βῆμα non de *tribunal* solum ad conciones, sed ad iudicia etiam ferenda diceretur. Verum iuncti castrensi *Prætorio Tribunalis* antiquius & nobile exemplum in Porsenna Etruscorum, a quibus plerosque belli ac pacis ritus hausere veteres Romani, Rege, præbet Dionysius Hal. Lib. V. pag. 298. vbi tradit Mucium Roma in castra eiusdem Porsennæ, quo illum e medio tolleret, profectum, vbi ἐπὶ τὸ στρατήγιον *ad Prætorium* venisset, viso quodam sedente ἐπὶ τοῦ στρατηγικοῦ βήματος, & quem inde Regem crederet, qui tamen scriba tantum erat milites tum recensens, eundem continuo interemisse. Vbi nempe στρατήγιον de Regis *prætorio* seu *tabernaculo* castrensi, & βῆμα de proximo eidem *tribunali* dicitur; sicuti sub Romanis Imperatoribus id quoque obtinuisse, ex Hygino modo vidimus. Haud eo minus tamen factum, vt omisso deinceps illo ad *Prætorium tribunali*, aliud e cespite, tumultuaria opera, & loco ad eiusmodi conciones militares opportuno, idque pro re nata vulgo exstrueretur. Ita de Tito, captis Hierosolymis milites collaudaturo, ait Iosephus Ἁλώσ. Lib. VIII. cap. II. [illegible]ου αὐτῷ μεγάλου κατὰ μέσον τὴν προτέραν παρεμβολὴν βήματος, *exstructo illi magno circa medium priorum castrorum locum tribunali*; & de Maximo Imperatore exercitum in campo extra Aquileiam conuocante, βήματός τε αὐτῷ κατασκευασθέντος, *tribunali ei exstructo*, & cuiusmodi plura quum Herodianus, tum Tacitus etiam aliique Historiæ Augustæ

ſtæ Scriptores, & inter eos Ammianus, exempla ſuppeditant. Quam in rem memorabilia de Traiano Germanicum exercitum adlocuturo Plinii verba Panegyr. cap. LVI. *multa poſt ſecula TRIBVNAL viridi ceſpite extructum.* Quale proinde *ceſpititium tribunal* a Vopiſco dicitur in Probo cap. X; *agger* autem *glebalis* ab Ammiano, vbi de hoc Iuliano agit adloquente exercitum in expeditione Perſica Lib. XXIII. cap. V. ſolo etiam *aggeris* nomine a Cæſare ad milites concionante apud Lucanum, loco iam ſupra adducto. A quo autem vſitato pridem more receſſiſſe Conſtantium obſeruat, ac inter laudes eius refert Iulianus; quem hic tradit non longe *diuulſum*, pro recepta quidem conſuetudine, a *Prætorio Tribunal*, illudque e ceſpite tumultuarie extructum, minus proinde imperantis maieſtati decorum; ſed aliud auguſtius &, reducta priſtina eius ſpecie ac forma, *Prætorio* adiunctum, e quo adſtantem adloqueretur exercitum, conſcendiſſe. De quo cæteroquin Conſtantio, quum is quinto poſt anno Iulianum vellet Cæſarem nuncupare, ait Ammianus Lib. XV. cap. VIII. *aduocato omni, quod aderat, commilitio, TRIBVNALI ad altiorem SVGGESTVM erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna.* Vt hic mittam, quod de faſtu eiusdem Conſtantii alibi tradit Ammianus Lib. XV. cap. V. *princeps inſolentia coalitus & tumore*; ac rurſus Lib. XVI. cap. X. & vnde eum ſupra priores Imperatores ſe extuliſſe, ac ab aliis eorum inſtitutis, quæ principis faſtigium, vt ille rebatur, minus decerent, itidem receſſiſſe arguit, *per omne tempus imperii, nec in conſeſſum vehiculi quemquam ſuſcepit, nec in trabea ſocium priuatum adſciuit, VT FECERE PRINCIPES conſecrati.* Adde, quod non e *glebali* ſeu *ceſpititio*, ſed e *ſaxeo ſuggeſtu* milites adloquutus dicatur Iulianus, iam Auguſtus a militibus declaratus, apud eundem Marcellinum Lib. XXI. cap. V.

Ibid. C. lin. 1. *οἱ φοβερωτέρους αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος*) Quod de Romanorum ducibus, a quibus expugnata ſit Carthago, hic dicitur, eos *ſe formidoloſiores e tribunali, quam hoſtibus in acie præſtitiſſe*, ad illud reſpicit, quod ab Appiano in Punicis pag. 44. de apparatu ad terrorem ciendum a Romanorum Conſulibus, tum in Africam ad delendam Carthaginem miſſis, inſtituto dicitur, quo Carthaginienſium Legatos Vticæ iidem exceperint. Quæ proinde Appiani ea de re verba, & quod inſuper totum illum apparatum, in id genus ſolemnibus Romanorum Ducum cum exteris Legatis congreſſibus, veteris Reipublicæ temporibus iam vſurpatum, ante oculos ponant, hic omnino ſunt adponenda: nempe *ἀφικομένων δ᾽ ἐκεῖ πρέσβεων ἐκ* ΚΑΡΧΗΔΟΝΟΣ *οἱ μὲν Ὕπατοι* ΠΡΟΥΚΑΘΗΝΤΟ ΕΠΙ ΒΗΜΑΤΟΣ ΥΨΗΛΟΥ, *ἡγεμόνων τε σφίσι καὶ χιλιάρχων παρεστώτων· ἡ στρατιὰ δ᾽ ἑκατέρωθεν ἐπὶ μῆκος πολύ, ὅπλοις τε ἐπισήμοις ἐσκεύαστο, καὶ τὰ σημεῖα ἔφερεν ὀρθά, ἵνα οἱ πρέσβεις τὸ πλῆθος ἐκ τούτων συμβάλοιεν. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν Ὕπατοι τῷ σαλπικτῇ προσέταξαν ὑποσημῆναι σιωπήν, ὁ δὲ κῆρυξ ἀνεῖπε τοὺς Καρχηδονίων πρέσβεις προσιέναι· οἱ μὲν εἰσήγοντο διὰ στρατοπέδου μακροῦ, καὶ* ΤΟΥ ΒΗΜΑΤΟΣ *οὐ προσεπέλαζον, ἀλλὰ διετείχισμα ἦν ἐν μέσῳ· οἱ δ᾽ Ὕπατοι λέγειν αὐτοὺς ἐκέλευον, ὅ τι χρῄζοιεν.* *Quum eodem legati Pœnorum venirent, Conſules PRO TRIBVNALI SEDERVNT, adſtantibus legatis & tribunis; totus autem exercitus ab vtroque latere longo ordine conſtitit, inſignibus armis ornatus, & erecta ſigna præferens, vt legati inde poſſent multitudinem conjicere. Tum ſilentii ſigno dato per tubicinem juſſu Conſulum, præco legatos Carthaginienſium vocauit, vt accederent: illi per totam caſtrorum longitudinem adducebantur, nec tamen AD TRIBVNAL accedebant propius, ſed dirimebantur quibusdam funiculis. Conſules iuſſerunt eos dicere, quid peterent.* Adde hiſce aliud de formidoloſo, vt hic a Iuliano dicitur, Romanorum Ducum pro tribunali ſedentium adſpectu exemplum apud Liuium Lib. XLV. cap. XXIX. vbi de Paulo Aemilio, poſt victum captumque Perſea ac debellatos Macedonas, iuſſis adeſſe dicta die decem ciuitatum principibus, dicitur: *cum decem Legatis* (Romanorum nempe) *circumfuſa omni multitudine Macedonum, IN TRIBVNALI conſedit. Adſuetis regio imperio, tamen NOVVM FORMAM TERRIBILEM præbuit TRIBVNAL; ſummotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia oculis auribusque, quæ vel SOCIOS, nedum HOSTES, TERRERE poſſent.* Quo equidem loco nihil adferri aut dici potuit opportunius, ad hæc & ſuperiora Iuliani verba; quibus nouam itidem, ſeu deſuetam pridem tribunalis formam, a Conſtantio reductam, eumque in illo conſiſtentem, veteres Romanorum duces imitatum, qui ſe iis, a quibus iniuria erat facta, formidoloſiores e tribunali, quam hoſtibus in ipſa acie præſtarent.

Ibid. D. lin. vlt. *οὐχ ὥς οἱ πολλοί φασιν, εὐκαταφρόνητον*) Ad amplificandam Conſtantii laudem hæc dicuntur; quod nempe non ignauum aliquem, aut *contemnendum, vt*

multis videbatur, ſed, quod continuo additur, clarum militia ducem, ætate præterea venerabilem, & velut diuturno rerum vſu probatum, quodque hic maioris erat ponderis, qui longo tempore præfuerat Illyriciano exercitui, a quo fuerat Imperator nuncupatus; quod eum, inquam, vna eloquentiæ vi, & conſenſu eiuſdem exercitus, imperio exutum, in priuatam ſortem redegerit Conſtantius. Etſi diuerſum de Vetranione, ab eo quod hic tangit Iulianus, iudicium feratur ab aliis Auctoribus illorum temporum; quorum nonnulli, ſicut vterque Victor, quod antea obiter vidimus, *contemnendum* omnino eundem tradidere; dum prior in Cæſaribus ea de illo dicit, quæ ad hunc locum refert Petauius; ab altero quoque in Epitome, *prope ad ſtultitiam ſimplicisſimus* traditur. A quibus vero abit, & cum Iuliano conſona de eodem memorat Eutropius: *Vetranione ad imperium conſenſu militum electo; quem grandæuum iam, & cunctis amabilem, diuturnitate & felicitate militiæ, ad tuendum Illyricum, Principem creauerunt: virum probum & morum veterum ac iucundæ ciuilitatis.* Adde, quæ de eiuſdem, vbi poſt ademptum imperium priuatus in Bithynia egit, conſtanti in Religionem Chriſtianam fide, ac in egenos liberalitate (ſed quorum nullam hic rationem habuiſſet clandeſtinus iam παραβάτης) refert Auctor Chronici Alexandrini pag. 293. *χειμαὶς δὲ ὢν ὁ Βετρανίων, καὶ παρέβαλλεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν συνάξεσιν. ἐποίει ἐλεημοσύνας πολλὰς, τιμῶν καὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προεστῶτας ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, Vetranio vero, vti Chriſtianus, ac in Eccleſia ſacris conuentibus aſsiduus, in egenos eleemoſynas erogabat, & Eccleſiæ præſules vſque ad mortem coluit.* Mitto, quod nec contemptim adeo, vti ab vtroque Victore factum, de hoc Vetranione loquantur, vbi de eo agunt, Socrates, Sozomenus, Zoſimus; quorum etiam prior litteras ſæpe a Conſtantio ad eundem in priuato habitu Pruſæ in Bithynia degentem ſcriptas tradit Lib. II. cap. XXVIII.

Pag. 33. A. lin. 9. *τὰ κέντρα ἐναπολιπεῖν ἰσχύσαι*) Haud ignoti e Cicerone *forenſes* illi *aculei*, ſeu, vt de iis ait Orat. pro Sylla cap. XVI. *nos ACVLEOS ORATIONIS meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari.* Adeo vt hæc Conſtantii Oratio, dum defixos, quod hic dicitur, in animis totius illius militaris cœtus reliquit aculeos, non eum habuerit exitum, quem eorum orationibus tribuit Plutarchus de Auditione pag. 41. Tom. II. *θαυμάζονται γὰρ ἐφ' ὅσον τέρπουσιν, ἅμα τῆς ἀκοῆς ἐξέῤῥυη τὸ ἡδὺ, πάντως ΠΡΟΛΕΛΟΙΠΕΝ ἡ δόξα, καὶ μάτην τοῖς μὲν ὁ χρόνος, τοῖς δὲ ὁ βίος ἀνάλωται. ſunt enim in admiratione, quamdiu delectant; deinde ſimul cum auditione effluit voluptas; eos vero RELINQVIT gloria, & illis quidem tempus, aliis vita male collocata perit.* Quum autem huius Conſtantii eloquentia a Libanio, vt antea vidimus, non verbis redundans, vel Aſiatica, ſed in concinna breuitate verbis æquans rerum pondera ſtatuatur; eo vtique ad *aculeos*, quod hic dicitur, in animis multiplicis audientium cœtus *relinquendos* opportunior exſtitit. Leguntur autem etiamnum nonnullæ eiuſdem Principis apud Ammianum Marcellinum, aut quæ illi tribuuntur, habitæ itidem ad milites Orationes, argutæ illæ & elegantes; vti de pace cum Alamannis facienda, Lib. XIV. cap. X. aut qua Iulianum Cæſarem nuncuparet, Lib. XV. cap. VIII. vel poſt deuictos Sarmatas, Lib. XVII. cap. III. aut ipſe in Iulianum, poſt eius defectionem, arma moturus, Lib. XXI. cap. XIII. Quamquam non adeo his Orationis *aculeis*, quam pellectos antea donis milites, ad abrogandum Vetranioni imperium, permouiſſe Conſtantium, ex eodem Ammiano, Socrate, & qui præteriri non debet, Zoſimo, aperte itidem tradente, Lib. II. cap. XLIV, omnino liqueat. Quam autem Conſtantii de exauctorato Vetranione, idque militum, qui illud ei antea detulerant, conſenſu, *victoriam* VIII. Kal. Ianuarii contigiſſe tradit in Faſtis Idatius. Vnde eo refert id, quod ad illum diem notatur in veteri Vrbis Kalendario, erudi[...]ſſimus Lambecius Bibl. Cæſ. App. Lib. IV. pag. 288. nempe N. INVICTI ſeu *Natalis Inuicti*, qua die nempe *INVICTVS* ab exercitu dictus ſit Conſtantius. Quod alioquin INVICTI elogium haud ei tribuunt, qui eo aut ſequentibus ad mortem eius vndecim poſt annis, cuſi ſunt ac proſtant etiam veteres nummi; ſicut in Seueri, Peſcennii, Alexandri Seueri, Claudii Gotthici, & Tyranni etiam Victorini nummis, vt de INVICTA ROMA in aliis obuia ſileam, illud hodie legitur. Nec INVICTVS quidem, ſed VICTOR dicitur in eius nummis, ac ſimiliter in Edictis ac Reſcriptis apud Euſebium in illius vita, Lib. II. cap. XXIII. & Lib. III. cap. XXX ac alibi, Conſtantinus, ac patris etiam exemplo Conſtantinus in Epiſtolis ad Athanaſium aut pro eo ſcriptis, quæ leguntur in huius Apologia II. pag. 769. & apud Socratem Lib. II. cap. XXIII. Etſi idem illud ΑΝΙΚΗΤΟΥ ſeu *INVICTI* elogium, ſed Galerii Maximiani, qui illud poſt deuictos, vt ſupra vidimus, Perſas adſumpſerat, exemplo, ſibi quoque in com-

communi Rescripto tribuat Constantinus apud eundem Eusebium Hist. Eccl. Lib. VIII. cap. XVII.

Ibid. B. lin. 2. *ὥσπερ ἱερέως ἐκ θεοῦ φοιτῶντος)* Quod singulare hic a Iuliano dicitur; dum de ea Constantii, quam de abrogato Vetranione, non vi armorum aut militum fortitudine, sed vno orationis robore consequutus, *pura & legitima* seu *incruenta victoria* ait, ac si, vt hic insuper additur. *Sacerdotis a Deo missi, non vero Principis belligerantis fuisset illud opus.* Quæ certe adhuc e sacrorum librorum, qui eorum anagnostes in Ecclesia fuerat, lectione hausisse videtur; in quibus Dei ductu, vel sacrorum eidem hominum precibus ac virtute, vel Angelorum etiam a Deo immissorum opera, compressas citra sanguinem seditiones, aut debellatos, neque tamen incruenta victoria, Israelitarum hostes legimus, vti de Gedeone, Samsone, Iephtha, Samuele, dicitur Hebr. XI. v. 32. Quibus adde Psalm. XLIV. 5. 6. 7. Mitto Hebræorum *sacerdotes* e Dei præscripto debuisse ad bellum tendere, quo milites ad sinceram in Deum fiduciam hortarentur, & inde eos ad pugnandum alacriores magisque confirmatos redderent; vti ea de re Deuter. XX. 3. 4. Adde hisce, dum *sanctam* seu *legitimam & puram* dicit hanc Constantii *victoriam*, ac si sacerdos a Deo missus auctor eiusdem fuerit; quod nempe sacerdotibus apud Gentiles incumberet, vt *ἁγνοὶ & καθαροὶ τὸ σῶμα*, *casti & puri corpore* essent, vt ait Aeschines in Timarchum pag. 196. ac præterea, quod sacerdotes iidem & iudices, seu qui ortas quacunque de re controuersias dirimerent, exstitisse subinde legantur, vt apud Aegyptios, teste Aeliano Var. Hist. Lib. XIV. cap. XXXIV.

Ibid. B. lin. 4. *καὶ στιγμὴ)* Quomodo præfert etiam MS. Vossianus, & pro quo *καὶ μὴν* legendum forte, ad marginem huius loci adnotauit Petauius. Verum nihil hic mutandum, & quidem præter veterum librorum fidem. Præterquam enim, quod ita ad sequentem periodum, quæ tamen iis non indiget, eadem verba *καὶ μὴν* essent referenda; haud incommodum sensum parit hic eadem vox *στιγμή*. Quum enim dixisset Iulianus, ex Constantii oratione *aculeos* in animis adstantium militum *relictos*, ac inde victoriam citra armorum vim ac robur ab eodem partam; subdit continuo, puram ac incruentam fuisse eandem illius victoriam: haud aliter ac si, vt modo vidimus, Sacerdotis cuiuspiam a Deo missi, non vero Principis ad bellum profecti, opus illud fuisset ac *stimulus*; velut nempe *aculei*, quos dixerat in militum mentibus defixos, seu *compunctio*. Hesychius *στιγμή, νυγμή*. Pro qua voce, vt obiter addam, apud Aeschylum legitur Suppl. v. 846. *τιλμοὶ, στιγμοὶ*, *vulsiones, punctiones*: nisi *στιγμαὶ*, quum illud *στιγμὸς* alibi hactenus, quod sciam, non occurrat, legi forte ibidem debeat; etsi obstare videatur, quod *ὁμοιοτέλευτα*, qualia sunt *τιλμοὶ, στιγμοὶ*, sectari in talibus soleant Tragici, & frequenter quidem idem Aeschylus.

Ibid. B. lin. 7. *τοὺς Δαρείου παῖδας τοῦ πατρὸς πλευτήσαντος)* Nota abunde *Artobazanis*, aut juxta alios *Artamenis* vel *Artamenis*, cum *Xerxe* fratre, de regno disceptatio, eademque in Xerxis, etsi iunioris, sed patre iam Rege & Atossa Cyri filia geniti, gratiam dijudicata. Dum vero patre seu Dario *mortuo* id contigisse hic tradit Iulianus, ab Herodoto discedit, qui Lib. VII. cap. II. viuo adhuc eodem Dario, rem eam inter hos fratres agitatam, ac pro Xerxe ab eo decisam tradit. Iuliano vero hic suffragantur Plutarchus De Fraterno Amore pag. 488. & Iustinus Lib. II. cap. X. qui post Darii mortem patruo Artabano iudicium illud delatum tradunt. Haud dissimilem vero, eodemque obtentu inter duos fratres Darii Nothi filios, Artaxerxem & Cyrum, contentionem ortam, sed diuerso exitu, ex eodem Plutarcho in Artaxerxe viderunt iam Iustini Enarratores. Quale etiam fatum fuit dissidii ea de caussa orti inter Herodis filios, Antipatrum maiorem natu, & fratres eius Alexandrum ac Aristobulum e Mariamne genitos, & quod hosce itidem in exitium impulit, vt e Iosepho Lib. XVI. cap. VI. VIII. & seqq. satis constat. Alia vero exempla similis de regno seu imperio inter fratres, ob diuersam illam nascendi prærogatiuam, contentionis, inter Ottonem I. & Henricum; ac apud Turcas inter Baiazetem & Gemen, adtigit *ὁ πάνυ* de Iure belli & pacis Lib. II. cap. VII. Sect. XXVIII, ac in Adnotatis, vbi etiam filium ante regni adoptionem natum præferendum ei, qui in regia fortuna natus est, haud immerito statuit; & ante eum Petr. Greg. Tholozanus de Republ. Lib. VII. cap. IX. qui petitis præterea e iure ciuili de filiis natis ante paternam dignitatem exemplis, id pluribus adstruit. Contrarium vero, qui apud Spartanos obtinuit, morem, præter Herodotum, vbi agit de ista inter prioris Darii filios, quam hic tangit Iulianus, disceptatione, tradit etiam Cornelius Nepos in Agesilao cap. I. Apud Persas alioquin in successione ad regnum ius primogenituræ obtinuisse, e Zosimo ac Procopio iam obseruauit illustris Brissonius. Sed hoc iam non agimus.

Ibid.

Ibid. C. lin. 9. *πόλεμος ἱερὸς, οὐχ ὑπὲρ ἱερᾶς χώρας)* Ad bellum, quod contra alterum Tyrannorum, vt eos ab initio huius Orationis & alibi indigitat, Magnentium nempe, gestum fuerit, progreditur Iulianus; quodque *sacrum*, non quidem pro *agro sacro*, vt Phocicum olim, sed pro legibus ac reipublicæ & ciuium salute susceperit Constantius. De quo autem Magnentiano bello agit rursus proxima Oratione, pagina 55. & sequentibus. Dictum autem *sacrum bellum* seu *ἱερὸν πόλεμον* a Thebanis, ac dein a Philippo, contra Phocenses gestum, ob expilatum ab iis Templum Delphicum, & *sacram pecuniam* inde auectam, ac vnde sequutum nono aut decimo illius belli anno eorundem Phocensium excidium, præter Diodorum Lib. XVI. pag. 522. Pausaniam Lib. X. pag. 611. & Iustinum Lib. VIII. cap. II. adtigit haud vno loco, & quidem in Oratione *περὶ παραπρεσβ.* Demosthenes, vbi miserandam eorum cladem deflet, illiusque inuidiam in Aeschinem, tanquam Philippo illius internecionis adiutorem, conuertit pag. 208. *Sacrum* autem *agrum* vocari Delphicum, Apollini vtpote consecratum, quiuis facile intelligit, & in quo *sacra* erat Pythii illius Dei ædes, multis thesauris & donariis Græcorum & aliarum etiam gentium locupletata, qua de re nuper ad Callimachum egimus, vbi Hym. in Dian. v. 250. de Dianæ Ephesiæ templo ait, haud dari aliud opulentius, & *quod facile Delphicum superet*, *ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι.* In diuisione nempe agrorum, etiam qui hostibus erepti, pars olim vulgo in vsum sacrorum Diis consecrari solita; prout id ab Atheniensibus in Lesbiorum regione ab iis expugnata factum, vt alia nunc mittam, docet Thucydides Lib. III. pag. 206. vbi horum agro in tria millia partium diuiso, *trecentas quidem eximias Diis consecrarunt τριακοσίους μὲν τοῖς Θεοῖς ΙΕΡΟΥΣ* (nempe *κλήρους*) *ἐξεῖλον.* *Sacra* autem dictæ *pecuniæ*, quæ ex iis agrorum reditibus, aut aliunde, vt Athenis e decimis & mulctis, Mineruæ; e quinquagesimis autem, Diis aliis, iuxta Andocidem de Myster. pag. 220. Demosthenem adv. Timocratem pag. 477. & adv. Macartatum pag. 668. erogabantur; ac constituti inde Athenis *τῶν ἱερῶν χρημάτων ταμίαι*, *sacrarum pecuniarum quæstores*, vt liquet ex eodem Andocide pag. 239. Præter quas statas pecunias, in eorundem Numinum templis vt plurimum depositas, accedebant donaria, quæ in experiti aut accepti beneficii memoriam, iisdem Diis, & quidem in eorum fanis, vti in æde Delphica præ aliis Græcorum templis factum, consecrabantur. Vnde non solum *ἱεροσυλίας* rei, sed *ἐξάγιστοι καὶ ἐπάρατοι*, *deuoti & exsecrabiles* habiti, quicunque res id genus Diis sacras, vt a Phocensibus factum, expilatis ædis Delphicæ thesauris, diripiebant. Vnde etiam Philippus, vt *vindex sacrilegii & vltor religionum*, eosdem Phocenses bello adgressus, & quidem eius militibus coronas laureas gestare ab eo iussis, idque, velut duce Apolline, in prœlium irent; vt id apud Iustinum le[illegible] Lib. VIII. cap. II. Magnentium vero, [illegible] bellum contra eum gestum, quod ad[illegible]net, inde *sacrum* hic etiam a Iuliano dicitur quum quod in Deum impius, tum domini [illegible] Constantis Imperatoris proditor ac cædis eius reus exstiterit, tum magicis artibus deditu[s], plurimisque aliis nefariis sceleribus Diis deuotus velut & exsecrandus. Maxime quum Imperatorum Constitutionibus *sacrilegii* crimine tenerentur, qui etiam latis Principum de cuiuspiam dignitate Rescriptis non parerent, seu *disputare de principali iudicio* auderent, vt cavetur Leg. XXXI. Cod. de Crimine sacrilegii & Leg. V. Cod. de Diuersis Rescriptis. Immo prout *sacrilegium* de Maiestatis crimine dicitur Leg. VI. Cod. Th. de Indulgentia Criminum, ac alibi. Adde quod Athanasius Apologia Prima ad hunc Constantium pag. 677. vocet *τὸν δὲ διάβολον Μαγνέντιον*, *diabolum autem Magnentium*, ac paullo post pag. 678. *οὗ ἡ μανία καὶ ἡ ὠμότης, οὐκ ἐμὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην ἐλύπησε*, *cuius furor & crudelitas, non me solum, sed vniuersum istic terrarum orbem luctu calamitatibusque impleuerit.* Vt proinde *sacrum*, in hunc omnis diuini humanique iuris violatorem, *bellum* haud immerito dici a Iuliano potuerit.

Ibid. D. lin. 2. *φόνῳ πολιτῶν μυρίων)* Quia nempe Magnentius multos Senatorii ordinis, multos e plebe interemisse dicitur a Socrate Lib. I. cap. XXXII. & Sozomeno Lib. IV. cap. XIII. quibus accedit Zonaras pag. 14. Tom. II. vbi complures e Magistratibus, & fictis quidem Constantii litteris, a tyranno illo accersitos, & in itinere iussu eius necatos tradit. Adde quod ex adductis Athanasii verbis abunde etiam percipitur, & ex iis præterea, vbi multos ab eo cæsos & quosdam etiam nominatim tangit, dum crimen sibi de scriptis ad eundem Magnentium litteris falso ab aduersariis adfictum diluens, & quærens an tale ad eum epistolæ prœmium scribere ei libuisset, ait Apolog. I. pag. 677. *εὖ τὸν τιμῶντά με, ὃν εὐεργετοῦντα οὐκ ἂν ποτε ἐπελαθόμην, τοῦτον φονεύσας, καλῶς ἐποίησας; καὶ ἀποδέχομαί σε τοὺς γνωρίμους ἡμῶν Χριστιανοὺς, καὶ πιστοτάτους ἄνδρας ἀνελόντα: καὶ ἀποδέχομαί σε, σφάξαντα τοὺς ἐν Ῥώμῃ γνησίως ἡμᾶς ὑποδεξαμένους τὴν μακα-*

μακαρίαν σου θείαν, τὴν ἀληθῶς Εὐτροπίαν, καὶ Ἀβουτήριον τὸν γνήσιον ἐκεῖνον, καὶ Σπερέντιον τὸν πιστότατον, καὶ ΑΛΛΟΥΣ ΠΟΛΛΟΥΣ καλῶς, bene fcilicet te & recte fecisse, quod Constantem, apud quem in honore & pretio eram, cuiusque beneficiorum nunquam oblivisci potero, occideris; an vero te saluto, mihi notos Christianosque homines & fidelissimos interimentem? an saluto te, quod hospites meos Romæ, qui me multa & sincera benevolentia tractaverant, occideris? quod beatam tuam materteram, iure meritoque a bonis moribus Eutropium dictam, & Abuterium sincerissimum hominem, & Sperantium fidelissimum, ALIOSQVE COMPLVRES peremeris? Hinc pag. 179. περὶ ὠμότητος τῆς θηρίας de *immanitate* huius *belluæ* mentionem adhuc facit. Vt alia adhuc prætercam a gravissimo Antistite de immanitate huius Magnentii dicta, & quæ iam vidit, ne eum merita laude defraudem, Cl. Tristanus.

Ibid. D. lin. 6. ἀλλὰ ὁ βαρβάρων ὑπολειφθεὶς φυγάς) Qualis nempe erat hic Magnentius, qui a Victore Schotti dicitur, *utpote gentis barbaræ, diro atroque* (forte *atrocique*) *ingenio*; & ab altero Victore in Epitome, *ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant*. Sic de eodem Zosimus Lib. II. cap. LIV. γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, *genus quidem a barbaris ducens*, & quem mox Iulianus, vile mancipium, ac de Germanorum præda infelices reliquias, qua de re nos ibidem, vocat. Adde, quod ille eodem βαρβάρου nomine a Themistio designetur Orat. VI. pag. 80. μετὰ τὴν φυγὴν τοῦ βαρβάρου, *post fugam barbari*, nempe Magnentii. Etsi, vt obiter hoc addam, non primus e *barbaris*, seu barbaris parentibus ortus, Magnentius fuisset ad illud fastigium euectus. Vnde inter legitimos etiam principes, non tyrannos, qui vi tantum imperium inuaserant aut retinuerant, Maximinus Alexandri successor e μιξοβαρβάρους Thracibus ortus ab Herodiano dicitur Lib. VI. c. VIII. & a Capitolino in eius vita c. I. *hic de vico Thraciæ, vicino barbaris, barbaro etiam patre & matre genitus*. Immo prout opportune ad hunc locum, de Galerio Maximiano ait Lactantius de Mort. Persec. cap. IX. *inerat huic bestiæ naturalis barbaries*, (nempe quod hic de Magnentio Iulianus βαρβάρων φυγάς) *& feritas a Romano sanguine aliena. Non mirum, quum mater eius Transdanuuiana, infestantibus Carpis, in Daciam novam traiecto amne confugerat*. De altero autem Maximino, Galerii huius genero, & ab eodem in Cæsarem adscito, cap. XVIII. *ostendens Daiam adolescentem quendam semibarbarum, quem recens iusserat Maximinum vocari de suo nomine*. Vt nunc Siluanum mittam, qui biennio post huius Magnentii obitum, & eodem, quo hæc oratio conscripta est, anno CCCLV, imperium inuaserat, itidem, vt hic Magnentius, *in Gallia ortus parentibus barbaris*, a Victore Schotti dicitur.

Pag. 34. A. lin. 3. κτείνας μὲν αὐτὸς τὸν αὐτοῦ δεσπότην) Quomodo etiam Athanasius dictæ Apolog. pag. 678. de eodem Magnentio ait, ὅτι τὸν ἴδιον δεσπότην ἀνεῖλε, *quod Dominum suum occidit*. Etsi enim cædem illam ipse Magnentius non perpetrarit, sed Gaison quidam, iuxta Zosimum Lib. II. cap. XLII. & Victorem in Epitome, ab eo ad Constantem interficiendum missus; illius tamen cædis auctor exstitit, ac, vt ait de Constante alter Victor, *Magnentii scelere circumventus est*, & Eutropius, *factione Magnentii occisus est*, & similiter insidiis eius interfectus, a Socrate Lib. II. cap. XXV. & Sozomeno Lib. IV. cap. I. Vnde ipse Constantius in ea, quam ad milites de abrogando Vetranioni imperio habuit, Oratione, apud Zosimum Lib. II. cap. XLIV. Magnentium indigitat tanquam Κωνσταντίου παιδὸς φονέα, *Constantini filii interfectorem*; prout itidem Constans in Gallia a Magnentio cæsus dicitur a Chronici Alexandrini Auctore, ac Idatio in Fastis.

Ibid. A. lin. 4. ἀνδράποδον γὰρ ἦν) Non ergo *natura* solum *barbarum*, vt paullo ante dixerat, sed insuper vile Constantis (ac proinde, qui vnus ac legitimus eius hæres, ipsius Constantii, cui ille se tamen arrepto imperio æquauerat,) *mancipium* hic vocat Magnentium, & quidem infaustas abductæ olim e Germanis prædæ reliquias. Vnde enim, non in Imperatorem solum, sed, vt modo de illo dixerat, in *dominum* quoque seu δεσπότην, quem e medio sustulerat, parricidam exstitisse arguit. Falli vero in adductis modo verbis Iulianum arbitratur Cl. Tristanus pag. 644. Tom. III. quod Magnentius non Germanus, sed Gallus, & quidem Augustoduni, vt ille opinatur, natus fuerit, patre *Magno*, ac, vt e Romano illo eiusdem nomine licet colligere, illustri ac splendido inter Britannos genere ortus. Sed quod pridem nec semel ad huius Iuliani Cæsares ostendi, iniquiorem subinde in eiusdem opera censuram, quod hic etiam factum, exercet nobilis antiquarius. Patre quidem, qui *Magnus* vocaretur, natus dicitur Magnentius a Stephano τῷ Ἐθνικογράφῳ in voce ΔΕΚΕΝΤΙΟΙ, dum *De-*

 cen-

centium, quique fuerit *Magnentii frater*, *patre Magno* natum tradit, Δεκεντίῳ τῷ Μάγνῳ παιδὶ, Μαγνεντίῳ δὲ ἀδελφῷ. *Britannum* autem fuisse illum Magnentii patrem, vnus refert Zonaras, citra aliam nominis eius aut generis mentionem: Zosimus autem id in genere de Magnentio tradit Lib. II. cap. LIV. originem, quod iam antea vidimus, eum a Barbaris trahere, ac, vt continuo addit, μετῳκήσας δὲ εἰς Λετοὺς, ἔθνος Γαλατικὸν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μετέσχεν, *quumque commigrasset ad Letos, quæ Gallica natio est, litteras Latinas didicerat*. In quibus verbis licet advertere, quod nec ibi, a quibus barbaris, Britanni scilicet, Germani, aut aliunde ildem fuerint, originem traheret Magnentius, dicatur; sed tantum a barbaris eum ad gentem Gallicam, quam ibi nominat, ac a *barbaris* proinde distinguit, *commigrasse*; quæ vtique non illum in Gallia, aut vero Augustoduni (vbi quidem imperium a Zosimo Lib. II. cap. XLII. inuasisse dicitur) natum arguunt. Quibus etiam haud obscure repugnare videtur, & qui illis etiam temporibus vixit, Victor Schotti, a quo dicitur, vt antea quoque vidimus, Magnentius *diro atroque ingenio, VTPOTE gentis barbaræ*. Quæ certe, vt eo quidem æuo, magis de interioribus Germaniæ populis, qui nec dum erant a Romanis subacti, & quales, Romani orbis Scriptorum de ignotis aut indomitis gentibus agentium more, Γερμανῶν φῦλα ἀθέσμα, *Germanorum impiis nationes*, vocat laudator eiusdem Constantii Themistius Orat. IV. pag. 57. quam de nobilissima Aeduorum, quorum erat Augustodunum, apud Gallos gente dici potuerunt: qui Aedui iam apud I. Cæsarem Lib. I. cap. XI. *se omni tempore de Populo Romano meritos esse* testabantur, immo qui non solum, iuxta reliquos Galliæ Comatæ populos, *ciuitatem Romanam pridem adsequuti* dicuntur apud Tacitum Annal. XI. cap. XXIII. sed mox etiam cap. XXV. *primi Aedui Senatorum in vrbe ius adepti sunt, datumque id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano vsurpant.* Ita ipsa Augustodunum hoc tempore vrbs erat Lugdunensis primæ, cui ab Ammiano eadem adnumeratur Lib. XV. cap. XI. & vbi paullo ante, dum Gallias describere adgreditur, ait, *temporibus priscis quum laterent hæ partes VT BARBARAE*, antequam nempe, vt mox addit, a I. Cæsare domitæ, *in ditionem venere Romanam*. Adeo vt vel inde abunde liqueat, iniuriam quodammodo suæ genti a nobili inter Gallos antiquario, & præter omnem veteris historiæ fidem, fieri, dum quæ de *diro atroque* Magnentii *ingenio*, *VTPOTE gentis barbaræ*, a coæuo Auctore, Victore Schotti, aut a Zosimo adductis antea verbis, dicuntur, de eo Augustoduni in Lugdunensi seu Romana prouincia nato, & quidem patre, vt eidem statuere libuit, illustri inter Britannos genere, ac Romanorum fœderato, dicta censeri debeant. Neque enim quod *Magni*, Romanum nempe nomen, tulerit, iuxta Stephanum, pater Magnentii, inde aliud colligas, nisi id Romanorum modo factum, vt inter captiuos e barbara gente abductos, is Romanum nomen postea adsumserit, seu illud a Romanis sit nactus. Nec quod inter Protectores militasse olim Magnentius a Zonara dicitur, inde magnam, vti rursus ab eodem Tristano factum, eiusdem nobilitatem licet statuere: quum ad eam militiam, qui corporis robore & armorum peritia excellere credebantur, fuerint vt plerumque adsciti; prout de Gratiano maiore, Valentiniani Imperatoris patre, ab Ammiano dicitur Lib. XXX. cap. VII. *natus apud Cibalas, Pannoniæ oppidum, Gratianus maior, IGNOBILI STIRPE*, mox, *OB ergo VALIDI CORPORIS ROBVR, & peritiam militum more luctandi, notior multis, post dignitatem PROTECTORIS atque Tribuni, Comes præfuit rei castrensi per Africam.* Vt proinde nulla idonea ratio subsit, cur iis, quæ a Iuliano de Magnentii ortu hic traduntur, neque ab iis, quæ a Victore Schotti, vt vidimus, aut etiam Zosimo dicuntur, recedunt, sed quæ inde potius adstruuntur; vt iis, inquam, tanquam in Constantii gratiam fictis, fides hic continuo abrogetur; aut vero vt potior Zonaræ, multis post seculis Magnentii originem e Britannia, quam hic Iuliano, coæuo nec ignobili vtique Scriptori, e Germanis eandem arcessenti, auctoritas tribuatur.

Ibid. A. lin. 11. δυνάστου δυσχερῶς τῷ πλήθει) More scilicet tyrannis familiari, seu qui imperium, e tenui aut ignobili loco, prauis artibus siue vi aperta inuaserunt. Haud eo minus excitata Populi Romani ab eodem, licet mox prodita, defectio, iuxta Hieronymum in Chronico, *Romæ populus aduersus Magnentium rebellans, ab Heraclida senatore proditur.*

Ibid. B. lin. 8. τὴν συνεχείαν διέφθειρε) Quod tyrannis itidem solemne; quum alioquin eiusdem Magnentii nummi etiamnum conspiciantur, cum speciosis illis & vanissimis elogiis, LIBERATOR VRBIS ET ORBIS ROMANI; aut RESTITVTOR LIBERTATIS ET REIPVBLICAE; aut CONSERVATORI MILITVM PROVINCIALIVM D. N. MAGNENTIO INVICTO PRINCIPI.

Ibid

Ibid. B. lin. 2. ἐπιθεὶς νόμους, τὴν ἡμίσειαν εἰσφέρειν) Notanda inter iniquas leges a Magnentio, vt hinc solum discimus, latas, illa, qua dimidiam bonorum partem eidem pendere quiuis tenebatur: & quidem indicto capitis supplicio ei, qui id facere detrectaret. Quæ vtique eo magis erat insolita & immanis exactio, quod illa pœnæ loco damnatis olim subinde imponebatur, vt liquere potest e Leg. I. §. 3. D. de Bonis Damnatorum, *liberis eius, cui PARS DIMIDIA duntaxat BONORVM ablata est, partes non dantur: idque & Diui Frates rescripserunt.* Quod etiam ab eodem Marco Aurelio, erga Cassii, licet perduellionis rei, (vtpote qui se imperatorem appellauerat) filios factum, memorat Vulcatius in eiusdem Cassii vita cap. IX. *Filios vero Auidii Cassii Antoninus Marcus PARTE MEDIA paterni patrimonii donauit.* Vnde quamuis præter canonicas, vt eo æuo dicebantur, & consuetas pensitationes, extraordinariæ subinde collationes, ob Reipublicæ necessitatem ac ærarii inopiam, incumberent; id tamen a Constantino cautum legitur Leg. I. Cod. Theod. de Extraordinariis Muneribus, *Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel MEDIAE aut tertiæ PORTIONIS obsequiis fatigari non conuenit; quum eosdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum constet persoluere.* Accedebat præterea addita Magnentianæ legi, quam hic itidem tangit Iulianus, immanitas; iuxta quam nempe capitis supplicio continuo debebant luere, qui huic legi de dimidia bonorum parte profitenda non parerent. Quæ nempe longe erat atrocior omnibus pœnis fiscalibus, quæ Constitutionibus Imperatorum, aduersus fisco debitores aut interuersores, erant hactenus latæ; & quæ in eorum bona potius quam personas decernebantur; ac vel dupli vel quadrupli restitutionem, vel bonorum sub hasta distractionem, inferebant; prout id etiamnum liquet e legibus in vtroque Codice Iustin. & Theodos. *de Iure Fisci*, aut in vno Codice Theodosiano *de Fisci Debitoribus.* Immo quam in rem exstabat notabilis lex a Constantino haud ita pridem lata, quæ est III. Cod. De Exactionibus Tributorum; vbi neminem, a quo tributa exiguntur, verberari aut in carcerem conjici vetat; sed si indulgentia principis abutatur, in libera ac militari teneatur custodia; quod si obduratus & contumax permaneat, bona eius, vnde fisco satisfiat, distrahantur; non vero vt in corpus eius sæuiatur; minus vt ei vita, quod ab hoc tyranno, & in iniqua adeo exactione, iussum, adimatur: *Nemo carcerem*, præcipitur in dicta Constantini lege, *plumbatarumque verbera, aut pondera, aliaque ab insolentia Iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus* &c. *Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est* &c. Etsi modum in exactionibus illicitis, aut in decernendis, quibus ad eas adigerentur, pœnis, non tenuerint subinde laudati aliunde ac legitimi principes; prout de Valentiniano eiusque ministris, tradit Ammianus Lib. XXX. cap. V. *exitialis prouisorum nomina titulorum, iuxta opulentas & tenues euernatas succedere fortunas;* dein, *DENIQVE TRIBVTORVM ONERA VECTIGALIVMQVE augmenta multiplicata, optimatum quosdam VLTIMORVM METV exagitatos, mutare compulerunt sedes; & flagitantium ministrorum amaritudine quidam expressi, quum non suppeteret quod daretur, erant PERPETVI CARCERVM INQVILINI;* e *quibus aliquos quum vitæ iam tæderet & lucis, SVSPENDIORVM exoptata remedia consumpserunt.* Haud mirum vero abrogatam mox iniquam adeo tyranni huius Magnentii legem; quum Licinii, qui ad imperium fuerat legitime adscitus, eique cum Constantino per multos annos præfuerat, abolitas ab eodem Constantii patre leges, decernant illæ, quas exhibet Cod. Theod. *De Infirmandis his, quæ sub Tyrannis.*

Ibid. B. lin. 4. μηνυτὰς δὲ εἶναι τὸν βουλόμενον τῶν οἰκετῶν) Quod a Tyrannis fieri solitum, quum alioquin foret Imperatorum Constitutionibus præscriptum, vt serui dominorum delatores ne quidem audirentur, immo atrocibus pœnis iidem continuo subiacerent; vt constat etiamnum e Constantini, cui proinde hæc Magnentii derogabat, Constitutione, prout eadem legitur in Cod. Theod. ad Leg. Iul. Maiestatis, *In SERVIS quoque vel libertis, qui DOMINOS aut Patronos accusare aut deferre temptauerint, professio tam atrocis audaciæ statim in admissi ipsius exordio per sententiam Iudicis comprimatur, ac denegata audientia patibulo adfigatur.* Quæ pars equidem huius legis a Constantino latæ inde supplenda est ad Leg. III. Cod. Iustin. eod. tit. Legibus dein eadem de re a Gratiano & Arcadio latis, quæque ibidem exstant in Cod. Theodos. & postrema etiam leg. penult. Cod. Iust. De his qui accusare non possunt, vnum excipitur crimen Maiestatis, *in quo etiam*, iuxta dictam Gratiani legem, *seruis honesta proditio est*, & quidem, addita eius rei ratione, *nam & hoc facinus tendit in Dominos*, nempe Imperatores; qui eo æuo, publicis quoque nummorum, qui magna etiamnum copia prostant, aliisue monumentis, passim *Dominorum* appellatione veni-

veniebant. Immo qua de re legitur lex pridem lata, nempe Leg. VII. D. Ad legem Iuliam Maiestatis, *serui quoque deferentes audiuntur, & quidem dominos suos, & liberti patronos.* Quum tamen, & ante Constantini tempora, alii etiam darentur casus, quibus seruis aduersus dominos agere licuit, & quorum fit mentio Leg. LIII. D. de Iudiciis; nempe ob *suppressas tabulas*, ac, vt additur, quod *arctioris annona Populi Romani, CENSVS etiam, & falsa moneta criminis reos dominos seruis detegere permissum est.* Quo proinde nomine, aut velut fraudati *census*, nempe dimidiæ bonorum partis (iuxta legem ea de re ab illo latam) fisco non solutæ obtentu, hanc seruis aduersus dominos agendi libertatem relinquere, seu ampliare, voluit Magnentius. Quum alioquin neque in crimine Maiestatis, seruos contra dominos audiri voluerit Traianus, iuxta Plinium in Panegyrico cap. XLII. de Nerua etiam in genere tradat Dio Lib. LXVIII. pag. 769. eum cauisse, ne seruis crimen vllius facinoris liceret dominis inferre, *οὐδ' ἄλλο τι ἔγκλημα ἐπιφέρειν ἐπὶ τοὺς δεσπότας ἐφῆκε.* Sic de Tacito Imperatore nominatim Vopiscus in eius vita cap. IX. *in eadem Oratione cauit, vt serui in dominorum capita non interrogarentur, ne in caussa Maiestatis quidem.* A quibus proinde valde alieni exstiterunt sæui principes vel tyranni, qualis hic Magnentius, aut etiam Valentinianus, sub quo Vicarius Præfecti Maximinus apud Ammianum Lib. XXVIII. cap. I. non in crimine solum, de quo egerat, maiestatis, sed in leuioribus etiam, *mancipia squalore diuturno marcentia in domini caput ad vsque vltimum lacerabat exitium; quod in stupri quæstione fieri vetuere clementissimæ leges.* Qualis nempe exstat Papiniani Lex XVII. D. De Quæstionibus, vt iam ad eum locum monuit doctissimus Valesius, quum libera olim Republica, quod e Tullii Miloniana notauit iam ibidem Lindenbrogius, *de seruis nulla lege quæstio est in dominum, nisi de incestu;* quod postea, vt hoc addam, sub Imperatoribus sublatum docet alia lege Papinianus, quæ est IV. d. l. De Quæstion. Ita quum apud Athenienses seruis in genere non esset, vt a Comico in Phormione dicitur, *testimonii dictio*, nisi, vt obseruarunt iam eruditi Iuris Attici Enarratores, quæstione adhibita; ita seruos etiam testes quandoque contra dominos exstitisse obseruo tradentem Sopatrum ad Hermogenem pag. 132. *ἔστι γὰρ καὶ* ΟἸΚΕΤΑΣ *κατὰ τῶν οἰκείων* ΔΕΣΠΟΤΩΝ *εἰς μαρτυρίαν παράγειν, quandoque enim SERVOS etiam contra proprios DOMINOS in testimonium adducunt.* Immo quod adtigerat quoque Hermogenes, vbi eleuanda inde docet seruorum contra dominos testimonia, *φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις, quod serui natura sint dominis infensi*, Partit. pag. 22.

Ibid. B. lin. 6. *τὰ βασιλικὰ κτήματα πρίασθαι*) Addit Iulianus sæuis huius Tyranni actis, quod inuitos etiam, & quibus id nullatenus conueniret, ad emendas Principis possessiones adegerit. Quæ res proinde valde aliena erat a recepto hactenus more, vt illi *fundi* Principis, seu *ad eius patrimonium pertinentes* (prout ii dicuntur Leg. penult. Cod. de Excusationibus Munerum, & Leg. XX. Cod. Theodos. de Extraord. Muner.) conditionis titulo, vel perpetuo etiam iure, a priuatis, iisque non inuitis sed volentibus, ac id beneficii etiam loco ducentibus, tenerentur; vti ea de re plures exstant Imperatorum Constitutiones in vtroque Codice de Locatione Fundorum Iur. Emphyt. aut Collatione Fundorum Patrimonialium, seu, vt in Cod. Iust. de Fundis Patrimonialibus. Immo quod longius adhuc recedebat a largitate, vt eo æuo dicebatur, illorum Principum, a quibus subinde *donata* id genus possessiones, siue, prout in Constitutione huius Iuliani legitur, *qui fundos donatos sacra liberalitate tenuerunt;* & quomodo ea de re exstat in Codice Theodosiano titulus, *De collatione Donatarum vel Releuatarum Possessionum.* Etsi id quandoque etiam factum, vt *fundos* id genus *patrimoniales*, quales per Italiam, Sardiniam, Africam &c. vt ex eorundem Constitutionibus & aliunde adhuc liquet, possidebant, ob negligentiam Rationalium rei priuatæ, quibus eorundem cura & administratio incumbebat, & inde cum fisci Cæsaris detrimento, in peius labentes priuatis venderent Principes; prout exstant etiamnum in Cod. Theodos. duæ leges *de Domibus Ad Rem Priuatam* (Principis nempe) *Pertinentibus Distrahendis*, ac vt additur Leg. II. ab Arcadio & Honorio lata, *NE domus AD NOSTRVM PATRIMONIVM* (totidem proinde, vt a Iuliano hic dicuntur, *βασιλικὰ κτήματα*) *pertinentes, quæ sunt in diuersis vrbibus, ex negligentia nostro Aerario adferant detrimentum, omnes licitatione habita volumus VENVNDARI.* Quibus licet addere duas in Cod. Iustin. leges tit. Ne Fiscus Rem, quam Vendidit, Euincat. Verum ideo id a Magnentio factum licet statuere, vt nempe inuiti etiam, & quibus nullatenus id conueniebat, non ad conducendas quidem, sed ad emendas Principis possessiones seu fundos adigerentur, vnde scilicet is ingens æs in tyrannidis auspiciis corraderet. Adde quod lata prius a Constantino lege (quæ exstat L. II. Cod.

Cod. Theod. de Extraord. Muner. ab extraordinariis oneribus immunes essent, vti iam ante per Africam, per Italiam quoque, Patrimonialium id genus ac Emphyteuticorum Principis fundorum conductores. Quod priuilegium ad Vrbicarias Regiones ac Siciliam est dein ab hoc Constantio, iuxta legem IX. eod. titulo, extensum. Quale ius autem seu priuilegium amittebant continuo iidem fundi, & inde plus fisco pendebant, vbi illi in priuati alicuius patrimonium transierant, seu, vt Tullianis vtar verbis Orat. pro Balbo cap. IIX. eorum *fundi fuerant facti*.

Ibid. C. lin. 4. *καθάπερ χειμάῤῥους ἀνυπόστατος)* Qua postrema voce vsus alibi haud semel Iulianus, vt Orat. II. pag 60. *ἄμαχον καὶ ἀνυπόστατον*, nempe *στράτευμα*, *inuictum, ac vt sustineri a nemine posset, exercitum*; & rursus pag. 84. *ἀνυπόστατοι καὶ ἄμαχοι*. Nempe quod de Celtis & Gallis hic dicitur, quorum scilicet impetus, velut torrens aliquis, sustineri non posset, id de Thessalorum equitibus ait Polybius Lib. IV. pag. 278. *Θετταλῶν γὰρ ἱππεῖς, κατ' ἴλην μὲν καὶ φαλαγγηδὸν, ἀνυπόστατοι*, *Thessalorum igitur equitum impetus, quando turmatim aut iusta acie pugnant, sustineri non potest*. Quomodo etiam eandem vocem adhibuit haud semel, & quod vel Græcus docebit eius index, Xenophon.

Ibid. C. lin. 9. *τέλη παρέχονται λαμπρὰ ὑπὲρ τῶν σῶν προγόνων καὶ πατρὸς καταλεγμένα* Notabilis locus, de *splendidis*, vt hic dicitur, seu lautis *tributis*, quæ e censu a Constantii maioribus & patre in Galliis acto, fisco tum accederent; & quod vel paucis a Gallo ac erudito huius Orationis iam ante complures annos, dein omnium Iuliani operum Enarratore aduerti merebatur. Galliis nempe a se subactis *stipendii* seu *tributi nomine* sesterrium quadringenties impofuisse Cæsarem, tradunt Suetonius in eius vita cap. xxv. ac Eutropius Lib. vi. cap. xiv. Auctus vero ille mox ab Augusto census, qui e tribus Galliis illum in ipsa Gallia egisse, a Liuio dicitur in Epitome Lib. CXXXIV. & Dione Lib. LIII. pag. 511. Sub Tiberio idem a Germanico renouatus, iuxta Tacitum Annal. Lib. I. cap. xxxi. & sub Nerone denuo a primariæ inter Romanos nobilitatis viris, teste eodem Auctore Annal. Lib. xiv. c. xlvi. ad quem autem e prioribus Taciti locis, videri potest eruditissimi Lipsii, qui ea de re ibi agit, Excursus. Quum autem inter ditissimas Populi Romani Prouincias, iuxta immo supra Aegyptum, haberetur eadem Gallia; hinc illam tanquam opibus florentem, a Caligula ea de caussa in Gallias profecto, expilatam tradit Dio Lib. LIX pag. 656. Claudius vero in Oratione apud Senatum, quæ exstat Annal. Lib. XI. cap. XXIV. de Gallis ait, *iam moribus, artibus, adfinitatibus nostris mixti, AVRVM & OPES SVAS inferant potius, quam separati habeant*. Quomodo Romanorum per Germaniam exercitus, *Galliarum opibus subnixus*, iam æuo Tiberii Annal. Lib. I. cap. XLVII. dicitur; ac a Trebellio Pollione, in Claudio Gothico cap. IV. *Gallias & Hispanias, VIRES Respublicæ, Tetricus tenet*. Vnde haud mirum, magnam in censu opulentæ adeo Prouinciæ agendo habitam a Romanis rationem, & quidem, vt hic dicitur, a Constantii *maioribus ac patre*. Per *maiores* autem, quum forte Probum Imperatorem, tum maxime vtrumque Constantii auum, maternum nempe, Herculium Maximianum, & paternum, Constantium Chlorum, videtur designare. De Probo quidem, habitum illum propinquum Claudii Gothici, qui auctor Constantinianci generis, vt supra vidimus harum Obseru. pag. 49. censebatur, a Græco Scriptore traditum (cuiusque rei obiter itidem facta a nobis mentio pag. 52.) meminit Vopiscus in Probo cap. III. Is autem Probus liberauit a Germanis, qui illas inuaserant, Gallias; ac vnde compositis in eadem gente rebus, *arantur Gallicana rura barbaris bobus, & IVGA Germanica captiua præbent nostris cultoribus*, teste eodem Vopisco cap. XIII. & XV. E quibus etiam verbis, constitutum a Probo Galliarum, in quibus magnæ imperii, vt modo vidimus, erant sitæ opes, censum; quique cultis ac restitutis agris, in *capitatione* ac *iugatione*, vt e legibus in vtroque Codice satis obuium, ac obseruarunt iam viri docti, erat positus, licet haud obscure statuere. Herculius autem, maternus huius Constantii auus, depulsis itidem e Gallia, qui denuo eam infestauerant, Germanis, securitatem eidem denuo præstitisse, ac in eadem ordinanda commoratus dicitur a Mamertino, Gallo eius laudatore, Panegyr. cap. VI. & XIX. Vnde rursus in alio eiusdem Principis & simul Constantini Panegyrico, cuius Auctor ignoratur, de eodem Maximiano dictum cap. VIII. *hic est, qui in ipso ortu numinis sui, GALLIAS priorum temporum iniuriis efferatas, Reipublicæ ad obsequium reddidit, sibi ipsas ad salutem*. Sic Constantio Chloro, eiusdem Maximiani genero, præterquam quod ei in diuisione inter quatuor tum imperii participes regenda cesserat Gallia, pacatam eandem & constitutam prædicat alius itidem laudator Gallus, Eumenius nempe in gemino

mino illius Principis Panegyrico, & in postremo quidem cap. VI. & VIII. Qua occasio ne proinde actum itidem aut renouatum, diu ertis temporibus, ab vtroque illo Principe, & huius Constantii auo, Galliarum censum, seu *descripta*, quod hic dicitur, earum *tributa*, licet facile arbitrari. Immo aucta tum eadem, & quæ postea imminuerit Constantinus huius Constantii parens, aperte docet Eumenius in Gratiarum Actione, nomine Aeduorum Flauiensium eidem Constantino dicta cap. V. *iacebat illa ciuitas* (Aeduorum) *non tam innixa Romanis, quam virium defectione prostrata, ex quo eam NOVI CENSVS exanimauerat acerbitas. Nec tamen iuste queri poterat, quum & agros, qui DESCRIPTI fuerant, haberemus, & GALLICANI CENSVS communi formula teneremur:* mox cap. VI. *Habemus enim, vt dixi, & hominum numerum, qui delati sunt, & agrorum modum, sed vtrumque nequam, hominum segnitia, terraque perfidia.* Quam iis temporibus agrorum illorum ac locorum eo in tractu vastitatem & solitudinem ibidem, & dein pluribus adhuc tangit, ac inde *descripta* Gallicano illo censu persoluendi *tributa* penuriam. Vnde mox beneficentiam eiusdem Constantini extollit, qua, vt ait cap. X. *releuaturus CENSVM, definisti numerum*, & cap. XI. *septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum CENSVVM*, nempe tributorum, quæ *capitationis*, vt iam dictum, ac *iugationis* nominibus censebantur; dein cap. XII. *nescit tamen indulgentiam tuam, qui te putat septem millia capitum sola donasse. Donasti omnia, qua stare fecisti.* Quo referri potest, vti a doctissimo Codicis Theodosiani Enarratore factum, eiusdem Constantini, quæ quum in eodem Codice, tum in Iustinianeo exstat, Constitutio, sub titulo; *Sine Censu vel Reliquis* &c. eaque lata ad Præsidem Prouinciæ Lugdunensis Primæ, in qua erant, vt antea ex Ammiano Marcellino vidimus, Aedui, ac eorum Metropolis, Augustodunum. Adde, quæ de quarta parte annuorum tributorum, quæ terræ nomine fisco inferebantur, ac præterea de peræquatione ac releuatione censuum ab eodem Constantino indicta, refert in eius vita Lib. IV. cap. II. & III. Eusebius. Etsi adhuc de Gallicano, eoque luculento ac supra facultates ea ætate censu, quemque biennio post elucubratum hunc Constantii Panegyricum imminuerit ipse Iulianus, illustris exstat, qui præteriri hic non debuit, apud Ammianum locus Lib. XVI. cap. V. *quod profuerit anhelantibus extrema penuria Gallis, hinc maxime claret, quod primitus partes eas ingressus, pro capitibus singulis TRIBVTI NOMINE vicenos quinos aureos reperit flagitari: discedens vero septenos tantum, munera vniuersa complentes.*

Ibid. D. lin. 1. *πλήθει καὶ ἀνδρείᾳ)* Quæ postrema vox non de hominum multitudine, vt hoc loco, sed de fortitudine dicitur apud Euripid. Suppl. v. 913.

Ἡ δὲ ΕΥΑΝΔΡΙΑ
Διδακτὸς, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
Λέγειν, ἀκούειν θ', ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει,

FORTITVDO vero Docere potest, siquidem & infans docetur Ea dicere & audire, quorum notitiam non habet. Opes vero Galliarum quod adtinet, præter ea, quæ modo adtigimus, a Polybio, & quum nondum transalpina Gallia foret a Romanis domita, omnes in pecore & auro positæ dicuntur Lib. II. pag. 106.

Ibid. D. lin. 4. *τῇ τυράννῳ βίᾳ, καὶ οὐ γνώμῃ)* Gallos, vt pro Magnentio militarent, non sponte sed vi adactos hic tradit; quem nempe iidem vt barbarum, qua de re paullo ante, non vt gentilem agnoscerent. Quum alioquin de Gallis dicatur a Vopisco in Saturnino ab initio: *Saturninus oriundus fuit Gallis, ex gente hominum inquietissima, & auida semper vel faciendi principis vel imperii.* Ita mortuo Valentiniano, Ammianus Lib. XXX. cap. X. *anceps rei timebatur euentus, cohortibus Gallicanis, qua non semper dicata legitimorum Principum fides, velut imperiorum arbitra, ausura quiddam nouum in tempore sperabantur.*

Ibid. D. lin. 6. *κατὰ τὸ ξυγγενὲς συμμαχοῦσι προθυμότατα Φράγκοι)* Non inuiti proinde illi & coacti, Gallorum instar, a Magnentio, sed *promptissimi* a partibus eiusdem steterunt, idque *cognationis* nomine, iidem Franci: quod nempe e Germanis, qui pro *barbaris* tum a Romanis habiti, ortus esset, vt paullo ante dicentem vidimus Iulianum, hic tyrannus. Vnde melius illud *κατὰ τὸ ξυγγενὲς*, *ob cognationem*, seu *gentilitatem*, quam *adfinitatis nomine*, vertisset eruditissimus Interpres.

Ibid. D. lin. 7. *Φράγκοι καὶ Σάξονες τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον &c.)* Inter bellicosissimas gentes, quæ Magnentii signa sint sequutæ, *Franci & Saxones*, qui vltra Rhenum ac Occidentis Oceanum habitarent, commemorantur Et *Francos* quidem quod adtinet, iidem, qui *Germani* in ipsa narratione huius Magnentiani belli dicuntur sequenti Oratione pag

56. Γερμανῶν τε οἱ πρόσοικοι τῷ Ῥήνῳ, *Germani, qui Rheni accolæ*, ac de quibus ait rurſus pag. 74. vt hoc loco, Γερμανοῖς τοῖς ὑπὲρ τῦ Ῥήνυ, *Germanis, qui ſupra Rhenum habitant. Franci* nempe & *Germani* promiſcue dicti, eo & proximo æuo, trans Rhenum populi; ſed *Franci* poſtea frequentius. Obſeruat id Hieronymus in vita Hilarionis, vbi & *Saxonum* facta ſimiliter mentio, *inter SAXONES quippe & Alamannos gens non tam lata, quam valida, apud Hiſtoricos GERMANIA, NVNC vero FRANCIA dicitur.* Neque etiam Vopiſci, qui ſub Conſtantio Chloro & Galerio vixit, ætate, in ſolum Alamannorum nomen conceſſerat, vt vult ὁ πάνυ ad Proculum tyrannum, *Germanorum*, appellatio, quum præter *Francorum* in Gallienis cap. VII. factam a Trebellio Pollione, & qui eidem Vopiſco fuit σύγχρονος, mentionem, FRANCIA in Conſtantini nummis, qualem primus protuli Differt. IIX. de Præſt. Num. pag. 750. ſicut in aliis, quos vulgarant iam celebres Antiquarii, ALAMANNIA, vt totidem ſubactæ ab eodem Conſtantino Prouinciæ conſpiciuntur. Immo quibus accedit inſignis oppido nummus e cimeliarchio illuſtriſſimi, & harum antiquitatum amore ac peritia ſplendidiſſimi Comitis Schwartzburgici, nunc modo a callentiſſimo omnis huius memoriæ Morellio noſtro in nouiſſimo Specimine Tab. VII. editus; in quo hinc ConſtantinI, quod nimbus ambit, caput, & inſcr. CONSTANTINVS AVG. illinc tropæum cum duobus captiuis & inſcr. FRANC. ET ALAM. TR. *Francia & Alamannia Treuiris*; nempe ſignato ibidem nummo. Factum quippe paullatim, vt ſi non plane abolito, at quasi in deſuetudinem ferme abierat, *Germanorum* in illo terrarum tractu, ad Rhenum, Mœnum, Nicrum ac Danubium, nomine, *Franci* & *Alamanni* eædem gentes dicerentur; ac vt de *Francis* trans Rhenum habitantibus ait iuxta Hieronymum Procopius Bell. Goth. Lib. I. cap. XI. οἱ δὲ Φράγγοι, ὅτοι Γερμανοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, *Franci autem, qui Germani olim vocabantur*, & rurſus cap. XII. ac ſimiliter Agathias Lib. I. pag. 12. Libanii vero errorem, qui eosdem *Francos*, quos Φρακτὺς ſeu gentem *bene vallatam* dici cenſuit in huius Conſtantii Panegyrico ſeu Baſilico pag. 138. prolatis eius ea de re verbis, alibi adtuli pridem & caſtigaui. Non nouum autem, vt hoc addam, *Francos* & *Saxones* hic coniungi, vt apud Eutropium de Carauſio Lib. IX. cap. XIII. *quum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod FRANCI & SAXONES infeſtabant*; ac a Zoſimo, additis etiam *Alamannis*, factum in rebus huius Conſtantii Lib. III. cap. I. καὶ Φράγκυς μὲν καὶ Ἀλαμανὺς καὶ Σάξονας, *Francos, & Alamannos, & Saxones*, qui nempe quadraginta iam vrbes ad Rhenum ceperant, & apud Ammianum Lib. XXVII. cap. VIII. *Gallicanos vero tractus FRANCI & SAXONES iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiisque, & captiuorum funeribus hominum violabant.* Vt vero *confines* ibi dicuntur *Franci* & *Saxones*, ita etiam a Zoſimo Lib. III. cap. VI. ſed non, vt hoc loco, ad inuadendum Romanum imperium concordes, οἱ δὲ (Σάξονες) ὑπὸ Φράγκων, ὁΜΟΡΩΝ αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι διαβῆναι, *hi autem Saxones a Francis, qui erant iis FINITIMI, prohibiti* Rhenum *tranſire*, in Romani iuris ſolum. Vnde eosdem *Saxones*, non Oceani ſolum aut Albis accolas, & qua de re mox, extitiſſe; ſed propius ad Rhenum illo iam æuo conſediſſe, quod bene etiam vidit Cluuerius, licet omnino ſtatuere.

Ibid. D. lin. 8. καὶ τὴν ἑσπερίαν θαλάσσαν ἔθνων τὸ μαχιμώτατον) Iidem nempe *Franci* & *Saxones*, quorum illi ſimiliter *trans Rhenum vsque ad Oceanum* ἔθνος ὑπὲρ Ῥήνυ ποταμὸν καὶ αὐτὸν Ὠκεανὸν καθῆκον, habitaſſe dicuntur a Libanio, loco modo indicato Baſilici pag. 137. & ſub *Germanorum*, vt ibidem diximus, nomine, ab hoc Iuliano Orat. II. pag. 56. Rheni & Occidentis Oceani accolæ; *Saxones* vero Chaucis & Cheruſcis finitimos, ſedes ad Oceanum & Albim iam olim incoluiſſe, quod a Ptolemæo de iis pridem traditum, notius, quam vt iis immorer. Eos autem tum Gallica, tum alia Romanorum littora, mari ac terra ſubinde olim infeſtaſſe, vel ex adductis paullo ante Eutropii & Ammiani locis ſatis liquet, & quibus addi poteſt alius eiusdem Ammiani Lib. XXVIII. cap. V. *Erupit Auguſtis ter Coſſ.* (Valentiniano ac Valente) *SAXONVM multitudo: & OCEANI difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento, SAEPE NOSTRORVM FVNERIBVS paſta.* Vnde etiam quod ἔθνων τὸ μαχιμώτατον, *gentium* nempe in illo terrarum tractu, *bellicoſiſſima* hic dicantur iuxta *Francos* iidem *Saxones*, adſtruit dicto paullo ante capite VI. Lib. III. Zoſimus, ΣΑΞΟΝΕΣ ΟΙ ΠΑΝΤΩΝ δὴ ΚΑΡΤΕΡΩΤΑΤΟΙ τῶν ἐκεῖσε νεμομένων Βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας εἶναι νομιζόμενοι. *SAXONES OMNIVM eas regiones incolentium barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prœliis tolerantia FORTISSIMI habiti.* Quem terrorem alioquin repentinis eorundem *Saxonum* incurſibus tribuit alibi

alibi, seu Lib. XXVIII. cap. II. Ammianus Marcellinus, vbi de grassantibus per omne Syriæ latus nationibus agens, & quorum, vt ait, inopinum, quoquo ventus duxerat, irrumpentium impetum cauere nemo posset, addit, *quam ob caussam præ ceteris hostibus SAXONES timentur, vt repentini*, ac Lib. XXX. cap. VII. *conuersos ad metuendam rabiem Saxonas, semper quolibet inexplorato ruentes.* Quodque insuper adstruit, qui ad priorem Marcellini locum adducitur in notis Orosius Lib. VII. cap. XXXII. *SAXONES gentem in Oceani littoribus & paludibus inuiis sitam VIRTVTE atque AGILITATE TERRIBILEM.* Qui tamen terribiles Romanorum hostes *venalem pacem* a Valentiniano petere, ac dum iidem, qui contra Romanos irruperunt, *formidine vacui*, patrios repetunt lares, eorundem Romanorum insidiis circumuenti, ad vnum omnes cæsi dicuntur apud Ammianum cap. V. Lib. XXVIII.

Pag. 35. A. lin. 1. καὶ Φράγγων προσοίκων Ῥήνῳ) Ita etiam in MSSto Vossiano, in aliis vero Codicibus legi ἢ Φραγγικὰ πρόσοικον notatur in editione Petauii; ac prout FRANCIAE nomen de regione, quam Franci inhabitarent, dictum, e nummis antiquis, quibus paullo ante, ac aliunde, vt Eumenio in Constantini Panegyrico, Ammiano Marcellino Lib. XXX. cap. III. Ausonio, Claudiano, aliisque constat. Verum nihil mutandum hic videtur, quod non de Francis trans Rhenum, sed de limitaneis ad Rhenum *castellis* agitur; cuiusmodi paucis post annis, quum ad recuperandam Agrippinam profectus est Cæsar hic Iulianus, vnum in eo tractu *castellum*, apud Confluentes, vbi Mosella confunditur Rheno, Rigomagum oppidum, & vna prope Coloniam turris reperta ab Ammiano dicitur Lib. XVI. cap. II. Verum de quibus aliis frequentibus Romanorum cis eundem Rhenum *castellis*, maxime ad coërcendas horum Francorum excursiones, ait Eumenius ad eosdem Francos a Constantino paullo ante subactos, in huius Panegyrico cap XI. *Iam ne procul quidem Rhenum audetis accolere, & vix securi flumina interiora potatis. Contra hinc per interualla disposita magis ornant limitem CASTELLA, quam protegunt.* Etsi postea a Valentiniano totam illam Gallicam Rheni ripam, a fontibus ad Oceanum, castris, castellis, turribusque assiduis communitam tradat Ammianus Lib. XXVIII. cap. II.

Ibid. A. lin. 3. ἀφύλακτα πάντα τοῖς βαρβάροις) Vnde etiam contigit, quod nempe nudata tum fuissent, vt hic dicitur, Romanorum præsidiis illa ad Rhenum castella; dum copias omnes inde ad se educit contra Constantium Magnentius, vt, inquam, omnes ferme aut præcipuæ Romanorum etiam cis eundem fluuium *vrbes*, aut, quæ hic adduntur, *castella*, ab adiacentibus *Barbaris* breui sint expugnata. Liquet id quum ex hoc Iuliano Epist. ad Athenienses pag. 279. vbi a barbaris euersa tradit oppidorum id genus quinque & quadraginta, τείχη τε τὰ διαπεπορθημένα, δίχα τῶν πύργων καὶ τῶν ἐλαττόνων φρουρίων, *castella autem direpta turribus & minoribus arcibus omissis:* agris præterea, quod ibidem addit, cis Rhenum tantum obtinere iam Barbaros, quantum a fontibus ad Oceanum vsque porrigitur; illorum autem proximos ac Romanorum finibus citimos, trecentis a Rheni ripa stadiis distare. Quæ præterea a Libanio, Zosimo, ac similiter, de vastata illo tempore Barbarorum incursione Gallia, captis que cis Rhenum pluribus Romanorum oppidis ac euersis, ab Ammiano Marcellino Lib. XV. cap. VIII. & Lib. XVI. cap. II. tradita, ad eundem Iuliani locum conferendū σὺν ῥᾳ erit locus. Etenim tam Magnentii culpa, seu quod nudata essent præsidiis, vt hic dicitur, eadem loca id contigisse, quam ab ipso Constantio profectum, qui iisdem barbaris, ad opprimendum nempe eundem Magnentium, hanc potestatem fecerit, tradit Libanius in Iuliani Oratione Funebri pag 269. Tom. II. καὶ ἀνοίγει τοῖς βαρβάροις διὰ γραμμάτων τοὺς Ῥωμαίων ὅρους, ἐξεῖναι φήσας, αὐτοῖς κτᾶσθαι ὅσην ἂν δύνωνται χώραν, *ac certe Barbaris per litteras aperit Romanorum limites, quum diceret liberum iis esse, quantum possent, regionem occupare.* A quibus non abit, vt id ad Ammiani indicatum modo locum vidit iam doctissimus Valesius, Zosimus Lib. II. cap. LIII. & præterea Socrates, qui eosdem Barbaros ad auxilium ei ferendum contra Magnentium a Constantio conductos ait Lib. III. cap. I. Immo ipsas, quibus Barbaros eos ad bellum contra Magnentium inuitans, in Prouincias Romanas induxerat, litteras ostendisse, vbi a Constantio defecit, Iulianum, refert Sozomenus Lib. V. cap. I. Quod similiter a Constantio, post eam Iuliani defectionem, factum, excitato nempe litteris Vadomario Alamannorum Rege, *vt tanquam rupto concordiæ pacto, subinde COLLIMITIA sibi vicina vexaret: quo Iulianus id metuens, nusquam a tutela discederet Galliarum*, tradit alibi Ammianus Lib. XXI. cap. III.

Ibid. A. lin. 6. πᾶσι δὲ οὐχ ἥκιστα Γαλατικῇ) Vt sæpe apud Cæsarem de gentis

inter

inter Gallos Communi *ciuitas* dicitur. Id vero prisco Græcorum more factum euincunt obuia adhuc apud veteres Auctores exempla, vt πόλιν Περσῶν, pro *Persarum gente* apud Aeschylum Pers. v. 71. & Θεσσαλῶν πόλισμα, pro Θεσσαλῶν κοινὸν, quod subinde in antiquis nummis legitur, *Thessalorum Commune*, & similiter apud Euri idem in Andromach. v. 1176. Ω πόλι Θεσσαλία, ὁ *ciuitas* (seu regio) *Thessalia*. Quod vero hic de tota Gallia ad bellum pro Magnentio gerendum commota ac instructa dicitur, iam obiter ante indicauerat Iulianus pag. 26. Γαλατία μὲν συναφιςῶσα τῷ τυράννῳ, *Gallia quidem cum tyranno deficiens.*

Ibid. B. lin. 5. Σκηπτὸς ἐδόκει πᾶσιν ὁ φερόμενος) Σκηπτὸν *fulmen* hic reddit Petavius, vti etiam in proximis verbis σκηπτὸς ἀφόρητος ἔργῳ καὶ ἄῤῥητος λόγῳ, *fulmen, quod neque re ipsa tolerari, neque verbis explicari posset.* Σκηπτὸς nempe Græcis quum de *fulmine*, vt vulgo interpretes, tum de *turbine* repente immisso, tum de *luis* seu *pestilentiæ* adflatu dicitur, vt postremo sensu apud Aeschylum Pers. v. 717. λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς; *venitne immissa quædam pestilentia?* Vnde de *lue*, quæ inopinato Thebanos inuaserat, ait Sophocles Oed. Tyr. vers. 28.

ΕΝ δ' ὁ πυρφόρος Θεὸς
ΣΚΗΨΑΣ, ἐλαύνει ΛΟΙΜΟΣ ἔχθιστος πόλιν,

Deo autem ignifero Inmittente, sæuissima LVES vrbem depascitur; quomodo distingui debet ille locus, &, quod non obseruarunt veteres aut recentiores Interpretes, illa præpositio ἐν ad verbum σκήψας sequentis versus, nempe pro ἐνσκήψας, more apud Poetas ac Tragicos imprimis passim obuio, referri. Ita geminus huic apud Iosephum, ac vbi simul ad ea Tragici verba respexisse credi posset, locus, Origin. Lib. IV. cap. VI, ἐφθάρησαν δὲ πάντες καὶ ΛΟΙΜΩ, ταύτην ΕΝΣΚΗΨΑΝΤΟΣ αὐτοῖς ΤΟΥ ΘΕΟΥ τὴν νόσον, *perierunt autem omnes pestilentia, Deo hunc illis morbum infligente;* ac similiter de optione Dauidi Dei iussu facta, Lib. VII. pag. 244. ed. Gen. ἢ ΛΟΙΜΟΝ ΕΝΣΚΗΨΑΙ καὶ νόσον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας τοῖς Ἑβραίοις, *aut pestilentiam ac morbum per triduum inter Hebræos fæuiturum.* Quum alioquin verbum σκῆψαι pro *iaculari* vsurpet alibi Aeschylus, vt Agam. vers. 374. βέλος ἠλίθιον σκήψειεν, *telum irritum iacularetur;* immo prout *fulmen*, Διὸς ἔραζε σκήψασαν, vocantem Capaneum inducit Sept. Theb. vers. 435.

οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔραζε πέδῳ ΣΚΗΨΑΣΑΝ ἐμποδὼν σχεθεῖν,

neque illum Iouis iram in solum irruentem remoratum, vbi inter veterum Criticorum glossas legitur, οὐδὲ τοῦ Διὸς ΣΚΗΠΤΟΝ εἰς γῆν κατενεχθέντα, *neque Iouis fulmen in terram immissum ei impedimento futurum.* Sic apud Sophoclem Trachin. vers. 1103. ἐγκατάσκηψον βέλος, πάτερ κεραυνοῦ, *immitte telum*, seu *fulmen*, *Pater fulminis;* ac prout alioquin opportunius apud Iosephum dicitur Origin. Lib. III. cap. IV. καὶ κεραυνοὶ κατενεχθέντες ἐδήλουν τὴν παρουσίαν τοῦ Θεοῦ, *fulminaque immissa Dei præsentiam manifestarunt.* Hinc apud Lycophron. vers. 181. καταιβάτης σκηπτὸς *præceps fulmen* dicitur. Ita etiam σκηπτὸς pro *turbine*, seu *procella*, quæ repente ingruit, dictus, vt apud Sophoclem Antigon. vers. 424. τυφὼς ἀείρας σκηπτὸν, *ventus ciens turbinem*, vbi Critici, σκηπτὸν λέγεται πᾶν πνεῦμα θυελλῶδες, ὅταν συνερειδῇ τῇ γῇ, καὶ πάλιν ἄνω αἴρῃ, *dicitur σκηπτὸς omnis ventus procellosus, quando in terram irruit, & denuo rursum fertur.* Quomodo etiam in duobus hic apud Iulianum locis σκηπτὸς per *procellam* seu *turbinem*, non vero per *fulmen*, vti factum ab eruditissimo interprete, verti debuit; nempe vbi *ingruentem* a formidando Magnentii, fortissimis barbarorum ac præterea Gallorum copiis instructi, apparatu *tempestatem non perhorruisse* Constantium tradit, οὐδὲ ἐξεπλάγη τὸν ἐπιόντα χειμῶνα, ac addit continuo, ΣΚΗΠΤΟΣ ἐδόκει πᾶσιν ὁ φερόμενος ἀπὸ τῶν Ἀλπέων, ΣΚΗΠΤΟΣ ἀφόρητος ἔργῳ καὶ ἄῤῥητος λόγῳ, *TVRBO omnibus videbatur ex Alpibus immissus; turbo, inquam, qui neque re ipsa tolerari, neque verbis explicari posset.* Quæ vtique verba, vt alia nunc mittam, de σκηπτῷ illo ex Alpibus ingruente, eoque intolerabili, *turbinem* potius seu *procellam*, quam *fulmen* hic notare, quiuis, vt opinor, intelligit. Haud aliter Demosthenes, Philippum, post victoriam ad Chæroneam partam, totam turbinis instar Græciam vastantem innuens, ait de Corona pag. 341. εἰ δ' ὁ συμβὰς ΣΚΗΠΤΟΣ ἢ χειμὼν, μὴ μόνον ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μείζων γέγονε; *si autem ingruens TVRBO* (non *delatum fulmen*, cum eruditissimo Wolffio) *vel tempestas, non modo vobis, sed aliis etiam Græcis fuit superior?* Adde Euripidem in Rheso vers. 674. vbi Mineruа Diomedem ac Vlyssem, vt hostes accinctos ad vlciscendam cæsi ab iis Thracum Regis mortem, repente effugiant, hortatur,

Σκηπτοῦ μόντος πολεμίων, σῶσαι βίον,

Turbine (non vt ibi Canterus, *fulmine*) *veniente hostium, seruare vitam;* ac similiter Andromach. vers. 1046. vbi σκηπτὸς σαλάσσων Ἀΐδα φόνον, *procella* aut *nimbus stillans Plutonias neces*, non iuxta eundem interpretem, *fulmen stillans* &c. Neque vero hisce immora-

morarer, ni inde & adductis Iuliani verbis, & aliis etiam insignium Auctorum locis, quæ non ceperunt eruditi interpretes, lux aliqua simul accederet.

Ibid. C. lin. 5. καὶ Περσῶν τὴν πολυτέλειαν) Qualem nempe Persarum, post Cyri mortem, a maiorum frugalitate & parsimonia degenerantium, inuectam a Medorum moribus in cibos, potum, vestitum, omnemque vitæ cultum & apparatum, luxuriam seu πολυτέλειαν, pluribus tangit Xenophon Inst. Cyr. Lib. VIII. pag. 240. & 241. Vnde de Iudæorum institutis agens aduersus Appionem Iosephus, eaque ab illarum gentium luxu ac delitiis aliena innuens, ait Lib. II. pag. 1079. eos nihil fortuito, neque quod quisque desiderat vesci aut bibere, ἢ συνουσίας ἐπελθεῖν, ἢ πολυτέλειαν, *vel ad concubitum quemlibet accedere, aut luxum*, qui nempe non in *splendido vestitu* solum, vt postremam hanc vocem ibi reddit Interpres, sed in omni reliquo vitæ cultu erat positus; ac prout denuo de Iudæorum legibus ait sub finem illius libri, eas quum iniustitiæ aduersari, tum ἀργίαν καὶ πολυτέλειαν ἐξορίζοντες, *ignauiam ac luxum procul eliminare*. Nempe iuxta illud Alexidis Comici apud Athenæum Lib. X. pag. 419. quod in iis, quæ modum excedunt,

Τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ,

voluptas nulla est, sed tantum luxus, seu, vt ὁ πάνυ Grotius in Excerptis pag. 593. *ostentatio*.

Ibid. C. lin. 8. περὶ τοὺς κατ' ἀρχὰς τὰς πλεονεκτήματος) Quam nempe relatam ab initio huius belli de Constantii militibus, incautis illis ac inermibus, a Magnentianis, qui in insidiis erant collocati, victoriam vnus, quod hic monuit Petauius, adrigit, & qui hinc illustratur, Zosimus Lib. II. cap. XLV. Quibus mox addit capite sequenti, πολλῶν δὲ πάντων Μαγνέντιος μὲν ἐπὶ τούτῳ ΠΛΕΟΝΕΚΤΗΜΑΤΙ μεγαλαυχούμενος, *compluribus autem*, Constantii nempe militum, *cæsis*, *Magnentius ob rem illam bene gestam, magnopere se efferens* &c. vbi nempe eadem πλεονεκτήματος voce, qua hic Iulianus eam in rem vsus: qua autem non plenam adeo de deuicto iusta acie exercitu victoriam, quam obtentum secundum aliquem in bello euentum denotare, vti supra Persis contra Romanos in nocturno prœlio contigerat, videre licet pag. 23. & 26. ac harum Obseru. pag. 170. & qualia προτερήματα vocare solet Polybius; sicut vicissim accepta id genus damna, quod supra itidem innui pag. 181. ἐλαττώματα, ac πταίσματα, licet priora, vti & ἐλαττώσεις, e maioribus etiam cladibus ab eodem Polybio dici interdum soleant.

Ibid. C. lin. 11. προσθεῖν οὐ τὸ [illegible] τὴν ἀξίαν) Verissimum nempe monitum, pluribusque exemplis sæpe in bello comprobatum; vt, quod hic dicitur, secundi [illegible], quæ fortuito aut præter meritum [illegible] cesserunt, stolidis ducibus maiorum calamitatum initium & caussam præbuerint. Neque alia fuit ratio, quæ Romanis ad Trebiam, ac deinde ante Cannensem pugnam, clades [illegible]: dum nempe ob prosperum in velitatione cuiusdam, seu de aliqua Pœnorum, aut qui in eorum castris militabant, parte euentum, elati Romanorum duces, Tiberius Sempronius ac M. Minucius, inconsulto iusta acie cum hostibus congressi sunt ac prostrati. Sic de priori euentu, seu Tiberio Sempronio ad Trebiam, Polybius Lib. III. pag. 222. post factam alicuius, in quo pauci Romani, plures hostium erant desiderati, successus militaris mentionem, addit, ὁ δὲ Τιβέριος μετέωρος ὢν καὶ περιχαρὴς γεγονὼς ἐπὶ τῷ προτερήματι, φιλοτίμως εἶχε πρὸς τὸ τὴν ταχίστην κρίναι τοῖς ὅλοις, *Tiberius ferox iam gaudioque ob victoriam exsultans, vniuersi belli fortunam quamprimum dijudicare gestiebat*. Hinc ille improuide commissus mox cum Pœnis prœlio, magna clade cum Romanis est adfectus. Neque aliter de Minucio Magistro militum aliquamdiu ante infaustam illam Cannensem pugnam ait idem Polybius eod. Libro pag. 252. quod ob palantes in agris Pœnorum milites, aut ante eorum vallum ductu eiusdem Minucii cæsos, τότε μὲν ἐπανῆλθε, μεγάλας ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, *tunc quidem se recepit, magnæ cuiusdam spei in posterum plenus*. Vnde mox tumulum inter vtrusque exercitus castra positum occupare instituit Hannibal, & quidem, iuxta eundem Polybium pag. 254. *quod e prospera paullo ante re gesta, Minucium occursurum ad resistendum probe nosset*, αὐτὸς δὲ γινώσκων ἐκ τοῦ προγεγονότος κατορθώματος, ἐπὶ πάρεσται βοηθῶν ἐκ χειρός, vti etiam factum; & commisso vtrinque equitatu, mox concurrentibus etiam peditibus, plurimi Romanorum cæsi. Neque res alia Pharnacem, magni Mithridatis filium, pessumdedit, de quo ait Auctor Belli Alexandrini cap. LXV. *non enim excessisse Ponto Pharnacem audierat*, (Cæsar) *neque excessurum putabat*, *QVVM secundo prœlio esset vehementer INFLATVS, quod contra Domitium Caluinum fecerat;* dein cap. LXXIV. idem Pharnaces, *simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum a se, Domitio* duce,

duce, sciebat, inito consilio dimicandi, descendere prærupta valle cœpit. *Cuius aliquamdiu Cæsar irridebat inanem ostentationem*; qua etiam factum, vt idem Pharnaces acie illa sit profligatus, & regno simul exutus. Ita nempe victores intempestiva *stolidorum*, vt hic dicitur, ducum fiducia, sæpe a victis superati; cuius rei alia complura exempla suppeditant veteres ac recentes historiæ.

Ibid. D. lin. 2. ὑπὸ τῆς εὐτυχίας ταύτης μετέωρος) Nempe *rebus secundis elatus*, vt de dicto modo Pharnace ait Auctor Belli Alexandrini cap. XLI. ac prout ob similem euentum μετεωρισθεὶς seu *elatus* a Polybio dicitur, adducto paullo ante loco, Tiberius Sempronius. Hinc μετεωρισμὸς pro *elatione* animi aut *superbia*, non apud Suidam solum exstat, sed etiam apud Chrysostomum Serm. XXI. Tom. V ed. Sauil. pag 131. ἵνα δὲ πρόφασιν ἄλογον τῶν σῶν εὕρῃς μετεωρισμῶν, *vt autem prætextum omni ratione carentem reperias tuæ superbiæ*, seu *tuarum vanitatum*, & quomodo in eadem pagina dixerat paullo ante, ὡς τῶν ἐκεῖ θεαμάτων μετεωρισμοὶ, *sicut eorum, quæ ibi visuntur, spectaculorum* theatralium *vanitates* seu *ostentationes*.

Ibid. D. lin. 5. ἐς Νωρικούς τε καὶ Παίονας) Quod de hac Magnentii in ea loca profectione tradit itidem Zosimus Lib. II. cap. XLVI. καὶ παραγενόμενος ἐν τοῖς περὶ τὴν Ποτοβίωνος πεδίοις, ἅπερ μέσα τέμνων Δράος ὁ ποταμὸς, ΝΩΡΙΚΟΥΣ ΚΑΙ ΠΑΙΟΝΑΣ παραμείψας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐκδίδωσι, *quumque peruenisset ad sitos ante Dium campos, quos medios Drauus amnis intersecans, NORICOS ET PANNONIOS præterlapsus, in Istrum semet exonerat*. In quo autem loco pro πρὸ Κιν, quam lectionem retinuit etiam nupera Oxoniensis Zosimi editio, seu, vt vna voce legi in MSto προκιν adnotauit ibidem Leunclauius, *Petobii* seu *Petobionis*, Norici oppidi iuxta Ammianum Lib. XIV. cap. XI. a Zosimo mentionem fieri, opportune e doctissimo Reinesio notauit ad hunc locum Cl. Cellarius. Certe *Petobium*, illudque *Pettaw* hodie dictum, Pannoniæ inferioris ad Drauum oppidum, quodque *Petouio*, vbi de Pannonicis agit legionibus, a Tacito vocetur Histor. Lib. III. cap. I. monuit iam post Rhenanum & Lazium Ortelius. Addit autem Zosimus cap. XLVIII. Magnentio factam ab ipso Constantio copiam, vt exercitum suum ad campos inter Noricum, Pannoniam, Mysiam, Daciamque sitos transduceret.

Ibid. D. lin. 8. ἀπὸ τῶν δυσχωριῶν) Quæ caussa etiam exstitit, cur a Constantio data sit illa, quam modo adtigi, Magnentio facultas, cum exercitu in campis inter Noricum & Pannoniam sitis considendi, ac vbi itidem subdit d. l. Zosimus, τῶν μὲν δυσχωριῶν ἀπαλλαγῆναι, *quod ab illis impeditis locis vellet liberari*, & quidem quod equitatu præualeret Constantius. Quibus etiam verbis vsus, dum denuo ea de re agit Orat. II. pag. 57. Iulianus, vbi ἐκ τῶν δυσχωριῶν εἰς τὰ πεδία, *ex impeditis* seu *angustis locis in patentes campos*, siue quam mox vocat εὐρυχωρίαν, compulsus a Constantio Magnentius dicitur. Quas etiam locorum angustias seu στενοχωρίας, vt hostibus magis vtiles, præ apertis, ab Atheniensium classe vitandas suadebat vnus ex eorum Ducibus in bello Siculo Demosthenes apud Thucydidem Lib. VII. pag. 526. ταῖς τε ναυσὶν ἐν πελάγει, καὶ οὐκ ἐν ΣΤΕΝΟΧΩΡΙΑ (ἣ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλον ἐστι) τοὺς ἀγῶνας ποιήσονται, ἀλλ' ἐν ΕΥΡΥΧΩΡΙΑ, ἐν ᾗ τά τε τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται, *& cum nauibus in alto, nec IN ANGVSTIIS quæ pro hostibus magis facerent) prœlia committerent: sed in APERTO mari, vbi ex sua peritia fructum perciperent.*

Ibid. D. lin. 10. κατεστρατηγήθη) Quod *per fraudem induci*, nempe a Constantio, vertit hic Petauius; opportunius forte, & quidem in illius Principis Panegyrico, vti ab eu factum infra pag. 47. vbi idem verbum de hoc Principe adhibitum, καὶ Περσῶν μὲν τὴν δύναμιν κατεστρατηγήσας vertit, *ac Persarum quidem vires consilio ac prudentia circumuenisti*: prout Orat. II. pag. 57. de eodem callido Constantii consilio, quo Magnentius ex impeditis locis copias suas in apertos ac patentes educeret, fuit inductus, dicitur, δρασμὸν δὲ ἁπλῶς, καὶ οὐ στρατηγίαν τὸ πρᾶγμα κρίνοντος, *fugam simpliciter* Constantii, *non vero stratagema, hoc eius factum reputans*; vbi nempe στρατηγία idem quod στρατήγημα, & quo sensu eandem adhibuit Polyænus in Præfatione operis, qua de re dicetur ad eum Iuliani locum. Eodem quoque verbo καταστρατηγεῖν vsus est Iosephus in vita sua pag. 1023. μὴ καταπλαγεὶς δὲ ἐγὼ, καταστρατηγεῖν αὐτοὺς ἐπινόουν, *nec tamen sum deterritus, quo minus arte contra eos vterer.* Vnde etsi militaria id genus strtagemata sæpe cum dolo & ἀπάτῃ dicantur coniuncta, ac id ab Homero perinde in bello statuatur ἠὲ δόλῳ, ἠὲ βίηφι, *seu dolo, seu vi* cum hoste agatur; non omnia tamen ita comparata bellica στρατηγήματα, vt *fraude* facta dici eadem debeant, sed arte potius ac virtute militari, prout a Polyæno quoque traditur in dicto modo operis sui

procemio, vbi se adferre dicit ὅσα τῶν πάλαι γέγονε στρατηγήματα, *quæ olim facta sunt stratagemata*; vnde, quod additur, belli ducibus, aut quibuscunque militum ductoribus, διδασκομένοις ἀρχαίων κατορθωμάτων ἀρετὰς καὶ τέχνας, *qui inde discent rerum olim prospere gestarum virtutes atque artes.* Quibus accedit in Præfatione itidem, ac in simili operis argumento, Frontinus, *eorum* (στρατηγημάτων) *propria vis IN ARTE SOLERTIAQVE posita proficit, tam vbi cauendus, quam vbi opprimendus hostis sit.* Adde, quod obiter iam innui, minus id in eximia quadam Principis laude positum videri, vt in solemni eius Panegyrico hostis *per fraudem* ab eo dicatur superatus.

Pag. 36 A. lin. 1. τῶν πεδίων δὲ πρὸ τῆς Μυρσης) Stephanus, Μύρσα, πόλις Παιονίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ, quomodo pro πόλις Ἰωνίας primus legendum vidit in Eusebianis Scaliger, ac dein Salmasius, par virorum inclytum, & ita legi in Vossiano codice monuit postremus τοῦ Ἐθνικογράφου editor. Quomodo etiam in Epistola Concili Sardicensis, quum in Actis Conciliorum, vt monuit idem Stephani enarrator, tum apud Athanasium Apologiæ Secundæ pag. 765. dicitur Οὐάλης ἀπὸ Μυρσῶν τῆς Παννονίας, *Valens a Mursis Pannoniæ.* Apud Socratem vero Lib. II. cap. XXXII. ac Sozomenum Lib. IV. cap. XIII. vbi illi huius Magnentianæ expeditionis meminerunt, *Mursa* perperam & valde, vt ita loquar, ἀγεωγραφήτως, *Gallorum castellum*, Γαλλιῶν & Γαλατῶν φρούριον, quod doctissimi Valesii censoriam meruisset notam, dicitur: ac ideo quidem, vt videtur, quod Magnentium ibi ad Mursam victum, in Galliis dein, ad quas nempe se post acceptam in Pannonia cladem contulerat, belli reliquias persequutum, ac tandem propriis manibus interfectum accepissent. Notandum vero obiter, quod non Μύρση, vt hic apud Iulianum, sed Μύρσα, apud Stephanum, ac in Actis Conciliorum, & apud Athanasium, Socratem, Sozomenum, & Chronici Alexandrini Auctorem, appelletur eadem ciuitas. Addit vero Stephanus, dictam quoque eandem vrbem Μύρσιον, quæ & Μυρσία apud Ptolemæum, ac similiter *Mursia* apud vtrumque Victorem, quod vidit iam ad Stephanum vir doctus, dicitur. Quod vero vtrinque constituta hic dicitur acies, *ad campos, qui ante Mursam*, τῶν πεδίων τῶν πρὸ τῆς Μύρσης, idem apud Zosimum Lib. II. cap. L. legitur, congressi nempe exercitus ἐν τῷ πρὸ τῆς Μύρσης πεδίῳ, *in planitie* seu *campo*, qui est *ante Mursam.*

Ibid. A. lin. 2. ἱππεῖς ἑκατέρωθεν, πεζοὶ δὲ ἐν μέσῳ) Pedites nempe legionarii, seu grauis armaturæ, prout de illius aciei ordinatione itidem dicitur Orat. II. pag. 57. πεζῶν δὲ ὁ μὲν ὁπλίτης ἦν ἐν τῷ μέσῳ, συνεστῶτες ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἱππεῦσιν, *tam ex peditibus legionarii media in acie erant, vtrinque equitibus circumdati*; funditores autem ac sagittarii, vt ibi additur, seu leuis armaturæ milites, in subsidiis collocati. Neque vero abs re, vt videri forte cuipiam posset, huius aciei a Constantio ita ordinatæ meminit vtroque in loco Iulianus. Etsi enim ea aciei ordinatio in Romanorum militia locum vt plurimum habuerit, vt in cornibus locati essent equites, mediam autem aciem occuparent legionarii pedites; mutatus tamen subinde ille ordo, vt nempe legiones non mediam solum aciem, sed vtrumque cornu tenerent, totus autem equitatus in vno etiam cornu collocaretur. Quod postremum in vtraque Cæsaris ac Pompeii in campis Pharsalicis acie vsurpatum docet ipse, vbi geminam illam aciem describit, Cæsar Lib. III. Bell. Civil. cap. LXXXVIII. ac de Pompeiana quidem, *erant in sinistro cornu legiones duæ*: dein, *cunctum equitatum, sagittarios funditoresque, in sinistro cornu obiecerat.* Id etiam ab eodem Cæsare in ordinata contra Scipionem ac Iubam in Africano bello acie, factum liquet ex auctore illius belli cap. LX. *habuit in sinistro cornu legionem IX, VII: in dextro cornu XXX, XXIX: XIII, XIV, XXVIII, XXVI, in media acie*: mox de sinistro cornu detraxit, *eodemque fere omnem contulerat equitatum*; non prorsus de, vt Constantius hic fecisse dicitur, in vtrisque cornibus, seu ab vtraque mediæ aciei e partibus constantis parte, collocatum. Qui mos alioquin priscæ Romanorum militiæ, qui & ad hanc vsque ætatem propagatus, equites nempe in vtroque cornu seu a lateribus, in media autem acie pedites collocandi, posterioribus Romani imperii temporibus magis in desuetudinem abierat; quo maior equitum numerus in Romanorum aciem est paullatim invectus, aut in patentibus campis, vt hoc loco, est dimicatum. Adde ob frequentia Romanorum cum iis populis, qui equitatu præualerent, prœlia, Parthis puta aut Persis, Sarmatis, Getis; eademque commissa in regionibus aut locis, quæ ob patentes, vt dixi, campos, equis præstantissimis abundarent. Quomodo etiam inducta subinde varia equites in acie ordinandi ratio: prout ab Arriano dicitur in Tacticis pag. 27. ed. Bat. καὶ γὰρ αἱ τῶν ΙΠΠΩΝ (seu verius ἱππέων, vt erudito illius operis editori iam visum) τάξεις ἄλλοτε ἄλλη καθίστανται, ὅπως ἂν μέλλωσι

ταχ-

παχθέντες ὠφέλιμοι ἐσεσθαι, *etiam EQVESTRES COPIAE aliter atque aliter ordinantur, prout, qua ordinari debent, vtiles esse possunt.* Eandem vero aciei, quam hic Constantius aduersus Magnentium dimicaturus adhibuisse dicitur, ordinationem, ab hoc Iuliano contra Alamannos pugnaturo obseruatam docet Libanius in eius Oratione Funebri pag. 274. καὶ ἐδόκει δεῖν ΚΕΡΑΣ μὲν ΕΚΑΤΕΡΟΝ τὴς ΙΠΠΕΑΣ ἔχειν. τὸ ΜΕΣΟΝ δὲ εἶναι ΤΩΝ ΟΠΛΙΤΩΝ, *& visum est quidem, EQVITES debere in VTROQVE CORNV collocari, IN MEDIO autem grauioris armaturæ pedites.* Sic etiam de instructa Theodosii contra Marcellinum acie, haud ita multis post annis, ait in eius Panegyrico Pacatus cap. XXXV. *diuisi in cornua equites, leues ante signa velites, dispositæ manipulatim cohortes, & gradu pleno ferentes agmina quadrata legiones.* Inter quam & hanc Constantii aciei ordinationem occurrit discrimen, leuis nempe armaturæ milites ante signa, in fronte nempe mediæ aciei collocati; vnde & more quidem e prisca Romanorum militia retento, prœliandi auspicium facerent; quos autem velites, vt iam diximus, Iulianus Orat. II. pag. 57. a tergo, seu in subsidiis, a Constantio dispositos tradit.

Ibid. A. lin. 3. ἔχων δὲ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, τὸν ποταμὸν ἐν δεξιᾷ) Nempe fluuium Drauum, ad quem sita erat *Mursa*, quæque eadem censetur cum erepto Turcis in hoc bello Christianorum iis in oris aduersus Barbaros, quod vulgo *Esseck* dicitur, propugnaculo. Qualem autem hic in acie locum obtineret Constantius, haud dicitur, an, vt vulgo prisci Romanorum duces, in media acie prope aquilas, vti posteriore etiam æuo de Belizario ac Hermogene in acie contra Persas stantibus tradit Procopius Bell. Pers. Lib. I. cap. XIII; an vero, vt in acie Pharsalica, idque dicto iam apud Cæsarem loco, Pompeius in sinistro cornu, Cæsar autem in dextro, quod ei oppositum, exstitisse traditur.

Ibid. A. lin. 6. τὴν φάλαγγα) Quomodo nempe dicta a Græcis aliisque antiquis Auctoribus, non Macedonica solum, sed quæuis conferta peditibus grauis armaturæ, aliarum quoque gentium, acies. Hinc tot seculis ante nobilitatam a Philippi & Alexandri temporibus Macedonum *phalangem*, talis aciei, notique eius συνασπισμοῦ, meminit Homerus, cuius etiam ea de re verba adducit Polybius Lib. XVII. pag. 764. Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, *clypeus itaque clypeum firmabat* &c.. Iliad. N. v. 131. præter tot alia apud eundem Poetam loca, vbi modo Troianorum, modo Atheniensium, aliorumue Græcorum *phalanges*, seu ordinatæ & confertæ eorum acies, commemorantur. Quomodo etiam factum, vt φάλαγγες dictæ sint deinceps a Græcis Auctoribus, præter Macedonicam, quæuis aliæ; nec Spartana solum, (cuius in narratione ad Mantineam prœlii apud Xenophontem Ἑλλην. Lib. VII. pag. 647. Diodorum Lib. XV. pag. 395. aut in genere de *Macedonica & Spartana phalange*, apud Herodianum Lib. IV. cap. VIII. fit mentio) sed quum aliorum Græcorum, tum Barbarorum confertæ id genus acies. Ita apud eundem Xenophontem, τῇ φάλαγγι, dux, nempe Cyri Iunioris, & oppolita Persarum sub Rege Artaxerxe, acies dicuntur Ἀναβ. Lib. I. pag. 265. aut ἐπὶ φάλαγγος &c. vbi de eodem Græcorum, qui Cyro militauerat, exercitu, quem ipse in Carduchos duceret, agit Xenophon Lib. IV. pag. 325. Quod de Arcadibus similiter apud eum licet obseruare, dum de iis ait Ἑλλην. Lib. VII. pag. 637. οἱ δὲ Ἀρκάδες ἀθρόοι συνασπιδώσαντες, *Arcades vero conferti, & clypeis connexis*; & quomodo *mæsta phalanx*, de iisdem Arcadibus a Marone, iuxta Seruium, dicitur Aen. XI. 92. & Lib. XII. 551.

Tuscorumque phalanx, Euandrique Arcadis alæ,

alibi autem, Homeri nempe exemplo, *Argiua phalanx*, Aen. II. 254. Hinc Vegetius Lib. II. cap. II. *denique Macedones, Græci, Dardani, phalanges habuerunt.* Immo vnde vocis illius *phalangis* vsum, de conferta peditum acie, a Græcis, vt tot alia, mutuati sunt Romani, dum a summo Imperatore de Heluetiis dicitur Bell. Gall. Lib. I. cap. XXIV. *ipsi confertissima acie, reiecto nostro equitatu, PHALANGE facta, sub primam nostram aciem accesserunt*; & cap. LII. *At Germani celeriter EX CONSVETVDINE sua, PHALANGE facta, impetus gladiorum exceperunt.* Adeo, vt quum e Gallorum & Germanorum, vti ea de re supra Iulianus, seu qui inter postremos bellicosissimi habebantur, copiis, coactus esset hic Magnentii exercitus; haud mirum si *phalangis* itidem nomine, illam eius aciem, milite ad eiusmodi πυκνώσεις pridem adsueto, confertam hic vocet Iulianus; ac prout de Gallis pridem a Liuio dictum Lib. X. cap. XXIX. *Galli testudine facta conferti stabant*; & quod de Romanorum alioquin acie sub hoc Iuliano cum Alamannis depugnante ait Ammianus Lib. XVI. cap. XII. *nexamque scutorum compagem, quæ nostros in modum testudinis tuebatur*; & sicut paullo ante

ante dixerat, *umbo trudebat umbonem.* Immo quomodo apud Dionysium Halic. Lib. XI. pag. 705. de Romanorum & sociorum cum Aequis pugna dicitur, καὶ πεζοὶ πεζοῖς, πρὸς ΦΑΛΑΓΓΑ μαχόμενοι, *& pedites cum peditibus conferta acie pugnantes*, prout verti locus ille debuit; & de instituto a Seruio Romanorum militum delectu agens, φαλαγγῖται, qui vulgo ὁπλῖται, seu *grauis armaturæ milites*, quales erant legionarii, a τοῖς ψιλοῖς seu *velitibus* ab eodem distinguuntur Lib. IV. pag. 222. Qua ratione etiam factum, vt φάλαγγα de *legione* dixerint, quum Iosephus Ἁλώσ. Lib. III. pag. 836. ed. Gen. vbi de castris Romanorum agit, ac legionario milite, ἡ δὲ λοιπὴ φάλαγξ, *reliqua autem legio* &c. tum Tactici Scriptores, & ea quidem ætate, vt hoc addam, qua non interualla, vt olim, inter legionis manipulos seruata, sed *confertæ legiones*, vt de iis Cæsar Bell. Gall. Lib. VIII. cap. XXIX. *in conspectum hostium veniunt.* Ita Arrianus de acie contra Alanos pag. 100. ἐπὶ δὲ τῇ ιε ΦΑΛΑΓΓΙ τετάχθω τὸ σημεῖον τῆς δωδεκάτης ΦΑΛΑΓΓΟΣ, καὶ χιλιάρχαι ἀμφ' αὐτὸ, καὶ ἑκατοντάρχαι, ὡσαύτως καὶ ἥδε Η ΦΑΛΑΓΞ ὧδε τεταγμένη. ἐπὶ δὲ τοῖς ὁπλιτικοῖς τετάχθω τὸ συμμαχικὸν, *post decimam quintam LEGIONEM, signum LEGIONIS duodecimæ erat collocatum, & circa ipsum Chiliarchæ & Centuriones ad eundem modum. Atque ita quidem ordinata fuit LEGIO. Post grauem autem armaturam, collocati erant socii;* Sic sequutis adhuc ætatibus, quæ Licinio contra Constantinum militabant legiones, φάλαγγες a Zosimo dictæ Lib. II. cap. XVIII. Vnde ad dictum paullo ante Virgilii locum, *Argiua phalanx*, illa Seruii glossa: *phalanx, lingua Macedonum, legio*, a viris doctis ad locum Iuuenalis Satyr. II. 46. *iunctæque umbone phalanges*, & ad Curtium, vbi agit de phalange Macedonica, Lib. III. cap. III. sed abs re forte, redargui meruit, & a quo Seruio alibi, nempe ad Aen. XII. 277. *animosa phalanx* dicitur, *quasi phalanx, id est, legio.* Nam etsi non eadem foret vtriusque *phalangis*, nempe illius Macedonicæ, & Romanæ *legionis* ratio, quoad militum numerum, eorumue ordinem, aut se pro re nata conuertendi, vel viritim (quæ vtriusque aciei discrimina tangit Polybius Lib. XVII. pag. 767.) dimicandi facultatem; multa tamen iis erant communia: vtraque e peditibus ferme constans, in quibus, vt Macedonici iuxta Curtium Lib. III. cap. XI. ita Romani potissimum erat exercitus robur, prout a quodam Belisarii Protectore dictum legitur apud Procopium Bell. Goth. Lib. I. cap. XXVIII. δι' οὗ τὴν ἀρχὴν τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις ἐς τόδε μεγέθους κε-χωρηκέναι ἀκούομεν, *per quem peditatum, Romanum imperium olim in eam magnitudinem creuisse accepimus.* Adde, quod *phalangitæ*, vti & *legionarii*, grauis essent armaturæ; vtrique clypeis hastisque, etsi harum haud vna esset magnitudo vel forma, instructi; ac præterea, quod de *legionibus* e Cæsare vidimus, ac eo iam æuo obtinuit, & in *phalange* erat præcipuum, confertim & constipatis ordinibus in acie depugnantes. *Disiecta* autem a Constantio Magnentianorum *phalanx* hic dicitur, διαλύσας τὴν φάλαγγα, vti apud Iosephum de Hebræorum infelici cum Chananæis congressu, Origin. Lib. IV. cap. I. καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα ΤΗΣ ΦΑΛΑΓΓΟΣ αὐτῶν ΔΙΑΛΥΘΕΙΣΗΣ ἀκόσμως διωκόμενον, εἰς τὴν παρεμβολὴν συνέφυγε, *reliqui autem, DISSIPATA ipsorum PHALANGE, milites, insequente eos hoste turpiter ad castra confugerunt.* Ita mox ad huc de iisdem Magnentianis a Iuliano dicitur, διαλυθείσης τῆς τάξεως, *disiecta* seu *perrupta acie*, siue hac illorum *phalange*; prout τάξις de *acie* apud Polybium aliosque passim dicitur, ac apud Plutarchum in Pelopida pag. 289. similiter legitur, μηδὲ ταράττεσθαι, τάξεως διαλυθείσης, *neque turbari, corrupta acie*, seu perturbatis eius ordinibus; ac similiter in Crasso pag. 558. καὶ συνασπίσαι δόξαντες ἅμα, καὶ διαλύειν τὴν τάξιν, *dissipati autem quum viderentur, ac dissoluere aciem*, seu *ordines.* Quam cæteroquin nimium, vt obiter hoc addam, in acie cum densatis scutis πυκνοῦν, posteriores Græci Φοῦλκον, ac inde φοῦλκῳ περιπατεῖν, & εἰς φοῦλκον καθίστασθαι, *phulco ambulare*, aut *in phulcum consistere* pro iunctis scutis condensari, dixerunt. Sicut id docebit Leo Tact. cap. VII. sect. LXVI. & LXXII. ac Mauritius Strateg. Lib. XII. cap. I. Hanc autem vocem Φοῦλκον a veterum Gothorum *fylki* & Germanico *folk* Volck/ de condensata militum turba, a recentioribus Græcis petitam, bene iam in Notis ad Mauritium pag. 498. monuit eruditissimus Schefferus.

Ibid. B. lin. 1. ἔφυγε καρτερῶς. Ita de eodem Magnentio, acie ad Mursam victo, sequenti Oratione pag. 57. φεύγει μὲν αἰσχρῶς ὁ τὴν βασιλείαν αἴσχιον ἁρπάσας, *turpiter in fugam se dedit, qui turpius imperium arripuerat.* Quod a Zosimo, qui vnus superest, a quo totius illius Magnentiani belli historia accurate est perscripta, traditur Lib. II. cap. LIII. nempe ingenti in eo prœlio hominum & equorum strage edita, Magnentium omni spe destitutum, veritumque ne a suorum reliquiis Constantio dederetur, relicta Pannonia, primo in Italiam excurrere cogitasse, ac mutato mox consilio, transalpinas regiones

nes adire decreuisse. Sic etiam Socrates in narratione huius rei, Lib. II. cap. XXXII. ἐκ τῦ φρουρίου εὐθὺς ἀπανίσταται, ΦΥΓΗ ὅπι τὰ περαιτέρω τῆς Γαλλίας χωρῶν, relicto munimento Magnentius ad vlteriores Galliæ partes confestim PROFVGIT. Cuius fugæ meminit etiam Themistius loco alia occasione ante iam adducto Orat. VI. pag. 80. μετὰ τὴν φυγὴν τῦ βαρβάρυ, post fugam barbari, huius nempe Magnentii. Zonaras autem quædam Zosimo ipsique Iuliano indicta de eadem tyranni illius fuga tangit pag. 17. Tom. II. nempe post profligatam Magnentianorum aciem, non solum ad fugam respexisse, εἰς φυγὴν ὁρμῆσαι ἀπάσῃ, Magnentium: sed eum insuper plebeia veste, ne agnosceretur, adsumpta, equum suum regiis insignibus illi impositis, solutum dimisisse; vt qui sessore vacuum currentem viderent, ipsum interfectum arbitrati, non persequerentur: eoque modo, vt addit, illum aufugisse. Quasi autem ante pugnam, seu consistente vtraque ad prœliandum acie, solo armorum terrore, & solitis vtriusque exercitus ante conflictum clamoribus perterritus, se turpiter in fugam dedisset Magnentius, hic a Iuliano dicitur. A quibus tamen, præter diuersam ea de re Zosimi, vt vidimus, ac Zonaræ narrationem, aliquantum abeunt, quæ de eadem *fuga* tangit rursus Orat. II. pag. 5. Iulianus: nempe disposita Constantii acie, illiusque sinistro cornu paullulum progresso, perturbatos fuisse totius Magnentiani exercitus ordines: instantibus autem Constantii equitibus, nec persequi desistentibus, turpiter, quod supra iam inde adnotauimus, fugam arripuisse Magnentium. Vnde ad exaggerandam tyranni illius ignauiam, ac oratorie potius, quam ad exactam fidem historiæ, a Iuliano paullo aliter eadem *fuga* hic tangitur.

Ibid. B. lin. 2. τὸν ἐνυάλιον παιᾶνα τῶν στρατιωτῶν ἐπαλαλαζόντων) More nempe in veterum prœliis recepto, quo olim apud Græcos ante pugnam, seu sub eius initium, solemnis *Pæan* a militibus Marti canebatur, isque ἐνυάλιος, cuius hic fit mentio, dictus; alius vero post pugnam, Apollini. Notat id vetus Thucydidis Enarrator Lib. I. pag. 35. δύο ΠΑΙΑΝΑΣ ᾖδον οἱ Ἕλληνες, πρὸ μὲν τῦ πολέμυ, ΤΩ ΑΡΕΙ· μετὰ δὲ τὸν πόλεμον, τῷ Ἀπόλλωνι, *duos PAEANAS canebant; ante pugnam, MARTI; post pugnam autem*, (victores nempe) *Apollini.* Ita rursus ad verba Thucydidis Lib. IV. pag. 281. de Corinthiis, qui contra Athenienses παιωνίσαντες (idem quod vulgo παιανίσαντες, ac vnde Hesychius, παιωνίσαντες, ἀλαλάξαντες & παιωνισμὸς eidem ἀλαλαγμός, item παιωνισμός) ἐπῆσαν αὖθις, *quumque pæana cecinissent, eum locum rursus inuaserunt*, notat idem Sholiastes, δύο ΠΑΙΑΝΕΣ ἦσαν, ΕΝΥΑΛΙΟΣ, ὅτε ἦρχον, ὃς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐγίγνετο· καὶ ἕτερος ὅτε ἐνίκων, *duo PAEANES erant; MARTIVS, quando incipiebant, quique ante prœlium canebatur; alter vero, vbi hostes vicerant.* Vnde etiam lux Polluci, qui similis militum ante conflictum ἐνυαλίῳ pæanis meminit Lib. I. cap. X. Sect. XIX. ἐπαιάνισαν, ἐνυάλιον ἠλάλαξαν, *pæana recinerunt, & martium clamorem sustulerunt.* Dictus nempe pæan hic Ἐνυάλιος, quod Ἐνυαλίῳ seu *Marti*, cui curæ τὰ πολεμικὰ ἔργα, caneretur: cuiusque rei ac ritus antiquior adhuc & luculentus testis erit non historicus solum, sed belli Imperator, Xenophon Ἀναβ. Lib. I. pag. 265. vbi de Græco Cyri Iunioris exercitu barbaros adoriente dicitur, ἡνίκα ΕΠΑΙΑΝΙΖΟΝ τε οἱ Ἕλληνες, καὶ ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις, *quum Græci PAEANEM canunt, & in hostes aduersos incipiunt pergere*; dein καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόνπερ ΤΩ ΕΝΥΑΛΙΩ ΕΛΕΛΙΖΟΥΣΙ, *& simul clamabant vniuersi, quemadmodum Marti acclamari solet*; vbi ἐλελίζειν, ea de re dicitur, quod nempe ab acclamatione ἐλελεῦ, pæana illum inchoarent milites, prout id ab eruditis Comici Enarratoribus notatur ad Aues pag. 558. 559. ἐλελεῦ· ἐπίφθεγμα πολεμικόν, οἱ προσιόντες γὰρ εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνυν μετά τινος ἐπιμελῦς κινήσεως, *acclamatio bellica: procedentes enim in bellum, illud* ἐλελεῦ *acclamabant, cum certa modulata motione.* Ita Hesychius, ἐλελεῦ, seu potius, vt ibi apud Comicum ac eius Enarratores, ἐλελελεῦ &c. προαναφώνησις παιανισμῦ, *preludium pæanis*: quum alioquin tum apud Aeschylum, quod ibidem additur, nempe Prom. v. 876. duplicata eadem formula, ἐλελελελεῦ in luctu dicatur; tum quoque ἐλελίζω apud Euripidem Phœn. v. 1516. ac alibi. Nempe quod opportune imprimis dictum, de ingenti & incondito Barbarorum ante prœlium, qui lugubre aliquid haberet, ac terrorem (vt hic etiam Magnentio contigisse traditur) inferret, clamore; ac prout de Germanis quoque, qui Romanos, quos hic Cæsar Iulianus contra eos eduxerat, adorirentur, dixit, qui & inde illustratur, Ammianus Lib. XVI. cap. XI. *occupatis insulis sparsis crebro per flumen Rhenum, VLVLANTES LVGVBRE, conuiciis & Romanos incessebant & Cæsarem.* Nempe prout ἀλαλάζω, quod frequentius de clamore illo seu pæane militari (aut verba inde composita, ἀναλαλάζω, & hic ἐπαλαλάζω) dictum apud veteres Auctores legitur, in luctu etiam, sicut ἐλελίζω, adhibetur subinde apud Tragicos; vt apud Euripidem

Electr.

Electr. v. 843. de Aegistho ab Oreste letaliter vulnerato, ἤσπαιρεν, ἠλάλαζε, *palpitabat & eiulabat*, ægre, vt additur, moriens e letali illo vulnere. Ita idem Tragicus, de vlulantibus, dum Bacchum discerperent, mænadibus, ἠλάλαζον, *vlulabant*, Bacch. v. 1131. Immo apud Xenophontem, de simili, vt hic, militum ante prœlium παιανισμῷ dicitur, Ἀναβ. Lib. IV. pag. 324. 325. ΕΠΑΙΑΝΙΖΟΝ πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ΑΝΗΛΑΛΑΖΟΝ ΣΥΝΩΛΟΛΥΖΟΝ δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι, *milites*, *PAEANE inchoato*, *VOCIFERABANTVR vniuersi*, *clamitantibus etiam*, seu *VLVLANTIBVS*, *mulierculis omnibus*, nempe, vt ibidem additur, quæ in illo Græcorum exercitu frequentes erant, meretricibus. Cui geminus, & qui hinc illustratur, apud Tacitum locus, *vt virorum CANTV*, *feminarum* (non tamen meretricum) *VLVLATV*, *sonuit acies*; Batanorum nempe, qui Ciuili duce, cum Romanis, a quibus defecerant, congressi, Hist. IV. cap. XVIII. E quibus autem abunde, vt opinor, nunc liquet, cur ἀλαλάζοντας in luctu seu eiulantes, iuxta veterem Interpretem, dictum sit Marc. V. 38. nec vllatenus esse opus, vt vel ibi, quod magno Bezæ aliisque videbatur, legamus ὀλολύζοντας, aut vero *abusiue*, iuxta ἐν πᾶσι Grotium, & quod propius hoc verbum ἀλαλάζω accederet ad Hebraicum הילִיל, sit illud ab Hellenistis confictum; ac proinde eius significationem, iuxta eruditissimum De Dieu, non e probatis inter Græcos Auctoribus, sed demum e LXX Interpretibus esse petendam, qui nempe illud ἀλαλάζω itidem in luctu adhibuerint Ierem. XXV. 34. & XLVII. 2. quæ loca adnotauit itidem Grotius. Ab antiquo enim ac probato, & quidem Attico Auctore, Euripide, idem verbum ἀλαλάζω in graui luctu, ac furibundarum laniatibus & vlulatu, adhibitum vidimus; idemque de immani illo, & qui lugubre quid potius ac ad terrorem ciendum opportuno, maxime inter populos a Græcis Barbarorum nomine vulgo dictos, militari ante pugnam clamore, vsurpatum. Vnde etiam promiscua eam in rem verba, ὀλολύζω, in luctu cæteroquin, vt itidem vidimus, adhibitum; tum ἀλαλάζω & ὀλολύζω. E quibus itaque haud minus elucescit, cur κύμβαλον ἀλαλάζον, *cymbalum tinniens* dicatur a Paullo 1. Corinth. XIII. 1. maxime si hoc attendatur, ingentem illum & inconditum integri exercitus ante prœlium clamorem, seu, vt de eo Ammianus Lib. XVI. cap. XII. *barritum vel maximum edi solitum*, cum fragore siue tinnitu adlisorum ad clypeos seu scuta gladiorum vel iaculorum, seu, vt de eodem illo barritu addit Ammianus, *qui clamor ipso feruore certaminum a tenui susurro exoriens, paullatimque adulescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum*. Immo ad quæ D. Paulli verba, quæque ibi præcedunt, χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον, *æs resonans vel cymbalum tinniens*. ac ad ea, quæ hactenus de inconditis illis ac terribilibus militum, maxime Barbarorum, ante prœlium ἀλαλαγμοῖς dicta sunt, continuo illud occurrit, quod de ingenti Parthorum in prœlio cum Romanis, due Crasso, fragore, refert in eius vita Plutarchus pag. 557. Ibi enim tradit, Parthos in conspectu in Romanorum venientes, graui primum sonitu fremituque terribili campos compleuisse: atque inde, quod buccinarum aut tabarum loco, quibus se ipsos ad prœlium accenderent, ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες ΗΧΕΙΟΙΣ ΧΑΛΚΟΙΣ, ἅμα πολλαχόθεν ... συνε..., *tympana velut* (non *clauas*, vt hic Cruserius, & merito ad hunc Plutarchi locum redarguit in notis Stephanus) *corio obducta & concaua*, *resonantibus æramentis intenta*, *vndiquaque simul pulsant*; quæ mugitum, quod addit, confusum ac dirum ederent, belluino vlulatui ac tonitruum fragori finitimum. Quibus Plutarchi verbis, vti passim in eo Parthicorum libro, vtitur Appianus pag. 143. nisi quod ibi male ἦχος χαλκοῖς quod iam vidit in Adnotatis ad eum locum H. Stephanus, legitur. Illa autem βυρσοπαγῆ κοῖλα, & cum ἤχοις χαλκοῖς, dici itidem liquet de Græcorum *tympanis* ac *cymbalis*, vnde τύμπανα βυρσοπαγῆ *tympana e pelle compacta* vocat Euripides Helen. v. 1363. & ibi βυρσότονον κύκλωμα, *corio obductum orbem*. Sic ad ingentem, quæ hæc Parthorum tympana ære obducta edebant, ante prœlium sonitum, ad dicta D. Paulli verba χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον illustranda, valde opportune τυμπάνων ἀλαλαγμοὶ *tympanorum strepitus* ab eodem Tragico dicuntur Cyclop. vers. 65. Quibus adde illud Lucretii Lib. II. vers. 618.

TYMPANA tenta tonant palmis, & CYMBALA circum
CONCAVA, raucisonoque minantur cornua cantu:

& quod κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις, *cymbalis & tympanis*, tubarum itidem loco, vsus aduersus Indos Bacchus, a Polyæno dicatur Lib. I. cap. I. capite autem II. a Pane ad hostilium copiarum aduentum, signum Bacchi exercitui datum, ἀλαλάξαι μέγιστον· οἱ μὲν ἠλάλαξαν, *maximum clamorem tollere: illi autem conclamarunt*. Quæ autem ad gemini apud D. Marcum ac D. Paullum loci, eiusdemque vocis ἀλαλάζω a LXX Interpretibus itidem adhibitæ, pleniorem quandam lucem, nec alieno vtique loco, diximus; vbi de illo exerci-

exercituum ante pugnam, vt hic dicitur, *ἐπαλαλαζόντων*, & quo perterritus continuo fuerit ipse Magnentius, cantu seu clamore, agitur. Eandem vero in rem verbo *ἀντηλαλάζε* vsus est Aeschylus Pers. v. 390. vbi Græcorum similis, ante nauale ad Salamina cum Persis prœlium, vt hic Magnentio, metus fit mentio. Cuius etiam ea de re verba, quod inde hic Iuliani locus, vetusque ille Græcorum ritus illustretur, non sunt prætereunda; nempe vers. 388.

Πρῶτον μὲν ἠχῇ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
Μολπηδὸν εὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα
ΑΝΤΗΛΑΛΑΞΕ νησιώτιδος πέτρας
Ηχώ· ΦΟΒΟΣ δὲ πᾶσι βαρβάροις παρῆν
Γνώμης ἀποσφαλεῖσιν· οὐ γὰρ ὡς φυγῇ
ΠΑΙΑΝ' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε,
Ἀλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει.

Primum quidem resonans Græcorum clamor modulate fausta ominatus est: & simul cantum alti sonum REBOABAT insulanæ rupis Echo: METVS vero omnibus Barbaris aderat a sententia delapsis: non enim quasi fugientes PAEANA grauem canebant tum Græci, sed ad pugnam ruentes animosa audacia. Qualem autem *ἐνυάλιον*, seu *sacrum Marti peana*, idemque verbum, quo hic vsus est Iulianus, *ἐπαλαλάζων*, vni e septem Argiuorum Thebas inuadentium Ducibus tribuit quoque idem Aeschylus in cognomine dramate vers. 503.

Αὐτὸς δ' ΕΠΗΛΑΛΑΞΕΝ, ἔνθεος δ' ΑΡΗΝ
Βακχᾷ πρὸς ἀλκήν,

ipse autem Hippomedon *vociferabatur, Dei vero numine adflatus, MARTEM magnis clamoribus inuocauit, vt vires sibi suppeditet*: nempe quod hic de vtroque Magnentii & Constantii exercitu dicitur, *ἐνυάλιον παιᾶνα ἐπαλαλάζοντες*, *Martium peana acclamantes.* Similem autem, quem hic vtriusque exercitus pæan *ἐνυάλιος* Magnentio incusserat, metum, Atheniensibus quoque iniectum a *peanis* cantu, quem geminæ ipsorum nempe cum sociis ac hostium acies canerent, tradit Thucydides Lib. VII. pag. 523. *μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψεν* Ο ΠΑΙΩΝΙΣΜΟΣ. *ἀπὸ γὰρ ἀμφοτέρων παραπλήσιος ὢν ἀπορίαν παρεῖχεν. οἵ τε γὰρ Ἀργεῖοι, καὶ οἱ Κερκυραῖοι, καὶ ὅσον Δωρικὸν μετ' Ἀθηναίων ἦν, ὅπτε* ΠΑΙΩΝΙΣΕΙΑΝ, ΦΟΒΟΝ *παρεῖχε τοῖς Ἀθηναίοις, οἵ τε πολέμιοι ὁμοίως*, *quod autem maxime, nec parum Atheniensibus nocuit, fuit PAEANIS cantus. Quod enim vtrorumque similis esset, dubitationem adferebat. Nam & Argiui, & Corcyræi, & quicquid Doricæ gentis cum Atheniensibus erat, quoties PAEANA cecinissent, Atheniensibus timorem incutiebant: & hostes pariter* Doricum iidem *Peana*, Dores quippe seu Peloponnesii, conclamantes. Adde vero hisce Onosandrum in Strategico, vbi inter alia militaria præcepta illud quoque legitur, *περὶ τοῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμβολῆς* ΑΛΑΛΑΖΕΙΝ, *quod conflictus tempore milites debeant VOCIFERARE*, seu *peana canere*: vbi ab initio legitur *ἐπιφερέσθω δὲ τὸ στράτευμα καὶ σὺν ἀλαλαγμῷ* (prout iam e veteribus libris, non vt est editum, *συναλαγμῷ* legendum monuit in Variis Lectionibus ad hunc librum eruditissimus Rigaltius) *committantur copiæ cum vociferatione* seu *barritu.* Quibus addi insuper debet, id quod de militari illo Romanorum, vbi e castris ad bellum educerentur, clamore, seu ritu eam in rem obseruari solito, a Iosepho, insigni eam in rem loco, traditur Ἁλώσ. Lib. III. pag. 836. ed. Gen. *ὅτε κῆρυξ δεξιὸς τῷ πολεμάρχῳ παραστάς, εἰ πρὸς πόλεμον εἰσὶν ἕτοιμοι, τῇ πατρίῳ γλώσσῃ τρὶς ἀναπυνθάνεται, κἀκεῖνοι* ΤΟΣΑΥΤΑΚΙΣ ΑΝΤΙΒΟΩΣΙ *μέγα τι καὶ πρόθυμον, ἕτοιμοι λέγοντες, φθάνουσί τε τὸν ἐπερωτῶντα, καὶ τοῦ ΑΡΗΙΟΥ πνεύματός τι πεπληρωμένοι, ΤΗ ΒΟΗ συνεξαίρουσι τὰς δεξιάς, quum dux* [illegible] *preco adstans, si ad bellum parati sunt, voce patria ter milites percontatur: illique TOTIES alacri & magna voce RECLAMANT, paratos se esse dicentes, interrogantemque preueniunt; & MARTIO quodam spiritu repleti, cum CLAMORE dextras erigunt.* Quam in rem autem pro illo *peane* seu clamore *ἐνυαλίῳ*, *Martio* vel *Marti consecrato*, a Christianis Imperatoribus inductum, vt antequam castris contra hostes quisquam egrederetur, τὸ ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ acclamarent Dux exercitus, cæterique Præsentes: castris vero egredientes, DEVS NOBISCVM (cuius postremæ acclamationis meminit etiam, qui sub Valentiniano scripsit, Vegetius Lib. III. cap. V.) ter quæque pars exercitus vociferaretur; seruato dein silentio, donec ad manus cum hostibus ventum, τότε καὶ ἀλαλάζειν, ἢ ὀρυᾶσθαι, *tum clamorem tollere & vlulare*, & maxime quidem a tergo politi, ad incutiendum hostibus terrorem, suosque animandos haud dubitarent. Quæ singula obseruat Mauritius Strategici Lib. II. cap. XVII.

Ibid. B. lin. 5. *συνταττόμενοι κατὰ λόχους*) Quæ hic vertit Petauius, *centuriatim collecto milite*, ac vbi eadem leguntur, Orat. II pag. 59. *centuriatim coacti*: prout nempe *λόχους* modo per *centurias*, atque ita *κατὰ λόχους*, *centuriatim* reddunt Dionysii Halic. aut Plutarchi, quos hic sequutus est, & qua de re paullo post, Interpretes: quum alioquin *λόχον* per *agmen*, *ordinem*, *cohortem*, *manipulum*, *decu-*

riam; & sic λοχαγὸν, *ordinis ductorem*, *cohortis præfectum*, *manipularem*, *decurionem*, ab eiusdem Plutarchi, aliisue Græcorum Enarratoribus verti subinde constet. Quæ nata inde diuersitas, quod haud vna exstiterit huius vocis λόχυ, pro diuerso nempe gentium, aut ætatum, in re militari instituto; ac inde confusa sæpe fuerit a viris eruditis, qui hæc non satis attenderunt, earundem vocum significatio. Lacedæmoniorum quidem λόχον, quales septem, præter Σκιρίτην dictum, exstitisse tradit Thucydides Lib. V. militum fuisse DXII, docet Græcus eius Enarrator pag. 392. & quem numerum alii adhuc, vt liquet e Plutarcho in Pelopida, & priscis Grammaticis, maiorem, alii minorem, CCC nempe militum, faciunt. Vnde male vtique apud Thucydidem, vbi de his agit Laconum λόχοις pag. 391. hanc vocem per *centurias* reddidit Valla, ἔπειτ' ἤδη Λακεδαιμονίων αὐτοὶ ἑξῆς καθίσταντο τοὺς ΛΟΧΟΥΣ, *deinde*, *quum ipsi Lacedæmonii deinceps CENTVRIAS constituebant*; melius autem per *agmina*, vbi paullo post eorundem λόχων meminit, ac vbi in vnoquoque λόχῳ quatuor πεντηκοστὺας exstitisse ait Thucydides: quas autem singulas, non L, sed CXXVIII virorum fuisse, notat idem Græcus eius Enarrator. Quomodo alioquin accitos e Sparta iuuenes, vocasse Caracallam Λακωνικὴν καὶ Πιτανάτην λόχον, *Laconicam & Pitanatam centuriam*, minus accurate, itidem vertit apud Herodianum Lib. IV. cap. VIII. elegantissimus Politianus; vti & apud Xenophontem fidus alioquin interpres Leunclauius, de Laced. Republ. pag. 686. vbi de eorundem Laconum μόραις, seu *agminibus*, agitur, ac λοχαγὺς τέσσαρας, qui essent in vnaquaque μόρᾳ, *centuriones quatuor* reddit: nisi quatenus *centuriones* quandoque dicti de iis, qui aliquanto maiori militum numero præessent. Melius vero illo *centuriæ* & *centurionis* vocibus veniebant appellandi in eo Græcorum, cui ipse postea præfuit, exercitu, λόχοι & λοχαγοὶ, in quos nempe λόχυς e centum militibus constantes, easdem copias a præfectis diuisas, idem tradit Ἀναβ. Lib. III. pag. 310. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐγνώκεσαν οἱ στρατηγοὶ, ἐποίησαντο ἐξ ΛΟΧΟΥΣ ἀνὰ ΕΚΑΤΟΝ ἄνδρας, καὶ ΛΟΧΑΓΟΥΣ ἐπέστησαν, *hoc quum duces animaduertissent*, *sex ORDINES instruebant*, *quorum singuli milites CENTVM haberent*, *iisque ductores* (seu *centuriones*) *præficiebant*. Vnde dum in sequentibus libris, vbi eorundem λόχων & λοχαγῶν fit mentio, illos per *cohortes* & *cohortis præfectos* reddit, vt Lib. IV. pag. 324. καὶ τοὺς λοχαγοὺς ἐκέλευσεν ἄγειν τοὺς λόχυς ὀρθίους, *præterea cohortium præfectis mandat*, *vt cohortes rectas ducerent*; melius, *ordines* aut *centurias*, ac *ordinum ductores* vel *centuriones* dixisset: quum recepto Romanorum more, *cohors* decima legionis pars, de Lacedæmoniorum aut Thebanorum λόχῳ, qui e pluribus itidem, vt paullo ante vidimus, constabat centuriis, dici opportunius meruisset. Quum vero alibi apud Xenophontem seu Memorabil. Lib. III. pag. 765. dicatur λοχαγαγῶν καὶ ταξιαρχῶν, ibi tum *manipulos ducendo*, tum *cohortibus imperando*, ab eodem Leunclauio redditur; vt nempe λόχοι eidem sint *manipuli*, τάξεις autem *cohortes*; aut prout λοχῖται, *manipulares socii*, ac λοχαγὸς *manipularius*: quod tamen postremum de gregario itidem *manipuli* milite, non de ductore eius dicitur, perperam ab eodem vertitur. Extat locus Κυρ. Παιδ. Lib. I. pag. 46. vbi de Cyro dicitur, μεταστραφεὶς πρὸς τοὺς ΛΟΧΙΤΑΣ, εἶπεν, οὐκ ἀκούετε, ἔφη, προστάττοντος ἕπεσθαι αὐτῷ; καὶ οἱ ἄνδρες πάντες παρελθόντες ΤΟΝ ΛΟΧΑΓΟΝ, ἦεσαν πρὸς ἐμέ· ἐπεὶ δὲ ΛΟΧΑΓΟΣ αὐτοὺς ἀνεχώρει, quæ reddit Interpres, *id ille quum audiuisset*, *ad SOCIOS MANIPVLARES conuersus*: *an non auditis*, *ait*, *iubere hunc*, *vt procedamus omnes*? *Tum illi omnes MANIPVLARIVM prætergressi*, *ad me accedebant*. *Quum autem MANIPVLARIVS eos in priorem locum reduceret* &c. Vbi male vtique & λοχίτην & λοχαγὸν confundit, dum vtrumque eodem *manipularis* seu *manipularii* nomine ibidem explicat Leunclauius. Quod a Plutarchi interpretibus itidem haud obseruatum in Crasso pag. 561. dum in eius contra Parthos exercitu, conuocatos ab illius legato Octauio & Cassio ἑκατοντάρχας καὶ λοχαγὺς, *centuriones & manipulares* vertunt, pro *manipulorum ductores*, nisi adhuc verius per λοχαγὺς *tribunos* ibidem dici statuatur. Neque enim tum adhuc alii in Romanorum militia *manipulorum ductores*, quam *centuriones*, vt vel e Cæsare constat Bell. Ciuil Lib. II. cap. XXVII. *proxima nocte centuriones Marsi II. ex castris Curionis*, *cum manipularibus suis XXII. ad Atticũ Varum perfugiunt*; & alibi in libris de Bello Gallico, vt Lib. VII. cap. XLVII. vbi *Fabius Centurio* &c. *tres suos nactus manipulares*; & cap. L. *M. Petreius eiusdem legionis centurio*, mox, *cum manipularibus suis*. Adde in extremo illo, in quo posita tum erant residuæ Crassi legiones, discrimine, ac vbi de summa rerum ac salute Imperatoris totiusque exercitus agebatur, non conuocatos solum ad concilium Centuriones, sed Tribunos quoque, qui singulis cohortibus, & quæ λόχοι haud semel dictæ, præerant, liceat omnino statuere. Immo

hæc scripseram, quum consultus a me in Parthicis pag. 149. Appianus, ita quoque eadem verba, quæ e Plutarcho, vt totam ferme illam de Crassi contra Parthos expeditione narrationem, mutuatus est, ἑκατοντάρχας καὶ λοχαγοὺς *centuriones & tribunos*, a Gelenio verti video. Quum alioquin in rebus veteris Reipublicæ, *centuriones* λοχαγοὺς, pro diuerso nempe vocis illius vsu, vocet Dionysius Halic. Lib. VII. pag. 460. prout ciuium Romanorum, in quas illi iuxta eorum censum distributi sunt a Seruio Tullio, *centurias*, totidem λόχους appellat Lib. IV. pag. 221. & passim, ac vbi nominatim agit de *centuriatis comitiis*, quæ vocat λοχῖτιν ἐκκλησίαν Lib. VII. pag. 464. in quibus, præter iudiciorum morem, non fuerit caussa Coriolani disceptata; & quemadmodum eadem de re ait Plutarchus in eius vita pag. 225. vbi ad Dionysii ea de re narrationem videtur respexisse, οὐ κατὰ λόχους, ἀλλὰ κατὰ φυλάς, *non centuriatim, sed tributim* lata ab illo suffragia. Quomodo alioquin Thebanorum ἱερὸς λόχος apud eundem Plutarchum in Pelopida pag. 287. & in Alexandro pag. 668. *sacra cohors*, e tribus quippe militum centuriis, vt in priori loco legitur, constans, ab eiusdem interpretibus opportune redditur. Legitur vero illud κατὰ λόχους apud Philonem de vita Mosis Lib. I. pag. 67. sed quod tantum per vocem *armatis* reddit ibi Gelenius; nempe vbi Mosis ad Rubenitas & Gaditas verba, ΚΑΤΑ ΛΟΧΟΥΣ δὲ αὐτοὶ διαβαίνετε μετὰ τῶν ἄλλων ἀπλισμένων vertit, *ipsi ARMATI cum ceterorum exercitu trajicite*: quod autem κατὰ λόχους, an *per centurias*, seu *centuriatim*, an *per manipulos*, aut vero *per cohortes* distributi, ibidem verti debeat, haud ita liquet. Idque inde, quod hisce crebra occurrunt in veteri Fœdere, non solum de Hebræorum populo, in *Chiliarchas* seu *Tribunos* & *Centuriones* diuiso, vt Exod. XVIII. 21. 1. Sam. XXII. 7. sed de iisdem etiam ad bellum, sicut contra Madianitas, missis Num. XXXI. 14. & de *Centurionibus* nominatim *prepositis exercitui*, vt vetus Interpres, & iuxta Hebræorum canonem 2. Reg. XI. 15. ac alibi exempla: illinc vero easdem centurias aut *centuriones* nusquam per λόχους, aut λοχαγοὺς, sed per ἑκατοντάδας, aut ἑκατοντάρχους a LXX Interpretibus, quos solus consuluerat Alexandrinus Philo, aut a Iosepho etiam, vbi iisdem de rebus agit, dici constet. Apud Tacticos autem, & præclaros quidem sub Hadriano Scriptores, Aelianum & Arrianum, dum itidem de Græcorum phalange agunt, alia rursus λόχων & λοχαγῶν, quam apud Lacedæmonios vel Thebanos, de aliquot centuriarum *coborte*, aut in Græcorum apud Xenophontem exercitu, pro *centuria*, occurrit ratio. Apud illos enim de *ordine* tantum, qui aliis octo, aliis decem, aliis duodecim, aliis sedecim militum dicitur; atque inde aliis στίχος, aliis δεκανία, ordinis autem eiusmodi *ductor*, λοχαγὸς aut πρωτοστάτης, quod iidem in primo aciei iugo consisterent, est appellatus. Ita Aelianus Tactic. cap. IV. ὁ δὲ ΛΟΧΟΣ ἐστὶν ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ὅπισθεν ἑπομένων μέχρι τοῦ τελευταίου τὸ δὲ ἀριθμὸν ΤΟΥ ΛΟΧΟΥ, οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν, οἱ δὲ δώδεκα, οἱ δὲ δεκαέξ· ἔστω δὲ νῦν ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν Ο ΛΟΧΟΣ· συμμέτρως γὰρ ἔχει πρὸς τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος, *Ordo autem* (vbi Interpres *Decuria*) *numerus virorum ab aliquo eius ductore, & iis qui illum subsequuntur, ad postremum vsque illius ORDINIS. Hunc autem numerum alii fecerunt virorum octo, alii duodecim, alii sedecim: sed esto nunc ORDO X virorum: conuenientem enim habet numerus iste mediocritatem & ad phalangis longitudinem.* Eadem habet Arrianus Tact. pag. 20 sicut et nimpo steriores Tacticorum Scriptores Leo cap. IV. §. LXX. Mauritius Strateg. Lib. XII. cap. VIII. & ordinum militarium Vocabularium ab H. Stephano editum. Vnde apud priores, Arrianum nempe & Aelianum, διλοχία, *ordo*, qui constaret e XXXII viris: τάξις autem, *ordo* e λόχοις octo, seu viris CXXVIII. de centenario autem numero dicitur apud eundem Arrianum pag. 28. ὅταν δὲ ἐξ ἑκατὸν γένηται τὸ σύνταγμα, ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΗΣ (non proinde λόχος vel λοχαγὸς) ὁ τούτου ἄρχων ὀνομάζεται, *si autem e viris centum sit corpus, is qui praeest CENTVRIO nominatur.* A quibus etiam non recedit Pollux, apud quem Lib. I. cap. X. sect. 2. vbi ordine recenset varias exercitus partes, in quas ille sit diuisus, λόχος inter πεντηκοστὺν & δεκάδα, *quinquagenarium* militum numerum, & *decadem* collocatur; nempe, μέρη δὲ αὐτοῦ μυριάδες, χιλιάδες, πεντηκοστύς, ΛΟΧΟΣ, δεκάς, πεμπάς, *eius partes, decem millia, millesima, quinquagesima, MANIPVLVS*, (non, vt ibi Interpres, *cohors*) *decas, & quinta pars.* Ita non XVI quidem, sed XXV milites λόχῳ adsignat in fragmento de Ordinibus militaribus Vrbicius, ὁ δὲ ἀριθμὸς τῶν πέντε καὶ εἴκοσι ΛΟΧΟΣ, καὶ ΛΟΧΑΓΟΣ, mox ὁ δὲ τῶν ἑκατὸν, τάξις καὶ ταξίαρχος, *viginti quinque virorum numerus*, ΛΟΧΟΣ *dicitur, & qui ei praeest λοχαγός. Centum autem virorum, τάξις, & eorum praefectus, ταξίαρχος.* Quomodo etiam, vt hoc addam, λοχαγοὺς & ταξιάρχους infra *Centuriones*, seu qui minori militum numero præessent,

ſent, recenſet Philo de vita Moſis Lib. I. pag. 611. *χιλίαρχοι, καὶ ἑκατόνταρχοι, καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος λοχαγῶν καὶ ταξιάρχων*, *Tribuni, Centuriones, cæterique Ductores manipulorum & ordinum.* Sed de *ταξιάρχοις* opportunius ad ſequentem Orationem pag. 57. vbi eorum fit mentio, dicendi erit locus. *Λόχος* vero & *λοχαγὸς* quod attinet, diſtinctæ adhuc erant, illo Iuliani æuo, Romanorum Legiones in *Cohortes, Centurias, & Manipulos.* Hinc Ammianus de Conſtantio exercitum, poſt Limigantes Sarmatas ſedibus ſuis eiectos, adlocuturo Lib. XVII. cap. XIII. *iamque diſceſſurus, conuocatis cohortibus, & centuriis, & manipulis omnibus*; ac ſimiliter Lib. XXIII. cap. V. ac rurſus Lib. XXVII. cap. X. *Valentinianus, vt dux cunctator & tutus, centurias & manipulos capite intecto colluſtrans.* Ita iidem *manipuli* militum numero ab antiquis, qui centenarium excedebant, erant valde diſpares; *contubernii* quoque, quod e decem militibus conſtabat, nomine (cuique præerat *decanus* ſeu *δεκάρχης*, qui etiam *λοχαγὸς*) appellati, teſte Modeſto de Vocabulis Rei Militaris, & Vegetio Lib. II. cap. XIII. Adeo vt vel ex hiſce, vt opinor, abunde liqueat, haud explicatam eſſe rationem, cur hæc Iuliani de Magnentianis, poſt perturbatam eorum in conflictu cum Conſtantii militibus aciem, (nempe qua de re iam ante, *διαλυθείσης τῆς τάξεως*) *συνιστάμενοι κατὰ λόχους*, *centuriatim collecti* dicantur a doctiſſimo interprete: qua nempe ætate, & anterioribus aliquot ſeculis, diſtincti erant apud Romanos, vti olim in Græcorum ſeu Macedonum phalange, ab *ἑκατοντάρχοις* *οἱ λοχαγοὶ*, a *Centurionibus Manipulorum* ſeu *Ordinum ductores*; neque *λόχοι* de *centuriis*, ſed de inferiori longe militum numero, ſeu *manipulis*, quales illa ætate cenſebantur, dici conſueuerant. Sic *Συστάσεις* dicta in memorato paullo ante Vocabulario *τέσσαρες λόχοι ἀνδρῶν λβ.* *quatuor ordines*, ſeu *manipuli, virorum XXXII*, nempe vbi *λόχος* non *decem*, aut vero *ſedecim*, ac vnde *διλοχίαι*. eundem militum XXXII numerum, iuxta Aelianum & Arrianum, denotaſſe (ſupra diximus) ſed tantum virorum *octo* ſtatuitur. Atque ita, vt tam varia vocis *λόχου* in re militari apud Græcos ſignificatio, eruditis veterum auctorum Interpretibus aut Enarratoribus haud ſemel impoſuerit: dum ad ea diſcrimina non aduertunt, iuxta quæ, quod vel e ſuperioribus liquet, *λόχος*, modo de *coborte* ſeu pluribus centuriis dicitur, vt apud Lacedæmonios ac Thebanos; modo pro iuſta *centuria*, vt in decem millium Græcorum, cui Xenophon præfuit, exercitu; aut etiam aliquantum ſupra centenarium numerum, vt in veteri Romanorum militia; modo longe infra eundem, vt in Græcorum ſeu Macedonum phalange, & vbi de militum ſub Cæſaribus, eoque XVI virorum vt plurimum, *manipulo* ſeu *contubernio* agitur; ac vnde *πεντηκόνταρχοι* & *λοχαγοὶ*, de eiuſmodi *manipuli ductoribus*, qui in primo, vt paullo ante dixi, aciei iugo ſeu verſu ſtarent, adhuc infra Iuliani ætatem ſunt appellati, vt apud Leonem Tact. cap. VIII. §. LXXVII. Mauritium Strategici Lib. II. cap. V. ac in ordinum militarium Vocabulario. Quod aliis etiam militaribus id genus vocabulis, vt haud vna fuerit earum acceptio, contigit: ſicut, vt alias iam mittam, ei, quæ in hoc Iuliani loco ſimiliter legitur, nempe *τάξις*, quæ modo *ordinem* in acie, modo *aciem* ipſam, & qua de re iam ante, ſicut etiam *τάξις*, modo certum militum numerum, neque eundem ſemper, vt e paullo ante dictis liquet, denotat. Quum alioquin illæ Magnentianorum, qui perturbatis ordinibus ſeu disiecta acie denuo collato pede prœlium redintegrarunt, e Gallis Germaniſque, vt continuo hic additur, & iam ante vidimus, collectæ potiſſimum forent copiæ; ac proinde *cuneatim* in acie *conſtitiſſe* cenſeri poſſint, vt de Gallis ait Cæſar Bell. Gall. Lib. VII. cap. XXVIII. de Germanis autem, cum quibus, altero poſt hanc Orationem elucubratam anno, decertaturus erat hic Iulianus, tradit Marcellinus Lib. XVI. cap. XII. *quos quum iam prope denſantes ſemet in cuneos noſtrorum conſpexere ductores*; ac prout de iis in genere dixerat Tacitus de Germ. cap. VI. *acies per cuneos componitur.* Quod quidem non *κατὰ λόχους*, ſed quod vulgo in acutum talis *cunei* frons deſineret, *ἐμβολοειδῶς* ſeu *ἔμβολον ποιοῦντες* a Scriptoribus Tacticis, vt Arriano pag. 32. aliiſque dici ſolet: etſi non ſemper de ea forma *ἐμβολοειδεῖ*, *cuneus* ſit a Romanis dictus. Illud alioquin, quod hic legitur, *συνιστάμενοι κατὰ λόχους*, vno verbo *καταλοχίσαι* apud eoſdem memoratos Tacticos Scriptores dicitur, vt apud Arrianum pag. 17. hoc primum maximumque in re militari opus eſſe traditur, *παραλαβόντα πλῆθος ἀνθρώπων ἄθεον καὶ ἄτακτον*, ΕΣ ΤΑΞΙΝ *καὶ κόσμον* ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ. *τὸ δ' ἐστι* ΚΑΤΑΛΟΧΙΣΑΙ *τε καὶ* ΣΥΛΛΟΧΙΣΑΙ *multitudinem hominum temere promiſcuamque capere, rite decenterque diſtribuere in ſuos ORDINES, ac inter ſe ſociare.* Adde Aelianum Tact. Lib. I. cap. III. Ab hiſce vero haud aliena Xenophontis verba *Ἀναβ.* Lib. IV. pag. 325. *παρηγγύησε* ΤΟΙΣ ΛΟΧΑΓΟΙΣ, *κατ' ἐνωμοτίας ποιήσασθαι ἕκαστον τὸν ἑαυτοῦ* ΛΟΧΟΝ, *καὶ*

ἀσπι-

ἀσπίδας παραγγέλλοντας τὴν ἐνωμοτίαν ΕΠΙ ΦΑΛΑΓΓΟΣ, *ORDINVM DVCTORIBVS imperat, vt quisque ORDINEM suum per manipulos in PHALANGEM duceret*: quod postremum ab eo dicitur de Lacedæm. Republ. pag. 687. *ὁ κατ' οὐρὰν λόχος παρ' ἀσπίδα καθίσταται*, *extremi agminis ordo versus clypeos constituitur*, nempe quæ ἡ ἐπ' ἀσπίδα κλίσις, seu κίνησις, *in clypeum motio*, in læuam nempe partem, vbi gestatur clypeus, dicitur iuxta Aelian. Tactic. cap. XXIV. & Arrianum pag. 54.

Ibid. B. lin. 10. *στρατιώτην Κελτόν*) Notandum obiter, *Celtam* militem de Francis & Saxonibus, vltra Rhenum ac Oceanum habitantibus, quos Magnentii contra Constantium signa sequutos tradiderat paullo ante Iulianus pag. 34. & quidem distincta a *Gallis* seu ἐκ Γαλατίας, quod sequitur, appellatione, hic dici: nec immerito proinde *militem Germanum* a Petauio ibidem reddi. Neque vero hic adtingam, quæ de late extensa olim illa *Celtarum*, nec de transalpinis solum gentibus, nomenclatione, a viris eruditis haud semel tradita, iam sunt in vulgus nota.

Ibid. B. lin. 11. *τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις*) Præclarum testimonium veterum Gallorum Germanorumque fortitudinis: quod nempe, vt hic dicitur, puderet ipsos videri fugientes, & ne, quod hactenus apud omnes mortales incredibile habitum fuerat, ipsimet in se hostibus *terga* in acie *vertisse* ostenderent. Haud vero minus superuacaneum vel inconsultum nunc foret, ea quæ de prisca eorundem populorum virtute bellica, subinde a veteribus consignata, passim in vtriusque gentis Commentariis vel Elogiis congesta reperiuntur, hic coaceruare. Vnum illud huic Gallorum Germanorumque, post turbatos eorum ordines, aciem redintegrantium facto consilioque consentaneum, a Tacito de Germanis itidem dictum, adponere liceat, cap. VI. *cedere loco, dummodo RVRSVS INSTES, consilii quam formidinis arbitrantur*; dein, de turpis fugæ seu terga vertendi apud eosdem flagitio vel ignominia dicitur, *scutum reliquisse præcipuum flagitium. nec aut sacris adesse aut concilium inire ignominioso fas, multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.* Quod alioquin apud Græcos Romanosque obtinuisse, vt qui vel turpiter ex acie fugerant, vel ordines per metum deseruerant, aut in ea scutum vel signa abiecerant, id morte quidem luerent; quum de Romanis e Polybio, Liuio &c. viderunt iam alii, vt Lipsius de Militia Lib. V. Dial. XVIII. tum de Græcis, e Legibus contra profugos ex acie, seu ignauos, aut qui ordinem deseruerant, vel qui præ metu abiecerant clypeum, latis, quarum fit apud veteres Auctores mentio, constat. De profugis quidem, seu qui *terga*, quod hic dicitur, hosti in acie *verterant*, videri possunt loca, quæ e priscis Hermogenis Enarratoribus iam adduxit eruditissimus Meursius Themid. Attic. Lib. I. cap. IX. Quibus autem maius adhuc robur ac haec accedit ex Attico, eoque antiquo Auctore, Lysia Orat. XIII. pag. 236. vbi non tantum mentio fit illius legis ab Atheniensibus contra eos latæ, ἐάν, ἐὰν μάχης οὔσης ΕΙΣ ΤΟΥΠΙΣΩ ἀναχωρήσωσι, *quicunque in prælio terga verterint.* Quam in rem paullo ante dixerat idem Lysias, τὸν δὲ νόμον κελεύειν, ἐάν τις λείπῃ τὴν τάξιν ΕΙΣ ΤΟΥΠΙΣΩ, δειλίας ἕνεκα, μαχομένων τῶν ἄλλων, περὶ τούτου τοὺς στρατηγοὺς δικάζειν, *quum lex iubet, si quis ignauiæ caussa ordine deserto TERGA VERTAT, aliis pugnantibus; de eo vt exercitus Duces iudicium ferant.* Mitto hic alia, quæ e Demosthene, Aeschine de illa Atheniensium lege contra τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλόν, καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν, *qui militiam detrectat, aut ignauus est, aut ordinem deserit*, & rursus e Lysia nominatim contra postremum seu ordinis desertorem, iam adtulit in Commentario ad Leges Atticas pag. 657. eruditissimus Petitus; aut quæ insuper e memorata paullo ante eiusdem Lysiæ Oratione XIII. inscripta κατ' Ἀλκιβιάδου, λειποταξίου, *In Alcibiadem quod ordinem deseruerit*; aut e Demosthene in Midiana pag. 399. vbi idem crimen sibi a Midia impactum diluit; aut quæ ex Hermogenis Enarratoribus peti adhuc possunt, vt Syriano pag. 195. νόμος &c. τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, *lex, qui ordinem deseruerit, morte plectendus*; aut Sopatro pag. 349. τὸν λειποτάκτην κολάζεσθαι, νόμος, *lex, ordinis desertorem puniendum*, non addita ibi, in priori apud Syrianum loco, mortis pœna. Neque vero illam λειποτάκταις apud Athenienses, vt neque τοῖς δειλοῖς seu *ignauis*, continuo inditam, sed infamia tantum notatos eos e legis verbis, quæ e Demosthene & Aeschine iam adtulit vir præstanti eruditione Petitus, satis liquet: quum tamen aliud statuant, non adducta solum a me Syriani verba, sed alia adhuc, quæ quum ex eodem Syriano, tum ex aliis priscis Rhetoribus protulit Cl. Meursius Them. Att. pag. 24. nulla cæteroquin, prout omnino decuit, facta mentione eiusdem illius apud Aeschinem ac Demosthenem Atheniensium legis, & a Solone latæ, qua in-

famiæ tantum pœna iisdem λειποτάκτης irrogatur. Vnde id omnino statuendum est, vel aliam & feueriorem adhuc contra eosdem desertores legem deinceps Athenis latam; vel ad aliarum gentium, a quibus id adversus eos decretum fuerit, vti apud Romanos factum, ritus, eosdem memoratos a Meursio Auctores respexisse; aut subinde fictas esse id genus, de quibus nempe tyrones declamarent, Rhetorum controuersias. De capitali vero illorum pœna, qui clypeum in acie abiecerunt, seu ῥιψασπίδων, alius erit dicendi locus, nempe ad Orat. II. pag. 59. vbi abiectorum in hoc prœlio, sed non præ metu, scutorum fit mentio. Mortis vero pœnam apud Romanos iis, qui in acie ex metu fugerat, indictam, præter ea, quæ de decimis, si plures essent, forte ad supplicium lectis, e Polybio, Dionysio, Appiano adnotauit iam Lipsius de Militia Lib. V. Dial. xviii. docet Iosephus Ἁλώσ. Lib. III. pag. 836. νόμοι παρ' αὐτοῖς οὐ λιποταξίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥᾳστώνης ὀλίγης, θανατικοί, *leges apud eos, non desertis solum in acie ordinis, sed ignauia etiam leuioris, capitales.* Sic reductum ab hoc Iuliano illum de decimandis, qui in prœlio fugerant, militibus morem tradit haud dubie, vt Valesio ibidem visum, Ammianus Lib. XXIV. cap. III. *decem vero milites ex his qui fugerant, exauctoratos capitali addixit supplicio, secutus VETERES LEGES.* Quomodo etiam sequutis adhuc ætatibus eadem *decimationis* pœna iis, qui durante prœlio absque euidenti caussa profugerant, irroganda dicitur in Mauritii Strategico Lib. I. cap. VIII. Adde, quod desertæ militiæ crimen, inter grauissima illa maiestatis, perduellionis ac peculatus crimina, quorum non datur abolitio, referatur in constitutione a Valentiniano lata, quæ exstat Leg. II. Cod. Theod. & III. Cod. Iustin. de Abolitionibus: etsi id non tam de iis, qui metu in acie fugerant, quam qui se militiæ sacramento, vt eiusdem legis verba innuunt, *sacramentis desertis*, sponte subduxerant, intelligendum liqueat. Neque vero nouum adeo vel incredibile, vt hic a Iuliano dicitur, contigisset; si in hoc contra Constantii exercitum prœlio, Galli Germanique, qui pro Magnentio decertabant, visi fuissent *terga vertere*; quod vtique iis contra Romanos pugnantibus haud semel acciderat; vt vel e Cæsaris, de Ariouisto cum Germanis profligato, verbis obuium Bell. Gall. Lib. I. cap. LIII. *ita prœlium restitutum est, atque omnes hostes* (Germani nempe) *TERGA VERTERVNT.* Vt mittam multis deinde prœliis, diuersisque temporibus, domitos vel subactos a Romanorum ducibus & Imperatoribus Germanos; inde que GERMANICI nomen pluribus Cæsarum inditum, ac obvia adhuc in nummis aliisue monumentis antiquis DE GERMANIS, aut GERMANIA vel CAPTA, vel DEVICTA, vel SVBACTA, tropæa & elogia. Adde huc eosdem Germanos, nec dum elapso ab hac Oratione decennio, in acie contra hunc ipsum Iulianum prospere quidem aliquandiu pugnantes, sed, qui tandem Ammiano Lib. XVI. cap. XII. *denique ad SOLUM deinceps strenui FVGAM, per diuersos tramites tota celeritate egredi festinabant*; quique celeri illa fuga comprobarunt, id quod de iis ad suos milites dixerat ante prœlium Iulianus, *hostium TERGA cæsuris adero indiscretus.* Immo quod & hic quoque ab iisdem Gallis Germanisque, post acerrimam contentionem factum vt *terga* hostibus *verterent*, tradit mox Iulianus.

Ibid. D. lin. 6. αἱ μὲν σιδήρῳ τῆς ξίφεσι) Sic de eodem hac reducte rata inter Magnentianos & Constantii exercitum pugna Orat II. p. ... καὶ ἀπορρίψαντας τὰς ἀσπίδας, τοῖς ξίφεσιν ἐπιέναι, & *abiectis clypeis districtis ensibus irruere.* Haud aliter ac de Gallis itidem, quorum transfixa ictu pilorum scuta ait Cæsar Bell. Gall. Lib. I. cap. XXV. *multi vt, diu iactato bracchio, præoptarent SCVTVM manu EMITTERE, & nudo corpore pugnare.* Idem alibi Lib. VII. cap. LXXXVIII. *nostri, emissis pilis, gladiis rem gerunt*; nempe vti de Pyrrhi cum Demetrio pugna dicit in Pyrrho Plutarchus pag. 387. οἱ δὲ διαχρησάμενοι τὸ πρῶτον, εἶτα ἐν χερσὶ γινόμενοι μετὰ τέχνης, ἀλλὰ κινδύνως, ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσι, *primum pilis emissis, inde comminus rem gerentes, gladiis non arte solum, sed vi lacertorum tractabant.* Qua quidem *gladio* feriendi arte, vti & ipso *gladiorum* genere Gallis aut Germanis, e quibus constabant potissimum, vt vidimus, Magnentiani, potiores erant, vbi comminus res gerebatur, Romani: nisi quatenus Galli, relicto antiquo *gladiorum*, quibus cæsim tantum, vtpote sine mucronibus, vti ea de re Polybius Lib. II. pag. 12 . ac alibi, non vero punctim feriebant, vsu, Romanis armis adsueuerant. Vnde iidem Galli vno genere armorum Romanis inferiores ab eodem Polybio paullo ante dicti pag. 118. quod nempe Romani comminus irruentes, facultatem gladios (vt rursus ea de re Polybius pag. 120.) ad cæsim feriendum attollendi, Gallis adimerent. Vnde etiam non cæsim, sed punctim ferire, tyrones apud Romanos discebant, teste Vegetio Lib.

Lib. I. cap. XII. *nam*, vt addit, *cæſim pugnantes non ſolum facile vicere, ſed etiam deriſere Romani.* Quomodo vim veterum Gallorum in *gladiis* quidem exſtitiſſe, quibus *grauiter* barbarorum more, ſed *nulla arte*, ὄν ἐδεμιᾷ τέχνῃ, qua vtique præſtabant Romani, ferirent, obſeruat in Camillo Plutarchus pag. 150. Quod de Britannis ſimiliter notat in Agricola Tacitus cap. XXXVI. vbi ille Batavorum, & Tungrorum cohortes dicitur adhortatus, *vt rem AD MVCRONES ac manus adducerent; quod & ipſis vetuſtate militiæ exercitatum, & hoſtibus inhabile, parua ſcuta & ENORMES GLADIOS gerentibus. Nam Britannorum GLADII ſine mucrone.* Adde, quod vel *enormes* itidem eſſent, vt de iis Plutarchus in Mario aliique, aut vero *rari* etiam, iuxta Tacitum de Germ. cap. VI. Germanorum olim *gladii.* Vnde eo quoque armorum genere iisdem Romanos ſuperiores innuit in concione ante commiſſum cum Arminio prœlium Germanicus Annal. II. cap. XIV. *Nec enim immenſa barbarorum ſcuta, ENORMES HASTAS, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi, quam pila & GLADIOS* &c. quales nempe nullos ibidem Germanis tribuit, ſed quorum *enormibus haſtis*, Romanorum *pila* & *gladios* opponit. Quo referri etiam poteſt, & ab hoc Iuliani loco, vbi res a Romanis contra Magnentianos pugnantibus ad gladios deducta traditur, haud alienum, id quod, de prœlio contra Germanos a Cæſare commiſſo ait ipſemet (& cuius verba ex parte ſupra iam, vbi de phalange ageretur, adduximus) Lib. I. cap. LII. *rejectis pilis, cominus GLADIIS pugnatum eſt. At Germani celeriter, ex conſuetudine ſua, phalange facta, impetus GLADIORVM exceperunt. Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus reuellerent, & deſuper vulnerarent.* Nempe, vbi nulla quoque *gladiorum*, quibus iidem in Romanos irruerent, aut eorum impetus auerterent, ment (facta; vti nec a Floro Lib. III. cap. X. in narratione huius pugnæ. Ita in commemoratione commiſſi a Iuliano cum Alamannis prœlii apud Ammianum Lib. XVI. cap. XII. tela quidem iis, quæ in Romanos emitterent, & immanis, qui ex eorum oculis eluceret, furor, horrentesque comæ; Romanis autem quum ſcutorum munimentum, tum *gladii*, quibus hoſtes ferirent, tribuuntur. Verum paullo poſt, vbi cominus inter eos res acta eſt, de iisdem Alamannis ait, *nexamque ſcutorum compagem, quæ noſtros in modum teſtudinis tuebatur, ſcindebant ictibus GLADIORVM aſſiduis:* dein de eadem adhuc inter illos & Romanos pugna, *quamquam etiam cominus MVCRO feriebat contra MVCRONEM, & loricæ GLADIIS findebantur.* Vt proinde non cæſim ſolum, vti veterum Gallorum ſine mucrone, qua de re paullo ante, ſed punctim etiam ferirent Germanorum *gladii.* Adde, quod nec deſit etiam in Columna M. Antonini omnis *gladiorum*, quibus tum vſi in prœliis cum Romanis Germani, etſi haud frequentium, ibidem adſpectus.

Ibid. D. lin. 7. λαμβανόμενοι δὲ ἄλλοι τῶν ἀσπίδων) Qua in re itidem potior erat Romanorum præ Magnentianis conditio: quod prælonga eſſent illorum *ſcuta*, ac tegendis proinde corporibus idonea; Gallorum autem, & quidem præ magnitudine corporum, breuia, vt iis protegi non poſſent; Germanorum vero ſcuta forent enormia, nec quæ poſſent corpori firmiter adhærere; eaque præterea imbellia, nec ad repellendos ictus comparata. Quomodo, Gallos quod adtinet, Polybius, non *gladiorum* ſolum, ſed *ſcutorum* etiam genere, Romanos dicit Gallis præualuiſſe Lib. II. pag 118. quorum Romanorum nempe, αἱ μὲν ὧν θυρεοὶ πρὸς ἀσφάλειαν. *ſcuta quidem ad ſecuritatem* præſtandam, ſiue, vt ibi ὁ πῖλος, *ad munimentum:* Gallicum autem, vti de eo paullo ante, *ſcutum protegere virum non poſſet*, οὐ γὰρ δυναμένε τὲ Γαλατικοῦ θυρεοῦ τὸν ἄνδρα περισκέπειν, haud aliter ac de Britannis *parua ſcuta* geſtaſſe tradentem modo vidimus Tacitum. Germanis autem *immenſa* quidem, ſed inhabilia itidem ad pugnam præ Romanis *ſcuta* tribuit, dicto paullo ante apud Tacitum loco Germanicus, *nec enim immenſa barbarorum SCVTA* &c. *perinde haberi, quam pila & gladios & hærentia corpori TEGMINA*, nempe Romanorum ſcuta. Accedebat imbellis illius Germanici ſcuti materia, ſc ı vti mox idem Cæſar ſubdit, *non loricam Germani, non galeam, ne SCVTA quidem ferro* (qualia nempe Romanorum) *firmata, ſed viminum textus, & fucatas colore tabulas.* Qua in re cæteroquin, quod hic a Iuliano dicitur, *ſcuta hoſtium arripere*, præcipua olim virtutis bellicæ laus & contentio erat poſita: vnde ἀσπὶς, ſeu παρ᾽ ἀσπίδα, pro *armis* in genere, item pro *exercitu*, pro *acie* ſeu *conflictu*, ac pro *defenſore* & *munimento*, apud veteres Tragicos ſubinde dicitur. Loca eius rei paſſim apud eos obuia; & pro *armis* quidem, apud Euripidem Suppl. v. 902. ἐν ἀσπίδι δεινὸς, *clypeo*, ſeu *armis acer*, aut Rhes. v. 123. στρατὸν

νουχο

ἥσυχον πεϱὶ ἀσπίδας, *exercitum quietum iuxta clypeos*, seu *arma sinamus dormire*. Sic pro *exercitu* apud eundem Tragicum Phœniss. vers. 78. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων, *magnum cogens exercitum Argiuorum*: pro *acie* autem vel *conflictu*, frequenter ἀσπίδα adhibet quum idem Euripides, vt Heraclid. v. 819. μονομαχῶ δὲ ἀσπίδ@, *ob singulare certamen*, ac Helen. v. 740. πολλὰ μόχθε περὶ ἀσπίδα μοχθήματ' ἐξέπλησας, *multos quidem in bello ad clypeum labores expleuisti*, tum alii. Adde pro *protectore* vsum ea voce Aeschylum Agam. vers. 1446.

Ὅυτ@ γὰρ ἡμῖν ΑΣΠΙΣ ὁ μικρὰ θράσους,
ille enim nobis haud paruus CLYPEVS, seu auctor *confidentiæ*, ac inde pro *corporis munimento*, σώματ@, πρόβλημα, apud eund. Sept. Theb. v. 545. & quo postremo sensu, tralatitius vocis illius ἀσπίδ@, sine *clypei* vel *scuti*, apud Græcos Latinosque Auctores, & prout *tegmina* de *scutis*, dicto paullo ante apud Tacitum loco, vocantur, vsus. Minus autem accurate, quod obiter hic addendum, ἀσπίδας, illa Romanorum siue Magnentianorum etiam *scuta*, vti in narratione eius prœlii sequenti Orat. pag. 59. vocat Iulianus: quum ἀσπὶς proprie diceretur de rotundo seu orbiculari Græcorum *clypeo*, qui inde κύκλος, εὔκυκλ@, κύκλωσιν σέλημα, apud veteres Tragicos, Aeschylum, aliosque, qua de re nos alibi, a Romanis vero itidem *orbis* appellatur; θυρεὸς autem, vti apud Polybium aliosque, de oblongis Romanorum, vti & Gallorum aut Germanorum, *scutis*, dici consueuerint. Quod e marmoribus, vtraque in primis Traiani ac Antonini columna, & nummis antiquis manifestum. Adeo, vt ad veteres illorum *clypeos*, aut vero ad velitum apud Romanos *parmas*, quas *rotundas* itidem fuisse docet Polybius Lib. VI. pag. 468. respexisse credi possit Leo Tactic. cap. VI. num. XXVI. & XXXV. aut vero θυρεὸς cum ἀσπίσι ita proprie dictis confudisse, dum ibi σκουτάριον, quod θυρεὸς, vt idem ait, diceretur, πάντως δὲ στρογγύλον πάνυ, *vndique perfecte rotundum* exstitisse traditur. Etsi quod a Phrynicho sit monitum, θυρεὸν οἱ πολλοὶ ἀντὶ τῆς ἀσπίδ@ τιθέασι, *multi* θυρεὸν *loco* ἀσπίδ@ *ponunt*; sicut vicissim hoc loco Iulianus, ἀσπίδας pro θυρεοὺς dicit.

Ibid. D. lin. 9. πρὸς τοὺς ὁπλίτας μετασκευάζοντο) Magnentiani nempe, qui vulneratis equis excussi, seu vt eadē re ait Orat. II. pag. 60. perfractis illorum contis, ἀποπηδῶντες, ἐς τοὺς ὁπλίτας μετεσκευάζοντο, *ex equis desilientes, se in grauis armaturæ pedites conuertebant*. Id autem Germanis, quorum vel præcipuum, vti ea de re iam ante, inter hos Magnentianos robur, haud in[...]m, docet in commentariis Cæsar. De Sueuis certe, Germanorum, vt paullo ante dixerat, longe maximis & bellicosissimis, ait Li. IV. cap. II. *Equestribus prœliis sæpe ex equis DESILIVNT, ac PEDIBVS prœliantur*: cuiusque rei experimentum tradit cap. XII. eiusdem libri, *impetu facto celeriter nostros perturbauerunt: rursus resistentibus nostris, CONSVETVDINE SVA, ad PEDES DESILIERVNT, suffossisque equis, compluribusque nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt*. Vnde vtique, & quod alia occasione, adducto etiam hoc postremo Cæsaris loco, iam ante monui harum Obseru. pag. 112. a Germani[...] (sed quorum loco *Gallorum* nomen n[...] edi[...]tum) protectum illum militum ordinem, qui nunc vulgo *Draconum* seu *Draconariorum* (qui alii scil[...] ab antiquis in militia Romana *draconarii*) nomine nuncupantur, & qui ex equis, vbi id res exigit, desiliunt, ac pedibus prœliantur, licet continuo percipere. Geminum quoque Britannorum morem tangit in eodem Libro Cæsar cap. XXXIII. *genus hoc est, ex essedis pugnæ: primo per omnes partes perequitant, & tela coniiciunt: atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum se inter equitum turmas insinuauere, ex essedis DESILIVNT, & PEDIBVS PROELIANTVR*. Vnde sequenti libro cap. XVI. Romanorum equites magno cum periculo cum illis Britannis ait decertasse, *propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent, & quum paullulum ab legionibus nostros remouissent, ex essedis DESILIRENT & PEDIBVS dispari prœlio contenderent*. Quibus docere insuper licet, quæ de pugna inter hunc Iulianum & Alamannos, post biennium ab hac Oratione, vti id iam ante monitum, conscripta, refert Ammianus Lib. XVI. cap. XII. nempe in ipso conflictu Alamannorum peditibus, vt relictis equis secum versarentur, qui cum eorum Rege militabant equites, vociferantibus, *hoc comperto Chonodomarius* (Alamannorum Rex) *iumento statim DESILVIT, & sequuti eum residui idem facere nihil morati*. Qui nempe illo æuo *Alamanni*, & vnde mutua lux Cæsari & Ammiano accedit, iidem erant cum priscis illis *Sueuis*, prout ii ab Ausonio appellantur in duobus Epigrammatis III. & IV. aut iis certe proximi; quorum similem consuetudinem, ex equis nempe desiliendi & pedibus prœliandi, a Cæsare traditam vidimus. Quod vtique in singularis

laris vi[illegible] ac fortitudinis, ob maius ibi periculum ac minorem fuga elabendi viam, laude positum censebatur: non vicissim, vbi quis inter pedites adscriptus inter equites prœliabatur. Vnde quum ἀστρατείας, tum δειλίας, *detrectatæ militiæ* & *ignauiæ* crimine teneri Alcibiadis filium contendit coram iudicibus Lysias; quod ille, & qua de re exstant huius Orationes XIII. & XIV grauius armaturæ miles conscriptus, electo sibi in acie, quem vellet, loco, inter equites militare maluerit; vti nominatim id tangit pag. 236. & 239. neque venia dignum ait, εἴ τις ἐν τοῖς ὁπλίταις τεταγμένος, ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ἀποφανῇ, *si quis inter pedites constitutus, inter equites conspiciatur.*

Ibid. D. lin. 11. τοῖς πεζοῖς ἐπιβρίσαντας) Qua voce præter Homerum vsus itidem, vbi hostes impressionem faciunt, Apollonius Argon. Lib. I. v. 678. Αἶκεν ἐπιβρίσῃ Θρηΐξ στρατός, *si Thracum copiæ ingruunt*; & Lib. IV vers. 1157. ἐπιβρίσειεν ὅμιλος, ne, quod præcedit, hostium copiæ *lacessant*, seu *impetum faciant.* Ita apud Aeschylum Eum. vers. 968. παντὶ δὲ χρόνῳ ἐπιβριθεῖς, *omni autem tempore graues.*

Ibid. D. lin. vlt. οἱ θωρακοφόροι) Quales itidem Romana voce *loricatos*, Græca autem, vt eam bene hic reddit Petauius, *cataphractos* equites dici obseruat haud vno loco Liuius, vt Lib. XXXV. cap. XLVIII. *Equitum innumerabilium vim trajici Hellesponto in Europam: partim LORICATOS, quos CATAPHRACTOS vocant: partim sagittis ex equo vtentes*: & rursus de eiusdem Antiochi acie Lib. XXXVII. cap. XL. *bis tria millium equitum LORICATORVM (CATAPHRACTOS ipsi appellant) adiunxit*; mox de auxiliaribus illis copiis, *& hic tria millia CATAPHRACTORVM equitum, & mille alii equites*: & cap. XLII. *cum auxiliis & cataphracto equitatu.* Quomodo etiam κατάφρακτοις, & quidem e Gallo-Græcis seu Galatis, eosdem in Antiochi contra Romanos acie *loricatos* equites vocat Appianus Syriac. pag. 107. quosque præ pondere & grauitate armorum, quum falcium ictus declinare non potuisse, tum tandem oppressos, in sequentibus tradit. Agens vero de eiusdem Antiochi contra Parthos exercitu Polybius, non κατάφρακτους quidem, sed θωρακίτας vocat *loricatos* id genus equites Lib. x. p. 600. ac similiter vbi de Philopœmenis Achæorum ducis copiis loquitur Lib. XI. pag. 629. θώραξ nempe a Græcis dictus, quum de *lorica*, qua militis pectus, aut vero etiam tergum foret obtectum, ac inde θωρακῖται, vt etiam θωρακοφόροι seu *loricati*, qui tali demum *lorica* forent septi; tum vero de eiusmodi *lorica*, sicut ab Anonymo apud Suidam in hac voce θώραξ, Heliodoro Lib. IX. pag. 431. ac mox etiam, vt ibidem videbitur, Iuliano, quæ nempe totum corpus a capite velut ad calcem protegeret, quæque inde ὁ κατάφρακτος appellari meruit: *Cataphracti* autem, & hoc loco ac sequenti Oratione pag. 60. θωρακοφόροι, qui tali corporis tegmine vallati essent ac muniti, immo quorum etiam equi προμετωπιδίοις, aut προστερνιδίοις, *frontis pectorisque munimentis* forent protecti. Haud aliter ac *loricatus elephantus*, simili nempe tegumento obtectus, dicitur ab Auctore Belli Africani cap. LXXII. Vnde factum, vt dein retenta Græca voce, *cataphracta* non de *lorica* solum, qua totum velut equitis corpus foret septum, sicut de Sarmatarum *cataphractis* apud Tacitum Hist. I. cap. LXXIX. sed de *lorica* ferrea in genere tam peditum quam equitum, sit a Romanis appellata; cuius obuia exempla apud Modestum de Vocabulis Rei Militaris, & Vegetium Lib. I. cap. XX; ac prout apud Tertullianum de Pallio cap. VI. *triumphalis cataphracta*, magni nempe Alexandri, legitur. Quum tamen haud alia, quam illa *cataphracti* (nisi quod *Clibanarii* subinde sint etiam appellati, qua de re mox apud Iulianum agendi erit locus) voce a Romanis Scriptoribus inferioris æui, sicut a Vopisco ac Lampridio in Historia Augusta, Vegetio, Ammiano, Nazario in Constantini Panegyrico, Seruio, Notitia Imperii, sicut a Propertio Parthi, quasi toto corpore muniti seu πεφραγμένοι, solent indigitari. Idque ad discrimen, vt licet statuere, tam peditum legionariorum, quam equitum, qui in Romanorum militia, & peditum quidem ad Gratiani vsque tempora, iuxta Vegetium Lib. I. cap. XX. erant θωρακοφόροι, seu *loricati*, non ea quidem Parthorum aliorumue vere *cataphracta*, quæque totum corpus obtegeret; sed vulgari seu *facili*, vt de eadem, quamque Sarmatarum cataphractis opponit, loquitur dicto ante loco Tacitus; circa pectus nempe solummodo ac tergum, vt id tum obtinuit, muniti. Ita *loricati* (sicut passim *scutati*, *hastati*, *parmati* apud Liuium, *cetrati* &c. dicti sunt ab Auctore Belli Hispaniensis grauis armaturæ pedites, ac a Modesto in memorato Vocabulario, *Equites loricatos CXXVII.* nempe quos habuit prima cohors milliaria, seu quæ *caput legionis*, quod idem notat, dicebatur. Quod discrimen etiam

iam inter *loricatos* pedites, & equites *cataphractos* tangit Ammianus Lib. XVI. cap. X. *Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus atque cristatus, corusco lumine radians, nitidis LORICIS indutus, sparsique CATAPHRACTI equites, quos Clibanarios dictitabant Persæ.* Sed qua de re mox, vbi horum *θωρακοφόρων* seu *Cataphractorum* habitum ac armaturam pluribus ac eleganter describit Iulianus, agendi erit locus.

Pag. 37. A. lin. 5. *Φεύγειν, ὧν ἡ νὺξ ὀλίγους ἀπέσωσε*) Quod de Magnentianorum, vbi nox superuenerat, *fuga* similiter dicitur in narratione huius prœlii, sequenti Orat. pag. 60. Etsi, quum die iam inclinante, quod ait de eodem prœlio Zonaras pag. 17. P. II. congressi fuissent exercitus, non ideo, vbi nox aduenisset, diremptam fuisse inter hosce prœliantes exercitus pugnam tradit, quieam pluribus persequitur, Zosimus Lib. II. cap. LI. *πρὸς μείζονα λύσσαν ἐπαρθέντες οἱ Μαγνεντίῳ συναγωνιζόμενοι, οὐδὲ* ΝΥΚΤΟΣ *μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθούσης* ΕΠΑΥΣΑΝΤΟ, *maiorem ad furorem elati Magnentianarum partium milites, ne quidem, vbi NOX pugnantes oppressisset, finem dimicandi faciebant.* Quibus mox addit, ne ipsas quidem tenebras, aut quidpiam aliud potuisse inhibere exercitus, quo minus mutuis in se sæuirent cædibus. Cuius etiam acerrimi prœlii hunc tandem fuisse exitum tradit d. l. Zonaras, quod *μέχρι βαθείας* ΝΥΚΤΟΣ *οἱ τοῦ Μαγνεντίου συνεκόπτοντο, καὶ ἀπώλλυντο, Magnentiani in multam NOCTEM cæsi sunt ac profligati*, & in genere Zosimus cap. LIII. quod post ingentem Magnentianorum stragem, illi tandem cunctanter terga vertere fuerint coacti, seu, vt idem ait, *καὶ τῶν Μαγνεντίου στρατευμάτων λαμπρῶς ἤδη φευγόντων, & Magnentiano exercitu aperte iam fugiente.* Quod vero hic additur, paucos e fugientibus Magnentianis fuisse noctis beneficio seruatos; cæteros in flumen, nempe Drauum, qui victoribus erat ad dextram, præcipites datos, enarrat itidem pluribus Orat. II. pag. 60. Iulianus. Verum haud victis solum, sed victoribus, cruentam fuisse illam pugnam, in qua ipsæ Romani imperii vires, quæ multos de externis hostibus triumphos potuissent parere, conciderint, memorant, vbi de ea agunt, Eutropius, Victor in Epitome, Hieronymus in Chronico. Addit Zonaras dicto iam loco, mane Constantium, quum conscenso tumulo inde subiectum campum, ipsumque fluuium cadaueribus plenum vidisset, in lacrymas continuo erupisse; non tam victoria lætatum, quam ob cæsorum interitum dolore adfectum. Numerum etiam vtrinque cæsorum ibidem subdit: nempe e Constantii militibus, qui octoginta fuerant millia, ad triginta mille cecidisse; e Magnentii autem triginta sex millibus, quatuor & viginti millia periisse. Vt proinde haud mirum videri debeat, si in dispari adeo vtriusque exercitus, & in aperto quidem campo dimicantis numero, ac vbi infinita propemodum equitum, qualis mox a Iuliano dicitur, & cataphractorum quidem, multitudo erat in acie Constantii, victi tandem fuerint & coacti terga vertere Magnentiani. Neque hic prætereundum, quod sub illius pugnæ tempus, visum Crucis Seruatoris in cœlo signum late protensum, radiisque supra modum fulgentibus seu Iride corona circumdatum, tradunt e veteribus nonnulli, cuique miraculo hanc Constantii victoriam & Magnentianorum stragem haud obscure imputant. Etsi in narratione huius rei non conueniant, qui eam tangunt, Auctores: dum alii, vt auctor Chronici Alexandrini pag. 292. Constantio eiusque exercitui signum illud apparuisse demum referunt: Philostorgius autem Lib. III. cap. XXIII. illud ab vtroque exercitu clare conspectum, eoque Magnentium, & qui ab illius erant partibus, supra modum territos; Constantio contra eiusque militibus fiduciam inde additam tradit. Nicephorus vero Lib. IX. cap. XXXII. Crucis apparitionem dicit contigisse, quum Constantius Vetranionem & Magnentium vicit; fatigatumque laboribus Constantii militem, conspecto eodem signo, immensa illius luce adflatum fuisse ac illustratum. Cuius quidem apparitionis facta adhuc ab aliis e veteribus mentio, vt Cyrillo Hierosolymitano, de quo mox, Socrate Lib. II. cap. XXVIII. Sozomeno Lib. IV. cap. V. Hieronymo in Chronico ex editione Pontaci, Idatio in Fastis, Thophane pag. 34. Cedreno pag. 301. ed. Regiæ, ac denique in Græcorum Menologiis: sed quam apparitionem non in tempore illius cum Magnentianis ad Mursam prœlii, seu a Constantio in Pannonia visam, (si Cedrenum, sed exiguæ auctoritatis scriptorem, mittam) verum in Oriente, & quidem circa Hierosolymas, contigisse memorant. Addunt etiam, vt Sozomenus d. l. e scriptis demum a Cyrillo Hierosolymitano, recens, vt eædem docent, ad sedem illam euecto, litteris, quæ etiamnum in calce eiusdem Operum leguntur, de illo miraculo edoctum fuisse Constantium. In Actis autem S. Anthemii sub hoc Iuliano, quæ apud Suritam leguntur, & quorum meminit Baronius ad annum CCCLIII, eo quidem tempore, quo

profligatus eſt a Conſtantio Magnentius, ſed Hieroſolymis tantum, conſpectum hoc Crucis ſignum dicitur. Accedit qui de menſe aut die, quo illud apparuerit, occurrit inter veteres illos Auctores diſſenſus: dum ab eodem Cyrillo, & Chronici Alex. Auctore, Nonis Maji, ſeu die, vt volunt, Pentecoſtes, a Philoſtorgio, Theophane, Cedreno, Nicephoro, & in dictis modo Actis Anthemii Martyris, ab Idatio autem III. Kal. Februarii anno CCCLI, eadem Crucis apparitio refertur: a quo autem Idatio, Conſtantii ad Murſam cum Magnentianis pugna, vt ante diximus, IV. Kal. Octobris eiusdem anni collocatur. Vt proinde mirari ſubeat, quod diligentiſſimus alioquin, & cui hæc erant perſpecta, Baronii Ariſtarchus; quique huius apud Idatium loci auctoritate, in aſſignando huius prœlii non anno ſolum, ſed etiam die, ad annum Chriſti CCCLI. Num. IV. fuerat vſus; in eadem nihilominus Critica ad annum CCCLIII. Num. VI. hoc prodigium in illa Conſtantii ad Murſam cum Magnentio pugna obtigiſſe ſtatuerit. Qua in re cautior quidem Baronius, qui ad annum CCCLIII, Nicephorum (ſed cui alii ea in re præluxerant, Chronici Alexandrini Auctor, ſeu Faſti Siculi iam a Sigonio vulgati, & Philoſtorgius, qui ante hoſce quinquaginta, & quod excurrit, annos primum prodiit) redarguit, quod ſignum illud Crucis Romano exercitui in Pannonia militanti viſum tradiderit. Quod nec doctiſſimo Petauio placuit, qui in Libris de Doctrina Temporum, huic ad Murſam prœlio, illique Crucis apparitioni, diuerſos etiam annos tribuit; nempe prœlio, annum CCCLI; ſigno autem Crucis, annum ſequentem CCCLII. Etſi in eo lapſi ſunt vel Baronius, dum vtrumque illum euentum ad annum CCCLIII demum refert; vel Petauius, dum prœlium ad Murſam anno quidem CCCLI verius conſignat, prodigium autem viſæ in cœlo Crucis, ſeu traditam ea de re a Cyrillo narrationem, ſequenti anno CCCLII demum imputat. Mitto, quod nonnullis ſuſpecta ſit illa Cyrilli Hieroſolymitani de hac Crucis in cœlo apparitione ad Conſtantium Epiſtola: quod iam hic non expendimus. Verum quæcunque tandem ea de re tum fama vel traditio fuerit, haud exſpectandum erat, vt eius rei ab illo, qui iam clanculum a Chriſtiana religione deſciuerat, huius nempe Panegyrici auctore Iuliano, hic commemoratio fieret; & inſignis Conſtantii de profligato Magnentiano exercitu victoria eidem ſigno adſcriberetur.

Ibid. B. lin. 2. τῦ πατρῴω λαμπρότη-*&c.)* Ad victoriam reſpicit, quam in Pannonia itidem campoque ad Cibalim de Licinio reportauerat parens Conſtantinus; cuiusque non ſolum, quod obiter hic innuit Petauius, mentio eſt a Zoſimo facta Lib. II. cap. XVIII. ſed præterea ab Eutropio, Anonymo Valeſiano, Victore in Epitome, Sozomeno Lib. I. cap. VI. Hieronymo in Chronico, ac Idatio. Vnde illa etiam de hoc Cibalenſi prœlio tradit, dictus modo Auctor Excerptorum de Geſtis Conſtantini poſt Ammianum editus; vnde qualis aut quanta eadem fuerit, ſeu an iure *illuſtrior* hæc Conſtantii de Magnentio ad Murſam profligato victoria, quod hic ait Iulianus, cenſeri debeat, licet vtcunque ſtatuere: *Bellum deinde apertum conuenit ambobus:* (Conſtantino & Licinio) *vtriusque ad Cibalenſem campum ductus exercitus: Licinio XXXV. M. peditum & equitum fuere. Conſtantinus XX. M. peditum, equitum* (quorum deeſt ibi numerus, aut ſupplendum, quod minus tamen probo, *& equitum*) *Caſis poſt dubium certamen Licinianis viginti peditum millibus & equitum ferratorum. Item Licinius cum magna parte equitatus noctis auxilio peruolauit ad Sirmium.* Quum autem, vt antea vidimus, Conſtantii octoginta militum millia, Magnentianorum autem triginta ſex millia in eo, de quo hic agitur, ad Murſam conflictu exſtitiſſe dicantur a Zonara; haud mirum foret, minusque proinde victori Conſtantio glorioſum, inferiores longe copias a duplo maiori exercitu, & quidem in patentibus campis, ſuperatas. Etſi de Cibalenſi hac pugna non vna ſit veterum, quos memoraui, Auctorum narratio; dum a Zoſimo d. l. traditur, *prœlium* illud, *quouis alio*, vt ita dicat, *acrius commiſſum*, idque *a prima luce ad veſperam vsque duraſſe*; a Victore autem in Epitome, *primumque apud Cibalas iuxta paludem Hiedeam nomine, Conſtantino NOCTE caſtra Licinii irrumpente, Licinius fugam petiit.* Sed qua in re longe illuſtrior vtique eluxit patris Conſtantini præ Conſtantio in hoc ad Murſam prœlio virtus aut gloria; ſi, quod de poſtremo narrat Sulpitius Seuerus Lib. II. cap. XXXIIX. ſit amplectendum: *Conſtantius deſcendere in conſpectum pugnæ non auſus, in baſilica Martyrum extra oppidum* (Murſam) *ſita, Valente tum eius loci Epiſcopo in ſolatium adſumpto, diuerſatus eſt. Ceterum Valens callide per ſuos diſpoſuerat, vt quis prœlii fuiſſet euentus, primus cognoſceret: vel gratiam Regis* (Græcorum nempe more pro *Imperatoris*) *captans, ſi prior bonum nuncium detuliſſet; vel vitæ conſulens, ante capturus fugiendi*

endi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis, qui circa Regem erant, metu trepidis, Imperatore anxio, primus nunciat hostes fugere. Quum ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens, vt reuerentiam sui adderet, Angelum sibi fuisse nuncium respondit. Facilis ad credendum Imperator palam postea dicere est solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse. Verum an hæc forte in Valentis Mursæ Episcopi, ac noti illo tempore Artianorum in Occidentis partibus antesignani, odium, conficta sint aut credita; an reuera ita se in eo bello gesserit Constantius, haud licet nunc certo statuere. Nihil tale vtique de illo tradit, qui ei cæteroquin, vti & patri Constantino, parum fauet, quique totam huius ad Mursam prœlii narrationem, quod iam antea innui, accurate persequutus est, Zosimus. Adde, quod a Zonara, acie vtrinque, Constantii nempe & Magnentii, instructa, Constantius suos milites ad rem fortiter gerendam cohortatus dicatur; qui tamen *in conspectum pugnæ descendere non ausus*, ac *in basilica extra vrbem tum diuersatus* a Sulpitio Seuero, vt vidimus, dicitur. Vt mittam, quod quum duplo maior, id tradente, vt paullo ante dicitur, eodem Zonara, foret Constantii exercitus, magna inprimis Cataphractorum, de quibus mox Iulianus, equitum, quorum in campestri maxime prœlio insignis erat opera, multitudo; nihil vtique suberat caussæ, vt meticulosum adeo se hic præberet Constantius.

Ibid. B. lin. 4. *ἐχθρὰ τῇ γέροντος δυστυχοῦς*) *Senem* hic vocat debellatum a Constantino in Cibalensi prœlio Licinium: qui tamen nec dum quinquagesimum annum adtigerat. Commissa enim, vt diximus, eadem pugna anno Christi CCCXIV. (quam Petauius in Paralipomenis de Doctr. Temp. pag. 862. an annum sequentem rejicit, sed quod vere impugnat in Critica Baroniana ad annum CCCXVII. Num. IV. eruditissimus Pagi) ipse autem Licinius Constantini iussu cæsus anno CCCXXV; ætatis, iuxta Victorem in Epitome, *prope sexagesimo*. Vnde vtique haud idonea hic erat ratio, vt inde deprimeret Iulianus illam Constantini Cibalensem de eodem Licinio nec dum quinquagenario, præ debellato a Constantio ad Mursam Magnentio, victoriam. Etsi eo quoque *senis* nomine, & quo forte hic respexit Iulianus, designatus Homericis de Nestore Iliad. Θ. 101. versibus, legatur Licinius; quos consultum ab eo Mileti Didymæum Oraculum eidem edidisse ferebant Gentiles, a So-zomeno Lib. I. cap- VII. ac inde apud Nicephorum Lib. VII. cap. XLV. nempe

> *Ὦ ΓΕΡΟΝ, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.*
> *Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε ΓΗΡΑΣ ἱκάνει.*

O SENEX, certe valde quidem te iuuenes perimunt bellatores: Vis autem tua soluta est, & grauis te SENECTA premit. Verum eo tempore datum illud oraculum ferebatur, quo denuo bellum, anno nempe CCCXXIII, contra Constantium redintegrauit, atque ita iam sexagenario, iuxta Victorem, propior Licinius. Idem alioquin, tanquam vetus iam Galerii Maximiani familiaris, ab eo Imperator nuncupatus dicitur ab Eutropio Lib. X. cap. IV. Victore in Cæsaribus, ac Zosimo Lib. II. cap. XI.

Ibid. B. lin. 10. *ἱππικὴν δύναμιν καὶ σκευὴν τῶν ὅπλων τοιαύτην*) Mirum vtique videri potest, quod a nullo Imperatore ante Constantium excogitatum illud *Cataphractorum* equitum, cum [illegible]cta eorum armatura, genus hic dicatur. Præterquam enim, quod vetus hæc Persarum Parthorumque militia fuerit, vt e Curtio, Plutarcho, Iustino, aliisque abunde iam ab eruditis, Brissonio inprimis de Regno Persarum, & Lipsio de Militia, est obseruatum: ita etiam inde e bellis inter Romanos Parthosque gestis, haud fuit prioribus ignota eorundem Cataphractorum equitum ratio. Quod vel e Plutarcho liquet in Crasso pag. 558. vbi a Parthis illos in fronte Romanis oppositos, ac vt in eos impressionem facerent, suos milites hortatum Crassi filium idem refert. Ita in Parthico M. Antonini bello, visos ab eo, sed quasi is inde continuo in metum sit versus, Cataphractos, licet mox iidem ab eo fuerint debellati, tradit in Constantini Panegyrico cap. XXIV. Nazarius: ac de decem Cataphractariorum, seu quos *Clibanarios* vocant, millibus, ab Alexandro Seuero interemptis, de quo loco mox, in eius vita cap. LVI. Lampridius. Ne huc adducam eorundem *Cataphractorum equitum turmas*, quas in bello Persico contra hunc Iulianum stantes, in illius expeditionis historia refert Ammianus Lib. XXIV. cap. VI. Neque vero apud Persas solum, aut Parthos, sed inter Alpinas etiam geotes, cum quibus congressus est Constantii huius parens, tale formidandum Cataphractorum equitum genus, & quos ipse prostrauerit, exstitisse, memorat in dicto Constantini Panegyrico cap. XXII. Nazarius. *Quæ enim*

cuius illa fuisse dicitur species, quam atrox visu, quam formidolosa, operimento ferri equi atque homines pariter obsepti? CLIBANARIIS in exercitu nomen est. Superne omnibus tectis equorum pectoribus, demissa lorica & crurum tenus pendens, sine impedimento gressus, a noxa vulneris vindicabat. Mox cap. sequenti, *CATAPHRACTOS equites, in quibus maximum steterat pugnæ robur ipse tibi sumus*, quos nempe debellares. Verum, & quod hic magis adhuc ad rem facit, inducti iam antea fuerant in Romanam militiam ab aliis ante Constantium Imperatoribus, idque ad Persarum seu Parthorum exemplum, immo ex ipsamet eorum armatura, Cataphracti id genus equites. Quod ab Alexandro Seuero factum, e Lampridio liquet dicto paullo ante loco in eius vita, cap. LVI. & quidem Imperatoris illius verbis, quæ e Senatus Actis de victoria contra Persas ab eo relata ibidem adferuntur: *centum & viginti millia equitum fudimus: CATAPHRACTOS, quos illi CLIBANARIOS vocant, decem millia in bello interemimus: EORVM ARMIS NOSTROS ARMAVIMVS.* Vnde etiam factum, vt subinde ab aliis Imperatoribus *Cataphractorum* id genus inter Romanos militum fiat mentio; vt in Epistola Traiani Decii de Claudio postea Imperatore apud Trebellium in eodem Claudio cap. XVI. *Huic ex regione Dardania dabis milites ducentos, ex CATAPHRACTARIIS centum* &c. Sic in Epistola Valeriani ad Aurelianum apud Vopiscum in eodem Aurel. cap. XI. *habes legionem tertiam Felicem, & equites CATAPHRACTARIOS octingentos:* & cap. XXXIV. *iam populus ipse Rom. iam vexilla collegiorum atque castrorum, atque CATAPHRACTARII milites.* Quo referri etiam debent *ferrati illi*, vti id postea adhuc dicetur, *equites*, quos Licinio contra Constantinum militantes, ab eodem interemptos dicit Anonymus Valesianus, *cæsis post dubium certamen Licinianis viginti peditum millibus, & EQVITVM FERRATORVM* h. e. id genus Cataphractorum. Vnde Cataphractorum equitum in Romana militia, neque vt recens in eam inuectorum fit a Vegetio mentio Lib. III. cap. XXIII. vti & ab Ammiano, quum inter alios stipatum iisdem *Cataphractis, quos Clibanarios dictitant Persæ, equitibus*, Constantium tradit triumphali pompa Romam ingressum, Lib. XVI. cap. X. Adde eundem Ammianum eiusdem Libri cap. XII. vbi de huius Cæsaris Iuliani sequenti anno contra Alamannos pugnantis acie dicitur, *norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum CLIBANARIO NOSTRO congressum* &c. *tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse.* Immo quos *Cataphractos* inter varia, quæ recenset, Equitum in bello genera, haud præteriit in Tacticis ad Hadrianum Imperatorem scriptis Aelianus Lib. I. cap. II. vbi Equites in *cataphractos*, & *non cataphractos* distinguit, additque de prioribus καταφρακτικὸν, ἢ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἄνδρας θώραξι πάντοθεν σκέπτον, *quæ Cataphracta dicitur*, nempe equitatus pars, *ea tum viros, tum equos loricis vndique circumtegit.* Quomodo etiam inter militantes Imperatori Honorio, illud Cataphractariorum equitum, *Quos operit formatque chalybs* &c. genus eleganter describit Claudianus Lib. II. in Rufinum v. 357. ac præterea de VI. Cons. Honorii v. 569.

Vt chalybem indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes &c.

Vnde in notitia Imperii sub Theodosio Iuniore leguntur, non solum *Equites Cataphractarii Biturigenses*; sed etiam *Equites Clibanarii Parthi* & *Comites Clibanarii.* Quæ superiora, vt opinor, abunde euincunt, quod censoriam mereantur notam Iuliani verba; quibus id inter singulares eique proprias huius Constantii laudes refert & extollit; quod scilicet nullus priorum ante eum Imperatorum tale horum Equitum Cataphractorum in acie robur, ac simile armaturæ genus excogitarit. Nihil enim occurrit in sequenti, quam describit vt nouam, insolitam, & quæ hunc Constantini filium auctorem habuerit, eorundem *Cataphractorum* armatura, quod de illa a priscis, qui de iis egerunt Auctoribus, non sit itidem, quod mox quoque videbitur, in litteras relatum. Vnde cautius sequenti Orat. pag. 57. vbi eiusdem illius aciei a Constantio instructæ meminit Iulianus, id tantum notat, equites opportune ac separatim in eadem acie per genera dispositos; quorum alii erant *cataphracti*, post hos equites *scutati*, ac nonnulli etiam *sagittarii.*

Ibid. C. lin. 1. ἢ πρῶτος αὐτῆς ἐγγυμνασάμενος) De equestribus in genere armorumue exercitationibus, quibus a prima iuuentute adsueuerat Constantius, egit iam supra Iulianus pag. 11. ac nos Observ. pag. 107. 109. & 110. Hic autem ad illam propriam Cataphractorum equitum, de quibus modo actum, disciplinam ac armaturam respicit; in qua exercitum itidem, haud minus ac in reliqua equestri arte, Constantium hinc licet

percipere. Quod tamen haud absque exemplo ac præter receptum iam apud Romanos in eiusmodi, vt ea Tacitus vocat, belli meditamentis morem, factum licet statuere. Certe in exercitationibus Romanorum equestribus ab Hadriano pridem inductum docet Arrianus in Tactic. pag. 96. vt illi non solum receptas ab antiquo vsurparent, sed vt eas etiam, quæ barbarorum propriæ, sicut Parthorum vel Armeniorum equitum, excolerent, *Βασιλεὺς δὲ προσεξεῦρεν, καὶ τὰ βαρβαρικὰ ἐκμελετᾶν αὐτοὺς, ὅσα τε ἢ Παρθυαίων, ἢ Ἀρμενίων ἱπποτοξόται ἱππασκῶσι*, *Imperator vero* Hadrianus *adinuenit, vt & Barbarorum more se exercerent: prout vel Parthorum, vel Armeniorum iaculatores se exercent;* ac, vt continuo addit, prout etiam Sarmatarum aut Celtarum armati contis equites conuertunt auertuntque equos. Haud aliter ac vbi de Romanorum militia agit Polybius, eam iam illis in genere laudem tribuit Lib. VI. pag. 472. quod iidem, si qui alii, mores facile mutent, vt, quod est melius, æmulentur. Accedit, quod in ipsis equestribus ac patriis Romanorum exercitationibus id locum habuerit, vt ad instar ferme Cataphractorum illorum equitum, armati easdem obirent: galeis nempe, quod tradiderat paullo ante Arrianus pag. 77. & de quibus paullo post dicetur, non genas solum, quales vulgo Romanorum in acie cassides, sed totam faciem tegentibus; ocreis itidem ad crura adstrictis; quorum vero equi frontalibus probe essent muniti. Cuiusmodi etiam Cataphractarios in ludicris, iisque equestribus superiorum ætatum pugnis, seu pugnæ simulacris, conspici solitos constat. Etsi statuere quoque liceat, peculiarem quandam fuisse huius Constantii ad imitandum quasuis equitum armaturas ac motiones, vt inter eas horum quoque Cataphractorum, curam ac industriam; ac vnde factum, vt eundem tanquam artis equestris egregie peritum prædicauerit iam ante, quod diximus, Iulianus, isque equitandi scientissimus, quod ibidem vidimus, ab Ammiano sit dictus.

Ibid. C. lin. 9. *καθάπερ ἀνδριάντας ἐπὶ τῶν ἵππων*) Quod de Cataphractis hisce equitibus iterum tangit Orat. II. pag. 57. *αὐτοὶ δὲ ἀπηχῶς, ὥσπερ ἀνδριάντες, ἐπὶ τῶν ἵππων φερόμενοι, quasi simulacra quadam equis imposita.* Quæ verba videtur ante oculos habuisse Ammianus eo loco, vt ad eum quoque obseruat doctissimus Valesius, & quem integrum hic adscripsit Petauius, vbi de illis agit cataphractis Romanorum equitibus, Lib. XVI. cap. X. *vt Praxitelis manu polita crederes SIMVLACRA.* Adde duobus locis Claudianum, primo in Rufinum II. vers. 359.

> *credas SIMVLACRA mouere*
> *FERREA, cognatoque viros spirare metallo.*

altero VI. Cons. Honorii vers. 573. *SIMVLACRAQVE bella viua dedit.* Neque aliter Heliodorus, vbi totam illorum Cataphractorum equitum armaturam, quod primus obseruauit Brissonius, pluribus describit Lib. IX. pag. 433. *σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ΑΝΔΡΙΑΣ κινούμενος, vt ferreus vir, aut SIMVLACRVM quoddam malleis compactum, moveri videatur.*

Ibid. D. lin. 1. *ἀπὸ μὲν ἄκρων τῶν καρπῶν*) Illud primum in hac ferrea Cataphractorum equitum armatura obseruat, quod ea a manuum carpis ad cubitum, ac inde ad humeros esset compacta. Ita apud Suidam In voce *θώραξ* de eadem Parthorum *lorica* dicitur, quod pars eius anterior, & qua de re mox, pectus, femora, & *χεῖρας ἄκρας summas manus* tegeret. Vnde *χειριδωτὸς* seu *manicula* vocatur ab Heliodoro d. l. *ἐστὶ δὲ χειριδωτὸς ἀπ' αὐχένος ἐς γόνυ καθειμένος, est enim manicata a collo ad genu demissa.* Quum alioquin vulgares Græcorum vel Romanorum, quod e priscis eorum monumentis adhuc liquet, loricæ nudum ferme vtrumque brachium relinquerent. De sagittariis solum obseruat Vegetius Lib. I. cap. XX. *quod eorum sinistra brachia manicis munirentur.* Nec ignota adhuc hodie Cataphractorum id genus equitum, eodem illo ferreæ armaturæ *χειριδωτοῦ*, nempe ab humeris ad summos digitos munimento subinde protectorum, ratio.

Ibid. D. lin. 3. *καὶ ὁ θώραξ τμημάτων κατὰ τὸ στέρνον καὶ νῶτα*) Quomodo eadem Parthi equitis lorica, in dicto apud Suidam loco, seu pars eius anterior, *στέρνα τε pectus* &c. posterior vero, *νῶτά τε καὶ αὐχένα, tergum ac ceruicem* tegere itidem dicitur. Vnde continuo illius *lorica*, a vulgari veterum Persarum, aut aliorum etiam populorum, discrimen innuitur: quod ea *pectus* non solum, vnde Græcum eidem nomen, ac *pectorale* subinde a Romanis de *lorica* dictum, sed *tergum* præterea tegeretur. De *loricis* enim, quas in Persarum armaturam induxit Cyrus, ait Xenophon in eius Instit. Lib. II. pag. 40. *θώραξ μὲν περὶ τὰ στέρνα ἑκάστῳ ἴσως*

lorica

lorica circa pectus cuique erit. Quomodo ad illud Virgilii Aen. VII. v. 633. *thoraces ahenos* obſeruat in genere Seruius, *quia apud maiores lorica TANTVM pectora tegebant, vt Statius:* Triplici ſeruantur pectora ferro. *Pectora, nam tergo nullus metus.* Quales nempe περὶ τῶν στέρνων *pectori adpoſitas*, ſeu, vt easdem vocat, καρδιοφύλακας, *pectoralia*, promiſcua quidem militum apud Romanos multitudo; ditiores vero *hamatas loricas*, quæ pectus nempe ac tergum tegerent, habuiſſe dicuntur apud Polybium Lib. VI. pag. 470. Cuiusmodi etiam *loricam*, tergi haud minus ac pectoris munimentum, Homericis nempe Heroibus vſitatam, ac in Delphorum æde ſuo æuo adhuc obuiam, ſed, vt ibidem addit, præter temporum ſuorum morem, deſcribit Pauſanias Lib. IX. pag. 660. cuiusque duo latera fibulis ſimiliter, vt de hac Parthorum ſeu Cataphractorum *lorica* apud Suidam itidem legitur, forent iuncta. Alterum, quod hic a Iuliano de eadem *lorica* traditur, quod eſſet *ſegmentis* ſeu laminis, nempe ferreis, ac, vt addit in verſione huius loci Petauius, *ſquamis coagmentata.* Quod de illa itidem refert, qui pluribus conficiendæ eiusdem Perſarum loricæ rationem tradit, & qui adiri ea de re poteſt, Heliodorus d. l. Lib. IX. pag. 431. ſeq. vbi inter alia χιτὼν φολιδωτὸς *tunica ſquamea* ab eodem dicitur, eaque e lamininis æreis vel ferreis quadrangulari forma & palmi magnitudine contexta. Quomodo etiam Sarmatarum *lorica*, ſeu vt ibi eædem vocantur, *cataphracta*, *ferreis laminis conſerta* dicuntur apud Tacitum loco iam ſupra indicato Hiſt. Lib. I. cap. LXXIX. & quales loricæ horum Sarmatarum ſquameæ, quum in præclaris Traiani, quæ adhuc Romæ in Capitolio conſpiciuntur, ac vidiſſe olim iuuit, Tropæis; tum in Traiani columna, cui eadem Tropæa, in poſtrema eius editione, quam accurauit Romanarum antiquitatum peritiſſimus explanator Petrus Bellorius, opportune ſunt addita, etiamnum comparent. Vnde non audiendus eſt ὁ πάνυ ad Lampridium in Alexandro Sev. cap. LVI. vbi vulgares Græcorum & Romanorum loricas, e ſquamis quidem, ſeu particulis ferreis in modum ſquamarum compoſitis, fuiſſe contextas tradit; *Clibanos* vero Perſicos, vnde *Clibanariis* ſeu Cataphractis illis nomen, e ſolido ferro. Neque enim veterum Græcorum ac Romanorum loricæ *ſquameæ* omnes, φολιδωτοὶ ſeu λεπιδωτοί, ſed aliæ etiam ἁλυσιδωτοὶ ſiue e tenuibus annulis ferreis ſeu hamis conſertæ. Immo Græcorum quidem *ſquameas* ſeu λεπιδωτούς, Romanorum vero ἁλυσιδωτὰς loricas exſtitiſſe expreſſe tradit Iulius Africanus, qui inter veteres Tacticos Scriptores, de quibus iam ante, nuper admodum e Typographia Gallorum Regia prodiit, Κεστῶν Α. περὶ ὁπλίσεως pag. 278. Ibi enim Græcorum Romanorumque armaturam, ac vtriusque diſcrimen tangens, de Græcis ait inter alia, ὁ μὲν θώραξ παντὸς βέλους κρείττων τῇ τῶν λεπίδων ἐπιπτυχῇ (prout ibi poſtrema vox legi debet, ac ſimiliter pag. 295. & quomodo ἐπιπτυχὰς *commiſſuras*, in iis Cataphractorum loricis vocat Heliodorus Lib. IX. pag. 431.) *lorica autem omni telo ſuperior, ſquamarum commiſſura.* Romanis autem ab eodem paullo infra, non λεπιδωτὸς ſeu *ſquamea*, ſed ἁλυσιδωτὸς θώραξ, *annulis* ſeu *hamis conſerta lorica* tribuitur. Quod iam in veteri Romanorum militia a Polybio factum, vbi Romanorum armaturam deſcribit Lib. VI. pag. 470. ſeqq. ac promiſcuæ quidem, & qua de re obiter iam ſupra, multitudini, æream duodecim digitorum laminam, pro pectoris munimento adpoſitam tradit; de iis vero, qui centum millium æris cenſum haberent, ait, ἁλυσιδωτοὺς περιτίθενται θώρακας, *loricas hamis conſertas induunt:* nullibi autem λεπιδωτοὺς ſeu φολιδωτούς, *ſquameas* nempe Romanis militibus adſcribit. Quæ rurſus inſigniter adſtruit neque hic prætereundus Athenæi locus lib. V. pag. 194. vbi ſplendidam Antiochi Epiphanis ad Daphnem pompam, magnumque ad eandem apparatum & confluxum enarrans, ſcribit inter alia, Καθηγοῦντό τινες ΡΩΜΑΙΚΟΝ ἔχοντες ΚΑΘΟΠΛΙΣΜΟΝ, ἐν ΘΩΡΑΞΙΝ ΑΛΥΣΙΔΩΤΟΙΣ, ἄνδρες ἀκμάζοντες ταῖς ἡλικίαις πεντακισχίλιοι, *Præibant ROMANORVM ARMATVRA induti cum ARMATIS LORICIS, virorum ætate florentium quinque millia.* Hinc de Græcorum non ſolum, ſed de Romanorum etiam militia agens Arrianus, vtrumque illud loricæ genus tangit, Tactic. pag. 13. θώρακες, οἱ μὲν φολιδωτοί, οἱ δὲ ἁλύσεσι λεπταῖς ἐπιπλεγμένοι, *lorica alia quidem ſquamea, alia autem paruis annulis* ſeu *hamis conſerta;* quæ autem diſcrimina licet etiamnum in reſiduis priſci æui monumentis intueri. E quibus modo dictis abunde, vt opinor, erraſſe deprehenditur ὁ πάνυ. (cuius exſtat cæteroquin de Militia Romana liber poſtumus, præter alia adhuc eam in rem ἀνέκδοτα, digna procul dubio, quæ in lucem prodeant) a quo, vt ſupra innui, ad verba Lampridii in Alexandro Seuero cap. LVI. *Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant*; notatur, *lorica enim Romanorum & Græcorum non ſoliferrea, ſed ſquamis contexta, hoc eſt, ex multis particulis ferreis,*

reis, in modum squamarum composita; quum tamen Græcorum quidem *squameas* seu λεπιδωτὰς, Romanorum autem *hamis consertas*, seu ἁλυσιδωτὰς exstitisse, tradentem vidimus Iulium Africanum; idemque de Romanorum loricis adserentem Polybium. Neque verior altera, quæ ibidem additur, τοῦ πάνυ de hisce Persarum *clibanis* seu *cataphractis* obseruatio: id nempe nomen iis inditum, ac inde *Clibanariorum* illis, qui id genus loricas gestarent; quod non essent squamis, vt Græcorum & Romanorum loricæ, consertæ, sed e solido ferro. Cuius equidem notationis fundus eidem τῷ θαυμασίῳ exstitit illud, cuius verba mox ibidem adducit, Glossarium Nomicum, Κλιβανάριοι, ΟΛΟΣΙΔΗΡΟΙ. Κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ καλυβῖνα, vbi nempe postremam vocem pro καλαμῆνα legendam itidem statuit. Sed in quo fallitur vir summus: neque enim *Clibanarii* dicti ibi ὁλοσίδηροι, quod eorum lorica esset ex solido ferro, non vero e pluribus ferri segmentis squamarum instar conserta. Istud enim de illis Persarum *clibanis*, aliisue ad eum modum coagmentatis *loricis*, aperte testatur, qui eas pluribus & accurate describit, dicto paullo ante loco Heliodorus; tum hic Iulianus, ὁ θώραξ τμημάτων κατὰ τὸ στέρνον καὶ νῶτα συναρμοζόμενος, Petauio interprete, *nam e segmentis & squamis coagmentatus thorax pectori applicatus a tergo*, seu, quod paucioribus dici poterat, *lorica segmentis circa pectus ac tergum conserta*. Accedit quod inde *Clibanarii*, seu eiusmodi lorica muniti Cataphracti, inde ὁλοσίδηροι dicantur in illo Glossario Nomico, quod adduxit ὁ πάνυ, quod eadem *lorica*, seu κατάφρακτος, vt de illa ait dicto iam ante loco Suidas, ΟΛΟΝ ΣΙΔΗΡΟΥΝ ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἱππέα, *facit vt eques TOTVS FERREVS esse videatur*. Quomodo etiam σιδηροῦς τις ἀνὴρ, *vir quidam ferreus*, dictus ab Heliodoro eiusmodi Persa *Clibanarius*; sicut pridem ante *ferreus Cataphractus*, de eodem apud Propertium Lib. III. Eleg. XII. ac *Ferratorum* nomine subinde id genus equites designati, sicut ab Anonymo Valesiano, vbi de cæsis, quod antea vidimus, a Constantino Licinianis, additur, *viginti millibus peditum & equitum FERRATORVM*, nempe *Cataphractorum*. Sic de iis Claudianus locis iam paullo ante adductis in Rufinum Lib. II. vers. 357. *Quos operit, formatque chalybs*: item *simulacra ferrea*; & VI. Cons. Honorii v. 569 *Vt chalybem indutos equites*. Vnde in postrema illa Glossarum Nomicarum voce, pro καλαμῆνα, non καλύβινα, quod scilicet more καλύβης hominem tegerent, cum viro incompar[illegible] sed χαλύβινα potius, obuia vnius litteræ κ in χ mutatione, legendum mallem; quod *e chalybe* vtique seu ferro compacti essent iidem *clibani*, & inde *chalybem induti*, aut *chalybe formati* vel *tecti* dicantur, vt modo vidimus, a Claudiano iidem *Clibanarii*. Κλίβανα autem eadem vocantur, non a Scriptoribus tolum Tacticis, Leone, Constantino Porphyr. sed etiam ab Achmete Oneirocrit. cap. CLVI. & Niceta, quod iam obseruarunt viri eruditissimi Rigaltius & Cangius in Græcis Glossariis. Neque enim solum θώραξ iste, quod hic alioquin dicitur, *pectus ac tergum* tegebat Clibanarii seu Cataphracti, quales in nummis, marmoribus, & vtraque Traiani ac M. Antonini columna, comparent, vulgares Romanorum vel equitum vel peditum, aut vero etiam Imperatorum *loricæ*; sed longius, vt de iis Heliodorus pag. 431. εἰς γόνυ καθειμένο, *ad genua demissa*, ac præterea, vt ante dictum, χειριδωτὰ, seu *manicata*; ac prout ab eodem paullo ante traditur, οὐ τὰ στέρνα μόνα, ἀλλὰ καὶ σῶμα τε ἄλλο πᾶν ΤΕΘΩΡΑΚΙΣΤΑΙ, *non tantum pectus, sed etiam totum corpus LORICA munitum habet*. Quomodo alioquin in Cyri iunioris equitatu, qui e Barbaris ferme constabat, dicuntur iidem a Xenophonte Ἀναβ. Lib. I. pag. 263. ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις, *armati grandibus loricis*, præ solitis nempe Græcorum loricis: eorum etiam equi habuisse προμετωπίδια καὶ προστερνίδια, *frontium pectorumque munimenta*.

Ibid. D. lin. 4. τὸ κράνος αὐτῷ προσώπῳ) Qua de re idem ait in genere Orat. II. pag. 57. κράνεσιν ἐκ σιδήρου σκεπόμενοι, *galeis ferreis protecti*: plenius autem, & ad loci huius, quo facies ipsa Cataphractorum hisce galeis tecta dicitur, mentem Heliodorus d. l. pag. 431. ΚΡΑΝΟΣ μὲν ὑπέρχεται συμφυές τι καὶ μονήλατον, καὶ ΟΨΙΝ ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν, ὥσπερ ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΕΙΑ ἀπεικονίζομενον. Τούτῳ δὲ ἐκ κορυφῆς εἰς αὐχένα πάντα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν, εἰς τε διοπτείαν ΣΚΕΠΟΜΕΝΟΣ, *GALEAM sumit cohærentem & compactam, ac FACIEM viri exacte, non secus ac in LARVIS videre est, exprimentem. Hac a vertice vsque ad collum totum PRAETER OCVLOS transspiciendi caussa tectus*. Vulgares nempe *galeæ* caput quidem, vti nunc quoque, & genas ex parte, non autem totam faciem, quales hæ Cataphractorum equitum *cassides*, tegere olim solitæ: quod alioquin apud Romanos non in acie quidem vtroque discrimine, sed in campestribus equitum, quod obiter supra adtigi, exercitationibus obtinuit.

Docet

Docet id Arrianus in Tacticis pag. 77. 78. & loco quidem valde hic opportuno, ΤΑ ΚΡΑΝΗ δὲ ταῦτα, οὐ καθάπερ τὰ εἰς μάχην πεποιημένα, περὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν παρειῶν περιβέβληται μόνον, ἀλλὰ ἴσα πάντη ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ πεποίηται τῶν ἱππέων ἀνεῳγότα κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅσον μὴ ἀποσκοτεῖν τῷ ἔργῳ γιγνόμενα, σκέπην ὁμοίως παρέχειν ΤΗ ΟΨΕΙ, *ea GALEAE autem, non vt illa, quæ ad prælia parantur, caput solum atque genas protegunt, verum TOTAM FACIEM equitum sic, vt aperiri circa oculos possint quantum sufficit, ne impediatur visus, FACIEM tamen haud minus tegant.* Persas alioquin, præter nempe hosce Cataphractos seu Clibanarios, sine galeis olim in aciem prodiisse, tradit Xenophon Ἀναβ. Lib. I. pag. 263. Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν μάχην καθίστατο· λέγεται δὲ καὶ ΤΟΥΣ ἄλλους ΠΕΡΣΑΣ ΨΙΛΑΙΣ ΤΑΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΣ ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν, *Cyrus* (Iunior nempe) *nudo capite in acie constitit. Aiunt ceteros etiam PERSAS NVDIS CAPITIBVS prælii aleam subire.* Quo spectat, quod dicit Philostratus Epistol. pag. 893. οἱ μὲν Βάρβαροι ὅπλοις, καὶ Ἕλληνες κράνεσι, *Barbari quidem armis, Græci galeis* delectantur. Etsi *galeis* non minus Troiani quam Græci vsi dicantur apud Homerum; prout apud eum κορυθαίολος Ἕκτωρ, *variegata galea ornatus Hector*, vt alia nunc mittam, obuius. Singulare tamen Græcorum circa *galeas*, quibus se ad bellum munirent, studium constat eluxisse: vnde Ἑλληνικὰ κράνη, *Græcorum galeæ* in triumpho T. Flaminii prælatæ leguntur apud Plutarchum in illius vita pag. 377. ac, vt statuere licet, Boeotii maxime operis. Eas enim inter Græcanicas fuisse præstantissimas tradit Xenophon de Re Equestri pag. 982. ac vnde Bœotiæ galeæ, clypeus Argolicus, & Attica lorica, vt optima dicuntur ab Aeliano V. H. Lib. III. cap. XXIV. Quibus autem Bœotiis galeis folium πίτυος, *piceæ simile* tradit Theophrastus Hist. Plant. Lib. III. cap. X. Adde quod *Argolica galea*, nempe pro *Græca* in genere, inter prœmia cursu victoribus data legatur apud Maronem Aen. Lib. V. v. 314.

Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Ibid. D. lin. 7. μηδὲ κνῆμαι, καὶ μηροί, μηδὲ ἄκροι πόδες) Quod hic insuper addit Iulianus, nec crura, nec femora, nec summos horum equitum Cataphractorum pedes, suo quoque tegmine caruisse, curatius adhuc paullo memorat Orat. II. pag. 57. κνημῖδές τε τοῖς σφυροῖς εὖ μάλα προσηρμοσμέναι, καὶ περιμηρίδες, καὶ περὶ τοῖς ἄκροις ἔπειτα ποσὶ ταῦτα ἐκ σιδήρου καλύμματα, *nec non ocreis, quæ ad talos aptabantur: erant & genuum tegmina, & ad femur ipsum munimenta ferrea.* Et crurum quidem, quæ prima hic tangit Iulianus, *tegmina* seu *ocreas* quod adtinet, eas, de iisdem Cataphractis agens, haud omisit Heliodorus d. l. pag. 432. ἡ κνημὶς δὲ ἀπ' ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διήκει, συναπτομένη πρὸς τὸν θώρακα, *ocrea vero a summa planta ad genu pertingit, conserta cum lorica.* Vnde haud valde dissimilis Achæorum, nisi quod eorum galeæ non totam itidem faciem tegerent, nec loricæ forent χειρίδωτοὶ seu *manicatæ*, ab hisce Cataphractis, qua illi a Philopœmene instructi fuerunt, armatura, de qua Plutarchus in eius vita pag. 360. κράνεσι δὲ, καὶ θώραξιν, καὶ περικνημῖσι πεφραγμένους, *galeis autem, & loricis, & ocreis munitos*; ac de iisdem similiter Polyænus Lib. VI. cap. IV. & præterea Pausanias Lib. VIII. pag. 534. An vero ibi apud Plutarchum pro περικνημῖσι, omnino legendum sit προκνημῖσι, quod statuit ad Aeliani Tactica pag. 107. vir doctus; qua tamen voce περικνημίδων eundem alibi, nempe in Paulo Aemilio pag. 264. vsum agnoscit, haud equidem vellem affirmate iuxta illum contendere: quum nihil obstet, vt προκνημῖδες & περικνημῖδες, de id genus *ocreis* seu *tibialibus*, quæ crura ambirent, dici potuerint: prout περισκελίδες, περιπηχίδες, περισφύρια, vt de iis Pollux pag. 250. & περιμηρίδια apud Arrianum Tactic. pag. 14. *crurum, pedum, talorum, femorum tegmina* sunt itidem dicta. Adde, quod περικνημίδων alia, etsi sumantur promiscue, ratio esse potuerit: harum nempe, quod nomen etiam notat, quæ anteriorem cruris partem, agnoscente itidem viro docto, tantum tegerent. Vnde a Iuuenali dicitur Satyr. VI. v. 256. *crurisque sinistri Dimidium tegmen*, & quales videntur fuisse προκνημῖδες veterum Romanorum, quas vna voce hastatis tribuit Polybius Lib. VI. pag. 469. nempe περικεφαλαία χαλκῆ, καὶ προκνημὶς, *galea ærea, & ocrea*; quum περικνημῖδες, quibus nempe vtraque pars cruris muniebatur, & quorum deinceps, vt vel e marmoribus antiquis manifestum, vsus obtinuit, dici potius debuerint. Ne illud hic præteream, quod non περικνημῖδες, aut vero προκνημῖδες, sed παρακνημίδια dicantur id genus *ocreæ* apud Pollucem Lib. I. cap. X. Sect. VIII. Quibus addere licet de hisce Cataphractis, quod eorum *crura*, non vero crus vnum, sicut veterum Romanorum, hisce *ocreis* fuerint tecta. Id discrimen vtique inter veterem Græcorum & Romanonum armaturam manifesto tangit Arrianus Tactic. pag. 13. καὶ ΚΝΗΜΙΔΕΣ, ὡς

τοῖς πάλαι Ἕλλησι, ἢ ὡς Ῥωμαίοις ΚΝΗΜΙΣ ΜΙΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΚΝΗΜΗΣ, ὡς ἐν ταῖς μάχαις, περιβαλλομένης, *& OCREAE, vt apud veteres Græcos, aut OCREAM VNAM, vt habebant Romani AD TIBIAM, quia in conflictu pes vnus præponitur.* Quod aperte satis indicauerat etiam in adductis supra verbis Polybius, vbi non περικνημῖδες tantum, seu, quod hic ab Arriano dicitur, κνημὶς μία, seu *vna ocrea* Romano militi tribuitur; & ad quem morem a Iuuenali dicto iam loco haud obscure respicitur. Neque, vt opinor, id in dubium reuocasset Lipsius, si præter indicem illius apud Romanos moris Vegetium Lib. I. cap. XX. ad ea Polybii verba adtentius paullo respexisset; aut vero, vt de dicto Satyrici loco eidem indicto filcam, clarissimum illud Arriani (sed cuius Tactica multis post eius mortem annis prodierunt) de vno Romani militis, quod nempe in acie protendebat, crure *ocrea* munito, consulere licuisset testimonium. Immo quibus adhuc simile omnino perhibet memoratus supra Iulius Africanus, in eius Κεστοῖς nuper admodum vulgatis pag. 278. vbi post verba de Romanorum lorica iam paullo ante adducta, ἁλυσιδωτὸς θώραξ, additur continuo, κνημὶς (non κνημῖς) μία, *lorica e tenuibus annulis conserta*, & *vna ocrea*. Quod tamen de scutatis seu grauioris apud Romanos armaturæ peditibus, ab iisdem Auctoribus, Polybio, Arriano, Vegetio, non vero de equitibus dictum constat; quos alioquin suo æuo armaturam Græcanicæ similem iam habuisse testatur, vbi de iis agit, idem Polybius Lib. VI. pag. 471. Quæ autem *crurum tegmina*, non iam κνημῖδας, aut περικνημῖδας, vel περικνημῖδας, aut παραμηρίδια, sed ἀναξυρίδας vocat, de equestribus Romanorum exercitationibus agens, Arrianus Tactic. pag. 79. ΑΝΑΞΥΡΙΔΑΣ δὲ περὶ τῶν σκελῶν, οὐ καθάπερ Πάρθυαιοι καὶ Ἀρμένιοι κεχαλασμένας, ἀλλὰ περιεσφιγμένας τῶν σκελῶν, *OCREAS vero circa crura, non Parthorum vel Armeniorum more largas, sed ad crura adstrictas* habent. Quum alioquin ἀναξυρίδας, easque non tam crurum, quam femorum tegmina, Gallis Strabo, aliique, Scythis etiam, vt obiter moneo, Hippocrates de Aere, Aquis & Locis cap. LII. ac Dio Prys. in Borysthenica pag. 207. tribuant. Immo prout etiam Vologesis Parthorum Regis ἀναξυρὶς seu *bracca* dicitur apud Lucianum de Confcr. Histor. 675. ed. Salmur. Cuiusmodi ἀναξυρίδες, seu potius *ferrea femorum tegmina*, iisdem Cataphractis equitibus hic a Iuliano tribuuntur, ac infra Orat. II. pag. 57. & similiter ab Arriano Tactic. pag. 14. vbi eos dicit πεφραγμένους *loricis*, καὶ περιμηριδίοις *femorum tegminibus*. Neque debuit ibi ea vox περιμηρίδια viro docto, qui Arrianum edidit, negotium facessere: quum eam in re, seu de *feminalibus* itidem equitum apud Persas dixerit, loco iam antea ex parte a nobis adducto, Xenophon Ἀναβ. Lib. I. pag. 63. ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις καὶ παραμηριδίοις, *armati grandibus loricis, & femorum t[egu]mentis*: ac prout itidem apud Pollucem legitur Lib. I. cap. X. Sect. 8. παραμηριδίοις, παρακνημιδίοις, *femorum & crurum munimentis*; ac sic apud eundem Lib. II. cap. IV. Sect. 39. pro μηρεῖα & παραμηρεῖα, legendum ex optimorum codicum fide, παραμήρια & παραμηρίδια. Vt ita dicta sint παραμήρια apud Leonem Tactic. cap. VI. Sect. 2. & 31. ac in antiquis Glossis, Μαχαίρα, παραμήριον, *enses a femore penduli*; παραμηρίδια, autem, quomodo & apud Arrianum legendum videtur pro περιμηρίδια, *femorum tegmina*. Sicut ibidem apud Pollucem παρακνημίδια & apud Xenophontem Ἀναβ. Lib. I. pag. 263. παραμετωπίδια, παραπλευρίδια, ac eodem apud Arrianum loco, παραπλευρίδια, *crurum* nempe, *frontis*, *pectoris*, aut *laterum munimenta*.

Ibid. D. lin. 10. τοῖς θώραξι διὰ λεπτῶν ἐκ κρίκων) Quæ nempe ferrea femorum, crurum, pedumque tegmina, textis, vt hic dicitur, velut e tenuibus quibusdam circulis seu annulis, cum lorica forent commissa: prout eandem in rem ait Heliodorus pag. 432. ἡ κνημὶς δὲ ἀπ' ἄκρων ταρσῶν εἰς γόνυ διηκὴ συνάπτεται πρὸς τὸν θώρακα, *ocrea vero a summa planta ad genu perstringit, conserta cum lorica*, ferreorum nempe circulorum seu catenarum nexu. Immo quod adposite de iisdem Cataphractis tradit Ammianus Lib. XVI. cap. X. *quos laminarum CIRCVLI TENVES apti corporibus flexus ambiebant*, & Lib. XXIV cap. VI. *laminis coaptati corporum flexus*; a Papinio quoque Theb. Lib. XII. v. 775.

Multiplicem TENVES iterant thoraca CATENAE.

Hinc iidem λεπτοὶ κρίκοι, quibus hic ocrea cum lorica dicitur conserta, κρίκελλα vocantur a Leone Tact. cap. VI. Sect. 2. ΛΩΡΙΚΙΑ μέχρι ἀστραγάλων ἀνασυρόμενα διὰ λωρίων καὶ ΚΡΙΚΕΛΛΙΩΝ, *LORICAE ad talos demissa, loris & ANNVLIS, seu circulis conserta*. Ita τῶν ἁλύσεων κρίκοι, quod viderunt iam alii, *annulorum circuli* dicuntur ab Alexandro Aphrodis. Problem. Lib. II. Immo vnde ipsa in genere *lorica*, κρικωτὸς θώραξ, vti etiam quæ ἁλυσιδωτὸς, aut λεπιδωτὸς a Polybio, iuxta τὸν πάλιν

πάνυ in Epistola de Cruce ad Cl. Th. Bartholinum pag. 297. *perpetuo* fuerit dicta; quum tamen *ἀλυσιδωτὸν* quidem, seu *hamis consertam*, vt ea de re iam ante, Romanis militibus *loricam* tribuat Polybius Lib. VI. pag. 470. *loricam* vero *κερματωτὸν* ab eodem appellatam, aut vero vllam alterius etiam *λεπιδωτῶ* seu *squamea* factam ab illo minus autem crebram aut *perpetuam* mentionem, hactenus non legerim vel exstare etiam apud eum putem. Neque vero vir magni nominis, quem ibi *ὁ πάνυ* redarguit, in Aristarcho sacro, nempe pag. 953. vbi ea de re agit, id Polybio imputabat, quod is *κερματωτὸν* & *λεπιδωτὸν*, de *lorica hamis* seu *annulis*, aut vero *segmentis squamarum* instar *conserta* dixerit; sed tantum de voce *ἀλυσιδωτῷ*, qua vsus sit Polybius, quamquam non citra *θώρακος*, quod tamen statuere videbatur idem ille Aristarchus, mentionem.

Pag. 38. A. lin. 11. *ληγούσης ἤδη τῆς ὀπώρας)* Exeunte autumno confectum primum illud in Pannonia cum Magnentio bellum hic dicitur; vnde certa eruitur huius temporis, quum de anno aliunde constet, notatio. Cui accedit, & qui hinc etiam confirmatur, Idatius in Fastis, a quo prœlium illud, de quo supra, ad Mursam IV. Kal. Octobr. Sergio & Nigriniano Coss. hoc est, anno CCCLI. commissum dicitur. Quibus insuper abunde refellitur id, quod de apparitione Crucis Hierosolymis Nonis Maji, seu diebus Pentecostes, eodemque tempore in Pannonia, durante hoc ad Mursam prœlio visa, ab aliis secus traditum, iam antea vidimus.

Ibid. B. lin. 7. *ἄδεια δὲ πᾶσιν ἐδίδοτο)* Quod sequenti Oratione pag. 58. itidem dicitur, *ὁ δὲ ἐκήρυττεν ἄδειαν τοῖς ἐξαρνουμένοις τὴν συνωμοσίαν*, Iulianus autem *impunitatem proponebat omnibus, qui* cum Magnentio *initam conjurationem eiurare vellent*; & quidem, vt ibidem additur, non mortis solum, exilii, vel alterius pœnæ sublato metu, sed cum plenæ in integrum restitutionis fiducia. Vnde etiam ibi paullo ante dixerat, multos e Magnentianis supplices ad Constantium venisse, veniamque ab eo consequutos. Nempe viuente adhuc Magnentio, & quo imminueretur inde eorum, qui a partibus illius adhuc stabant aut steterant, numerus. Mortuo enim post biennium eodem Magnentio, & ita omni de eo, eiusue adseclis, sublato iam metu, acriter in Magnentianos a Constantio sæuitum docet Ammianus Lib. XIV. cap. V. vbi ea de re inter alia dicitur: *Si quis enim militarium vel honoratorum, aut nobilis inter suos, rumore tenus esset insimulatus fouisse partes hostiles, iniecto onere catenarum in modum belluæ trahebatur: & inimico vrgente vel nullo, quasi sufficiente hoc solo quod nominatus esset, aut delatus, aut postulatus, capite, vel multatione bonorum, aut insulari solitudine damnabatur.* Quam Constantii sine vllo discrimine inter eos, qui Magnentium sequuti erant, sæuitiam pluribus ibidem tangit: vnde de Paulo quodam Notario, diritate ingenii famoso, ac inde ad hoc munus a Constantio delecto, ait: *is in Britanniam missus, vt militares quosdam perduceret, ausos conspirasse Magnentio.* Neque aliter se gessit Constantius in Galli Cæsaris, Iuliani huius fratris, ac paullo post in Siluani, post vtriusque cædem, amicos vel conscios, vt ex eodem Ammiano libro sequenti XV. capp. III. & VI. percipitur. Adde, quæ de implacabili Constantii in omnes, qui Maiestatis vel imminutæ vel læsæ deferebantur, ac, vbi vel leuissimis suspicionibus locus, atrocitate ab eodem grauissimo Auctore dicuntur, vbi illo Principe mortuo, virtutes eius ac vitia percurrit Lib. XXI. cap. XVI.

Ibid. B. lin. 8. *πλὴν εἴ τις ἀνοσίων ἐκείνων φόνων)* Solis nempe e Magnentianis denegata a Constantio impunitas, qui nefandarum cædium, puta fratris Constantis Imperatoris, erant participes. Qualis nempe exstitit Marcellinus Fisci Præfectus, qui, præter quendam Chrestum a Victore in Epitome memoratum, cum Magnentio Constanti insidias molitus, & epularum, ob natalem filii, obtentu Magnentio capessendi Imperium occasionem, & Constanti excidium procurauit, iuxta eundem Victorem in Epitome, &, qui pluribus ea adtingit, Zosimum Lib. II. cap. XLII. Vnde etiam sequenti Oratione pag. 58. & 59. idem ille Marcellinus, tanquam Magnentii pædagogus, omniumque ab eo cædium indignissime patratarum auctor ac suasor, totiusque illius Magnentianæ tyrannidis architectus, & qui inde nulla honesta ratione posset veniam sperare, etsi præterito eius nomine, traditur. Immo quomodo ipse Magnentius, post illam in Pannonia cladem, supplex veniam a Constantio, sed qua ob iteratam eius perfidiam & scelerum magnitudinem plane foret indignus, petiisse dicitur Oratione sequenti pag. 61. ac similiter a Zonara pag. 17. Tom. II. Notum alioquin, non dari abolitionem in crimine Maiestatis ac perduellionis, iuxta

Constitutionem Valentiniani, alia occasione supra memoratam, quæ est II. Cod. Theod. de Abolitionibus & III. Cod. Iustin. eodem titulo.

Ibid. C. lin. 2. τὸ ναυτικὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐπεισερχόμενον) Classis illius, quæ ab Italia, ob Magnentii tyrannidem, profugos advehebat, haud occurrit apud alios Auctores, qui res illius belli Magnentiani adtigere, mentio. Eam autem a Constantio, non quidem in Pannonia post illam ad Mursam Magnentianorum cladem commoranti, sed inde in vicinum Illyricum profecto, quod hic dicitur, *exceptam* licet omnino statuere. Perturbata vero omnis, quod iam ad Eusebium monuit Scaliger, ac mutila in aliis, qui supersunt illius ævi, aut qui hoc bellum enarrarunt, Auctoribus, historia; neque aliunde certius, quam ex hac & sequenti Iuliani Oratione, quæ breui ab iisdem gestis, seu interiecto trium quatuorue annorum tempore sunt elucubratæ, suppleri eadem potest.

Ibid. C. lin. 7. περιβάλλεται τὰς Ἰταλῶν δυσχωρίας, καὶ τοῖς ὄρεσι) Ita de eodem Magnentio, post acceptam ad Mursam cladem, sequenti Oratione pag. 62. ὁ δὲ ἀγεννὴς καὶ δειλὸς τύραννος ὄρη τε ὑψηλὰ περιβάλλεται τῆς αὐτοῦ φυγῆς, *ille autem ignauus ac meticulosus tyrannus, quum sublimitate montium fugam suam muniisset.* Zosimus autem Lib. II. cap. LIII. Magnentium, relictis Pannoniis, in Italiam excurrere statuisse, collectisque aliis copiis aleam pugnæ denuo tentare: sed quod Romanos, siue sui odio, siue cognito prœlii ad Mursam euentu, a Constantii partibus stare cognouisset, Alpes transcendendas, ab iisque gentibus, quæ ibi degerent, noua belli præsidia comparanda, quod tamen omissum quoque ab illo fuerat, consultius duxisse, narrat.

Ibid. C. lin. 11. εἰς τὴν πλησίον πόλιν τρυφῶσαν καὶ πολυτελῆ) *Aquileiam* hisce verbis designari ex iis, quæ de eadem dicuntur sequenti Oratione, monuit iam Petauius; nempe pag. 71. vbi similiter Ἰταλῶν ἐμπόριον πρὸς θαλάττῃ μάλα εὔδαιμον, καὶ πλούτῳ βρύον, *Italorum emporium ad mare copiosum, ac opibus adfluens* dicitur: ac vnde Mœsi, Pannonii, & qui mediterranea tenent Itali, merces aueherent. Vbi additur etiam, *aquila*, vnde illi vrbi nomen, visum, dum eadem conderetur, volantis dextra ex parte augurium. Hisce autem de eiusdem vrbis opulentia ac situ consentanea tradit Herodianus Lib. VIII. cap. II. ἡ δὲ Ἀκυληΐα καὶ πρότερον μὲν, ἅτε μεγίστη πόλις, ἰδίῳ δήμῳ πολυάνθρωπος ἦν, καὶ ὥσπερ τι ἐμπόριον Ἰταλίας ἐπὶ θαλάττῃ προκειμένη, *sed Aquileia prius quoque, vt erat ingens vrbis magnitudo, indigena populo abundabat, & velut Italiæ quoddam emporium ad mare sita,* copiam rerum aliunde conuectam, confluentibus ad se mercatoribus vicinisque gentibus, affatim suppeditasse. Vnde etiam fieret, vt supra ingentem ciuium numerum, magna vis hospitum ac mercatorum eandem vrbem frequentaret. Ita de eadem Ammianus Lib. XXI. cap. XI. *quum Aquileiam perueniissent, vrbem situ & OPIBVS, murisque circumdatam validis.* Vnde eorum, qui in Occidentis partibus agebant, Imperatorum sedes subinde eadem exstitit; vt id ex Ecclesiasticis aut secularibus illius ævi monumentis liquet, & præterea e legibus a Constantio, Constante, & Successoribus in illa vrbe latis, quas suppeditabit Topographia Codicis Theodosiani. Adeo vt adhuc sub Iustiniano de illa vrbe dicatur in Præf. Nouell. XXIX. *Aquileia omnium sub Occidentem vrbium maxima, & quæ multoties cum ipsis etiam Regiis* (Roma nempe & Constantinopoli) *certamen susceperit.* Etsi ab Ausonio de Claris vrbibus, nono demum loco eadem fuerat reposita,

Nona inter claras Aquileia ciebitur vrbes.

Ibid D. lin. 9. ἀποτειχιζομένης ἐν κύκλῳ τῆς Ἰταλίας ὑπὸ τοῖς ὄρεσι) Eadem tangit Iulianus Orat. II. (non vt hic apud Petauium, Orat. III) pag. 72. ac vbi pluribus etiam situm enarrat eorundem locorum; nempe ad eam Italiæ partem, vbi Veneti & Aquileia, ad quam se contulerat Magnentius, & in qua se præruptis montibus ac paludoso mari, & præterea vicini supra Alpes castelli ab eodem muniti præsidio, abunde tutum credidit. Quod vero addit Petauius, de illo Magnentii ad illam Italiæ partem, vbi sunt Venetæ & Atrianorum paludes, receptu, præter Iulianum, a Zosimo & Aurelio Victore mentionem fieri, id equidem μνημονικὸν viri doctissimi est ἁμάρτημα. Nihil enim ea de re apud Zosimum vel Victorem hodie legitur: quorum ille, & quod iam paullo ante monui, tradit Magnentium, post acceptam ad Mursam cladem, in Italiam quidem excurrere statuisse; sed quum Romanos a Constantii partibus stare cognouisset, Alpes transcendendas, & apud Gallos comparandum sibi præsidium decreuisse; cuius rationes quum sibi quoque,

que, vti & ad Hiſpanos vel Afros trajiciendi, præcluſas videret, ab omni conſilio inopem, manus ſibi intuliſſe. Victor autem in Epitome hoc vnum ea de re memorat: *Dehinc* (ad Murſam nempe victus) *quum ſe Magnentius in Italiam recepiſſet, apud Ticinum plures fudit, incautius &, vt in victoria ſolet, audacius perſequentes.* Nihil autem *Ticino* ſeu *Papiæ*, vulgo *Pauia*, cum ea Italiæ ad Aquileiam parte, & in qua Veneti & Atrianorum paludes, commune eſſe, notius, quam vt id probare adgrediar. Minus adhuc vlla eius rei facta ab altero Victore mentio, qui ne cladis quidem ad Murſam a Magnentio acceptæ, aliorumue, quæ ille poſt eam ſtragem adierit, locorum meminit; ſed hoc vnum de geſto inter vtrumque Conſtantium & tyrannum illum bello paucis complexus eſt: *Ipſi inter ſe acrioribus prœliis per triennium congreſſi; ad extremum Conſtantius fugientem in Galliam perſequutus, vario* (non vt ibi, *varie*) *ambos ſupplicio ſemet adegit interficere.* Neque vero ab aliis, qui res illius ævi adtigere vel enarrarunt, Scriptoribus, Eutropio, Alexandrino aut Hieronymi Chronico, Idatio, Socrate, Sozomeno, Philoſtorgio, Zonara, Cedreno, Nicephoro, quidquam de Magnentii ad illos circa Aquileiam tractus, ſeu Venetas Atrianasque paludes, Magnentii receptu, & in iiſdem mora legitur. Iterato quidem poſt acceptam ad Murſam cladem prœlio cum Conſtantio, ſed procul inde, & in quodam Galliæ, qua de re paullo poſt agetur, loco congreſſus, & cum exercitus internecione profligatus, a nonnullis e memoratis modo Auctoribus dicitur Magnentius. Adeo vt quum valde, & quod ſupra iam innui, confuſa, manca & contrariis etiam narrationibus tradita referatur ab illis Scriptoribus illius Magnentiani belli hiſtoria; omnino ex hac & ſequenti Juliani Oratione ſuppleri eadem, ac de ea plenius vtique certiusque conſtare debeat. Illum vero Italiæ, quem hic tangit Julianus, montibus ἐν κύκλῳ munitæ ſeu cinctæ, niſi, vt addit, quod dimidiam eius partem paluſtre ac vliginoſum mare complectitur, ſitum, paullo aliter tradit Strabo; qui non montibus, ſed mari potius, Inſulæ inſtar, exceptis paucis eius partibus, eandem Italiam cingi ait, Lib. VI. pag 286. ἓν μὲν ὅτι ΝΗΣΟΥ δίκην ἀσφαλῶς φρουρεῖται ταῖς πελάγεσι ΚΥΚΛΩ, πλὴν ὀλίγων μερῶν, καὶ αὐτὰ ΤΕΤΕΙΧΙΣΤΑΙ ΤΟΙΣ ΟΡΕΣΙ δυσβάτοις οὖσι, *quorum primum eſt, quod Italia INSVLAE in morem circumcirca maris tuto præſidio CINGITVR, exceptis paucis quibusdam partibus, quæ & ipſæ INVIIS MONTIBVS MVNIVNTVR.* Vnde alibi ab eodem Strabone Lib. II. pag. 128. *peninſula* dicitur eadem Italia. Polybius autem in ea deſcribenda Lib. II. pag. 102. quum illam trigoni ſpeciem referre, quod autem a Strabone refellitur, dixiſſet, duo eius latera ab Hadriatico, Siculo Etruſcoque mari cingi ait; reliquum vero latus, quod meridiem & ſeptentrionem ſpectat, continuis Alpium iugis terminari. Verum cuius inter Iulianum ac veteres illos Auctores & Geographos, de hoc Italiæ ſitu diſcriminis, ea quidem dari poteſt ratio: quod nempe apud hoſce Scriptores *Italiæ* terminus vulgo eſſet *Gallia Ciſalpina* ſeu *Togata*, quæ magnam Italiæ, vt vulgo notum, & ex eodem Strabone aliisque Auctoribus conſtat, partim inter Alpes & Apenninum, nempe illinc ad Aeſim amnem & Anconam vrbem, hinc a Varo ad Arnum vsque ac Piſas complectebatur; ac proinde ſub qua *Galliæ Ciſalpinæ* appellatione ipſi Hiſtri, Carni, apud quos Aquileia, & Veneti cenſebantur. Quum non ea ætate ſolum, qua ſcripta Iuliani hæc Oratio, ſed iam ante tota illa Gallia Ciſalpina in *Italiæ* nomen conceſſiſſet; immo iam Strabonis ævo cum Romanæ civitatis iure, *Italicorum* etiam & *Romanorum* nomen Ciſalpinis Gallis ac Venetis tribui cœptum tradat Strabo Lib. V. pag. 210. Etſi nec dum tum abolitum illud *Galliæ Ciſalpinæ* vel *Togatæ* de eo terrarum tractu nomen, quum ex eodem Geographo, tum ex iis, qui eum ſubſequuti ſunt, Auctoribus, Mela, Plinio, Ptolemæo, abunde liqueat.

Pag. 39. A. lin. 1. ἡ θάλασσα τεναγώδης οὖσα, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων ἕλεσιν) Qua nempe ab Hadriatico mari adluebantur Veneti, quorum paluſtre ac vliginoſum, quod hic dicitur, ſolum quum aliunde ſat notum, tum a Strabone haud omittitur Lib. V. pag. 212. ἅπασα μὲν οὖν ἡ χώρα ποταμοῖς πληθύει καὶ ΕΛΕΣΙ, μάλιστα δὲ ἡ τῶν Ἑνετῶν· πρόσεστι δὲ ταύτῃ καὶ τὰ τῆς θαλάττης πάθη, mox, ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου ΛΙΜΝΟΘΑΛΑΤΤΗΣ γίνεται μεστόν, *omnis hæc regio fluuiis abundat & PALVDIBVS, maxime Venetorum, quæ etiam æſtus marinos patitur:* dein, *vnde maior planitiei pars STAGNIS MARINIS oppleta eſt.* Immo vbi continuo eandem maris in illo Venetorum tractu, cum Nili in Aegypto adluuionibus, quam hic tangit Iulianus, ſimilitudinem tradit quoque Geographus, καθάπερ ἡ κάτω λεγομένη χώρα ΤΗΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ διαχεῖται, *quemadmodum in inferiore fit AEGYPTO, aqua hinc inde deriuatur.* Vnde

de etiam ab his, quæ dicuntur, Αἰγυπτίων ἕλεσι, *Aegyptiorum paludibus*, dicti iidem Aegyptii ἑλοβάται, *paludis incolæ* apud Aeschylum Perſ. verſ. 39.

Ibid. A. lin. 10. εἰς εὐπορίαν τῶν πάντως ἀπόρων) Apud Aeſchylum Prom. verſ. 903. de Deorum, quo ii in mortalium puellas feruntur, amore dicitur,

Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα
Πόριμος.

iuxta poſtremum Interpretem, *Hoc enim bellum nebellum, intricatio inextricabilis*: nempe prout in notis ad eum locum, pro ἄπορα πόριμος, ibi πόρος ἀπόριμος legendum ſtatuit vir eruditus p. 735. Verum minus εὐστόχως, quum iuxta lectionem vnius e ſcriptis in Bibliotheca Gallorum Regia, quos olim contuli, huius Tragici libris, & e veſtigiis etiam Græcorum eius Interpretum, legendum ibi ſit εἰς ἄπορα Πόριμος, quod Deorum (qualis nempe Iouis ſe erga Ium, de cuius erroribus actum ibi fuerat, præſtitit) amor *bellum* ſit *inuictum*, ſeu, quod nulla arte eludi poſſit aut ſuperari; idemque eorum, quæ *impervia* videntur, *exitum reperiat*. Quibus etiam continuo addit Oceanidum Nympharum Chorus, haud ſe noſſe quomodo quis Iouis posſit conſilium ſeu voluntatem effugere. Quo ſpectant vltimi in aliquot Euripidis dramatibus, Medea, Alceſtide, aliisque, verſus,

Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων ΠΟΡΟΝ εὗρε θεός.

Multaque præter ſpem perficiunt Dii, Et ſperata non fiunt. Eorum vero, quæ non ſperantur, Deus EXITVM inuenit. Apud Ioſephum vero in Præfatione Originum de iis, qui a Dei voluntate & legibus ab eo præſcriptis diſcedunt, dicitur, quod ἄπορα μὲν γίνεται τὰ πόριμα, *obtineri* amplius ab iis *non poſſunt*, quæ antea erant in eorum *poteſtate poſita*.

Ibid. B. lin. 6. ἐστρατοπέδευε μὲν γὰρ αὐτὸς ὑπαίθριος) Quæ rurſus ex hac demum Iuliani narratione ſunt nota: quod nempe, prout hic & in ſequentibus dicitur, hærente, poſt cladem ad Murſam, Aquileiæ, cum iis, quæ eum ſequutæ erant, aut quas denuo collegerat, copiis, Magnentio, ad ea loca ſe cum exercitu contulerit Conſtantius; ibique ſub dio caſtra ſit metatus, ac militibus ad capeſſendos belli labores, & quæuis ſubeunda pericula, non verbis ſolum, ſed inuſitato exemplo, ipſe præiuerat Imperator. Factum proinde, vt præmiſſa prius delectorum e toto exercitu militum manu, quæ hoſtes propius laceſſeret; dein, vbi eo res venit, ipſe confeſtim cum toto exercitu progreſſus, hoſteque in orbem circumdato, integram de illo victoriam reportarit. Eadem tangit ac prædicat in ſequenti Oratione pag. 72. & 73. Iulianus; vbi inter alia memorat difficultates itinerum; abruptas montibus & iumentis propemodum inacceſſas ad eadem loca, ad quæ ſe receperat Magnentius, vias; firma in iisdem, quæ ille tyrannus ſibi præparauerat ac muniuerat, præſidia; præter eam, quam inſederat, eamque inde haud valde diſſitam, vrbem maximam, omnibusque rebus adfluentem, Aquileiam nempe: quos tamen tot ac tantos obices conſilio, ſolertia, ac fortitudine incredibili ſuperarit Conſtantius, iisque plenam denuo de debellato funditus Magnentio gloriam ſit conſequutus. E qua proinde illius expeditionis narratione, & cuius in iis, quæ ſummam rei adtingunt, haud vacillare poteſt fides, tribus circiter annis poſt eas res geſtas iisdem Orationibus conſignata, ſuppleri, quod ante diximus, poteſt eorundem temporum hiſtoria. Quod vero ὑπαίθριος militaſſe hic dicitur Conſtantius, non prout apud Dionyſium Halicarnaſſenſem aliquoties ὑπαίθριος πόλεμος, *bellum externum* notat; ſed iuxta obuium in eadem re militari vocis ὑπαίθρων vſum, pro *ſub dio*, aut apud Lucretium ac Nepotem in Pauſania aliisque *ſub diuo* dicitur. De quo cæteroquin multiplici vocis illius ὑπαίθρων in re caſtrenſi vſu, adeundus ὁ πάνυ in Commentario ad I. Librum Polybii.

Ibid. C. lin. 5. κύκλῳ περιέχων πάντων ἐκράτησας) Commiſſum quidem aliud inter Conſtantium & Magnentianos, poſt prius illud ad Murſam, & cum horum internecione, prœlium tangunt Socrates Lib. II. cap. XXXII. Sozomenus Lib. IV. cap. VI. Chronici Alexandrini Auctor pag. 292. ſed quod non intra Italiæ fines, ac dimidii ab Aquileia, vt in ſequentibus dicitur, diei ſpatium; ſed ad locum quendam Galliæ, qui pro codicum in nominibus id genus, iisque maxime quæ minus ſunt peruulgata, varietate, Μιλτοσέλευκος, Μύρσῳ vel Μύσῳ Σέλευκος, ac propius ad nominis fidem, Μοντισέλευκος, vel Μοντισσέλευκος dictus apud eosdem legitur. Verum nempe illius loci nomen *Mons Seleuci*, quod exhibet Epiphanius Scholaſticus in Hiſtoria Tripartita Lib. V. cap. X. ac ſitum inſuper notat Itinerarium Burdegalenſe ſeu Hieroſolymitanum: vt primus id ad

Sido-

Sidonium Lib. V. Epist. VI. monuit doctissimus Sirmondus, ac dein ad Socratem, dicto ante loco, Cl. Valesius: nempe qui inter Lucum & Vipinicum, olim in Gallia Narbonensi, nunc in Delphinatu vicus, idemque hodie, iuxta eruditos illorum locorum in ea Galliæ prouincia Enarratores, Nic. Choirier & Salvagnium de Boissieu, *Mont Saleon* nuncupatur. An tamen inde ad hunc *Montem Seleuci* referendum sit, vt Sirmondo visum est, prœlium quod ad Mursam commissum tradit Socrates, haud continuo liquet: quum vtriusque pugnæ, prioris nempe ad Mursam, qua debellatus sit Magnentius, ac dein alterius, vbi is ad vlteriores Galliæ partes confugisset, nempe ad hunc *Montem Seleuci*, facta sit ibidem ab eo mentio. Etsi in eo quidem, vt supra vidimus, quum de *Mursa* ageretur pag. 25c. iuxta Sozomenum, ac insuper Chronici Alexandrini Auctorem, & Epiphanium Scholasticum in Historia Tripartita, sit lapsus Socrates, quod eandem *Mursam*, non *Pannoniæ*, qualis reuera exstitit, sed *Galliæ castellum* dixerit. Secundi alioquin huius prœlii, inter Constantium & Magnentianos commissi, meminerunt itidem Philostorgius Lib. III. cap. XXV. Zonaras pag. 18. Part. II. sed citra vllam loci seu regionis etiam, vbi id contigerit, mentionem. Id vero mirari adhuc magis subit, quod Zosimus, qui reliquis plenius & accuratius primam huius Magnentiani belli partem, & ipsum ad Mursam prœlium enarrauit, nihil de hoc secundo intra Italiæ fines prœlio, aut, iuxta dictos modo Auctores, ad Montem Seleuci in Gallia, adtigerit; immo illorum ducum, qui Constantio fauebant, opera, præclusum eidem tyranno in Galliam aditum tradiderit. Adeo, quod iam aliquoties monui, confusa, manca, & contrariis inter se narrationibus consignata occurrit apud Auctores, qui res illius æui enarrarunt, huius Magnentiani belli historia; neque aliunde certius quam ex hac & sequenti Iuliani Oratione, supplenda eadem & explananda.

Ibid. C. lin. 8. *ἁμίλλους ἱππικοῦς καὶ πανηγυρεῖ προκαθημένῳ)* Nempe in omnibus olim claris imperii Romani vrbibus vsitatæ *ἱπποδρομίαι*, seu agones equestres vel curules, & loca seu Hippodromi, ad instar Romani Circi, ad id destinati. Neque enim Romanam solum plebem tenuit insanum Circensium studium, sed idem late per colonias Romanorum ac prouincias fuit diffusum: cuius rei obuia apud Auctores, ac in aliis etiam monumentis antiquis, exempla. Hinc Philo, ob delatum ad Caium, post Tiberii mortem, imperium, incredibile per singulas Romani imperii vrbes gaudium enarrans, Legat. ad eundem Caium pag. 994. refert inter alia celebratas in iis *πανηγύρεις, μουσικὰς ἀγῶνας, ἱπποδρομίας, solemnes conuentus, musicos agones & equestres*. ac prout ab Herode Cæsareæ in honorem Augusti institutus inter certamina quinquennalia *ἵππων τε δρόμος, equorum cursus* dicitur apud Iosephum Ἀρχ. Lib. XVI. cap. IX. Quod luculenter etiam adstruunt graues veterum inter Christianos Scriptorum querimoniæ, contra illa furiosa, vt subinde eadem vocant, circa *ἱπποδρομίας*, & aurigarum, qui in iis decertabant, haud aliter ac Romæ erga Venetam ac Prasinam, factiones studia. Ita Tertullianus de Spectaculis cap. XX. *numquid ergo & extra limites CIRCI furori studemus?* & cap. XXIII. *an Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister?* Vnde præter plures Chrysostomi insectationes, contra eosdem Antiochensium circa *ἁμίλλας*, vt illæ hic dicuntur, *ἱππικὰς* furores, exstat eius Sermo XXIX. pag. 175. Tom. V. ed. Sauil. nominatim inscriptus *πρὸς τοὺς εἰς τὰς ἱπποδρομίας ἀπελθόντας*, *Contra eos, qui Circenses frequentant*, vbi pluribus in eosdem inuehitur. Qua de re insuper, seu incredibili ad eorundem equestrium agonum spectacula, omnis ordinis ac ætatis in eadem vrbe confluxu, dictum ab eo Serm. X. pag. 72. eiusdem Tomi V. *ὅταν πᾶσα ἡ πόλις πρὸς* ΤΟΝ ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΝ *μετασθῇ, καὶ οἰκίαι, καὶ ἀγοραὶ εἰς τὴν παράνομον θεωρίαν κενωθῶσιν ἐκείνην, quando vrbs omnis ad HIPPODROMVM transit, & domus, & fora ad impium illud spectaculum vacua relinquuntur.* Vt proinde haud mirum sit, vel Aquileiæ, de qua hic agitur, quæ & frequentia, vt iam ante vidimus, incolarum, & luxu ac opibus adflueret, edita itidem illa equestrium agonum spectacula; aut iis, quod hic dicitur, impense, & vbi etiam de summa rerum agebatur, deditum fuisse luxuria & lasciuia, haud minus ac ignauia, diffluentem Magnentium. Bene autem *ἅμιλλαι ἱππικαὶ* hic dicuntur *equestres* id genus *agones*; quum sola etiam voce *ἅμιλλαι* denotari id genus certamina, obseruent Critici ad illud Sophoclis Electr. v. 868. *χαλαργοῖς ἐν ἁμίλλαις*, nempe, *διὰ τοῦ εἰπεῖν* ΑΜΙΛΛΑΙΣ, *ἐδήλωσε* ΤΟΙΣ ΙΠΠΟΙΣ· *τούτων γὰρ ἡ ἅμιλλα, ideo quod dixit ἁμίλλαις, ostendit de equis seu equorum certamine id intelligi; eorum enim sunt seu dicuntur ἅμιλλαι.* Alioquin *ῥιμφαρμάτους ἁμίλλας, festinis curulibus certaminibus* ait Sophocles Oedip. Col. v. 1116. quod nempe a Pindaro dicitur,

tur ζημφαρματα διφρηλασίας, *celeres currus habentes aurigationes*, Olymp. Od. III; ac τεθρίππους ἁμίλλας, seu *quadrigarum certamina*, & ἐξαμιλλᾶσθαι in iis *decertare*, dixit Euripides Helen. v. 393. nempe de Pelope, qui Oenomaum quadrijugo illo certamine vicerat,

Ω τὰς ΤΕΘΡΙΠΠΟΥΣ Οἰνομάῳ Πῖσαν κάτα
Πέλοψ ΑΜΙΛΛΑΣ ΕΞΑΜΙΛΛΗΘΕΙΣ ποτ',

O qui circa Pisam Oenomai quadrijugum Pelops CERTAMEN DECERTASTI aliquando. Adde, quod πλοίων ἅμιλλα, de *nauali certamine*, apud Stephanum dicatur in Ἀκτία. Mitto quod ἀγώνια ἄεθλα de hisce *curulibus* vel *equestribus agonibus* seu ἁμίλλαις proprie dici notent Pindari Enarratores Isthm. Od. V. pag. 462. τῶν οἰκείως ἐπὶ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἁρμάτων, *proprie hoc*, nempe ἀγώνια ἄεθλα, *de equis & curribus* dicitur.

Ibid. C. lin. 8. καὶ πανηγύρει) Qua voce solemnis, vt notum, agonum celebritas, aut frequens ad eosdem conuentus, dici a Græcis consueuit; ac opportune proinde hic cum equestribus agonibus coniungitur. Ita Aeschylus Agam. v. 854. κοινοὺς ΑΓΩΝΑΣ θέντες ἐν ΠΑΝΗΓΥΡΕΙ, *communes ludos celebrantes in panegyri*, seu frequenti ac solemni conuentu; & Pindarus Isthm. Od. IV.

Οὐδὲ ΠΑΝΗΓΥΡΙΩΝ ΞΥΝΩΝ ἀπεῖχον
Καμπύλον δίφρον,

neque a communibus conuentibus dimouebant Curuum seu *flexibilem currum*. Sic Diodorus Lib. XX. pag. 831. Ἀντίγονος δὲ συντελέσας ΑΓΩΝΑ μέγαν, καὶ ΠΑΝΗΓΥΡΙΝ ἐν Ἀντιγονίᾳ συντελῶν, *Antigonus autem tum magnum Certamen & PANEGYRIN Antigonia instituerat*, magnis, vt addit, ad illud præmiis & mercedibus athletas ac artifices præstantissimos vndique conuocans. Hinc Isthmia, ἐπιτυμβίδιοι πανηγύρεις, *conuentus funebres*; Nemea autem, ὄφεως ἡ πανήγυρις, *serpentis conuentus* seu *celebritas*, dicuntur ab Eusebio Præparat. Lib. II. pag. 72. Immo hinc nominatim de agonum equestrium, de quibus hic agitur, celebritate, vetus extat Inscriptio in doctissimi Reinesii Syntagm. pag. 508. & Cl. Sponii Miscell. pag. 357. vulgata, sed cuius sensum non adsequuti sunt iidem viri docti: nempe cuius postrema verba ibidem leguntur Η ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ ΕΛΑΣΤΙΚΩΝ, vbi non opus cum Reinesio, & præter litterarum ductus, pro ἐλαστικῶν, supplere continuo εὐτελαστικῶν, aut vero prius illud, vti nuper a nobis factum, pro eodem illo ἐλαστικὸν ducere, ac inde id de pompa hieronicarum, qui in patriam inueherentur, interpretari; sed de iis, qui equos in equestribus seu curulibus agonibus agitarent, & qui inde *agitatores* etiam, hoc est, ἐλαστικοί, a Romanis, Græcorum more, sunt appellati. Quæ vox eo sensu, seu de *aurigante* in id genus agonibus, non solum apud Ciceronem legitur, ac apud Suetonium, vt iam viderunt viri docti, in Caligula cap. LVI. & Nerone cap. XXII. ac apud Plautum etiam, qui eo adludit Menæchm. Act. I. Sc. II. v. 50 ac præterea in libris Iurisconsultorum Leg. IV. D. de His, Qui Notantur Infamia; sed in priscis insuper Inscriptionibus, quum apud Gruterum *AGITATOR Factionis Russatæ*, aut *Prasinæ*, vel *Venetæ*, LXXVI. 4. ac alibi; tum apud eundem Reinesium Sync. pag. 392. vbi quidem *TI. Claudius* dicitur *AGITATOR FACT. RVSSAT.* seu *Factionis Russatæ*. Πανηγύρεις vero non illorum solum Ἐλαστικῶν, sed in genere, vt iam diximus ac aliunde notum, de communibus Græcorum Festis aut Ludis, seu de solemni ad eos Conuentu dictæ occurrunt in alio marmore apud Sponium Itin. Tom. III. Thyatiris reperto; vbi inter alia dicitur, καὶ τὰς Δημοτελεῖς Θυσίας ἀφθόνως καὶ ἀνεπικλήτως ἐπιτελέσαντα ΕΝ ΤΗ ΠΑΝΗΓΥΡΕΙ, *Et Qui Publica Sacrificia Ac Festa Copiose Et Citra vllam Controuersiam Perfecit IN PANEGYRI*, seu *Communi* ad eadem *Conuentu*. Vnde etiam ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΕΣ, qui nempe publicis id genus conuentibus seu festiuitatibus præerant, in priscis non marmorum solum, vt apud Gruterum MCXCV. 4. ac Sponium Itin. III. Part. II. Πανηγυριαρχήσαντα καὶ Ἀγωνοθετήσαντα τῶν Μεγάλων Παναθηναίων, *Qui Panegyri Et Agoni Præfuit In Magnis Panathenæis*; sed quales in duobus etiam præclaris nummis Regiæ Gallorum Gazæ, quos iam vulgauit Cl. Tristanus, appellantur. In priori nempe nummo, qui sub Gordiano cusus, legitur, ΕΠΙ ΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ ΠΑΝΗ. ΑΠΑΜΕΩΝ, nempe, vt in dictis modo lapidibus, πανηγυριαρχήσαντος, non, vt ille ab eruditissimo Auctore de Nummis Vrb. Illustr. describitur pag. 60. πανηγύρεω Ἀπαμέων, alter vero sub Decio, ac ab iisdem *Apamensibus* percussus, cum inscr. ΕΠΙ ΑΥ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ ΠΑΝΗΓ. ΑΠΑΜΕΩΝ, *Sub Aurelio Stratonicano Panegyriarcha Apamensium*.

Ibid. D. lin. 7. οὐδὲν πρὸς ταῦτα ψυχῆς) Hunc locum, quod mancus illi & ἡμιτελὴς, vt notat ad eundem, videretur, non expresserat in versione Petauius; alterius

tau-

tantum eius loco, vt sæpe alibi in his Iuliani operibus, ab eodem adpositis. Neque vero ille aliter legitur in MSto Vossiano. Vnde continuo in recensenda noua huius Iuliani editione, sensum, quem plenum satis & perspicuum ex iisdem verbis videbamur nobis eruere, ibidem, ad complendum, quem Petauius reliquerat, hiatum, & alio quidem typorum genere, in versione expressimus: quod iis in locis, vbi supplendæ fuerunt relictæ ab eodem eruditissimo interprete lacunæ, est a nobis subinde præstitum. Nempe, vt eadem verba hic paucis declarentur, dixerat paullo ante Iulianus, post deletas a Constantio, secundo, quod cum iis commisit, prœlio, idque ante auroram, Magnentii copias, nuntium eius cladis ad eundem Aquileiæ, Circensium spectaculo magna cum securitate vacantem, adhuc ante meridiem perlatum fuisse. Addit vero, quam tum de præsenti rerum statu mentem habuerit Magnentius; & quomodo, e dem vrbe ac Italia relicta, profugerit, τὰς φόνους καὶ τὰς πρόσθεν ἀδικίας ἐκκαθαιρόμενος, *ante actas cædes, ac priora illa facinora expians*, haud flagitare præsentem sermonem, vt iis nunc immoretur, Iulianus. Futurum enim erat, vt breuem requiem consequutus Magnentius, nihil minus iis, quæ ante gesserat, esset patraturus: *adeo*, vt hæc continuo iisdem nunc subdit, ac in versione suppleuimus, *nihil homo, quod animæ prauitatem elueret, sed Deus, corporis quidem opera* seu ministerio, *expiationem*, illius nempe animi prauitatis, *reperit*. Quorum proinde verborum ea est ratio, & cum prioribus, quæ modo adtuli, connexio, vt dicatur, Magnentium quidem post acceptam illam secundam a Constantio cladem, resque suas in peius labentes; priores illas iniustas, quas patrauerat, cædes, aliaque commissa ab eo facinora, quibus nempe Romanorum, vt ea de re alii Auctores, ac Italorum odium in se concitauerat, dissimillimo vitæ instituto, *eluere & expurgare* voluisse: quo, vt augurari licet, suas inde partes iam afflictas restitueret quodammodo & confirmaret. Verum, *quod*, vt de eodem ait in Cæsaribus Iulianus, & mire etiam hæc illustrat, *ab ipso quidem multa egregie videri possent gesta: sed quod Dii perspicerent, ea non a recto & confirmato animi proposito profecta, eundem in luctu ab iis esse relictum*, καί τοι πολλὰ ἐδόκει πεπρᾶχθαι τῷ ἀνδρὶ καλά· οἱ θεοὶ δὲ ὁρῶντες, ὅτι μὴ ἀπὸ ταῦτα σὺν καλῆς αὐτῷ πεπράκται διαθέσεως, εἴων αὐτὸν οἰμώζειν. Quibus accedunt, quæ de eodem Magnentio tradit Zosimus Lib. II. cap. LIV. eum nempe occultandæ insitæ naturæ malitiæ mirum fuisse artificem, adeo vt iis, qui mores eius & ingenium perspectum non haberent, simplex & bonus esse putaretur. Vnde iuxta prauam illam & ingenitam, quæ in eo erat, διάθεσιν, mox in eadem scelera erat denuo, quod hic ait Iulianus, prolapsurus: *neque enim quidquam satis validum*, vt hisce nunc addit, *ad innatam illam & confirmatam animi prauitatem tollendam, posse ab homine reperiri; verum id totum a Deo debitis corporis pœnis & expiationibus præstari*. Factum enim, vt mox narrat Iulianus, vt ipse Magnentius, patratis de suo immanis sæuitiæ, & quarum spectaculo ipse coram se oblectaret, cædibus, meritas ipse sibi pœnas inflixerit: dum semet suo gladio, quem multorum ciuium sanguine antea tinxerat, transfigere a Constantio fuerit coactus. Id vero de mente huius loci, ex iis, quæ de illa, quæ a Deo procuratur, corporis purgatione, qua animæ prauitas eluitur, ex antiqua Gentilium magis, quam e Christianorum, a quibus iam claneulum desciuerat Iulianus, Theologia hausta hic dicuntur, mox adhuc liquidius constabit.

Ibid. D. lin. 8. ὁ θεὸς ἐξεῦρε καθάρσιον διὰ τοῦ σώματος) Nota e Scriptoribus antiquis haud vnius generis καθάρσια, quibus grauiorum criminum rei expiari credebantur; idque potissimum corporis ablutionibus, certisque circa eas adhibitis ritibus aut verbis, quæ e Dorotheo refert Athenæus Lib. IX. pag. 410. quæque inde λουτρά, ἀπονίμματα, *lauacra, ablutiones*; & expiata eiusmodi, vt homicidii, aut parricidii etiam, scelera, αἷμα καθάρσιον, aut μίασμα ἔκπλυτον, *sanguis* seu *cædes expianda*, aut *scelus ablutum*, ab Aeschylo dicuntur Sept. Theb. v. 636. & Eumen. v. 281. ac ab Apollonio Lib. IV. v. 543. Νιψάμενος παίδων ὀλοὸν φόνον, *abluens liberorum exitiosam cladem*, & vers. 560. αἷμ' ἀπονιψάμενος, *sanguinem abluens*, seu *cædem expians* dicitur. Horum tamen καθαρμῶν, quibus nempe eadem scelera *expiari* credebantur, institutum ac ratio, ad Deos, vt veros & solos καθαρτὰς, subinde ab iis est relata: vnde modo Apollo καθάρσιος, sicut apud Aeschylum Eum. v. 63. modo Minerva eodem nomine, sicut apud Aristidem Hym. in eandem pag 29. modo Iupiter ipse καθάρσιος apud Apollonium Rhod. Lib. IV. v, 708. appellatur; ac in genere θεῖοι καθαρμοί, *diuina*, seu a Diis profectæ, *purgationes* siue *expiationes* dicuntur ab Orpheo vel Onomacrito Argon. v. 1230.

Μέσφ' ὅταν ἐκνίψασθε μύσος ΘΕΟΙΣΙ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ,

donec ablueritis scelus DIVINIS EXPIATIONIBVS. Quam in rem præclarus exstat & omnino hic memorandus, quem olim apud magnum Hippocratem obseruasse memini locus, nempe de Morbo Sacro cap. IV. vbi morem illum prouide redarguit, iuxta quem eo morbo, seu epilepsia, aut vero homicidio aliisue sceleribus inquinati, καθαρμοῖς quibusdam, iisque partim in terra occultatis, partim in mare proiectis, partim ad montes delatis, vbi nemo adtingat, neque ea conculcet, expiari soleant; quum, vt paullo ante dixerat, contraria his facere oporteret, nempe θύειν τε, καὶ εὔχεσθαι, καὶ ἐς τὰ ἱερὰ φέροντας ἱκετεύειν τοὺς θεοὺς, *sacrificare, ac precari, & ad templa progressos Diis supplicare.* Quibus etiam illud mox subdit Senex Cous, τὰ γοῦν μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα, ΤΟ ΘΕΙΟΝ ἐστι ΤΟ ΚΑΘΑΙΡΟΝ καὶ ἁγνίζον, καὶ ῥῦμα γινόμενον ἡμῖν, *DEVS itaque est, qui maxima ac sceleratissima peccata PVRGAT ac PVRA reddit, & liberatio* seu *præsidium nobis existit;* indeque etiam fieri, vt ibidem continuo addit, quod terminos templorum ac delubrorum Diis designemus, ne vllus nec dum purgatus eos transcendat, ac quod templa ingressi, aqua lustrali adspergamur, idque οὐχ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλ' εἴ τι καὶ πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦτο ἀφαγνιούμενοι, *non tanquam polluti, sed, si quod prius etiam admiserimus scelus, illud in nobis expietur.* Quam in rem autem Gentilium Mysteria ad id potissimum constat instituta, vt variis, qui in iis, neque vnius generis, pro varia Numinum, quæ in iis colebantur, ratione, corporis καθαρσίοις, quum grauiorum criminum rei, vt Hercules, post Iphiti amici ac hospitis necem, in mysteriis Cereris Eleusiniis (prout ea de re præter alios Sozomenus Lib. I. Hist. Eccl. cap. V.) tum vt in genere, & quod hic tangit Iulianus, hominis anima purgaretur. Hinc inter quinque μυήσεως seu *initiationis* in iisdem Mysteriis partes, prima καθαρμὸς seu *purgatio* a Theone traditur, de Platonis Mathemat. pag 18. Vnde etiam a Choro dicitur in Euripidis Bacchis a vers. 73.

Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων τελετὰς ΘΕΩΝ
Εἰδὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει,
Καὶ ΘΙΑΣΕΥΕΤΑΙ ΨΥΧΑΝ,
Ἐν ὄρεσι βακχεύων
Ὁσίοισι ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ,

O felix, quicunque beatus sacra DEORVM Sciens, purificat vitam: Et CONSECRAT ANIMAM, In montibus bacchans, Sacris PVRGATIONIBVS. Quo spectant quæ ad *Vannum Bacchi mysticam* a Marone dictam Georg. I. v. 166. notat, vt ad Callimachum nuper diximus, Seruius, *quod Liberi Patris sacra AD PVRGATIONEM ANIMÆ pertinebant: & sic homines eius MYSTERIIS PVRGABANTVR, sicut vannis frumenta purgantur:* ac vnde Bacchus Λικνίτης, in quem exstat eo nomine Hymnus in Orphicis, seu *Vannifer*, idem qui καθάρσιος vt de Ioue, Apolline, Minerua dici vidimus, censeri debeat. Hinc etiam discrimen inter Græcorum adhibita in eorum mysteriis καθάρσια, & Barbarorum λουτρά. tangit Clemens Strom. Lib. V. pag. 582. τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν, ἄρχει μὲν ΤΑ ΚΑΘΑΡΣΙΑ, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις ΤΟ ΛΟΥΤΡΟΝ, *Mysteria Græcorum incipiunt quidem ab EXPIATIONIBVS, sicut Barbarorum A LAVACRIS.* Quum alioquin λουτρὰ quoque & ἀπονίμματα apud Græcos, quod supra adtigimus, & passim apud veteres Auctores, ac Tragicos potissimum, obuium, de homicidii aliorumque grauiorum id genus scelerum *expiationibus*, fuerint dicta, ad easque procurandas adhibita: atque ita φόνον νίζειν, pro *cædem expiare*, apud Euripidem Iphigen. Taur. vers. 1191. 1230. ac alibi, vsurpatum; vt contra, & de quo loco paullo post, apud Aeschylum Agam. v. 1468. αἷμα ἄνιπτον, *sanguis* seu *cædes quæ expiari non posset*, dicitur. Idque & quod tralatitium est, ac a viris doctis pridem obseruatum, vel aqua marina, vel fluuiatili, aut etiam e fontibus; vt id præter eundem Euripidem dicti dramatis vers. 1191. a Philone περὶ θυόντων pag. 848. monitum quoque video. Plana autem nunc, vt opinor, ex hisce hactenus & ad superiorem notam a me adductis, mens & ratio huius apud Iulianum loci; quem alioquin, vt mancum ac ἡμιτελῆ, intactum in versione reliquerat doctissimus Petauius: nempe quibus verbis innata animæ improbitas, non ab homine quidem, sed repertis a Deo variis corporis καθαρσίοις, seu, vt ab Orpheo vel Onomacrito in Argonauticis dici vidimus, θείοις καθαρμοῖς, *diuinis piamentis* purgari & expiari demum dicitur. In quam autem classem haud referenda veniunt nefanda illa καθάρσια, quæ piacularibus infantum hominumue cædibus, seu sacrificiis, leguntur subinde a Gentilibus peracta, & ad quæ respicit sequenti Oratione pag. 58. Iulianus; vbi non de Magnentio quidem, sed de Marcellino, Magnentianæ illius tyrannidis scelerumque ab eo patratorum architecto; dicitur, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ ΚΑΘΑΡΣΙΟΙΣ καινοῖς καὶ ἀτόποις, τοὺς πρόσθεν ΑΠΟΝΙΠΤΟΜΕΝΟΣ, ἄνδρας ἐπ' ἀνδρὶ, καὶ γυναῖκας ἐπὶ τοῖς φιλτάτοις ἀπέκτεινε, *sed perinde atque nouis quibusdam EXPIATIONIBVS priorem facino-*

facinorum labem ELVENS, alios supra alios, ac mulieres cum charissimis quibusque sustulerat. Mitto hic, quod grauiorum etiam scelerum, vt parricidii, sacrilegii, nulla dari a Diis καθάρσια, prout de Agamemnonis cæde ab vxore patrata, αἷμα ἄνιπτον, *sanguis* seu *cædes inexpiabilis* dicitur ab Aeschylo Agam. v. 1468. nempe cui alibi ab eodem opponitur memoratum supra Sept. Theb. v. 686. αἷμα καθάρσιον, *cædes expianda*, Argiuorum ac Thebanorum inter se belligerantium; non vero vt ibidem additur, duorum fratrum cædes αὐτοκτόνος, cuius μίασμα seu *piaculi* nullus daretur finis. Quibus proinde grauioribus criminibus inquinatos, vt ἀνιάτους seu *insanabiles*, post mortem in Tartarum abjici tradit Plato in Phædone pag. 113. Tom. I. ac de Republ. Lib. X. pag. 615. Tom. II. Vnde etiam de Constantino M. a Gentilibus perlatum refert ac simul redarguit Sozomenus Lib. I. cap. V. quasi nempe is post filii Crispi cædem, περὶ καθαρμοῦ consuluerit Sopatrum, Gentilem & e Plotini Schola Philosophum; a quo autem responsum tulerit, μηδένα καθαρμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, *nullam esse eiusmodi scelerum expiationem.*

Ibid. D. lin. 9. ἀφικόμενος γὰρ εἰς Γαλάτας) Seu vt in MSto Vossiano Γαλατίαν. Obuia quidem apud Auctores, qui res illius æui consignarunt, Victorem Schotti, Socratem, Sozomenum, Chronici Alexandrini Auctorem, aliosque, Magnentii in Galliam fugæ, eiusque in eadem, seu Lugduni, qua de re postea, interitus mentio. Verum quod ita confuse ab iis traditur, vt ante secundam, de qua paullo ante dictum, acceptam ab eo in Italia cladem, immo etiam ante primum ad Mursam prœlium, id factum, perperam iidem, Socrates Lib. II. cap. XXXII. ac Sozomenus Lib. IV. cap. VII. referant: Chronici vero Alexandrini Auctor, post pugnam ad Montem Seleuci, qui tamen erat Galliæ Narbonensis, & quidem in Delphinatu, vt id supra vidimus, vicus. A quibus adhuc longius recedit Zosimus, qui, sicut id iam antea diximus, post primum ad Mursam prœlium destinasse quidem Magnentium Alpes transcendere memorat; verum opera quorundam, qui iis in partibus Constantio fauebant, ducum, præclusum eidem fuisse ad Gallicas nationes aditum: adeo vt ne is quidem Lugduni, quæ tamen constans est ea de re aliorum traditio, interemptus ab eodem Zosimo dicatur. Cui addi potest Zonaras, a quo itidem omnis Magnentii, post acceptas a Constantio clades, in Galliam receptus mentio est præterita. Vnde vera demum ac certa rerum eo in bello contra Magnentium gestarum series, ex hac & sequenti Oratione, vbi eadem leguntur, & quod iam aliquoties diximus, suppleri debet & constitui.

Pag. 40 A. lin. 5. ἁρματηλάτος ζῶντας ἐκδύσας) Quibus proinde hic Iulianus comprubat, id quod paullo ante ab eo dictum, Magnentium, etsi is aliqnandiu alios mores videretur induisse, & anteactas cædes expiasse; mox tamen haud minora iis, quæ ante ediderat, facinora patraturum. Adeo vt hic in eundem Magnentium quadraret, quod de Marcellino, totius huius belli architecto, Oratione II. pag. 58. dictum iam paullo ante vidimus; eum nempe velut nouis quibusdam, usque infandis, vt addere licet, καθαρσίοις, priorum cædium labem eluere voluisse. Quæ autem hic dicuntur, immanem rursus Magnentii sæuitiam abunde arguunt: neque proinde immerito de eodem ab Athanasio dici Apolog. pag 678. ὧν ἡ μανία καὶ ἡ ὠμότης, οὐκ εἰς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ πάντας καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην ἐλύπησε, *cuius furor & crudelitas non me solum, sed vniuersum istlhic terrarum orbem luctu impleuit:* & quem mox etiam Caino ac Iudæ, qua de re postea, adsimilat.

Ibid. A. lin. 11. καθάπερ ἐν Ὀλυμπικοῖς περὶ τῷ τρίτῳ πλάσματι καταβαλὼν) Quæ ad Platonis in Euthydemo locum pag. 277. Tom. I. iuxta πλατωνίζοντα passim in his operibus Iulianum, respiciunt, ἔτι δὴ ἐπὶ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΤΑΒΑΛΩΝ, ΩΣΠΕΡ ΠΑΛΑΙΣΜΑ, ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον, *insuper autem Euthydemus TERTIO impetum in iuuenem fecit, TANQVAM IN LVCTA eum dejiciens.* Nempe in quibus Olympicis, quod hic dicitur, aliisque sacris Græcorum certaminibus, qui in lucta ter aduersarium prostrauerat, victor censebatur. Quod præter Platonis, Senecæ, Aristidis, aut Græci Epigrammatis adducta iam eam in rem a viris doctis, vt a Peno Fabro Agon. Lib. I. cap. XXVII. Casaubono ad Theocritum pag. 255. aliisque, loca, plura veterum, & quibus accedit istud Iuliani, firmant testimonia. Hinc legis illius Athleticæ facta a Gregorio Nysseno mentio Orat. II. contra Eunomium pag. 72. Tom. II. vbi ait, eum esse laborum in certaminibus finem, vt vel sponte quis se aduersario victum fateatur, ἢ ΤΡΙΣΙ ΠΤΩΜΑΣΙ κατὰ τὸν ἀθλητικὸν ΚΑΤΑΒΛΗΘΗΝΑΙ νόμον, *vel vt secundum athleticam legem TER IN TERRAM SIT DEIECTVS.* Ad quam proinde

legem, ficut hoc loco Platonis exemplo Iulianus, ita respexit etiam, sed quem locum iam vidit illustris P. Faber, Chrysostomus Serm. II. adv. Iudæos pag. 333. Tom. VI. ed. Sav. vbi de illis Iudæis agens, qui aliquoties, sed irrito conatu, Templum Hierosolymitanum funditus a Romanis dirutum, ædificare denuo sunt adgressi, ait: νυνὶ δὲ αὐτοὺς δείκνυμι. οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ ΤΡΙΣ ἐπιχειρήσαντας. καὶ ἐσφαλμένους, ΚΑΘΑΠΕΡ ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΛΥΜΠΙΑΚΟΙΣ ΑΓΩΣΙΝ· ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τῆς Ἐκκλησίας τὸν στέφανον, *nunc autem ipsos ostendo, non semel aut bis, sed TER ad adgressos, & cum impetu quidem; haud aliter ac fit IN OLYMPIACIS AGONIBVS: vt nulli dubium esse possit, quin ea sit Ecclesiæ corona seu victoria.* Immo ad quod adluserat pridem, vt præterea obseruo, Aeschylus Eum. v. 592.

Ἓν μὲν τόδ' ἤδη ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΠΑΛΑΙΣΜΑΤΩΝ,

Vnum quidem hoc est TRIVM CERTAMINVM, vbi veteres Critici, ἡ μεταφορὰ δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἱ ἐπὶ ΤΡΙΣΙ ΠΤΩΜΑΣΙΝ ὁρίζουσι τὴν ἧτταν. *est autem metaphora a luctatoribus, qui e TRIBVS LAPSIBVS victum iudicant.* Hinc τριακτὴρ, victor nempe in eo luctæ certamine, vt vidit iam ad eundem locum vir doctus pag. 841. ac inde de eo in genere, qui superior euadit, dictus ab eodem Tragico Agam. v. 180. τριακτῆρος οἴχεται τυχὼν, *superiorem nactus, perut;* ac inde, vt hoc addam, in eiusdem Choeph. v. 337. ἀτρίακτος ἄτα, *inuicta calamitas*, & Critici ibidem, ἀπὸ τῶν παλαιστῶν, οἱ ἀποτριάζονται ὑπὸ τῶν ἀνταπάλων, *a luctatoribus, qui ter, seu triplici certamine, vincuntur ab aduersariis:* & quibus gemina exstat eorundem glossa ad dictum locum Agam. v. 179. sed vbi male ἀποτριαδιαζόντων, pro ἀποτριαζόντων, legitur; quod verbum exstat apud Pollucem ac Hesychium, ac apud postremum quidem, ἀποτριάξαι, τρεῖς πληγὰς δοῦναι. Quo respexisse præterea videtur idem Tragicus Sept. Theb. v. 993. vbi τριπάλτων πημάτων, *ter inflictorum damnorum* meminit. Etsi τριακτὴρ ab Aeschylo dici potuerit respectu ἐφέδρου, seu qui τρίτον ἔφεδρεύων ab Hesychio dicitur: nempe qui iuxta receptum itidem in illis athleticis agonibus morem, duobus pugnantibus, tertio loco, subsidiarii instar pugnaturus stabat: qua de re videri possunt veteres Sophoclis Enarratores ad Aiac. v. 617. & præterea ad Pindarum Critici ad Nem. Od. III. pag. 367. Vnde ab Aeschylo de Oreste, qui solus cum Aegystho & Clytemnestra, quo eos, ob patris cædem, e medio tolleret, erat congressurus, dicitur Choeph. vers. 866.

Τοιάνδε ΠΑΛΗΝ, μόνος ὢν ἔφεδρος
ΔΙΣΣΟΙΣ μέλλει θεῖος Ὀρέστης
Ἅψειν.

Talem LVCTAM, seu hoc certamen, solus stans subsidiarius, cum DVOBVS diuinus Orestes erit adgressurus. Vbi tot deinde palæstræ voces, sed quod non adtenderunt Interpretes, πάλη, ἔφεδρος, ἅψειν, vnde ἅμμα. Plura ibidem eam in rem [illegible] de his palæstræ ἐφέδροις notas; sed quæ non huius loci. Mitto, quod cum quatuor etiam aduersariis in luctæ certamine congressus dicatur Aristomenes παλαιστὴς apud Pindarum Pyth. Od. VIII. pag. 294.

ΤΕΤΡΑΣΙ δ' ἔμπετες ὑψόθεν
Σωμάτεσσι, κακὰ
φρονέων,

QVATVOR autem illapsus est superne Corporibus, mala illa moliens. Est autem de prostrato, idque trino congressu seu prœlio, vt ab Olympionica in luctæ certamine fieri consueuerat, Magnentio, hic Iuliano sermo. Quam in rem quoque vsus hic verbo eam in rem vsitato καταβαλὼν vt in adductis paullo ante Platonis & Gregorii Nysseni locis, ac similiter apud Philonem de Agricultura pag. 201. vbi de athletis ait, non eundem omnibus esse victoriæ modum, ἀλλὰ πάντες ἄξιοι τιμῆς, δεξιωθέντες καὶ βαρεῖς ἀνατρέψαντες καὶ ΚΑΤΑΒΑΛΟΝΤΕΣ ἐχθροὺς, *sed omnes honore digni, PROSTRATIS inimicis tam infulsis & grauibus.* Vnde a Galeno dictum Comment. I. in III. Hippocratis Aphorismum, vbi de Athletarum in gymnasiis [illegible] agit, τὸ ΚΑΤΑΒΑΛΛΕΙΝ ἕτερος [illegible], καθάπερ οἱ ἀθληταὶ, *ad PROSTERNENDOS alios comparata, sicut fit ab athletis*, & ad Thrasybulum cap. XLV. vbi παλαιστικὴν seu *luctandi artem* verius vocari καταβλητικὴν quæ a Laconibus dicatur καββαλικὴ, ac, vt addit, ΚΑΒΒΑΛΙΚΩ ΕΡΩΝ ἑαυτὸν γέγραφεν εἶναι τὸν ἐν ταύτῃ γεγυμνασμένον, οὐκ ἰσχυρότερον, *eumque magis AD PROSTERNENDVM idoneum, non qui robustior, sed qui magis in ea arte versatus fuerit, nominant.* Nempe, prout in Laconum decreto apud Plutarchum legitur in Lysandro pag. 441. καββαλόντες τὸν Πειραιᾶ καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, *Piræum & longos muros demolientes:* ac apud Hesychium, καββαλικὰ, πτώματα. Λάκωνες, pro καταβλήματα. Hinc autem ὕπτιος de luctatore in terram deiecto seu *supino* dictus, vt apud Philonem περὶ φυτῶν pag. 204. & apud Philostratum Icon. Lib. II pag. 788. ὑπτιασμὸς, de hoc resupinati *lapsu* apud Aeschylum vero Prom. v. 1004. ὑπτιάσμασι

ὑπτία χερῶν, quod *manus supinata* a Quintiliano dicitur Lib. XI. cap. III. *aut manus supinata in superiora iactetur.* Ex hoc autem Iuliani loco liquet insuper, non secundo solum, de quo iam ante, sed tertio etiam in Gallia, in quam is confugerat, prœlio, victum a Constantio Magnentium; seu vt ipse rursus ea de re ait sequenti Oratione pag. 74. ad Alpes Cottias: nempe ad cuius radices situs erat is, cuius facta in superioribus mentio, inter Lucum & Vapincum *Mons Seleuci*, hodie, vt ibidem vidimus, *Mont Saleon* nuncupatus. Ibi enim debellatum secunda vice a Constantio Magnentium; verum nulla alterius commissi antea intra Italiæ fines prœlii commemoratione facta; tradentes vidimus Socratem, Sozomenum, & Chronici Alexandrini Auctorem. Cautiores proinde, & qui Iuliano haud obscure suffragantur, coævi Auctores, Eutropius, a quo Magnentius diuersis prœliis victus dicitur, & Victor Schotti, *ipsi inter se*, Constantius & Magnentius, *acerrimis prœliis per triennium congressi, ad extremum Constantius fugientem in Galliam persequutus*: & quibus etiam Victoris verbis, superioris illius intra Italiæ fines, seu alterius post commissum prius ad Mursam, prœlii fides abunde adstruitur. Vt de Zosimo sileam, a quo vna tantum ad Mursam pugna, qua victus fuit Magnentius, traditur. Exstat vero inter huius Constantii nummos in Famil. Byzant. a Cl. DuCange vulgatos, vnus, in cuius auersa parte Victoria conspicitur, quæ dextra coronam, sinistra palmæ ramum tenet, cum inscr. VICTORIA DD NN AVG. infra LVG seu *Lugduni*; ac vnde e loco signati nummi, eundem ob victoriam illam de debellato profugo in Galliam Magnentio, quemque mox sequutus sit eius Lugduni, vt statim dicetur, interitus, percussum statuit illustrissimus Biragus pag. 492. Verum cui notationi obstat continuo duplicata illa litterarum DD NN seu *Dominorum Nostrorum*, quibus eadem victoria tribuitur, inscriptio; quæ, vt vulgo notum, duos Augustos aut Cæsares rerum simul potientes in antiqua nummorum aut lapidum supellectile, sicut in legum, quæ exstant in vtroque Codice, inscriptionibus, perpetuo denotat; ac proinde, quæ superstite adhuc Constante, qui triennio tamen ante, Magnentii dolo ac insidiis, fuerat interemptus, signatum eundem nummum arguit. Cuiusmodi etiam plures exstant percussi [sub duobus illis Augustis, Constantio & Constante, nummi, qui candem inscriptionem, VICTORIA DD NN AVG, aut VICTORIA DOMINORVM, vel VICTORIA AVGVSTORVM præferunt: qualis de Constantino fratre, aut de Barbaris etiam gentibus ab iis fuerat relata. Adde, quod alii insuper eiusdem Constantii nummi, Lugduni exstent signati; qualis in iisdem Famil. Byzantinis visitur inscriptus VOTIS XX. MVLTIS XXXX. infra LVG.

Ibid. B. lin. 1. δίκην ἀποδοῦναι τῶν πεπλημμελημένων ἀξίαν κατηνάγκασας. Quam Magnentii, vt sibimet manus inferret, a Constantio adacti cædem, totidem ferme verbis tangit iterum sequenti Oratione pag. 74. δίκην ἐπιθεῖναι δικαίαν αὐτῷ, καὶ τῶν ἐξειργασμένων πάνυ ἀξίαν κατηνάγκασε, *iustas sibimet ipsi pœnas infligere, atque a se patratis sceleribus plane dignas, coegit.* Qua in re, seu de illo mortis genere αὐτοκτονίᾳ, quo periit Magnentius, magnus est aliorum Auctorum cum Iuliano consensus: additu etiam loci, vbi vim ille tyrannus vitæ suæ adtulit, nomine, nempe Lugduno, in quam post vltimam illatam a Constantio cladem fusus profugerat. Ita de illius tyranni exitu agunt, dictis iam antea locis, Eutropius, vterque Victor, Socrates, Sozomenus, Idatius, Chronici Alexandrini Auctor, Philostorgius, Orosius, Zosimus, Zonaras, Nicephorus. Loci solum, vbi id contigerit, vti a Iuliano in hac & sequenti Oratione, ita præterita est a Zosimo ac Zonara mentio; quorum ille præterea non *coactam*, vt hic & ab vtroque Victore dicitur, sed *mortem voluntariam*, θάνατον ἐθελόντιον, turpi saluti prætulisse Magnentium ait Lib. II. cap. LIII. Zonaras autem pag. 18. Part. II. eundem ad manus sibi inferendas, non a Constantio, sed a militibus fugæ cum eo sociis, qui eum in diuersorio detentum Constantio tradere decreuerant, seu desperatione inde orta, adactum dicit. Idem vero cum Iuliano de huius tyranni exitu, ad quem a Constantio fuerit compulsus, tradit quoque Themistius, in simili huius Imperatoris Laudatione, seu Orat. II. pag. 38. ὥστε καὶ τὸν ἕτερον τῶν τυράννων, ᾧ θάνατος, ἐφ' οἷς ἐπεπράγει, ἦν ἀναγκαῖος, συνήλασέ τε καὶ ΣΥΝΗΝΑΓΚΑΣΕΝ ἑαυτῷ γενέσθαι τυραννοκτόνον, *vt alterum tyrannorum*, nempe Magnentium, *qui ob ea, quæ patrauerat, scelera morte erat adficiendus, sui ipsius interfectorem esse COEGERIT.*

Ibid. B. lin. 3. ὤσαντα διὰ τῶν στέρνων τὸ αὐτοῦ ξίφος) Rem eam, seu quomodo se suomet gladio transfixerit Magnentius, narrat Victor in epitome, *Nec multo post apud*

Lugdunum CO *ANGVSTATVS, gladio occulte prouiso, ictum pulsu parietis iuuans, transfosso latere, vt erat vasti corporis, vulnere, naribusque & ore cruorem effundens, mense imperii quadragesimo secundo, ætatis anno prope quinquagesimo, exspirauit.* Vnde ab Athanasio cum Iuda, quod supra adtigi, conferri meruit idem Magnentius, Apolog. pag. 678. ὡς καὶ τὸν Ἰούδαν ἐν τῷ θανάτῳ μιμήσεται, δήμιος καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, *vt Iudam postea in morte* (non vt ibi interpres, *eodem mortis genere*) *imitaretur, sibi ipsi carnifex factus*; quo duplex, vt addit, supplicium sibi in futuro iudicio irrogauit. Dies autem & annus, quo id contigerit, sed in quo non conueniunt, ab Idatio traditur III. Idus Augusti, anno CCCLIII. iuxta Consules ibidem adscriptos; in Chronico Alexandrino IV. Idus Augusti, anno CCCLIV. a Socrate autem Lib. I. cap. XXXII. XVIII. Kal. Septembr. seu XV. Augusti: in quo aliquot dierum discrimine parum equidem vertitur. Annum vero quod adtinet, verus omnino, quem illi Magnentii cædi adscripsit Idatius, & ad quæ tempora eandem quoque refert Socrates: qui autem male, vt in Alexandrino, ita in Hieronymi Chronico Scaligeriano, ad sequentem demum Christi annum CCCLIV. refertur. Quod insuper vel ex Ammiano Marcellino refellitur; cuius quæ superest historia, ab exitu huius contra Magnentium expeditionis, & aliis rebus dein eodem anno CCCLIII post Magnentii interitum, gestis, auspicium ducit: nempe *Post emensos insuperabilis expeditionis euentus* &c. Mitto nunc, quod non sibi solum, sed matri prius, iisque, in quos præterea tum incidit, amicis aut propinquis, parricidiales manus intulisse dicatur a Socrate, Sozomeno, Zonara, ac Nicephoro Magnentius; fratrem etiam, iuxta eosdem Scriptores, ac præterea Chronici Alexandrini Auctorem, ac Philostorgium, ab eo quoque interemptum, aut iuxta Zonaram, plura quidem illi, & quem Desiderium, vti & Nicephorus, dictum docet, vulnera inflixisse; sed e quibus inualuerit, quique recuperata valetudine se Constantio tradiderit. Alterum vero Magnentii fratrem Decentium, Cæsarem, quod superstites eius nummi etiamnum arguunt, nuncupatum, audito illius interitu, laqueo fractis faucibus, mortem quoque sibi consciuisse, ex iisdem Auctoribus constat. Vnus quidem exstat ab illustrissimo Biragio vulgatus pag. 485. huius Decentii nummus, quique ad Cl. Seb. Feschium spectari itidem dicitur; in quo ille, non vt in reliquis hactenus nummis, & iuxta Auctorum ea de re fidem, *Cæsaris*, sed *Augusti* elogio insignitur, nempe D. N. DECENTIVS P. F. AVG. Quod vt oppido singulare, merito ibi a viro præclare de his antiquitatibus merito, adnotatur.

Ibid. B. lin. 7. τὸ κοινὸν ἐλευθερωθὲν ηὐφράνθη γένος. Vnde etiam sublato eodem Magnentio, Romæ statua Constantio erecta, additaque eidem, quæ *commune* non vrbis solum, sed orbis *gaudium*, quod hic dicitur, contestaretur, inscriptio; quæ aut male ad Constantium eius auum refertur in Gruteri Thesauro CCLXXX. 6.

RESTITVTORI VRBIS ROMAE ATQVE ORBIS
ET EXSTINCTORI PESTIFERAE TYRANNIDIS
D.N.FL.IVL.CONSTANTIO VICTORI ET TRIVMFATORI SEMPER AVGVSTO
NERATIVS CEREALIS V. C. PRAEFECTVS VRBI
VICE SACRA IVDICANS D. N. M. QVE EIVS.

Adeo vt hic locum habere potuerint nummi sub eodem Constantio, sed alia occasione percussi, in quibus GAVDIVM POPVLI ROMANI, aut GAVDIVM ROMANORVM legitur.

Ibid. B. lin. 11. ὦ πάντα ἀγαθὴ πρόνοια) Quod a Iuliano, etsi is iam tum clanculum, vt alibi diximus, ad Gentilium religionem desciuerat, dici potuit, Platonis, cuius Philosophiam sectabatur, exemplo; in quo graves leguntur contra eos, qui Dei prouidentiam in res humanas, & quidem non maximas solum, sed minutas etiam, negabant, disputationes, vt Lib. X. de Legib. pag. 899. & 900. ac in Epinomide pag. 980. & alibi. Vt mittam eum, quo doctore vsus est Iulianus, & quem mirifice in his operibus extollit, Iamblichum de Myster. Lib. I. cap. IX. Vnde etiam a Clemente agnoscitur Strom. Lib. V. pag. 612. Græcos, & quidem e Barbara Philosophia, hausisse eam de diuina Prouidentia sententiam; ac, vt ea de re rursus loquitur Lib. VI. pag. 675 ἡ γοῦν φιλοσοφία ΠΡΟΝΟΙΑΝ καταγγέλλουσα, *philosophia itaque PROVIDENTIAM adnuncians* &c. Ita ab Oreste dicitur apud Euripidem in cognomine dramate vers. 1181. Θεοῦ λόγους πρόνοιαν, *DEI dictis prouidentiam.* Immo prout eadem, & quod obiter hic monendum, a Græcis Romanisque, quasi de illa nefas esset dubitare, exstat

exſtat publico ære conſignata; nempe in præclaris Commodi nummis, ſub Symbolo mulieris, quæ dextram protendit, & ſiniſtra haſtam tenet; aut vero mulieris ante aram, alterius autem figuræ virilis ſtantis, & vtrinque arbor, cum Inſcr. ΠΡΟΝΟΙΑ. In Romanis autem nummis, modo templum, modo figura Solis radiata, cum adſcripta PROVIDENTIA cernitur; ac in inſigni Hadriani nummo, quem iam vulgauit Cl. Triſtanus Tom. I. pag. 462. quique exſtat hodie in Theſauris Gallorum Regiis, in quo ipſe Hadrianus ſtans, & aquila ſceptrum ad eum e cœlo deferens viſitur, cum inſcr. PROVIDENTIA DEORVM. Mitto alium Maximiani Herculii ab eodem Triſtano itidem editum Tom. III. pag. 369. & qui proſtat in Gaza Medicea, in quo duæ figuræ muliebres: vna Prouidentiæ, quæ ſiniſtra ſceptrum tenet; altera Pacis ſeu quietis, cum oleæ ramo, & inſcr. PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG.

Ibid. C. lin. 5. *τῶν ἀποστόλων τῶν ἐπὶ Καρχηδόνα)* Quod a Iuliano rurſus monitum ſequenti Oratione pag. 74. iam adtigit Petauius. Nempe prout nota ex Auctoribus Atticis, ac e Demoſthene potiſſimum, vocis *ἀπόστολον* de *claſſis apparatu* ſignificatio: vt, præter loca a Budæo *τῷ πάνυ* iam adducta, adhibetur Olynth. III. pag. 1c. & Philipp. I. pag. 18. ac apud Lyſiam Orat. XVIII. pag. 303. & pag. 311. *εἰς δὲ ἀπόστολον τῶν τριήρων, in triremium apparatum* ſeu *expeditionem*. Apud Heſychium autem *ἀπόστολος* de ipſo *præfecto*, qui miſſæ ad expeditionem claſſi præerat, dictus legitur: cuius tamen ſignificationis exempla dari hodie apud Atticos, prout ad Nouum Fœdus adnotarunt viri magni, haud putem. *Ἀποστολεῖς* quidem e Demoſthene & Harpocratione, quos iidem memorant, noti: quibus illius apparatus & expeditionis nauticæ cura apud Athenienſes incumbebat. Exſtat vero apud hunc Iulianum Epiſt. XXV. ad Iudæos pag. 397. *ἀποστολῆς* mentio; ſed pro *tributo* ab eorum Patriarchis exigi ſolito, de quo & *Apoſtolis*, qui erant Patriarcharum apud eosdem Iudæos adſeſſores, legitur etiamnum, vt ad eandem Epiſtolam vidit iam doctiſſimus Petauius, Lex XIV. Cod. Theod. De Iudæis; ad quam autem videri poteſt eruditiſſimus eius Enarrator Iac. Gothofredus. Neque enim id huius loci. Quod vero Carthaginem miſſa hic dicitur a Conſtantio claſſis, quo nempe, vt ex Orat. II. liquet, omnis Magnentii in Africam aditus via intercluderetur, adſtruit etiam Zoſimus Lib. II. cap. LIII. nempe dum ab eo dicitur, huic tyranno non præcluſum ſolum, eorum ſtudio qui Conſtantio fauebant, ac ſupra vidimus, ad Gallicas nationes aditum, ſed eidem ad Occidentales Hiſpanos & Mauritanos, ſeu Afros, eorundem opera, qui Conſtantii iisdem in oris beneuolentiam captabant, fuiſſe itidem præreptum. Frequens alioquin Carthaginem, ad exportandas aut importandas inde merces, commeatus; quæ inter maximas tum Romani imperii ciuitates, vix etiam Conſtantinopoli, iuxta Auſonium de claris vrbibus, cedens, immo *Romam vix paſſa priorem*, cenſebatur. Hinc in Cod. Theod. Lib. XIV. Tit. XXV. De Frumento Carthaginenſi.

Ibid. C. lin. 8. *τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἐκράτησας)* Cuius, & quidem nauticæ, quod additur, ea in loca expeditionis haud occurrit alibi, quod ſciam, in rebus huius Conſtantii mentio. Occupati alioquin iam a Iulii Cæſaris æuo, quod ex eodem liquet Bell. Ciuil. Lib. I. cap. XXXVII. ac alibi, Romanorum armis *Pyrenæi ſaltus*; ſed quos a Barbaris forte aut Magnentianis infeſſos, miſſa ad eam Oceani partem, quæ ad eosdem montes reſpicit, quemque *ſeptentrionalem Oceanum* vocare libuit Appiano ab initio libri de Bellis Hiſpanicis, claſſe, denuo recuperauit Conſtantius.

Ibid. C. lin. 10. *ἐναγχὸς σοι πολλάκις πρὸς τοὺς βαρβάρους)* Quales nempe a Conſtantio, anno ante elucubratam hanc Orationem, ſeu CCCLIV, ſuſceptas feliciter contra Alamannos expeditiones, quæ *Barbarorum* nomine paſſim ab eodem deſignantur, enarrat Ammianus Lib. XIV. cap. X. Idem libro ſequenti cap. IV. motum denuo ab eodem Conſtantio in Lentienſes Alamannos, qui in Romanorum limites irruperant, bellum tangit, iisque ab eo profligatis, addit, *hocque exitu prœlio terminato, Imperator Mediolanum ad hiberna OVANS redit & lætus.* Quibus proinde hic Iuliani locus, qui & illis quodammodo, etſi generatim dictis, fidem adſtruit, illuſtratur.

Ibid. D. lin. 3. *τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐπώνυμον ἐπονομάζουσιν)* Prius illud de hac vrbe, in Miſopogone itidem dicitur pag. 347. *λέγεταί τοι ποτὲ τὸν ἐπώνυμον τῆσδε* (prout e veteribus libris alterum *ποτὲ*, & quod omnino ſuperfluum, ibi eliminandum fuit) *τῆς πόλεως βασιλέα, μᾶλλον δὲ οὗπερ ἐπώνυμος ἥδε ἡ πόλις συνῳκισμένη πέπτωται μὲν γὰρ ὑπὸ Σελεύκου, τὸ ὄνομά*

νεμά τι ἔχει ἀπὸ τοῦ Σελεύκου παιδὸς, proditum est memoria, Regem huic vrbi cognominem, (non vt ibi interpres, *qui ab ista vrbe nomen duxit*) *vel potius cuius nomine vrbs hæc est habitata, condita siquidem est a Seleuco, nomen vero habet a Seleuci filio* Antiocho. Quod postremum, nempe de Seleuco Antiochiæ conditure, non vero de eius filio, a quo eadem est denominata, præter alios, a Ioanne Antiocheno Malala, vel Malela, nuper edito traditur pag. 258. & de quo loco alibi. Hunc autem, quem nonnihil obscurum aut leuiter corruptum (quod postremum tamen non liquet) in notis ad eundem tradit, quemque ibidem, sed cui iam alius, vt mox dicetur ad proxima Iuliani verba, præluxerat, elucidauit Petauius. Haud mirum vero cuipiam, recepti pridem apud nobilissimas Romani orbis ciuitates moris gnaro, videbitur, ANTIOCHIAM, quod hic præterea dicitur, nouum a Constantio cognomen adsumere voluisse. Huius quippe rei obuia est maxime in antiqua nummorum supellectile, ratio: vt nempe ab eorum, a quibus illæ vrbes ornatæ fuerant & beneficiis adfectæ, Imperatorum, tanquam totidem loci vel Conditorum vel Restitutorum, nominibus appellationes eædem frequenter mutuarentur. Quod subinde vnius etiam vel alterius Imperatoris voluntate factum licet statuere: prout de LAODICEA Syriæ, eaque huius *Antiochiæ* æmula, SEPTIMIAE nomen a Septimio Seuero Imp. adsumere iussa, tradit memoratus modo Io. Malala Chronogr. pag. 388. *καὶ ΣΕΠΤΙΜΙΟΥΣ ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρηματίζειν, εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ ΕΠΩΝΥΜΟΝ, a NOMINE etiam SVO* Laodicenses *SEPTIMIOS appellari iussit.* Cuius autem rei fidem adhuc faciunt nummi illius vrbis inscripti, non solum SEP. COL. LAOD. METRO. hoc est, *Septimia Colonia Laodicea Metropolis:* sed etiam cum ipso SEVERIANAE cognomine, in Græco & insigni huius vrbis (nondum quippe Romanæ Coloniæ iure ab hoc Imperatore eidem concesso) nummo, cuiusque inscriptionem in Christinæ Augustæ Cimeliarchio a nobis obseruatam, primi dudum protulimus, ΙΟΥΛ.ΛΑΟΔΙ. CEΟΥΗ. ΜΕΤΡΟΠ. *Iulia Laodicea Seueriana Metropoleos.* Quomodo, vt de simili vrbium in aliis Romani orbis partibus, quas prisci æris supellex largiter etiamnum exhibet instituto; cuiusque petita inde exempla, multaque ex iis haud protrita, olim Diss. IX. de Præst. Num. pag. 765. &c. congessimus, nunc sileam; dictæ in vicina Syriæ Phœnicia, iuxta priscos; itidem earum nummos, SEPTIMIA TYRVS; IVLIA AVGVSTA BERYTVS; AVRELIA PIA SIDON: in P[illegible]na quoque, non FLAVIA solum, sed ANTONINIANA insuper (in singulos admodum Antonini Caracallæ, de quo in nupero opere de Num. Imp. pag. [illegible]3. Part. II. Cl. Vaillantius, numm[illegible]) CAESAREA. Ita in Mesopotamia, *Syriæ* itidem appellatione a veteribus haud semel dicta, SEPTIMIAE nomen ab eodem, de quo modo, Sep. Seuero, R[illegible] AINAE, SINGARAE, NESIBI; aut MARCI & AVRELII, vel MARCIAE & AVRELIAE EDESSAE, in Græcis earundem vrbium nummis tribuitur. Adeo, quod vel inde liquet, vt præter gentilitium, & ab auito conditure frequenter deductum loci nomen, non ab vno solum, sed a pluribus quoque Imperatoribus cognomina id genus vrbes sibimet adsumerent: prout quoque occurrunt in Græcis earum nummis, HADRIANA SEVERA ALEXANDRINA, vel de eadem, ANTONINIANA SEVERA TARSVS; aut HADRIANA SEVERIANA, vel ANTONINIANA ALEXANDRINA AMASIA; aut HADRIANORVM COMODIANORVM AEGENSIVM in Aeolide &c. Adeo vt nihil ea quidem in re nouum videatur aut singulare, vt ANTIOCHIA, ob insigne, quod a Constantio, & de quo mox, accepisset beneficium, ab eodem quoque, quod hic a Iuliano dicitur, cognomen, puta ANTIOCHIAE CONSTANTIAE, aut CONSTANTIANAE, adsumere voluerit. Etsi ob plurima, quæ ab aliis Augustis, Tiberio maxime, Traiano, Hadriano, Antonino Pio, M. Aurelio, Diocletiano, aliisue, collata in eandem vrbem beneficia ac ornamenta referuntur in memorata paullo ante Io. Antiocheni Historia Chronica, eam tamen vllum ab aliquo e dictis Cæsaribus cognomen tulisse, vel ex iis, qui supersunt illius vrbis nummis, vel ex Auctorum fide haud liqueat. Quæ enim ab huius Constantii patre denominata legitur in veteri nummo CONSTANTINIANA DAFNE: eam, non quidem de celebri huius Antiochiæ suburbano, vt visum fuerat Ortelio & in Variis Pancirollo; sed de Moesiæ quadam Arce dici, iuxta doctissimum Valesium ad Ammianum (qui eius loci meminit Lib. XXVII. cap. V.) intelligendam, pridem videram Diss. IX. de Præst. Num. p. [illegible] &c. Vt proinde mirari quodammodo liceat, a viro eruditissimo in libro de Num. Vrbium Illustr. pag. 117. eundem nummum de *Daphne ad Antiochiam* denuo explicari; in Curis autem secundis pag. 598. de eodem nummo demum dici, id multo ei [illegible]us veri videri, vt is de castello a Constantino in Mœsia

Mœsia exstructo intelligatur. Quod verissimum quidem; sed a Valesio pridem ad dictum Ammiani locum, & a nobis eo opere, quod passim a viro docto memoratur, haud præterito Valesii, qui primus, vt rebamur, id viderat, nomine, fuerat monitum. Immo quod dudum ante Valesium, a celebri e Societate Theologo, nempe Iac. Gretsero de Cruce Lib. I. cap. XXXI. Tom. III. & adductis quidem eam in rem præter Ammianum, Procopii, ac Notitiæ Imperii, (quibus duobus, vti a Valesio etiam factum fuerat, nititur in illis Curis secundis vir eruditissimus) locis obseruatum, nuper admodum, dumque aliud forte agerem, aduertere mihi contigit. Eadem vero, de qua hic Iuliani sermo, *Antiochia*, sequenti ætate, postea terræ motu, & breui interiecto tempore a Chosroë Persarum Rege incendio propemodum deletam, a Iuliano restituta; non eius quidem, sed augustiori nomine, ΘΕΟΥΠΟΛΙΣ seu THEOPOLIS est appellata. Vnde *Theopolitani* de iisdem, non *Antiochenses* dicti in fine Edicti VI. ab eodem Iustiniano lati Cod. de Summa Trinitate. Quod præterea e coæuo auctore Procopio de Aedif. Lib. II cap. V. & Lib. V. cap. V. Euagrio Hist. Eccl. Lib. I. cap. III. Stephano in Θεούπολις, Cedreno, & aliunde constat. Verum cuius appellationis rationem ac Auctorem nobis indicauit memoratus iam ante, quique nuper prodiit, Antiochenus Malala. Is enim in rebus Iustiniani pag. 177. post sextum terræ motum, quo concussa est *Antiochia*, eandem mutato nomine dictam *Theopolim* tradit; imponente hoc eidem nomen S. Symeone Thaumaturgo, & quidem reperto ibi veteri oraculo, καὶ σὺ τάλαινα πόλις, Ἀντιόχου (quomodo hic etiam a Iuliano dicitur) οὐ κληθήσῃ, *erit quum tu infelix vrbs Antiochi*, seu *Antiochia*, *non vocaberis*. Ad nouum autem, vt continuo addit Malala, illud nomen huic vrbi inditum, acclamasse incolas, fausto omine illud prosequentes; vti proditum sit ab iis, qui Acta illius vrbis conscripserunt. Vnde mirari licet viri docti ἀκρισίαν, qui libro de Lucernis Antiquorum cap. XLIV. ideo quod hæc *Antiochia* ad Orontem *Theopolis* sit appellata, eandem forte esse cum *Edessa*, Mesopotamiæ vrbe, colligit; quia scilicet hæc a Strabone *sacra* fuerit dicta. Ab hoc Constantio autem, neque procul ab eadem Edessa, nuncupata eius nomine vrbs in Mesopotamia *Constantia*, aut iuxta alios *Constantina*, cuius apud Ammianum Lib. XVIII. cap. VII. & IX. Procopium Bell. Pers. Lib. II. cap. XIII. aliosque, vti & apud Io. Malalam pag. 175. Part. II. fit mentio; eaque *Nicephorium*, iuxta Stephanum ac Suidam, prius dicta.

Ibid. D. lin. 8. *λιμένας εὐόρμους τῆς κατασκευῆς ὑπάρξαντα)* Quæ verba ita iam verterat in prima huius Orationis editione, quæ anno huius seculi XIV. prodiit, sicut eadem in hac quoque sedecim post annis vulgata retinuit, Petauius, *propterea quod portus IN EA* (nempe Antiochia) *ad nauium appulsum opportunissimos exstruxisti*. In notis vero ad primam illam editionem pag. 491. eadem Iuliani verba corrupta esse atque obscura tradit, & quibus, vt addit, magnifica quædam opera, a Constantio Antiochiæ instituta, commemorentur. Quum vero Anonymus Geographus multis post annis a Cl. Iacobo Gothofredo esset editus, vbi portus Seleuciæ a Constantio exstructi, & quidem, vti a Libanio traditum iam erat in Antiochico pag. 356. eo in animo intuitu, quo inde omnis generis e toto orbe merces Antiochiam deferrentur, fit mentio; hinc idem in notis ad eum Geographi locum pag. 16. erudite hæc Iuliani verba, non de portu aliquo maritimo Antiochiæ (quæ non ad mare, sed ad fluuium Orontem erat sita) sed Seleuciæ conditum, accipi debere monuit idem doctissimus Gothofredus; ac proinde perperam a Petauio in priori eiusdem loci interpretatione, additum esse *in ea*, quæ ad Antiochiam, & quasi portus in ea vrbe esset ædificatus, referuntur. Hinc in posterioribus ad hunc locum notis, quæ biennio post vulgatum illum Anonymum Geographum, & hanc ad eundem viri insignis obseruationem, prodierunt; de portu non Antiocheno, sed quem ad Seleuciam exstruxerat Constantius, & de quo Libanius in Antiochico, ac idem ille veteris Mundi descriptionis Auctor egerint, *vt recte*, quod addit, *illius editor obseruat*, intelligendum monuit Petauius. Quod abeo nec dum, vbi eadem Iuliani Oratio est denuo typis commissa, obseruatum liquet, e retentis perperam in huius loci interpretatione, quas merito in priori redarguerat vir doctissimus, (vtpote quæ a rei veritate ac Auctorum fide sunt aliena, & a Græco absunt Iuliani contextu) vocibus *IN EA*; nempe, quod *portus in ea*, hoc est Antiochiæ, *ad nauium appulsus opportunissimos exstruxisti*. A quo tamen, præter notum locorum situm, omnino Petauium abducere debuerat, qui ante vulgatum illum Anonymum Geographum, eadem de re clarissime ac plenissime agit, vt iam viderat illius Anonymi editor,

Libanius in Antiochico pag. 386. cuiusque ea de re locus, quia mire hunc Iuliani explanat ac illustrat, quo ob illius portus Seleuciæ a Constantio exstructi opportunitatem, diuitiis & omnium rerum abundantia affluxisse Antiochia dicitur, haud est prætereundus: τοῦ ποταμοῦ δὲ ἐννοήσας τὰς εἰς τὴν θάλατταν ἐκβολὰς, ἕλκομαι πρὸς τὴν ΤΟΥ ΛΙΜΕΝΟΣ μνήμην, ΟΝ ΟΥΧ ΩΝ ΕΙΝΑΙ ΔΟΚΕΙ, τούτων κηδόμενος Ο ΚΡΑΤΩΝ μετερρύθμισεν. ἀλλὰ ΤΕΤΜΗΤΑΙ μὲν ΕΝ ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ· τέτμηται δὲ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΗΜΕΤΕΡΑΣ, τοσούτῳ ΧΡΥΣΩ ΛΙΜΗΝ ἐκ πέτρας γενόμενος, ὅσον οὐδὲ Κροίσῳ Πακτωλὸς ἐξηνέγκατο. Τοιγαροῦν ἅπασι πανταχόθεν ἄγουσι Λιβύης, Εὐρώπης, Ἀσίας νήσων, ἠπείρων, καὶ τῶν ἑκασταχοῦ καλλίστων τὸ κάλλιστον δεῦρο ΚΟΜΙΖΕΤΑΙ τῆς εἰς τὴν πρᾶσιν ὀξύτητος, γνώμας ἐμπόρων δεῦρο καλούσης· καὶ γῆν ἅπασαν δι' αὐτῆς καρπούμεθα, τλεῖστα δὴ τῶν ὑπὲρ πελάγους ἀπλωθέντων ἰσίων, ΛΙΜΕΝΩΝ (seu potius, λιμὴν) ΟΥΤΟΣ συνέστειλε, *Posteaquam autem memoraui fluminis in mare emissiones, trahor ad mentionem PORTVS, quem NON EORVM quidem gratia, quorum ille videtur portus, IMPERATOR exstruxit. Verum sectus quidem est SELEVCIAE: sectus vero PROPTER VRBEM NOSTRAM* (seu Antiochiam) *ad tantam vim auri capiendam* (vt bene quidem hæc verba, quæ solum inde retulit, vidit explicanda Petauius) *PORTVS e saxo effectus, quantam neque Pactolus Crœso suppeditauit. Quare omnis vndique tellus Africa, Europa, Asia, Insularum, continentis, quidquid vndique pulcherrimum recondit, eius pulcherrimum huc ADFERTVR; celeritate venditionis mentes mercatorum huc inuitante: cuiusque beneficio, omnis terra commodis perfruimur. Quæcunque enim explicatis velis super mari feruntur, HIC PORTVS contrahit.* Quibus addi nunc debent, & quod ille non in omnium manibus versetur, neque minus huic Iuliani loco sint commentarii vice, nempe Anonymi Geographi, qui sub hoc Constantio vixit, & a Cl. Iac. Gothofredo editi, eadem de re verba cap. XVII. Sect. VI. ὁμοίως καὶ ΣΕΛΕΥΚΙΗ, πόλις κρατίστη, ἢ καὶ αὐτὴ πάντα τὰ ἐρχόμενα ΤΗ προειρημένῃ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ΑΝΑΦΕΡΕΙ, καὶ τὰ ταμιεῖα εἴδη, καὶ τὰ πρίβατα. Ο κύριος τῆς οἰκουμένης αὐτοκράτωρ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ὁρῶν, ὅτι οὕτω χρήσιμός ἐστιν αὐτῇ καὶ τῷ στρατοπέδῳ, ὄρος μέγιστον τέτμηκε, καὶ εἰσήγαγε τὴν θάλασσαν, καὶ ΛΙΜΕΝΑ ἐποίησε μέγαν καὶ ἀγαθὸν, ὅπου αἱ ἐλθοῦσαι νῆες σώζονται, καὶ ταμιεῖον βάρος οὐκ ὄλλυται, *Similiter & SELEVCIA, ciuitas potentissima, quæ & ipsa omnia ad se delata prædictæ ANTIOCHIAE PRAEBET: & tum fiscales, tum priuatas species. Quum & Dominus orbis terrarum Imperator CONSTANTIVS, videns quod illud adeo sibi & exercitus esset vtile, maximo monte secato, mare induxit, PORTVMQVE exstruxit magnum & commodum: vbi appellentes naues in tuto essent, & onus fiscale non periret.* Quem maritimæ huius vrbis, illiusque celsi ad eam montis, dicti *Coryphæi*, cui pelagi fluctus illidebantur, situm; ac vnde continuo m[illegible] lux dictis illius Anonymi Geographi, Libanii, & his etiam Iuliani locis accedit, indicabit Polybius Lib. V. pag. 403. [illegible] præterea ad eandem *Seleuciam* port[illegible] quando idem sit sub Constantio exstruct[illegible] meminit in Chronico Hieronymus, *magnis Reipublicæ impensis in SELEVCIA Syriæ PORTVS effectus est*; nempe anno Abraham[illegible], iuxta editionem Pontaci MM CCCLXV. S[illegible] autem, MM CCCLXII. quorum prior annus, non iuxta adscriptos ab iisdem illius Chronici editoribus, sed iuxta accuratiores calculos, incidit in annum Christi CCCX[illegible]IX, imperii huius Constantii XIII. alter vero, in editione Scaligeri, in annum Christi C[illegible]CX[illegible]VI, Constantii autem X, cadit. Verum quum postremo illo anno Constantius egerit Constantinopoli; altero autem CCCXLIX in Oriente, & quidem Antiochiæ, vt e lata ab eo Lege XXXIX. Cod. Theod. de Decu[illegible]onibus, & eius cum Athanasio ibidem congressu, ex eodem Athanasio, Socrate præter[illegible]a, Sozomeno, ac Theodorito obseruatur a viro doctissimo in Chronologia dicti Codicis Theodosiani, ac inde ab eruditissimo Pagi in Critica Baroniana ad A. C. CCCL. hinc etiam exstructi illius a Constantio, & quidem in Antiochiæ potissimum commoda, *Seleuciæ* portus, ad eundem annum Christi CCCXLIX, ac proinde iuxta adscriptum in Pontaci editione Abrahami annum MMC[illegible]LXV. est referendus. Mitto quod ad *Seleuciam* portus iam ante in Antiochico pag. 363. [illegible] & Orat. XII. ad Theodosium pag. 411. meminit quidem Libanius; sed, vt ibidem e rerum ante actarum narratione liquet, non illius (vt alioquin visum clarissimo Co[illegible] Theodosiani Enarratori ad eam, de qua mox dicetur, legem) amplissimi & saluberrimi ab hoc Constantio demum exstructi portus: verum qualis erat ab antiquo ad *Seleuciam*, maritimam quippe vrbem, et[illegible] ille minus ad nauium stationem opportunus, nec qui in Orontem fluuium, ac inde Antiochiam, naues mercibus plenas deferret. Veteris certe illius in ea vrbe portus me[illegible] Polybius Lib. V. pag. 405. vbi expugn[illegible] ab Antiocho Magno *Seleucia*, addit, ἠσφαλι-

σμένα

ὑπὸ δὲ φυλακῆς ΤΟΝ ΛΙΜΕΝΑ, καὶ τὴν ἄκραν, *PORTVM vero & arcem præsidiis firmauit*; sicut paullo ante pag. 403. ab eodem Rege, Diogneto nauarcho mandatum retulerat, vt *ad Seleuciam classe nauigaret*. Factum vero a tempore conditi a Constantio illius maximi & tutissimi in ea vrbe, ac Antiochensibus inprimis valde opportuni, portus, vt *classis Seleucena* deinceps ibi ageret: prout eius fit mentio in Constitutione a Valentiniano & Valente lata, quæ exstat Lege vnica in vtroque Codice de Classicis; & quidem, vt ibi inter alia dicitur, *ad auxilium purgandi Orontis, aliasque necessitates, Comitis Orientis*, cuius (nempe a Constantio Magno ab anno Christi CCCXXXV. iuxta Io. Malalam pag. 4. Part. II.) sedes erat Antiochiæ, *deputata*. Dicta vero in nummis eadem Syriæ *Seleucia*, ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ, aut ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑΣ, *Seleucia* aut *Seleucensium Pieria* sicut apud Strabonem Lib. XVI. pag. 616. Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ, *Seleucia in Pieria*, aut Σελεύκεια τῆς παραθαλασσίας, 1. Maccab. XI. 8. vel ἐπὶ θαλάσσῃ, apud Appianum Syriac. pag. 124. *Seleucia maritima*, seu *ad mare*: ad discrimen nempe alterius *Seleuciæ ad Tigrim*, vti hæc a Polybio dicitur Lib. V. pag. 393. & ab Appiano, dicto iam loco; aut vero alterius in Isauria *Seleuciæ ad Calycadnum* fluuium; prout ista, eodemque intuitu, in antiquis illius vrbis nummis inscribitur, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ, aut ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΚΑΛ. nempe Καλυκαδνῷ, *Seleucensium Ad Calycadnum*, aut *Calycadnus*, & qualem huius vrbis cum priori inscriptione nummum protuli pridem ac illustraui Diss. IX. de Præst. Num. pag. 786.

Pag. 41. A. lin. 1. τῆς θαλάσσης τῆς δὲ πρὸς τοῖς ἤδη σκοπέλοις) Quæ vel sola Iuliani verba haud leuis erroris vel incuriæ doctissimum Petauium arguunt: qui quum in priori, vt antea diximus, huius Orationis editione, ad eam notis; tum in recensita ab eodem multis post annis eiusdem, vna cum aliis Iuliani operibus, interpretatione, portum illum Antiochiæ a Constantio exstructum crediderit; quod postea in postremis ad eundem locum notis, id ab eruditissimo Gothofredo, & vulgato ab eo Geographo, sed quod iam ante, vt vidimus, eum docere potuerat Libanius, monitus, de *Seleuceno* portu, non de *Antiocheno* dictum tandem agnouit. Neque certe illa Orientis metropolis Antiochia, quod primis litterarum tyronibus notum, ad mare, de quo hic Iulianus, sed ad Orontem fluuium erat sita, qui in mare propé Seleuciam se exonerabat. Hæc autem Iuliani, de importuoso & *scopulis ac saxis scatente* in littore ad Seleuciam *mari*, egregie illustrat, vbi eiusdem vrbis situm accurate describit, Polybius Lib. V. pag. 403. ac inter alia de eodem ait: ἐν δὲ τῆς πρὸς μεσημβρίαν αὐτῆς κλίμασι, ΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΕΙΑΝ συμβαίνει κεῖσθαι, διεζευγμένην ΦΑΡΑΓΓΙ κοίλῃ καὶ δυσβάτῳ καθήκουσαν μὲν καὶ περικλωμένην, ὡς ἐπὶ ΘΑΛΑΤΤΑΝ. κατὰ δὲ τὰ πλεῖστα μέρη ΚΡΗΜΝΟΙΣ καὶ ΠΕΤΡΑΙΣ ἀποτόμοις περιεχομένην, *ad huius meridiem SELEVCIA iacet, profundo admodum & vix peruio SALTV disiuncta: vrbs ipsa flexu quodam pertinet, illa quidem AD MARE; cæterum ab omni ferme parte PRÆRVPTA PRÆCIPITIA illam cingunt.* Idem tamen paullo ante, vti ad superiorem notam diximus, quum missæ ad *Seleuciam* ab Antiocho M. classis; tum paullo post, *portus* eius ab eodem præsidio muniti meminit. Qualem quoque exstitisse natiuum prope hanc *Seleuciam* portum, eumque *Bithyllium* dictum, docet Io. Antiochenus Malala, vbi de Traiano ait Chronogr. pag. 352. cum ἀπὸ τοῦ λεγομένου Βηθυλλίου ἑρμηνεία, ὅπερ αὐτοφυὴς ΛΙΜΕΝΟΣ, πλησίον τῆς Σελευκείας τῆς Συρίας, *a statiuis Bithyllis dictis, qui PORTVS est natiuus prope Seleuciam Syriæ*. Quod vero, vt obiter hoc addam, eadem Seleucia, & post factam quidem Antiochensis agri in vicinia mentionem, διεζευγμένη φάραγγι κοίλῃ καὶ δυσβάτῳ, *profundo & vix peruio saltu disiuncta* dicitur; respicere videtur ad eam illo in tractu Ἀντιόχου φάραγγα dictam, cuius vti & *Seleuciæ* meminit duobus locis, & qui hinc illustratur, Iosephus: prior est ἐκ Lib. XIII. cap. XXIII. vbi de Alexandri Iudæorum Regis in Syriam expeditione agens, ait, ἐπὶ Γαυλάναν καὶ ΣΕΛΕΥΚΕΙΑΝ ἐξώρμησε· προσλαβὼν δὲ καὶ ταύτας, προσεκτήσατο καὶ τὴν ΑΝΤΙΟΧΟΥ λεγομένην ΦΑΡΑΓΓΑ, καὶ Γάμαλα τὸ φρούριον, *ad Gaulanam & SELEVCIAM exercitum duxit; & hisce captis, in suam quoque potestatem redegit PRÆRVPTVM SALTVM, qui Antiochi dicitur, & castellum Gamala.* Alter locus huic geminus est Αλωσ. Lib. I. cap. IV. vbi de eadem huius Alexandri expeditione similiter ait, καταστρέφεται δὲ καὶ Γαυλάνην, καὶ Σελεύκειαν, καὶ τὴν Ἀντιόχου φάραγγα, *expugnauit autem & Gaulanam, & Seleuciam, & Antiochi saltum*. Adde quod eadem *Seleucia*, iuxta Procopium Bell. Pers. Lib. II. cap. XI. tantum CXXX stadiis, ac proinde vix vltra dimidii diei iter, seu paullum vltra sedecim millia Italica, esset ab Antiochia dissita. Quomodo alioquin φάραγγες prope Antiochiam, quæque ἄγκεα dicerentur, memi-

Neque enim Constantinopoli, sed in Illyrico, vt id supra pag. 5. tradentem vidimus Iulianum, natus erat Constantius. Vnde hic τῇ πατρῴᾳ πόλει. melius per *paternam* vrbem, quam per *patriam* vertisset interpres: quum nec Constantini eadem fuisset patria, sed Naisus, vrbs itidem Illyrici. *Mater* quidem huius Constantii, de *Roma* dicitur supra ead. pag. 5. sed vt ad eum locum diximus Observ. pag. 31. eo intuitu, quo Roma *communis patria* ac *mater omnium vrbium* est appellata; in qua præterea nutritus fuerat Constantius, & cuius etiam mater Fausta, Maximiani Herculii filia, Romæ erat nata. Quod vero adtinet beneficia, quæ in Constantinopolim contulisse hic dicitur Constantius, ea multis extollit Themistius, non ea solum Oratione, quam innuit Petauius, quæque est IV in postrema illius Oratoris editione; sed etiam in ea, quæ nunc primum in eadem prodit, ac III inscribitur, quamque ad obeundam ad Constantium, Romæ tum agentem, Legationem cum aliis delectus ab vrbe Constantinopolitana conscripsit Themistius. In ea enim ab eius limine ait pag. 40. quod aliæ ciuitates Constantii in se beneficia pari honore non possent compensare; tum, vt addit, *ei quæ a parente tuo nomen duxit, re ipsa vero TVA POTIVS EST. quam parentis tui, longe id adsequi difficillimum est*, τῇ δὲ ἐπωνύμῳ μὲν τοῦ σοῦ πατρὸς (nempe quod hic dixerat Iulianus τῇ πατρῴᾳ πόλει) ἔργῳ δὲ ΣΗ ΜΑΛΛΟΝ, ἢ τοῦ πατρὸς, καὶ πάνυ δὴ τὸ ἐγχείρημα ἀπορώτατον. Addit mox pag. 41. αὐτὴ γὰρ ἐστιν ὅλη σὸς στέφανος, καὶ ἀνάθημα· ὥστε τί ἂν δέοιτο τῆς ἔξωθεν προμηθείας, πρὸς τὸ χάριν τινὰ ἐκτίσαι σοι τοῦ κάλλους τε, καὶ τοῦ μεγέθους; *Est enim tota ipsa, quanta quanta est, corona tua ac donarium tuum. Quid igitur internæ illa prouidere opus habet, vt pulchritudinis & magnitudinis quam tibi referat acceptam, gratiam aliquam rependat?* Vnde mox pag. 44. collata a patre & a filio Constantio in eandem vrbem tangens beneficia; ab illo eam a tyranno liberatam esse & conditam; *alterum vero*, seu Constantium, *id, quod ei prius deerat, ADIVNXISSE*, ὁ δὲ πρότερον ἐκλείπεν ΠΡΟΣΘΕΙΣ (quomodo eodem verbo hic vsus eadem re Iulianus) ἐπόσιν ἰδεῖ. Immo quibus dein subdit pag. 47. nouum cum illius Auctore & conditore, patre nempe Constantino, certamen instituisse Constantium; vter vtrum de hac vrbe bene merendo superaret: adeo vt cuius propria censeri iustius debeat, eius nempe, qui illius semina iecit, an qui curauit & perfecit, difficile nunc foret iudicium: additque, quod Constantius eam vrbem a partu recentem & patre suo orbatam, vt paruulam sororem bonus frater ac natu maior, fouere vti par erat cœperit, omninoque pulcram & magnam effecerit.

Ibid. A. lin. 6. τεῖχος μὲν αὐτῇ κύκλῳ περιβαλὼν) Quod inde demum discimus, nempe Constantinopoleos mœnia, a patre vltra veteres vrbis terminos versus Troadenses porticus prolata, (vt ea de re Codinus, & Hesychius Milesius in Origin. Constantinop. ille pag. 7. hic pag. 29 vterque edit. Regia) a Constantio fuisse demum perfecta. Vt proinde merito ex hoc Iuliani loco erroris Codinum arguerit eruditissimus Du Cange Constantinop. Christianæ cap. IX. qui terrestres ac maritimos muros a Constantino absolutos dixerit. Adde, qui eandem vrbis formam per annos CXXXII, ac sub decem Imperatoribus, ad Theodosii Iunioris tempora durasse retulit; a quo demum, ob tot terræ motu, & quod muri corruerent, iidem sunt ampliati. De extructis quidem, seu prolatis illius vrbis a Constantino mœnibus, ait Zosimus Lib. II. cap. XXX. quod quum vrbem veteri longe maiorem vellet efficere, ΤΟΥ πάλαι ΤΕΙΧΟΥΣ ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα ΤΕΙΧΕΙ ΠΕΡΙΕΒΑΛΕ τὴν πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τὸν ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν, *eam vltra veterem MVRVM decem & quinque stadiis MVRO nouo CIRCVMDEDIT, qui totum Isthmum a mari ad mare complecteretur.* Verum quod de iisdem muris a Constantio illi vrbi circumdatis hic dicitur, turbare quodammodo videtur Themistius; quodque a Petauio, qui eandem eius Orationem cum aliis pridem vulgauerat, ad eamque lectorem in genere hic ablegat, præteriri non debuit. Is enim Themistius Orat. IV. in priori autem Petauiana editione XIII. eaque in Senatu Constantinopolitano, in huius Constantii Romæ tum agentis laudem, biennio etiam post hunc Iuliani Panegyricum habita, ait pag. 58. vlt. edit. prioris vero pag. 305: πυνθάνομαι γὰρ ὡς καὶ ἠμφίασεν ἐμὲ Ο ΓΕΝΝΗΤΩΡ τό, τε ΑΣΤΥ ΤΩ ΚΥΚΛΩ, καὶ τον υἱέα τῇ ἁλουργίδι· ἐπεὶ ἐν δίκῃ τετραπλασιάσας τὴν ἀρχὴν, πολλαπλασιάζει αὐτῆς τὴν ὁμήλικα, ΟΥ ΤΟΝ ΠΕΡΙΒΟΛΟΝ ἐξάγων, ἀλλὰ τὸ κάλλος προσμηχανώμενος. Petauio interprete, *Audio enim, vno eodemque tempore, PATREM illius* (Constantii) *& VRBI MVRORVM AMBITVM, & filio purpuram CIRCVMDEDISSE. Vnde & recte, postea quam triplo amplius imperium fecit Constantius, æqualem sibi ciuitatem amplificat, NON PRODVCTIS POMOERIIS, sed*

FORVM βασιλικὴν, nempe CONSTANTINI dictum, Themistius, quod (vt e Constantinopolitanarum rerum ac originum Scriptoribus priscis ac recentibus liquet) inter nobilissima vrbis ædificia exstructum, ipse erectis *DVOBVS in eo FORNICIBVS* exornauit Constantius, teste Hesychio Milesio pag. 29. ἀνέστησαν δὲ αἱ ΔΥΟ ΑΨΙΔΕΣ πρὸς τῷ καλουμένῳ ΦΟΡῼ. Quod alioquin opus, seu eosdem duos fornices maximos, eosque e marmore Proconnesio, patri Constantino tribuit Zosimus Lib. II. cap. XXX. Verum Hesychio adstipulatur coæuus eidem operi Auctor, Themistius; cuius adductis paullo ante postremis ea de re verbis lux inde accedit: quibus nempe dicitur Constantius, Regium seu Constantini Forum, ὥσπερ καλύπτρᾳ, καταπλέκων χρυσῷ καὶ μεγέθεις. seu veli instar, nempe hisce duobus fornicibus, quos aureis aliisque crustis intexuerit, decorasse. Adde insuper, quod sub eodem Constantio erecta demum fuerit in eodem Constantini Foro celebris illa COLVMNA porphyretica, supra quam collocata erat Constantini statua; quod similiter memorat dicto iam loco Hesychius Milesius.

Ibid. B. lin. 2. οἱ μετ' ἀρετῆς καὶ τῆς βελτίστης ἕξεως) Post enarratas Constantii expeditiones, seu res feliciter contra Persas aut Tyrannos bello gestas; ac vltimo, quæ is ad nobilissimarum in orbe post Romam vrbium, Constantinopoleos & Antiochiæ, decora & opportunitates contulerat beneficia: ad alterum nunc transit laudationis genus, quod Constantii *virtutes*, seu *animi adfectionem*, qua is ad suscipiendas res ab eodem gestas fuerit impulsus, quamque potissimum laudem in principe spectandam dixerat (& continuo etiam hic tangit) Orationis huius pag. 4. & 5. Vnde hæc duo, πράξεις nempe & ἀρετὰς vel ἕξεις, *actiones* & *virtutes*, seu *animi adfectionem*, sibi in hoc Panegyrico, idque iuxta veterum Rhetorum, quod ibidem vidimus, ea de re scita, enarranda proposuit Iulianus. Quam viam similiter in sequenti, & quæ eiusdem est argumenti, Oratione, sibi quoque insistendam credidit: vnde post commemoratas huius Constantii expeditiones bellicas, ait pag. 92. non ea, quæ fortuna sæpe improbis solet impertiri, esse respicienda; *sed ipsas animi ADFECTIONES VIRTVTESQVE, quarum soli ii, qui boni viri sunt, & natura probi, possunt esse participes*, ὡς δὲ ΤΑΣ ΕΞΕΙΣ καὶ ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ, ἧς μόνοις μέτεστι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ φύσει σπουδαίοις. Additque sequenti pagina 93. hunc velut canonem esse & amussim, ad quam bonorum virorum ac principum laudes oportet accommodare. Ad quem proinde canonem, veras Alexandri ac Imperatorum ante se laudes, ac de πρωτείοις in Deorum cœtu ac Heroum conuiuio contentionem, nempe non ad πράξεις adeo seu *actiones*, quam ad eorum προαιρέσεις seu *adfectiones*, animique, quo eas iidem gesserunt, propositum, exigit in Cæsaribus Iulianus. Ita de Magnentio, de quo actum hactenus, ait ibi nominatim, ei ad illud conuiuium ne aditum quidem patuisse; quod etiamsi multa videri possent ab eo egregie gesta, videntes tamen Dii, ὅτι μὴ ταῦτα ἐκ καλῆς αὐτῷ πέπρακται διαθέσεως, εἴων αὐτὸν οἰμώζειν ἀποτρέχοντα, *quod ea non essent a recti animi proposito profecta, abire eum & lamentari siuerint.* Verum quæ ea de re, seu de ea principum laude, quæ non e rebus gestis, sed ex *virtutibus*, ac *animi*, quo ad eas suscipiendas fuerunt iidem impulsi, proposito, seu de instituendo inter eorum πράξεις & ἀρετὰς, vel ἕξεις & προαιρέσεις. quibus de prioribus iudicium fieri debeat, discrimine, iam sunt a nobis e Rhetoribus aliisque Auctoribus antiquis adnotata, harum Observ. pag. 27. & 28. non hic repetimus. Adductis tantum ibi aliis Aristotelis in Rhetoricis, vel ad Nicomachum ea de re locis, addam hoc eiusdem Philosophi in postremo illo opere Lib. V. cap. X. ὅταν δὲ ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρός, *quandoquidem ex animi proposito iniustus quis ac improbus* iudicatur. Nempe prout ἕξεις, quas hic dicit Iulianus, alibi, vt vidimus, διαθέσεις, προαιρέσεις, easdem illas animi adfectiones, seu destinatum consilium notant, hoc est, βούλησιν ἐξ ἀναλογισμοῦ, *voluntatem deliberatam*, vt eam vocat Stobæus Serm. II. de Virtute. Vnde etiam quod *rectæ animi affectiones* (nempe καλαὶ ἕξεις, seu προαιρέσεις) *virtutes appellantur*, tradentem diximus Ciceronem, Observ. pag. 27.

Ibid. B. lin. 5. περὶ μὲν εὐσεβῶς καὶ φιλανθρώπως) Qua de re, seu Constantii in patrem Constantinum pietate, & cum fratribus, quod continuo additur, concordia, iam antea a se actum obiter hic monet. Ac de *patre* quidem, seu quomodo eidem vt parenti simul ac imperatori, tanquam vnus e multis, licet iam Cæsar seu imperii particeps ab eo constitutus, se subiecerit: quomodo etiam ad eundem morbo conflictantem accurrere voluerit: quosque ei mortuo honores continuo habuerit, egit supra pag. 14. & 16. & nos Observ. pag. 146. & 147. Imperi-

peri-

perium vero post patris mortem concorditer cum fratribus ab eodem Constantio administratum; pacta eam in rem cum iis inita; & quibus etiam, vno concordiæ cum iis seruandæ studio, iure quodammodo suo decesserit, adtigit similiter huius Orationis pag. 17. & 19. Iulianus. Adeo vt vtrumque, quod hic ab illo traditur, ἀρχόμενος μὲν πειθόμενος, συνάρχων δὲ ἐπιεικῶς σωφρόνως, *patris quidem imperio libenter subiectus, cum fratribus autem moderate imperans*, iisdem ferme verbis dictum antea fuerit; nempe prius pag. 16. ἀρχόμενος ὑπὸ πατρὸς σωφρόνως, *parentis imperio moderate subiectus*; alterum pag. 17. τοὺς ἀδελφοὺς συνάρχοντας θεραπεύων ἀεὶ, *fratres imperii participes perpetuo colens*; quæque ea de re a nobis dicta sunt pag. 161. Adde, quod de eadem Constantii cum fratribus concordia; vt neque verbis, neque factis vllum inter eos certamen exstiterit; immo quod iucundius Constantio fuerit, cum illis imperium administrare, quam vt solus eidem præesset, a Iuliano ad captandam eiusdem Imperatoris beneuolentiam, rursus dicta sunt huius Orationis pag. 33.

Ibid. C. lin. 6. ἀφῆκεν τὴν ἀρχὴν τὸν πάππον) Quomodo iam ante dixerat pag. 32. æquius erga tyrannum Vetranionem, cui vitam nempe, libertatem, opes etiam reliquerat, se gessisse Constantium, quam erga auum se præstiterit Cyrus. Quo rursus exemplo, Constantium ob eius in parentem pietatem, & sub cuius imperio subiectus vixerit, eidem Cyro, a quo auus, isque, vt hoc addam, bene de eo meritus, fuerit imperio exutus, longe anteponendum hic ducit. Verum de illo Cyri facto, & quomodo se erga auum Astyagem gesserit, seu quæ ea de re a veteribus sint diuerse tradita, diximus ad priorem ea de re Iuliani locum Obseru. pag. 113.

Ibid. D. lin. 2. ἐν ᾧ τῆς ἁπάντων ἡγεμονίας) Nempe post cæsum Magnentii dolo fratrem Constantem, arreptamque inde ab eodem Magnentio, qui se Imperatorem & Augustum appellauerat, tyrannidem; delatumque etiam ab Illyriano exercitu Vetranioni imperium. Quo difficillimo proinde tempore, quo formidanda vis ac potentia eorundem tyrannorum videbatur, maxime autem Magnentii, cum quo vniuersa Gallia & Germanorum bellicosissimæ gentes defecerant, quæque iam Italiam inundauerant, reliquis autem Romani orbis prouinciis grauès imminebant, vti ea de re supra a Iuliano iam actum, haud fractum tamen animo Constantium; sed inuicta animi magnitudine, & spretis multorum, vt hic dicitur, qui ad alia, seu ad partiendum cum tyrannis imperium, consilia volebant eundem impellere, debitum vni sibi, tanquam post fratris Constantis cædem, hæreditario velut iure ad se deuolutum totius Romani orbis imperium, adserere voluerit ac vindicare. Quæ mens est huius loci, & sequentium proxime verborum: quorumque obuia est ratio ex iis, quæ vel a Iuliano iam ante ea de re sunt dicta pag. 26. & 34. ac 35. vel a nobis ad eadem sunt obseruata.

Ibid. D. lin. 6. φάσκε δὲ καὶ τὸν ἀσφαλῶς) Nempe quæ ad Vetranionem nullo negotio, & ad primum Constantii aduentum, imperio exutum, mox autem ad profligatum ad Mursam in Pannonia Magnentium, respiciunt: & de quibus abunde ac fuse in superioribus egit Iulianus. Quibus autem rebus confectis, impulsum addit eundem Constantium, vt reliquas Romani orbis partes, Italiam puta & Galliam, a scelerati Magnentii tyrannide liberaret.

Ibid. D. lin. penult. δικαιότερον μὲν) Nempe, non a magnitudine solum aut a felicitate, sed a iustitia potissimum confecti illius contra tyrannos belli, Constantium hic laudandum statuit Iulianus. Quod pluribus mox persequitur: dum nullo propriæ vtilitatis intuitu, aut vlla etiam gloriæ vel ambitionis cupiditate, sed sola rei honestate, seu Romanum orbem a crudelissimi tyranni ac barbari iugo & sæuitia liberandi proposito, periculosum illud bellum adgressus dicitur Constantius. Quia proinde ratione, non tam *res* in hoc Magnentiano bello, & de quibus hactenus egerat, fortiter ac feliciter gestas, seu πράξεις, quam ἦθος seu *animi adfectionem*, qua ad eas suscipiendas idem Constantius fuerit impulsus; ac proinde, iuxta traditum paullo ante inter hæc discrimen, immo quam postremam laudem, eamque priori etiam anteponendam, a se nunc demum respici, dixerat paullo ante Iulianus. Ad quem etiam canonem res alioquin animose ac fortunate ab Alexandro M. Iul. Cæsare, Augusto, Traiano, M. Aurelio, & huius etiam patre Constantino gestas, examinandas, vti id obiter iam ante dictum, statuit in Cæsaribus. Neque vero immerito illud contra Magnentium bellum, vt longe *iustissimum* hic prædicatur: quod nempe contra eum esset susceptum, qui

qui ſcelerata in Constantium, magnis Barbarorum fretus copiis, arma primus mouerat; qui inuaſerat imperium, eique ſumma cum tyrannide ac inaudita in omnes ſæuitia præerat; fratrem denique Constantii, eundemque Imperatorem ſuum ac dominum, necarie e medio ſuſtulerat; ac proinde vbi tres illæ iuſti belli cauſſæ, de quibus videri poteſt Grotius de Iure Belli & Pacis Lib. II. cap. I. & XXII. concurrebant, quæ Camillus Gallis denunciabat apud Liuium Lib. V cap. XLIX. *omnia quæ defendi, repetique, & vlciſci fas ſit.*

Pag. 42. A. lin. 1. *ἔλαβε πρόφασιν πολέμου*) Prout nempe *προφάσεις*, quæ obtenditur iuſta ſuſcepti belli cauſa, a priſcis Scriptoribus, Thucydide, Polybio, Diodoro Siculo, Dionyſio Halic. Dione, aliisque dici itidem conſueuit, vt id dicto ad finem ſuperioris notæ loco, tum cap. I. & XXII. eiusdem Lib. II. de Iure Belli ac Pacis obſeruauit ἐπ... quæ ibidem, ac in illius ad ea loca adnotatis, reperiet Lector. Quomodo nempe *προφάσεις* ſumi ... ab Hippocrate dici, non quasvis in genere cauſas, eaſque leues, aut vero falſas; ſed veras & manifeſtas, ad librum Senis Coi de Fracturis obſeruat Galenus Comm. III. pag. 571. Tom. V. ed. Gr. *ὅτι καὶ νῦν εἴρηκε προφάσιας, οὐ τὰς ψευδεῖς αἰτίας, ἀλλὰ τὰς ἀληθεῖς, εὔδηλον, quod vero nunc etiam προφάσεις, non falſas quidem cauſſas, ſed veras dixerit, manifeſtum.* Easdem vero belli *προφάσεις* a Procopio Goth. Lib. III. vocari *δικαιώματα* monet d. l. illuſtris Grotius; qua voce alioquin *priuilegia* dicit Ioſephus, vbi agit de æneis tabulis Antiochiæ, *ἐν αἷς γεγράφθαι δικαιώματα τῶν Ἰουδαίων, inciſa ſunt priuilegia Iudæorum.*

Ibid. A. lin. 4. *ὁ βάρβαρος ἦν ἡγεμών*) Quod nempe quum inuiſa, tum Reipublicæ noxia, haberentur bella ciuilia, (*quæ neque parari neque haberi per bonas artes poſſunt*, iuxta prudentes apud Tacitum Ann. I. cap. IX.) inde contigit illud, quod a Constantio contra Magnentium, vtpote non Romanum, ſed, vt hic ait, *Barbarum*, geſtum eſt, nequaquam ciuili bello imputandum traditur. Etiamſi hoc Magnentiano bello aliter ſtatuere videatur Ammianus, a quo nempe dicitur Lib. XVI. cap. X. *Constantius, tanquam recluſo Iani templo, ſtratisque hoſtibus cunctis Romam viſere geſtiebat, POST MAGNENTII exitium, absque nomine ex SANGVINE ROMANO triumphaturus.* Nempe quum alioquin, vt de iis noto verſu Lucanus Lib. I. v. 12. *nullos habitura triumphos* eſſent bella ciuilia, ſeu inter Romanos geſta. Vnde apud Tacitum legitur Hiſt. Lib. IV. cap. IV. *Muciano triumphalia de bello ciuili data: ſed in Sarmatas expeditio fingebatur:* & prout a Iul. Cæſare, ac ab Auguſto, Iubæ & Cleopatræ, quod viderunt iam ad eum Taciti locum viri docti, prælata in triumphis de Africano & Actiaco bello nomina. Immo quomodo triumphum de deuictis, qui imperium ad ſe rapere intenderant, Peſcennio Nigro ac Albino, recuſaſſe dicitur apud Herodianum Lib. III. cap. IX. Seuerus. Quamquam alia hic fuerit huius Magnentiani belli ratio: quum etsi in eo Romani, quod ait Ammianus, aut populi Romanis ſubiecti, ſicut Galli Germanique, vt de iis e Iuliano iam antea vidimus, contra Constantium ſteterint; totus tamen eiusdem belli dux & incentor erat gente *barbarus*, idemque neſarius imperii ſub vero & legitimo principe inuaſor; ac præterea Domini, vt iam antea vidimus, ac Imperatoris homicida; qui denique omni ſcelerum ac ſæuæ tyrannidis, vt quum ſupra, tum mox adhuc tangit Iulianus, genere eſſet in Rempublicam graſſatus. De eodem vero Magnentio, vt qui *φύσει βάρβαρος*, *natura* foret *barbarus*, & quidem *vile mancipium*, dictum iam fuerat huius Orationis pag. 33. & 34. & qua de re ad eadem loca Obſerv. pag. 219. & 220. a nobis agitur. Vt proinde non ſpecioſa ſolum, ſed quum iuſta, tum neceſſaria fuerit hæc belli, a Constantio contra hunc *barbarum*, quo nomine quoque eum a Themiſtio deſignari ibidem vidimus, belli cauſſa.

Ibid. B. lin. 11. *καὶ νόμων κύριον*) Qua, inter alias primi faſtigii prærogatiuas, ſe pro Principe ſeu Imperatore geſſerit Magnentius. Trita vero omnia ac lippis nota, quæ de Romano principe, vt *legum*, quod hic dicitur, *domino*, ſunt aut in legibus ipſis, quibus Romanorum ius eſt conſignatum, vel in earum Præfationibus contenta; adeo, vt *quod principi placuit, LEGIS habeat vigorem;* ipſe autem easdem leges pro re nata exauctorandi aut immutandi, plenam habeat facultatem. Ab hoc vero Magnentio, vbi imperium inuaſerat, *leges* aliquot latas, easque iniquiſſimas, adtigit iam ſupra Iulianus pag. 34. & de quibus a nobis actum Obſerv. pag. 221. & 222.. Quamquam illud de eodem tyranno, & Constantii contra eum bello, a Libanio dicatur Orat. X. in huius Iuliani necem, pag. 268. *Μαγνεντίῳ Κωνστάντιος πολεμῶν,*

μῶν, ἀφελομένῳ μὲν ἀλλοτρίαν ἀρχὴν ἄρχοντι δὲ αὐτῷ μετὰ ΦΥΛΑΚΗΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, *cum Magnentio Constantius bellum gerens, qui imperium quidem alienum inuaserat; verum CVM LEGVM OBSERVATIONE imperabat.* Nempe specie tenus, aut simulata aliquamdiu, vt a sæuissimis etiam tyrannis fieri solet, iuris ac legum tutela: prout id ex iis, quæ de eodem Magnentio dixit Iulianus pag. 39. ac in Cæsaribus, vt ibidem ac paullo ante vidimus, licet colligere. Vnde etiam priori in loco non vere quidem, sed ironice, a Iuliano vocatur Magnentius, ὁ χρηστὸς κ... καὶ ΝΟΜΙΜΟΣ ἄρχων. *egregius ille ac LEGITIMVS* seu *IVXTA LEGES imperans.* Adde, quod abrogatæ sint a Constantio impiæ aut iniquæ *leges* ab hoc tyranno latæ, vt nominatim ea de nocturnis sacrificiis, Leg. V. Cod. Theod. de Paganis, *Abolcantur sacrificia nocturna, MAGNENTIO auctore permissa, & nefaria deinceps licentia repellatur.* Vnde ob sacrificia illa ab eodem Magnentio permissa, hanc, de qua modo, laudem, quod is imperarit μετὰ φυλακῆς τῶν νόμων, a Gentili Scriptore LibanioConstantio tribui, commode ibi ad eam legem obseruari video a doctissimo Iac. Gothofredo.

Ibid. C. lin. 2. ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχὰς ...) Tertium illud est, quod a Magnentio, præter latas ab eo leges, & constitutam Rempublicam, summi, quod inualerat, fastigii iure vel obtentu, factum hic dicitur: solemnis nempe *Votorum*, quæ ille pro salute imperii publica susceperit, nuncupatio. Eius autem rei ratio haud ita forte est obuia: quod frequens *Votorum* sub Cæsaribus, & pro eorum quidem incolumitate, susceptiorum; non adeo vero, quæ ipsimet pro communi salute nuncuparent, occurrat apud veteres, aut in aliis prisci æui monumentis, mentio. Huius equidem ritus, qui iam veteris Reipublicæ temporibus obtinuit, e Liuio, qui subinde illius meminit, ac aliunde, facta est ab eruditis commemoratio: iuxta quem nempe Kalendis Ianuariis, initi a Consulibus Magistratus, solemnique eorum processus die, *vota* pro publica imperii, seu Senatus Populique Romani salute, nuncupari consueuerant. Quod a Pontificibus, seu Sacerdotibus, viris ac feminis, factum, docet Dio Lib. LI. pag. 457. vbi inter alios Augusto decretos post deuictum ab eo Antonium, honores, ait, τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ἐν ταῖς ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ καὶ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΕΥΧΑΙΣ, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι, *vt Sacerdotes viri ac feminæ, in solemnibus PRO SENATV POPVLOQVE ROMANO VOTIS, pro ipso quoque VOTA fa...nt:* & qualem cæteroquin honorem Iulio Cæsari iam antea delatum dixerat idem L... io. XLIV. pag. 243. Ita solemnis *Votorum* ... constitutus; quo nempe publica pr... pis incolumitate *Vota* susciperent..., ... (vt e Plutarcho, Luciano, Dione, ... I. C. Eunapio, vetere vrbis Kalendario, ... præterea, quod ad Ammianum Lib. XXIII. cap. ... vidit iam doctissimus Valesius, ipso Iuliano in Misopogone pag. 346. monuerunt iam eruditi) III. Nonas Ianuarias cum in re... consecratus. Idem vero *VOTORVM* ap...ione inde etiam designatus, prout ... liquet e Capitolino in Pertinace cap. ... *deinique tertium Nonarum diem, VOTIS ipsis, milites &c.* ac e Vopisco in ... IX. *Diuorum templum fieri iussit &c. ... iisdem Natalibus suis, & Parilibus, & Kalend. Ianuariis, & VOTIS, libamina ponerentur.* Adde e LXXI Canone, de quo paullo post, in Trullo, qui abrogari iubet, vti totidem Gentilium Festa, τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα ΒΟΤΑ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια, *Calendas, quæ sic appellantur, & quæ dicuntur VOTA, quæque vocarentur Brumalia.* Quæ autem *Vota* non in vrbe solum, sed etiam in Prouinciis suscepta: vt non e Plinii duntaxat, Bithyniæ tum ac Ponti Rectoris, ad Traianum Epistola XLIV. Lib. X. constat: *solemnia VOTA pro incolumitate tua, qua salus publica continetur, & suscepimus, & soluimus;* sed præterea e veteribus nummis. Qualem oppido singularem ab Ephesiis sub Macrino Imp. cusum, e Thesauris Gallorum Regiis, vbi tum versare illum mihi licuit, ad Iuliani Cæsares pag. 324. vulgaui; in quo plures figuræ conspiciuntur, elatis (solita vota nuncupantium, vt vel e Regis Tullii apud Dionysium Halic. Lib. III. pag 173. exemplo liquet) ad Dei erectum in templo simulacrum manibus, adstante præterea ad aram popa & tauro, vota nuncupantium, cum inscr. ... ΕΦΕΣΙΩΝ *Vota Ephesiorum:* quod nempe illa iam ætate retentam a Græcis Asiaticis Romanam solemnis illius sacri appellationem docet. Id vero solemne Romæ ab omnibus in genere Pontificibus ac Sacerdotibus quod paullo ante e Dione vidimus, peragi solitum, liquet etiam e Tacito Annal. IV. cap. XVII. *Cornelio Cethego, Visellio Varrone COSS. PONTIFICES, eorumque exemplo cæteri SACERDOTES, quum pro incolumitate Principis VOTA susciperent.* Adde, quod indicat alia Plinii ad Traianum Epistola, nempe VIII. Lib. X. qua Sacerdotium ab ipso, Auguratum, & Septem-

ptemuiratum, petit, *vt IVRE SACERDOTII precari Deos PRO TE PVBLICE possim, qui nunc precor pietate priuata.* Neque tamen priscus inde mos continuo videtur abolitus, vt nempe vota pro salute imperii publica, & quidem Kalendis Ianuariis, ac proinde auspicato anni & processus Consularis die, rite ac feliciter susciperentur. Quod e lege vnica, quæ exstat in vtroque Codice de Oblatione Votorum, ac vbi strenarum, quæ tum dabantur Principibus, fit mentio, licet colligere: *Quando VOTIS COMMVNIBVS felix ANNVS APERITVR, in vna libra auri & solidis obryzatis principibus offerendi* &c. Vnde, non demum de illo tertio Ianuarii die, vti a clarissimo Codicis Theodosiani ad eam legem Enarratore factum, quo peculiaris erat VOTORVM, de qua hactenus, pro incolumitate principis NVNCVPATIO, (vt illa in veteri vrbis Kalendario ad eum diem appellatur, vti & apud Tacitum Annal. XVI. cap. XXII. & Suetonium in Nerone cap. XLVI.) sed de ipsis Kalendis Ianuariis id videtur omnino intelligendum: quibus, vt in eadem lege dicitur, *felix annus aperitur*, & quidem *Votis Communibus*, seu pro communi & publica imperii salute susceptis; ac præterea cum solita strenarum, de quibus ibidem agitur, nec diffitetur vir doctissimus, quæ autem ipsis Kalendis Ianuariis, sicut vulgo, ita Imperatoribus dari etiam consueuerant, *oblatione*; vt liquet e Suetonio in Augusto cap. LVII. in Tiberio cap. XXXIV. ac alibi, e Dione insuper Lib. LVIII. pag. 607. ac præterea ex Inscriptionibus antiquis, quas ad Tranquillum adtulerunt iam viri docti. Eadem proinde ibi *communia* illa *vota*, seu, vt hic Iulianus, ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχαὶ, quæ suscepisse Magnentius dicitur: prout de Kalendis Ianuariis, παγκοινος ἑορτὴ, *commune omnibus festum*, ab hoc Iuliano in Misopogone dicitur pag. 346. ac similiter a Libanio in Descriptione Kalendarum pag. 178. Tom. I. vbi hanc ἑορτὴν, vnam vocat κοινὴν ἁπάντων, ὅπόσοι ζῶσιν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, *omnibus communem, quicunque sub imperio Romano viuunt.* Factum proinde, vt Magnentius, post arreptum priori anno CCCL, Constante in Gallia cæso, imperium, dum in Oriente bello contra Persas implicitus ageret Constantius, Romam interea occuparit, ibique se Consulem vna cum Gaisone (vt e libello de Præfectis Vrbi constat, ac monuerunt iam alii) sequenti anno CCCLI nuncupauerit. Vnde pro more ab ipsis Reipublicæ temporibus recepto, Kalendis Ianuariis, solemnique processus sui Consularis die, *vota* illa, quæ in dicta paullo ante lege vocantur *Communia*, hic vero a Iuliano ὑπὲρ τῶν κοινῶν, ab eodem, ceu a Consule, (vti vota ab ipsis Coss. nuncupata, in Excursu ad Taciti Annal. XVI. cap. XXI. censet Lipsius) seu tanquam a Pontifice Maximo, qui nempe præerat omnibus, quas obirent alii Pontifices ac Sacerdotes, ac illo etiam, vt vidimus, *Votorum* die, sacrorum cæremoniis, suscepta fuerint. Quam alioquin veterum Imperatorum in obeundis illius Pontificatus Maximi, qui cum aliis principatus insignibus ad eos deferebatur, muniis; ac inde singularem eorum in publica sacrorum apud Romanos procuratione curam; me pridem alibi, adductis variis eius rei exemplis ac testimoniis, confirmasse memini. Verum quam in rem illustre & opportunum valde suppeditat hic ipse Iulianus testimonium, loco obiter paullo ante memorato, nempe in Misopogone pag. 346. vbi de semet ait, ἡ Σύρων ἧκε Νεομηνία, καὶ ὁ Καῖσαρ αὖθις εἰς Φιλίου Διός· εἶτα ἡ ΠΑΓΚΟΙΝΟΣ ΕΟΡΤΗ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς Τύχης ἔρχεται τέμενος. ἐπισχὼν δὲ τὴν ἀποφράδα, πάλιν ἐς Φιλίου Διὸς ΤΑΣ ΕΥΧΑΣ ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙ κατὰ τὰ πάτρια, *venerunt Calendæ Syrorum; rursus Cæsar ad Iouis Philii ædem. Deinde commune omnibus festum:* (seu *Kalendæ Ianuariæ*) *& Cæsar Genii templum adit. Tum intermisso nefasto die, rursus in æde Iouis Philii VOTA SVSCIPIT, more maiorum:* prout locum illum vere enarrat ad Ammianum Lib. XXIII. cap. II. doctissimus Valesius, & postrema verba de solemni *Votorum* pro incolumitate Principis *Nuncupatione*, quæ tertio fiebat Ianuarii, erudite ibidem explicat. Vnde autem hunc eiusdem Iuliani de Magnentio, qui Romæ tum se pro Imperatore gesserat, locum, de susceptis itidem ab eo votis, ipso *Votorum* die, hoc est, III. Nonas Ianuarias, licet quoque interpretari; nisi forte hic additum illud ὑπὲρ τῶν κοινῶν, ad ipsas *Kalendas Ianuarias*, seu suscepta tum cum ineunte anno, & de quibus paullo ante, communia, vt in communi festo, non vero pro sola Principis incolumitate, vota respicere censeatur. Quamquam priori interpretationi faueant quoque, quæ de eadem *Votorum* tertio Ianuarii die susceptorum celebritate tangit (& cuius ea de re locum Iam indicauit ad dictum Ammiani locum Cl. Valesius) Lucianus in Pseudologista pag. 589. Tom. II. ed. Salm. sed quem non adsequutus est interpres, ἐνθένδε ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΝΟΥΜΗΝΙΑΣ ΤΡΙΤΗ, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον, ΕΥΧΟΝΤΑΙ τι αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ

ἔτυς ΕΥΧΑΣ τινὰς, καὶ θύουσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καθηγησαμένου τῆς ἱερουργίας αὐτοῖς· καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν ΤΟΙΣ ΕΥΧΟΜΕΝΟΙΣ *hinc erat quidem principium anni, immo TERTIA DIES a MAGNO NOVILVNIO, seu Kalendis Ianuarius; quando Romani, iuxta veterem quandam consuetudinem, & ipsi VOTA quædam pro toto anno NVNCVPANT, & sacrificant, quarum ceremoniarum Rex Numa fuit iis auctor. Deosque illa potissimum die VOTIS SVSCIPIENDIS vacare existimant.* Neque vero turbare hic debet, quod Christianam religionem, vt vel e nummis eius, qui Seruatoris crucem ac initiales sacri nominis literas in auersa parte haud semel præferunt, liquet, professus fuerit Magnentius. Præterquam enim, quod Pontificis Maximi dignitatem ad Gratianum vsque retinuisse Constantinum ac eius successores, e lapidibus antiquis, etiam ex Ausonio in Gratiarum Actione ad Gratianum, & Zosimo Lib. III cap. XXXIV. est pridem ab eruditis obseruatum; & a me præterea, Constantinum quod adtinet, ex aureo eius nummo apud Cardinalem Leopoldum Mediceum, pridem adsertum: præter hæc, inquam, ipsa solennis *Votorum Nuncupatio* sub Christianis Imperatoribus itidem, & quidem per aliquot adhuc secula, est retenta. Quod e lege iam ante memorata, quamque Honorius demum tulit, *De Votorum Oblatione*; & præterea ex adducto similiter LXII. Canone Concilii in Trullo, quod septimo demum seculo celebratum est, abunde liquet; ac monuit iam ad Spartianum in Hadriano cap. XXIV. magnus Casaubonus; quibus accedit hoc Iuliani sub Constantio testimonium.

Ibid. C. lin. 8. χρόνον ἐτῶν ἐκ ὀλιγοτέρων δέκα) Decem annos in belli contra Græcos apparatu insumpsisse dicitur Xerxes; quum tamen altero regni anno Aegyptios, qui iam ante patris obitum defecerant, debellasse, ac per totum dein quadriennium comparato exercitu, quinto demum ineunte, ac proinde sexto regni anno, in Græcos mouisse ab Herodoto dicatur Lib. VII. cap. VII. & XX. & similiter a Iustino Lib. II. cap. X. *Xerxes bellum a patre cœptum aduersus Græciam quinquennium instruxit*, nempe quinto post illum apparatum anno, hanc expeditionem adgressus. Quem nodum ita soluit ad hunc locum Petauius, vt nouum Darii patris, post cladem Marathoniam, ad hoc bellum contra Græcos apparatum, & cui ille sit immortuus, simul hic cum apparatu filii a Iuliano confundi ac intelligi statuat; ab ipsa [illegible] clade Marathonia, ad illam Xerxis in [illegible] expeditionem, anni præter propter [illegible] intercedant. Cui Petauianæ de hoc Iuliani loco sententiæ subscripserunt dein alii [illegible]tiores Chronicorum conditores, a[illegible] tores, vt diligentissimus C[illegible] R[illegible] ad Besoldi Synopsin. Aliam vero [illegible] instituit vir doctrina & ingenio ma[illegible] Vossius, ab initio ferme libri de [illegible] Oraculis; qui quod hic a Iuliano de X[illegible] per integros decem annos bellum contra Græcos instru[illegible], dicitur, verum e[illegible] se negat, nisi pluribus annis [illegible] patre Dario regnasse Xerxes [illegible] modo etiam Cambyse[illegible] pa[illegible] gnasse i[illegible] tanget. Ne[illegible] conciliari posse, quæ de Cyri [illegible] populis optabili, a [illegible] tione quinquennali; quæque e[illegible] Persici Regni alibi, nempe libro de LXX Interpretibus, tradiderat. Neque vero in conciliandis iis, quæ de Themistocle ad Xerxem, aut iuxta alios, ad Artaxer[illegible] lium profecto, sunt ab antiquis Au[illegible] ac Historicis diuersimode tradit[illegible], a[illegible] rationem dari statuit ipse Petauius de D. Ctr. Temp. Lib. X. cap. XXV [illegible] huic Artaxerxi Longimano decem cum patre regni a[illegible] continuo tribuat: idque e veteri P[illegible]rum consuetudine, cuius meminit He[illegible] Lib. VII. cap. II. iuxta quam, Rege in expeditionem eunte, alius in regno successor seu collega declarabatur. Quod in Xerxe, de quo hic agitur, Dario aduersus Aegyptios ac Athenienses expeditionem parante factum; e[illegible] Xerxem, vti ex Atossa Cyri filia & patre iam Rege (quod adtigit supra Iulianus, sed tanquam post patris obitum, pag. [illegible]. & nos Obseru. pag. 217.) genitum, fratri Artabano prol[illegible]tum, ac Regem a Dario declaratum, tradit ibi[illegible] Herodotus. Etsi ne idem de Artaxerxe Longimano statuatur, vt is nempe iuxta Petauium per decennium cum patre regnarit, obstat continuo non solum, quod ea de re [illegible]ant Herodotus, Ctesias, Diodorus, Iose[illegible], Iustinus, aliique e veteribus, q[illegible] vtriusque illius Regis, patris & filii, mem[illegible]re; aut quod eodem Artaxerxe adhuc *puero* cæsus dicitur ab Artabano apud Iustinum Lib. III. cap. I. parens eius Xerxes: se[illegible] quod ille duos fratres haberet maio[illegible], & ex eadem insuper matre, vt e Ctesia [illegible]quet in Persicis cap. XX. quorumque [illegible] iam a Diodoro men[illegible] Lib. XI. pag. [illegible] genitos; quorum maior natu Darius, [illegible] demum patre Xerxe, futurusque [illegible] in rego

go

gno successor, eiusdem Artabani fraude fuit interfectus. Vnde quo auctore nitatur Bizarus, a quo diu ante Petauium, qui forte ab eo [illegible], Rer. Persic. Lib. II. pag. 62. tradi video, huic Artaxerxem patrem in Græciam profecturum regni administrationem (quæ tamen ad fratrem maiorem natu, vt diximus, Darium spectasset) reliquisse, haud equidem noui. Id vero ab Artaxerxe Mnemone factum obseruat in eius vita Plutarchus pag. 1024. vt ille nempe adhuc regnans, e filiis maiorem natu, Darium itidem dictum, iam quinquagenarium, *Regem declararit*, αἰ… [illegible] … *Regi autem declarato* &c. Sed quem adhuc ante obitum, quod ille interficiendi patris consilium cepisset, e medio sustulit. Quod a Iustino [illegible] de hoc Dario a patre Artaxerxe in Regnum adscito, sed minus vere aut accurate, quasi *contra morem Persarum, apud quos Rex non nisi morte mutatur*, factum dicitur Lib. X. cap. I. quum potior hic haberi debeat Herodoti, eique tempore Xerxis, qui a patre Dario in regno collega fuit adsumptus, exemplo confirmata auctoritas. Nisi pro Iustino (quod vno verbo moneri ad eum locum ab eruditis eius editoribus merebatur) hic militat, quod eum morem apud Persas obtinuisse, vt Rex nempe in expeditionem iturus declararet prius successorem, tradat, vt vidimus, Herodotus; non vero vbi is domi remanebat. Quibus autem Herodoti ea de re verbis haud continuo adstruitur memorata paullo ante viri longe doctissimi in libro de Sibyllinis Oraculis sententia, qua ad fidem huic Iuliani loco, de decennio a Xerxe in apparatu belli contra Græcos impenso, adstruendam, pluribus annis cum patre regnasse idem Xerxes statuitur. Ibi enim, vt nempe Xerxem filium Regem declararet Darius, post pugnam Marathoniam, ac dum nouum, vt modo dixi, aduersus Aegyptios, qui defecerant, bellum molitur, factum demum tradit Herodotus; ac proinde duobus ferme ante eiusdem Darii obitum annis. Vnde etiam eidem Xerxi, duos circiter cum patre regni annos, non vero plures, tribuit d. l. de Doctr. Temp. doctissimus Petauius, & ante eum ὁ πάνυ de Emend. Temp. Lib. V. pag. 408. quomodo non *decem*, vt hic dicitur, sed *septem* regni annos in illo apparatu contra Græcos impendisset Xerxes; duos nempe cum patre, quinque autem ab eius obitu. Verum non Herodoti, sed Iosephi fide hic nititur vir insignis; qui, nempe Iosephus, Xerxi, vt obiter hoc tangit, plures regni annos, quam alii vulgo, tribuat; hoc est, non XX tantum, vt Diodorus, Eusebius in Chronico, aliique, & quos seqitur d. l. Petauius, ac in Canonibus Isagogicis illustris Scaliger pag. 139. aut vero XXI, iuxta Ptolemæi laterculum, quem e MStis Regiis emendatum in fine Rationarii Temporum vulgauit, vt alibi iam monui, Petauius: quibus autem additi duo circiter cum patre regni anni, numerum XXII aut XXIII annorum efficiunt. Quem autem maiorem exstitisse, inde contendit vir doctissimus; quod initium Danielis hebdomadum ad annum Xerxis XXV, & quidem recte, vt ibidem ait, retulerit Iosephus; male autem alii Artaxerxis demum ætate contigisse adfirment. Adeo vt solus quidem, XX aut XXI annis, cum patre autem Dario, non duobus, iuxta Herodotum, sed pluribus annis regnasse, vt inde colligit vir præclarus, videatur Xerxes: atque ita cum patre quinquennium in apparatu belli contra Græcos instruendo, & alterum denuo ab eius obitu quinquennium, impendere potuerit: proindeque aliquot annis ante bellum Darii Aegyptiacum, seu tempore ipsius pugnæ Marathoniæ, Rex foret a patre declaratus. Verum quum hoc sola nitatur coniectura, ex hoc Iuliani loco nata, aut e viri eruditissimi τῇ ὑποθέσει de Danielis hebdomadum initio, aliisque de Christo vaticiniis, & Iosepho plus nimium subinde tribuentis instituto; simplicior videbitur huius apud Iulianum loci ratio, id cum Petauio de decennio, quod primo parens eius Darius, dein ipse Xerxes postea cum patre, ab eius autem obitu solus, huic apparatui impenderit. Quomodo nempe a pugna Marathonia ad tempus expeditionis, quam aduersus Græcos suscepit Xerxes, decennium a Thucydide statuitur Lib. I. pag. 13. quodque tempus ferme in apparatu illius belli apud Herodotum, vt vidimus, consumptum legitur. Adde, quod non ipse contra Athenienses expeditionem, sed eam per legatos, dum ipse remansit in Perside, gesserit Darius, nec Marathoniæ pugnæ interfuerit; vt ex Herodoto, Nepote, Plutarcho, vbi ea de re agunt, constat: vt proinde Regem vnum e filiis declarandi, quo tempore domi remanserat Darius, nulla tum Persarum lege aut consuetudine teneretur. Vt mittam, quod Xerxes admodum iuuenis, ac post patris Darii obitum, regnum suscepisse, a Platone dicatur Lib. III. de Legib. pag. 698. immo ab hoc Iuliano iam ante pag. 33. ac similiter, vt ibidem notamus, a Plutarcho, post patris demum obitum, natum illum inter fratres, hunc nempe Xerxem

& Artabanum, de regno contentionem tradi. Illud vero, vt obiter hoc addam, mirari haud semel subiit, quod quum huius contra Græcos sub Dario apparatus, quem compleuit postea Xerxes, Herodotus, Nepos, Iustinus, aliique meminerint; in toto tamen Persarum dramate apud Aeschylum, non solum nulla facta sit eius rei, seu suscepti a Dario, de bello contra Græcos denuo instaurando, consilii & apparatus mentio; sed quasi illud bellum, præter salubria parentis monita ac iussa, iuuenili temeritate adgressus sit filius eius Xerxes, queratur ipse eductus ex inferis Darius: & quidem quum ipse, vt ibi de semet ait, multa cum numeroso exercitu bella feliciter gessisset; nempe Persarum v. 781. &c.

Κἀγὼ δὲ ἔκυρσα τῦ περ ἤθελον πάλυ,
Κἀπιστρατεύσα πολλὰ σὺν πολλῷ στρατῷ.
Ἀλλ' ὐ κακὸν τοσόνδε προσέβαλον πόλει.
Ξέρξης δὲ ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ,
Κ' ὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.

Et ego quidem sortitus sum hanc, quam volui, sortem: Multaque debellaui cum numeroso exercitu: Sed haud tale malum in commune Persarum intuli. Verum Xerxes filius meus, iuuenis quum sit, iuuenilia sapit. Neque meorum recordatur mandatorum. Adde alibi in eodem dramate, vbi itidem Dario felices e bellis, ac citra vllam, quam passus esset, calamitatem, domum reditus, a Persarum choro celebrantur, vers. 865. &c. Qui tamen Darius, & in expeditione, quam ipsemet contra Scythas suscepit, amissis octoginta, si Iustino fides, militum millibus, inglorius proinde, nec sine ingenti clade, inde rediit: & a quo missus ad delendas Athenas exercitus, decantata ad Marathonem, prout id alioquin vers. 244. & 475. eiusdem dramatis tangitur, calamitate est oppressus.

Ibid. C. lin 11. διακοσίας πρὸς ταῖς χιλίαις) Qualem nauium seu triremium in Xerxis classe numerum tangunt Isocrates in Panathenaico pag. 241. Nepos in Themistocle: alii autem, & quidem antiquiores aut coæui etiam Auctores, sed in quo parum vertitur, septem insuper addunt; sicut qui eidem bello seu nauali ad Salamina, vti iam ante terrestri ad Marathona, pugnæ interfuisse fertur, Aeschylus Pers. v. 341. &c.

Ξέρξῃ δὲ (καὶ γὰρ ΟΙΔΑ) ΧΙΛΙΑΣ μὲν ἦν
ΝΕΩΝ τὸ πλῆθος. αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει.
ΕΚΑΤΟΝ ΔΙΣ ἦσαν, ΕΠΤΑ δ'.

Xerxi quidem (probe enim SCIO) MILLE erat NAVIVM multitudo: præstantes autem celeritate, DVCENTAE erant & SEPTEM: prout secundus versus paullo aliter, quam in editis apud Plutarchum (vt iam ad eundem Tragicum vidit vir doctus) legitur, quique huius loci, tanquam indubitatæ fidei, de numero illarum nauium testimonio nititur in Themistocle pag. 119. & cui accedit etiam Herodotus Lib. VII. cap. LXXXIX. Sed quod leue, in tanto nauium numero, septem nempe plus aut minus, discrimen, haud adtentione, quod iam innui, dignum. Ita etsi vulgo mille nauium classis Græcorum ad Troiam exstitisse dicitur; maiorem tamen eidem numerum, ex Homero, & quidem qualem hic Xerxis classi tribuit Iulianus, mill · nempe & ducentarum nauium adscribit Thucydides Lib. I. pag. 6. quum tamen in Homeri catalogo tantum clɔ CLXVI exstare, notent ad eundem Thucydidis locum Critici, pauciores etiam alii; licet clɔ LXXXVI in eodem, quod monuit iam ad Historiæ Augustæ Scriptores Casaubonus, reperiantur. Aliarum præterea minorum, aut onerariarum nauium, ad tria millia in ea Xerxis classe exstitisse, tradit idem Herodotus cap. CXVII.

Ibid. D. lin. 4. πλήθη νεῶν ἐκείνων ὑπερβαλλόμενος) Singulare hoc admodum, cuius haud alibi occurrit mentio, & quod fidem ferme superat; vt nempe a Constantio instructa non integris decem mensibus, durante hoc Magnentiano bello, classis, nauium numero dictam modo Xerxis mille & ducentorum triremium classem superarit. Qualem certe Romanam classem, ad maritimam expeditionem, ac intra tale temporis spatium, adornatam, vix alia suppeditabunt Romanæ historiæ monumenta. Neque enim in eum censum referenda hic veniunt variæ illæ, quæ ad marium aut fluminum tutelam constitutæ erant præsidiariæ velut classes; puta quæ ad Misenum, Rauennam, aut quæ plures *Istricæ* appellatæ seu ad Danubium, ac in vtraque Pannonia, aut quæ in Dalmatia, Illyrico, vel ad Rhodanum etiam stationem habebant Romanorum class..; quarumque quum alibi, tum in Notitia Imperii fit mentio. Memorat quidem in Claudio Gothico cap. VIII. Trebellius duo millia nauium Barbararum ab eodem Imperatore, vt ipsemet de se prædicat, mersa: quem navium numerum tradit iisdem, qui hanc navalem Scythicarum gentium expeditionem tangit, vt vno verbo moneri a viris eruditis ad Trebellium debuit, Ammianus Lib. XXXI. cap. V. ac præterea Zosimus, qui numerum triplo adhuc maiorem, nempe sex mille navium

vium tradit exstitisse, Lib. I. cap. XLII. Addit vero de iisdem nauibus a se mertis apud Trebellium Claudius, *tecta sunt flumina scutis, spathis, & lanceolis omnia littora operiuntur*: vt easdem ferme naues de lembis seu lusoriis, quomodo illas a Vopisco in Bonoso, ac a Vegetio sub finem operis, dictnotum, nauigiis, quæ in fluuiis aut ad eorum custodiam posita, intelligere liceat. Maxime quum de Scythis, Gothis, aliisque in eo terrarum tractu Barbaris, sit apud eos Auctores sermo; quorum sedes ad Danubium, Borysthenem, ac Tyram fluuios, & qui, Ponti prope Thraciam, ac dein perrupto Bosporo, Propontidos legisse littora dicuntur ab Ammiano ac a Zosimo. Quomodo etiam ipse Iulianus, vbi Augustus a militibus declaratus bellum moui et contra Constantium, dicitur apud Zosimum Lib. III. cap. X. ΠΛΟΙΑ ΠΟΤ ΜΙΑ κατασκευάσας, ἀνὰ μὲν ἅμα ΤΡΙΣΧΙΛΙΟΙΣ, εἰς τι πλεῖστον ἀλλ' Ἴστρε πλεῖσθαι, *constructis NAVIGIIS FLVVIATILIBVS, ipse cum TRIBVS MILLIBVS Istro secundo deuectus*.

Ibid. D. lin. 9. τοὺς πόλεσι πάλιν ἐγειρομένους ἀπέδωκε) Quod nempe haud in vulgari principum laude olim positum, vt Romani orbis ciuitates, puta terræ motibus, incendiis, aut bellorum casibus, vel alioquin Tyrannorum aut Rectorum rapacitate, Reliquorum exactionibus, aut graui Cursus publici onere, adflictas aut spoliatas, recrearent iidem; neque vno indulgentiæ aut liberalitatis genere pristinum splendorem iis continuo redderent. Vnde consignata etiam publicis & duraturis apud posteros monumentis, collata id genus ab Imperatoribus, tanquam nouis eorundem locorum Conditoribus vel Restitutoribus, beneficia. Ita in antiquis adhuc nummis obuii non in genere solum REIPVBLICAE, vel GENERIS ROMANI, vel ORBIS TERRARVM; aut integrarum subinde ACHAIAE, GALLIAE, ITALIAE &c. prouinciarum RESTITVTORES leguntur; sed nonnullarum quandoque vnius prouinciæ vrbium, vt CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS sub Tiberio; NICOMEDIAE vel ALEXANDRIAE RESTITVTORI sub Hadriano &c. Qualia autem, aut in quas Romano imperio subiectas vrbes, contulerit id genus beneficia Constantius, haud nominatim hic tangit Iulianus. Collapsas quidem sub hoc principe horrendo terræ motu per Macedoniam, Asiam, Pontum ciuitates, ac Nicomediam inprimis, tangit Ammianus Lib. XVII. cap. VII. & cuius Nicomediæ casum defleat Monodia, quæ apud eum legitur pag. 202. Tom. II. Libanius: sed quod tribus demum post habitam hanc Orationem annis, nempe anno Christi CCCLVIII, vt ex Ammiano liquet, contigit. Vt proinde quæ ad easdem ciuitates erigendas denuo ac reparandas præstiterit Constantius, non hic innuat aut celebret Iulianus. Vnde ad hanc Constantii de restitutis, quæ *spoliatæ* fuerant, vt hic dicitur, & adflictæ, vrbibus, referre potius licet alias vrbes iam ante terræ motibus sub hoc principe subuersas: sicut de Neocæsarea in Ponto, Dyrrachio in Illyrico, pluribusque vexatis Campaniæ vrbibus, tradit ad annos Christi CCCXLV & CCCXLVI Chronicon Eusebii Scaligerianum. Adde in eo, qui superstite adhuc fratre Constante conscriptus est, Panegyrico Libanium, se in Basilico pag. 125. vbi ille Constantium laudat, ΠΟΛΕΙΣ δὲ τὰς μὲν κειμένας, τὰς δὲ κατοικιζόντα, *VRBES quidem partim colonis excitantem, partim conditas incolis instruentem*. Idem quoque modum tributi pendendi, rationemque eius moderatam, vnde sublevari haud parum vrbes Romani orbis solitæ, ab eo principe constitutam, paullo post tradit Basil. pag. 136. A quibus tamen abit Ammianus, qui inter alia, quæ in Constantio satis tum functo redarguit Lib. XXI. cap. XVI. narrat: *augebat amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta*: item, *nec prouinciarum indemnitati prospexit, quum multiplicatis tributis & vectigalibus vexarentur*. Accedunt, quæ eam in rem a dicto modo Libanio, atque itidem post Constantii mortem, adferuntur Orat. in huius Iuliani necem pag. 293. vbi post commemoratam illam, de qua paullo post dicetur, Constantii familiarium seu ministrorum, qui privatos eosque locupletes passim spoliabant, rapacitatem, de ipsis vrbibus subdit, ἀλλ' ΗΡΠΑΖΟΝΤΟ παλαιαὶ ΠΟΛΕΙΣ, καὶ κάλλη γενικηκοτα χρόνον, διὰ θαλάττης ᾔγετο, πιναρῶν τε κναφέων οἰκίαι οἰκίας τῶν βασιλείων φαιδροτέρας, *verum DIRIPIEBANTVR antiquæ VRBES, & ornamenta, quæ superuixerant tempori, per mare ducebantur, fullonum filiis ædes exhibitura regiis principum splendidiores*.

Pag. 43. A. lin. 4 τὰς κοινὰς τῶν πόλεων εὐετηρίας) Qua εὐετηρίας voce *felix anni*, vt eadem indicat, *prouentus* seu *vbertas*, ab Aristotele dicitur Θαυμ. ἀκουσμ. cap. CXXVII. vbi in Liberalibus dignosci ait, quando Bacchus εὐετηρίαν aut ἀκαρπίαν, *fertilitatem* aut *sterilitatem*, sit adlaturus: & prout etiam apud Iosephum Ἀρχ. Lib. II. cap. III. ἐν τοῖς

τῆς

τῆς εὐετηρίας καιροῖς, de futura in Aegypto septem annorum *fertilitate*, legitur. Vnde apud Gentiles ΕΥΕΤΗΡΙΑ pro Numine habita, & cui fana etiam erecta: ficut liquet e præclara Inſcriptione in Iſthmo Corinthiaca a viris eximiis deſcripta & vulgata, Sponio Miſcell. pag. 363. & Wehlero Itin. pag. 438. vbi inter alia Licinius quidam Priſcus Pontifex Perpetuus, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΝΑΟΥΣ ΕΥΕΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ &c. *Templa Etiam Fertilitatis Ac Proſerpinæ* exſtruxiſſe traditur. Hinc eadem Græcorum ΕΥΕΤΗΡΙ·, per FELICIA TEMPORA, ſeu, quæ quatuor *anni* tempeſtates indicant, ſymbola, in Romanorum nummis, de quibus nos alibi, deſignatur. Ad quam proinde, quæ hic dicitur ſub Conſtantio, communem vrbium Romani orbis εὐετηρίαν, reſpicere quodammodo viderentur ſignati plures ſub eodem principe nummi, cum inſcr. FEL. TEMP. (ſeu *Felix Temporum*) REPARATIO: ni obuii ibidem alii, ſicut paludati Conſtantii cum lab. ro & Victoria; aut vero illius equitantis, cum proſtrato infra milite; aut cum duobus ante eum captiuis; aut vero Phœnicis radiati & globo inſiſtentis typi; non adeo ad vberem terræ aut anni proventum, quam ad debellatos ab illo principe tyrannos, & ab eorum impietate ac ſæuitia liberatum terrarum orbem, in nouamque velut lucem ac priſtinum ſplendorem imperium denuo adſertum, eſſent referendi. Signata alioquin, ad denotandam abundantiam ſeu vbertatem frugum, in ſelectis aliquot Græcorum, iisque ferme in Aegypto cuſis, nummis ſub Auguſto & Claudio, ΕΥΘΗΝΙΑ ſeu *Fertilitas*, ſymbolo mulieris cum ſpicis, quod vulgo Cereris, vt notum, in aliis Græcorum aut Romanorum nummis inſigne, & ad quam Cererem ait in eius Hymno Callimachus verſ. 123.

Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέρουσα,

Ἥξει, καὶ φθινόπωρον, ΕΤΟΣ δέ τις ἄλλο φυλάξει,

Fauſtum ver, fauſtam autem æſtatem, ac hyemem adferens Veniet, atque autumnum, ANNVMQVE in alium cuſtodiet; nempe vno verbo εὐετηρίαν, vt hic dicitur, ſeu εὐθηνίαν adferens, & qua de re nuper ad hunc Battiadem egimus.

Ibid. A. lin. 6. ἐλευθέριον τε καὶ μεγαλόδωρον) Vt proinde Conſtantius non dicatur hic ἐλευθέριος, conſueta nempe huius vocis ſignificatione, & in[illegible]ta quam ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ, *Iupiter Liberator*, non ſæpe ſolum apud Auctores, vt apud Pindarum Olymp. Od. XII. & Euripidem in Rheſo [illegible] 358. dictus; ſed etiam in antiquis Syracuſanorum nummis ſignatur, ſano ibidem ac ſimulacro, ſicut Athenis, apud Platæenſes, ac [illegible], vt e Strabone, Plutarcho in Ariſtide, & Pauſania viderunt iam alii, cultus. Vnde ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ, quinquennale eiusdem lo[illegible] apud Platæenſes, vt ex iisdem Auctoribus, & Græcis præterea ad Pind[illegible] in Græcia Feriata Cl. Meurſius, [illegible] ceteri Marmore Megaris reperto le[illegible]ur apud diligentiſſimum Sponium M[illegible] pag. 369. vbi nempe, iuxta plures co[illegible] eodem lapide Græcorum Agones, o[illegible], ac prout ibi legitur, [illegible] ΤΑ [illegible] ΑΙΣ pro ΕΝ ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ vel ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ, vt [illegible]que numero hæc verba apud veteres Au[illegible] legitur) *Eleutheria in Platæis*. Q[illegible] ſet addere, quæ a Meurſio, ne etiam a [illegible]no dicam in Heortologio, a quo o[illegible] omnis Feſti ita apud Græcos appellati [illegible] præterita; nempe apud Smyrnæos Ε[illegible]ΡΙΑ, quæ ob ſeruatam a Sm[illegible] opera vrbem, celebrata tradit Plutarchus in Parallelis p.312. Tom. II. Vt nunc mittam haud diſſimiles apud Romanos Agones, ſeu, qui in veteri Vrbis Kalendario ſignantur ad III. Idus Octobres, LVDI IOVI LIBERATORI. Adde, quomodo iisdem Bacchus Ἐλευθέριος, vulgo *Liber* dictus; idque iuxta Seruium ad Aen. Lib. III. v. 20. tanquam ſignum *liberæ ciuitatis*; ac inde etiam Ἐλευθέρια ſeu *Liberalia*, vti ea vulgo apud Romanos, d[illegible]ntur in antiquis Gloſſis; & prout alioquin *Liberalia* olim promiſcue de quibusuis in genere ludis, ſeruato tamen Liberi Patris [illegible]ore, appellata tradit Tertullianus de Spectaculis cap. V. Dictus itaque hoc loco Conſtantius ἐλευθέριος, non prout ADSERTOR LIBERTATIS PVBLICAE vocatur in nummis Veſpaſianus; aut LIBERTAS RESTITVTA vel AVGVSTA; aut LIBERTATIS CIVIVS; aut Græco etiam nomine ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ſeu *Libertas* ſignatur in aliis Galbæ aut H[illegible] nummis: ſed quo ſenſu, ἐλευθεριότης δέ [illegible] χρήματα [illegible] δόσει, [illegible], *liberalitas vero, pecunias largiendo, eſt* [illegible]*ca: illiberalitas autem*, ſeu *auaritia, contrarie*, ab Ariſtotele dicitur Rhetor. Lib. I. cap. XXXIII. Quomodo etiam Iulianus [illegible]ceſſor Iouianus ἐλευθέριος ἔδοξεν [illegible], *liberalis viſus eſſe* dicitur a Ioanne Antiocheno in Excerpt. Valeſ. pag. 846. Vnde in eruditis Gloſſis, Ἐλευθερία *Libertas*; Ἐλευθεριότης vero *Liberalitas* redditur. *Liberalis* itaque, vt bene ibi Petauius, ac *munificus* prædicatur hoc loco Conſtantius; prout id [illegible] a[illegible]

adstruere videtur insignis huius Constantii, olim in Cimeliarchio CHRISTINAE Suedorum Reginæ, nummus, quem pridem in lucem protuli, Diss. IX. de Præst. Num. pag. 823. In eo quippe sedens Constantius inter duas figuras, vnam militis stantis, alteram figuræ cum corona radiata, dextram velut Constantio porrigentis visitur, & inscr. LARGITIO. Quo ævo nempe, vt aliunde notum, ac ibidem adtigi, *largitiones* & *largitates* etiam dictæ, quæ toties, & quidem repetitæ, signantur in illa veteri Cæsareanorum nummorum supellectile, principum LIBERALITATES; ac prout de hoc Constantio, & quo eundem haud male (vt ibi iam monui) referebat, qui ad me illius iconem in Germaniam miserat, inclytæ Reginæ tum a sacris, ac eruditus harum antiquitatum cultor, Th. Chiffletius, narrat Ammianus Lib. XX. cap. XI. *Constantius acceitum Arsacen Armeniæ Regem, SVMMAQVE LIBERALITATE susceptum pramonebat*; mox, *MVNERATVS Arsaces cum comitibus, quos duxerat, redit ad regnum* &c. *obligatus gratiarum multiplici nexu Constantio*. Etsi hoc loco, non tam in Reges socios aut clientes, quam in *priuatos*, vt ait Iulianus, *liberalis* ac *munificus* exstitisse dicitur Constantius; quomodo alioquin non promiscue, sed *familiarium locupletator* | ab Eutropio dicitur; ab Ammiano autem Lib. XXI cap. XVI. *eratque super his adimere facilis, quæ DONABAT.*

Ibid. A. lin. 8 στερομένους πάλαι τῶν αὐτῶν κτημάτων) Restitutas priuatis a Constantio, post debellatum Magnentium, *possessiones* & *facultates*, quibus *spoliati* iidem fuerant & expulsi, innuit his & sequentibus verbis Iulianus. Quam in rem opportune exstat etiamnum lex ab eodem Constantio, post deuictum ab eo Magnentium, lata; nempe Lex V. Cod. Theod. de Infirmandis His Quæ sub Tyrannis, *Quæ Tyrannus*, (nempe Magnentius) *vel eius iudices, contra ius statuerunt, infirmari iubemus; REDDITA POSSESSIONE EXPVLSIS, vt quis vult, ab initio agat.* Præter atroces enim, quibus in plures innoxios grassatus erat, cædes Magnentius, *proscriptiones* insuper *grauissimas* sub eodem factas tradit Eutropius: vnde etiam ad eam Constantii legem, hæc Iuliani de illa spoliatorum & expulsorum ab eo tyranno restitutione manifesto facere, erudite obseruat doctissimus eius Enarrator. Qua ratione præterea, quod nec eruditum Iurisconsultum fugit, abrogauit Constantius duas illas iniquissimas, quarum supra meminit, vt ibidem vidimus, Iulianus pag. 34. leges: vnam, qua dimidiam bonorum partem pendere quisquis tenebatur; alteram, qua seruis dominos deferre ad iudices permisit; ac præterea edictum illud, cuius facta ibidem mentio, quo Regias possessiones inuitos emere coegerat Magnentius. Quod alioquin tralatitii fuisse iuris, vt a tyrannis rapta, iisdem interfectis aut expulsis, recuperarentur; & contra ius ab iis statuta rescinderentur, e Tullii dicto Philipp. II. cap. XXXVII. *sciebat homo sapiens, ius semper hoc fuisse, vt, quæ tyranni eripuissent, ea, tyrannis interfectis, ii, quibus erepta essent, recuperarent*, & aliunde, quod monet itidem ad dictam legem vir eximius, constat. Hinc plures leges in eodem Codicis illius Theodosiani titulo, quibus Constitutiones & leges a Tyrannis, vt præter hunc Magnentium, a Licinio, Maximo, Eugenio, sub Constantino ac Theodosio latæ, tanquam, vt in iis dicitur, *iuri veteri* & prioribus *statutis* contrariæ, seu *contra ius rescripta*, abrogantur. Quum alioquin, quæ iuri recepto non aduersabantur, aut sponte sub iisdem tyrannis, velut Emancipationes, Manumissiones, Donationes, a priuatis fuerant gesta; ac *legitimis* eorundem Tyrannorum *Rescriptis* erant stabilita, manerent firma & immota; prout cauetur legibus II. III. V. & VIII. & IX dicti tituli Cod. Theod. de Infirm. His Quæ sub Tyrannis, Immo prout sub legitimis etiam Cæsaribus haud semel contigit; vt post eorum obitum, illorum acta, in quæ cæteroquin iurari solebat, non rata haberentur: sicut Caligulæ acta omnia rescidisse Claudius, etsi eiusdem patruus, dicitur apud Suetonium in Claud. cap. XI. & quomodo in acta Tiberii sub eodem Caligula non iuratum, neque eadem sub sequutis Imperatoribus, in quæ iurarentur, sicut aliorum principum, recensita, tradit Dio Lib. LIX. pag. 646. Mitto vero aliam, & quæ alioquin locum habere hic posset, vbi *spoliati* dicuntur ab hoc Constantio in pristinam bonorum possessionem restitui, aliam, inquam, legem ab eodem Imperatore latam, quæ bona capite damnatorum, liberis & parentibus ad tertium vsque cognationis gradum, excluso Principis fisco, idem detulit. Verum illa constitutio, quæ exstat II. Cod. Theod. de Bonis Proscriptorum, tum, vt eius subscriptio docet, sequenti demum post hanc Orationem anno, seu CCCLVI est lata; tum eadem, vti constat e Leg. IV. eodem titulo, ab ipsomet Constantio biennio post est abrogata.

Ibid. C. lin. 5. τοῖς αὐτῷ φίλοις χαρισάμενοι) Quomodo nempe Constantius ab Eutropio, loco paullo ante iam adducto, *familiarium locupletator* dicitur: prout de Hadriano ait Spartianus in eius vita cap. XV. *amicos ditauit, & quidem non petentes, quum petentibus nihil negaret.* Verum qua in re immodicus exstitit idem Constantius; dum iisdem *amicis & familiaribus*, iuxta eundem Eutropium, seu, iuxta Ammianum Lib. XX. cap. XVI. *spadonibus & Palatinis quibusdam nimium addictus*, iis per rapinas & intolerandas exactiones ditescendi liberam ac omnimodam reliquit facultatem. Quo nomine pluribus etiam in hunc principem fato functum, ac rapaces eiusdem *amicos & familiares*, quod obiter supra adtigi, inuehitur, qui superstitis laudator, vt aliquoties vidimus, fuerat, Libanius; nempe in Iuliani Imp. Necem. pag. 293. πένητας δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἀπόρους ἐξ εὐπόρων αὐτοὺς δὲ ἐξ ἀπόρων εὐπόρους. Καὶ τῇ τῶν περιόντων εὐδαιμονίᾳ πλουτοῦντες, καὶ τὴν ἀπληστίαν εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐκτείνοντες, ὃ τι βούλοιντο, παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἀπηνέγκαντο, καὶ οὐκ ἦν ἀρνήσασθαι, *deinde alios quidem inopes ex locupletibus faciendo, semet vero ex inopibus locupletes, & inopia eorum, qui antea opulenti erant, ditescentes, & inexplebilem cupiditatem ad extremos orbis terrarum limites extendentes, quicquid vellent, a principe impetrabant, neque fas erat denegare.* Mitto quæ plura eam in rem, seu de Constantio, iisdem illis, qui a Iuliano hic dicuntur, *amicis*, seu vilissimis spadonibus, nimium obnoxio, *quique omnia apud eum possent, & sine quibus nihil fieret: &, qui eorum improbitati esset alligatus*, δεδεμένος τῇ τῶν συνόντων πονηρίᾳ, ab Athanasio dicuntur Epist. ad Solitarios pag. 834. & 857. Quos itidem effeminatos ac improbos principis huius familiares vel ministros, haud parum exagitat, qui cæteroquin Constantium iam mortuum alibi (vtraque nempe in Iulianum Philippica) inuidendis ornat elogiis, Gregorius Nazianzenus Orat. XXI. pag. 386.

Ibid. C. lin. 6. ὁ τῶν φίλων πλοῦτος τῆς τῶν πολεμίων ῥώμης) Constantium nunc, comparatione illorum inter eius decessores Cæsarum extollit, quibus formidabiles fuerint ipsæ amicorum & familiarium opes; suspecta generis nobilitas; & quibus corporis etiam aut animi bona ac virtutes, totidem erant liuoris & odii caussæ. Quæ singula e malorum principum, Tiberii puta, Caligulæ, Neronis, Domitiani, Commodi, Caracallæ &c. aut qui propiores fuerant Constantii temporibus, Maximiani Herculii eius aui, Galerii, Maximini, Licinii, Maxentii, ipsiusque, de quo hactenus, Magnentii, & proditis eorum ad posteros actis ac institutis, nota sunt, aut peti nullo negotio possunt. Hinc damnosæ semper habitæ sub malis id genus principibus ac tyrannis *opes*; siue inexplebili, qua illi tenerentur, iis perfruendi cupiditate; vel metu, ne ad euertendam tyrannidem aliis occasionem & subsidia eædem darent. Vt non vnus proinde exstiterit Seneca, cui sub principe, cuius pueritiam rexerat, fuerit obiectum, *tanquam ingentes & privatum modum euectas adhuc opes augeret*, apud Tacitum Annal XIV. cap. LII. Adeo vt sub id genus principibus, aut tyrannis, locum habeat illud Euripidis apud Stobæum Serm. XCI. pag. 507.

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν,

Mala multa hominibus parere diuitiæ solent. Vnde etiam securas solum bonorum principum, periculosas vero tyrannorum amicitias dicit Themistius Orat. I. pag. 17. καὶ μόνη παρὰ τῷδε ΦΙΛΙΑ ὑψηλή τε ἐστιν ἅμα, καὶ λίαν ἀσφαλής· τῶν δὲ τυραννικῶν τὸ ὕψος ἐπικίνδυνον, *apud hunc* (seu bonum principem) *AMICITIA tantum in sublimi simul ac in tuto consistit: at Tyrannorum amicitia periculosam habet excelsitatem.* & quidem, vt continuo addit, quod ab eadem haud longe abest, in quod iidem *amici* a tyrannis deiiciuntur, præcipitium ac vorago: eos enim adtollunt tyranni, οὐχ ὅπως ἔχωσιν ἄνω, ἀλλ' ὅπως ἄνωθεν καταρρίψωσι, *non vt eos in sublimi loco collocatos habeant, sed vt ex alto deiiciant.* Immo vnde a Dione Chryſ. dictum Orat. I. pag. 17. neminem amicum haberi a tyranno aut existimari: & Orat. III. pag. 53. &c. illud inter Regem ac Tyrannum discrimen statuit, quod suauissimum Regi accidat, opes amici elargiri, & quidem ὁ τοίνυν ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΙΣ χαριζόμενος, ἥδεται διδοὺς, ἅμα δὲ ὡς αὐτὸς κτώμενος, *quod AMICIS dona largiens, dando lætetur: perinde enim esse ac si ipse possideat.* Contrarium autem, vt mox addit sequenti pagina, Tyrannis euenire, πάντων γὰρ ἀπορώτατος ἐστι ΦΙΛΙΑΣ τύραννος· οὐδὲ γὰρ δύναται ποιήσασθαι φίλους, *omnium autem egentissimus AMICORVM est tyrannus: neque enim potest facere amicos:* quod nempe sui similes malos habeat suspectos, a dissimilibus autem & bonis odio habeatur: ac proinde iuxta illud Euripidis in Ione vers. 626.

ἢ τύραννος ὤν,
Οἳ τοὺς πονηροὺς ἡδονῇ ΦΙΛΟΥΣ ἔχειν,
Ἐσθλοὺς δὲ μισεῖ, κατθανεῖν φοβούμενος.

quam

quam tyrannus existens, Cui volupe est improbos habere AMICOS, Bonos autem odit, metuens, ne moriatur. Adde hisce, id quod vnus ex deterrimis illis Principibus, nempe Caracalla, dicere crebro erat solitus, teste συχνῶς eidem auctore, Dione Lib. LXXVII. pag. 875. *pecuniam mihi soli esse oportere, præterea nulli mortalium*, οὐδένα ἀνθρώπων πλὴν ἐμοῦ ἀργύριον ἔχειν δεῖ.

Ibid. C. lin. 8. τῶν ἀρχομένων εὐγένειαν ὑπανδόμενοι) Alterum hoc sub malis principibus & tyrannis crimen: auita nempe generis nobilitas. Hinc Caligula *vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit*, teste in eius vita Suetonio cap. XXXV. Nero autem multos primariæ nobilitatis viros secum Roma in Græciam duxisse, vt illi ibidem perirent, a Dione dicitur in Excerpt. Valesf. pag. 195. Sic Domitianus nobilissimos ex Senatu interfecisse traditur a Ioanne Antiocheno in iisdem Excerptis pag. 875. Commodus vero *multos præterea passim exstinxit* &c. *alios, quia NOBILES & speciosi erant*, apud Lampridium cap. X. vnde etiam eodem auctore cap. XVIII. *vt parricida Senatus, & qui Senatum occidit*, proscissus est Patrum in Senatu post eius mortem vocibus. Quomodo itidem Seuerus, *occidit autem sine caussa dictione hos Nobiles*, qui ibi complures commemorantur, omnes illustres ac summi viri, iuxta Spartianum in Sev. cap. XIII. & filius eius Antoninus Caracalla Heluium Pertinacem suffectum Cos. *ob hoc solum, quod filius esset Imperatoris, occidit*, teste eodem Spartiano in Caracalla cap. IV. eundem vero in id intentum, vt præcipuos Senatores spoliaret & opprimeret, tradit Dio in Excerptis Valesf. pag. 745. Ita de Maxentio, Constantii temporibus propiore, ab Eusebio dicitur Lib. VIII. cap. XIV. quod non viles duntaxat & obscuros homines grauissimis iniuriis adficeret, ἀλλ' αὐτῶν δὴ μάλιστα τῶν ΤΑ ΠΡΩΤΑ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς ἀπενηνεγμένων, ἐμπαροινῶν ΤΟΙΣ ΕΞΟΧΩΤΑΤΟΙΣ, *sed illos præcipue, qui in Senatu Romano PRINCIPEM LOCVM obtinebant; EMINENTISSIMO CVIQVE maxime illudens.* Cuius etiam in nobiles sæuitiæ ipsa principum seu tyrannorum ignobilitas subinde caussa ac fomes exstitit; prout de Maximino, qui post Alexandrum Seuerum imperauit, ait in eius vita Capitolinus cap. VIII. quod *sine delectu dignitatis* multi ab eo in crucem suffixi, aliisue atrocibus suppliciis fuerint damnati: qui, vt mox addit, verebatur, *ne propter humilitatem generis barbarici a NOBILITATE contemneretur*: ac demum cap. IX. *NOBILEM circa se neminem passus est, prorsus vt Spartaci aut Athenionis exemplo imperaret*; & cap. XIII. *sine delectu Consulares & duces multos interimeret.* Adde, quod de Valentiniano *mediocri stirpe*, vt de eo Victor in Epitome, orto, tradit Ammianus Lib. XXX. cap. VIII. *bene vestitos ODERIT, & eruditos, &* (quod vtrumque hic & in prioribus verbis tangit Iulianus.) *OPVLENTOS, & NOBILES.*

Ibid. D. lin. 4. τοῖς τοῦ σώματος ἀγαθοῖς ὑγιείᾳ, φημὶ, καὶ κάλλει) Tertium illud prauorum principum ac tyrannorum genus aut vitium hic tangit Iulianus; quo factum, vt ne *corporis* quidem, sicut *sanitatis, pulchritudinis*, corporis *firmitatis*, seu *roboris*; vel *animi* etiam bona ac *virtutes*, in quibuscunque sibi subiectis ferre iidem possent; sed instar grauissimorum scelerum, quod hic additur, virtutis studium in iis ducerent. Cuius equidem rei, seu immanis illius inuidiæ ac liuoris vel odii, exempla suppeditant, ad quæ Iulianus hic respicit, e Romanorum Imperatoribus, & quidem quoad commemorata illa *corporis bona*, Caligula; qui apud Suetonium cap. XXXV. *PVLCROS & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso DETVRPABAT*; ac, vt continuo additur, quendam Esium Proculum, patre primipilari natum, *qui ob egregiam corporis pulchritudinem Colosserus dictus*, e spectaculis detractum constringi, & pannis obsitum vicatim circumduci ac iugulari iussit. Sic a Commodo multos ideo tantum exstinctos, teste Lampridio in eius vita, ad superiorem notam vidimus, quia *nobiles & SPECIOSI erant*: Ita de Valentiniano quoque Ammianus Lib. XXX. cap. VIII. *inuidia præter hæc ante dictus medullitus vrebatur*; dein, vbi eum odisse (quod antea diximus) eruditos, opulentos & nobiles dixisset, addit, *& FORTIBVS detrahebat, vt solus videretur bonis artibus eminere.*

Ibid. D. lin. 9. καὶ περιουσία, τὸ ἐκείνων ἀρετῆς μεταποιῆσθαι) Nempe prout hæc eadem, quæ tanquam sub malis principibus aut tyrannis, grauissimorum criminum instar, parricidii nempe, latrocinii, aut perduellionis, exitiosa hic adtigit Iulianus, in crimen quoque sub Nerone versa notat Dio Lib. LXIII. pag. 722. πᾶσι τε γὰρ παρ' αὐτῷ δημόσιον ΕΓΚΛΗΜΑ ἦν ΑΡΕΤΗ τε, καὶ πλοῦτος, καὶ γένος, *erat enim apud ipsum CRIMEN omnibus publicum, VIRTVS, opes, nobilitas.* Neque aliter de Domitiani temporibus Tacitus

citus Hist. Lib. I. cap. II. *Nobilitas, opes, omissi gestique honores, PRO CRIMINE, & OB VIRTVTES certissimum exitium.* Quæ tria Thrasceam ac Soranum sub Nerone pessumdedisse notauerat paullo ante idem Dio Lib. LXII. pag. 713. ὁ δὲ δὴ Θρασέας καὶ ὁ Σωρανὸς, καὶ ΓΕΝΟΥΣ, καὶ ΠΛΟΥΤΟΥ, τῆς τε συμπάσης ΑΡΕΤΗΣ τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ἐπιβουλῆς μὲν αἰτίαν οὐκ ἔσχον, ἀπήχθησαν δὲ καὶ αὐτοὶ ταῦτα, ΟΤΙ ΤΟΙΟΥΤΟΙ ἦσαν, *Thraseas quoque & Soranus, qui NOBILITATE, OPIBVS, ac omni genere VIRTVTIS primas partes tenebant, etsi culpam coniurationis non sustinuerunt, tamen IDEO, QVOD TALES erant, ipsi quoque postea sunt e medio sublati.* Vnde simile Taciti de excidio vtriusque illius viri iudicium, *NERO VIRTVTEM ipsam exscindere concupiuit, interfecto Thrasea Pato & Sorano.* Quomodo in comparatione Traiani cum prioribus ante eum, vno vel altero ac patre eius Nerua exceptis, principibus, a Plinio dictum Panegyr. cap. XLV. *bonos autem otio aut situ abstrusos, & quasi sepultos, non nisi delationibus & PERICVLIS in lucem ac diem proferebant.* Nempe, quod, vti pridem a Cicerone dictum in Lælio cap. V. *VIRTVS amicitiam gignit & continet, nec sine virtute amicitia esse vllo pacto potest;* ac unde paullo ante dixerat, *nisi in bonis amicitiam esse non posse.* Qua ratione itidem factum, vt omnes, qui aliqua in re excellerent, summa flagrasse inuidia, immo odisse illos, iisque perniciem adtulisse, non Caracalla solum dicatur in Dionis Excerptis Valesianis pag. 746. sed Hadrianus quoque pag. 705. Nempe iuxta illud, quod a Tacito dictum Annal III. cap. LV. *postquam cædibus sæuitum, & magnitudo famæ exitio erat.* Verum quæ, sicut alia id genus principum aut tyrannorum acta, rescissa subinde fuerunt ab eorum Successoribus: prout de Vespasiano dicitur in memoratis Excerptis Vales. pag. 702. cum iis omnibus, qui sub Nerone ac secutis principibus maiestatis crimine erant damnati, siue superstites siue mortui essent, *famam restituisse*, nempe prout ibi Dionis verba εὐφημίαν καταλείφων, bene reddit Cl. Valesius. A quorum autem principum, vel tyrannorum, quæ hoc loco redarguit, institutis, vt valde alienus prædicatur Iulianus, ab eius laudatore Mamertino, in Grat. Actione eidem pro Consulatu dicta cap. XXV. *si quis præstat VIRTVTIBVS bellicis & laude militiæ, IN AMICIS habetur; qui in oratoria facultate, qui in scientia Iuris ciuilis excellit, vltro AD FAMILIARITATEM vocatur. Quicunque in administratione Respublicæ innocentem se vnquam & strennum præbuit, in consortium munerum receptatur.*

Pag. 44. A. lin. 4. τὸ τῆς φιλίας ἄχθεσθαι πλέον) Id vero non sub malis solum, sed sub bonis etiam ac moderatis principibus, tradit contigisse; vt illi amicis grauiter succenserent, iisque debita etiam præmia detraherent. Cuius etiam rei, præter duo externa, quæ mox tangit Iulianus, exempla suppeditabat inter Constantii decessores Hadrianus, de quo a Spartiano dicitur in eius vita cap. XV. *idem tamen facile de AMICIS quidquid insusurrabatur, audiuit: atque ideo prope cunctos vel AMICISSIMOS, vel eos, quos summis honoribus euexit postea vt HOSTIVM loco habuit.* Adeo vt non *intuta* solum aut *infida* sub Tiberio apud Tacitum Annal. II. cap. XLII. aut sub Domitiano & Caracalla, iuxta Dionem in Excerptis Valesianis pag. 705. & 746. fuerit principum illorum *amicitia*; non vero sub Augusto, qui iuxta Suet. cap. LXVI. *AMICITIAS constantissime retinuit, non tantum virtutes ac merita cuiusque prosecutus:* mox, *reliqui* (duobus nempe exceptis, qui pessime de eodem meriti) *potentia atque opibus ad finem vitæ sui quisque ordinis principes floruerunt: quamquam & offensis interuenientibus.* Quomodo etiam de Traiano Plinius Panegyr. cap. LXXXV. *habes amicos, quia amicus ipse es:* dein, *diligis ergo, quum diligaris, & in eo, quod vtrique honestissimum est, tota gloria tua est: qui superior factus, descendis in omnia familiaritatis officia, & IN AMICVM ex Imperatore submitteris: immo tunc maxime Imperator, quum AMICVM ex Imperatore agis.* Id quod denique in hoc Iuliano extollit in Gratiarum Actione Mamertinus cap. XXVI. *prorsus AMICITIAS tueris, priuati fide, Imperatoris opulentia.*

Ibid. A. lin. 8. Ὧρόν φασι τὸν Πέρσην γαμβρὸν ἔτι βασιλέως) Huius *Hori Persæ*, illiusque *Regis generi*, propterea quod apud populum in pretio ac honore esset, a socero male habiti, nulla, quod equidem sciam, occurrit apud veteres Auctores mentio: neque ea de te quidquam a Petauio est adnotatum. Vnde etiam ab eo in versione huius loci, vox *Persa* de industria videtur omissa: quippe nec in notis, aut in Erratorum syllabo, vlla eius commemoratione facta; immo quæ nec in priori etiam huius Orationis editione, ab eodem Petauio sedecim ante annis in lucem emissa, ibidem comparet. Quum tamen easdem voces τὸν Πέρσην, præter inspectos a Petauio Iuliani Codices, ac inde in Græco Iulia-

Iuliani contextu ab eo in vtraque editione retentas, suppeditet etiam MStum Vossianum: vt earum proinde ratio omnino haberi debeat. Illud vero continuo mihi occurrebat, pro Ὤχου forte Ὤχον, obuia ac facili vnius litteræ mutatione, hic legendum. *Ochi* autem, vti etiam muliebre apud Valerium Maximum Lib. IX. cap. II. *Ochæ*, notum apud Persas nomen, quod Darius Nothus, Artaxerxis Longimani filius, antequam regnaret, teste Ctesia Persic. cap. XLIII. tulit; sicut alterius Artaxerxis, Mnemonis nempe, quique patri in regno successit, filius; prout e Diodoro, Plutarcho in postremo Artaxerxe, Curtio, Ptolemæo in Conone, Iustino, Eusebio constat: vt de aliis Auctoribus, qui insuper illius *Ochi* meminere, Valerio Maximo, Aeliano, Polyæno, Athenæo nunc sileam. Idem quoque nomen inditum Darii, qui ab Alexandro deuictus, filio, apud Curtium Lib. IV. cap. XI. Adeo vt illud *Ochi* nomen ferre potuerit ille Regis, de quo hoc loco, Persarum *gener*; qui, quod in summo esset apud populum pretio, a Socero iniuria adfectus meritisque honoribus exutus dicitur. Quamquam cui Persarum Regi id, quod a Iuliano hic dicitur, imputari debeat, haud liceat certo statuere. De *Ocho* quidem, Artaxerxis Mnemonis filio, qui ante postremum Darium regnauit, quique *Regum*, iuxta Curtium Lib. X. cap. V. *sæuissimus* exstitit, haud dissimile, eademque omnino, quam Iulianus hic memorat, de caussa, factum tribuit Valerius Maximus dicto paullo ante loco Lib. IX. cap. II. 7. *Apertior & tetrior alterius OCHI cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham sororem, atque eandem socrum, viuam capite defodit: & PATRVVM cum centum amplius filiis ac nepotibus vacua area destitutum, iaculis confixit: nulla iniuria lacessitus, sed quod in his MAXIMAM APVD PERSAS probitatis & fortitudinis LAVDEM esse CONSEQVVTVS.* Quod factum tangit etiam paucis Curtius Lib. X. cap. V. & in genere de Regia *cognatorum cæde* ab eodem *Ocho* repleta Iustinus Lib. X. cap. III. omissa nempe illa eiusdem in patruum sæuitiæ, quam tradit Valerius, & qualis omnino hic a Iuliano commemoratur itidem, caussa: Rege nempe ἀχθομένῳ τῇ παρὰ τοῦ πλήθους εἰς τὸν ἄνδρα τιμῇ, *grauiter ferente, eum apud populum in pretio esse ac honore.* Simile proinde factum, eademque de caussa, idque a Persarum itidem Rege, ac in cognatione proximum Satrapam peractum, ab vtroque Auctore, Valerio Maximo & Iuliano tangitur. Illud solum inter vtrumque ea in re discrimen occurrit, quod ipse male a Rege, ob illam in eum populi beneuolentiam, habitus, *Ochi* nomine, quod ipsi Regi tribuit Valerius, a Iuliano dicatur, idemque non Regis, iuxta Valerium, *patruus*, sed *gener* hic appelletur; ipsius autem *Ochi* patrui apud Plutarchum Ὀσθάνης (ab aliis *Ostanes*) & Ὀξάθρης. Quamquam quæ eam in rem hic adhibentur a Iuliano voces γαμβροῦ & κηδεστοῦ, non *generi* semper & *soceri* apud Græcos significationem habeant; prout de voce γαμβρὸς iam antea vidimus harum Observ. pag. 72. eam pro *socero* (vt ad Homerum monuit Eustathius, ac notarunt iam alii) ac pro *adfini*, tum pro *sponso*, a veteribus Tragicis aliisque Auctoribus vsurpari; ac inde male subinde per *generum* ab eorundem Interpretibus, vti a Petauio apud Themistium, reddi. Vnde ἐπιγαμβρεύειν de connubio cum defuncti fratris vxore dicitur Matth. XXII. 24. & ἐπιγαμβρεία de *adfinitate* inter Constantinum & Licinium, qui nempe sororem Constantini in vxorem duxerat, apud Eusebium Lib. X. cap. VIII. Idem quoque de voce κηδεστὴς dicendum est, quæ non pro *socero* solum, sed pro *genero* etiam, aut *adfini*, vel *cognato*, quod non adtenderunt semper viri docti, sumitur. Quomodo vtique κηδεστὴς pro *genero* ab Antiphonte dicitur Orat. XVI. pag. 144. κηδεστὴν δὲ ἐμαυτοῦ, ᾧ ἐγὼ δέδωκα τὴν θυγατέρα, *generum autem meum, cui filiam meam despondi*; & prout κηδεμὼν similiter de *genero* apud Euripidem legitur in Medea v. 991.

Σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε,
ΚΗΔΕΜΩΝ τυράννων,

Tu vero, ô miser, ô infelix, sponse GENER Regum, Iason nempe, recens ducta Creontis Corinthiorum Regis filia: & κήδευμα similiter, vt præterea obseruo, in Oreste v. 477. vbi a Tyndareo Helenæ parente ad Menelaum generum dicitur,

Ὦ χαῖρε, καὶ σὺ, Μενέλεως, ΚΗΔΕΥΜ' ἐμόν.
O salue & tu, Menelae, meus GENER, non vt ibi Canterus, *adfinis*. ac prout ibi veteres Critici, ἐπιγαμβρευμα ἐμὸν, quod vno verbo notari in ea, quæ nouissime in Anglia prodiit, quamque hisce demum diebus sum nactus, Euripidis editione debuit. Sic κηδεστὴς de *adfini* quoque dictus apud Andocidem Orat. I. pag. 117. ἔπειτα δὲ τὸν κηδεστὴν, ὃς ἔχει σοῦ τὴν ἀδελφήν. *deinde adfinem tuum, qui sororem tuam duxit*, prout ibidem, paullo ante, vbi eiusdem κηδεστοῦ, pag. 192. & 193. fit mentio, non per *socerum*, modo per *cognatum*, verti ab interprete debuit. Quod similiter ab eo aduerti facile potuit eiusdem Andocidis Orat. IV. pag. 197. vbi de Alcibiade dici-

dicitur, *καὶ τι εἰς ὑβρίζει γυναῖκα τὴν ἑαυτῦ, καὶ τῷ ΚΗΔΕΣΤῌ θάνατον ἐπιβουλεύει, quisquis in vxorem suam iniurius est, & ADFINI* (non *cognato* cum interprete) *mortem molitur:* Calliæ nempe, cuius sororem duxerat in vxorem Alcibiades, vt ea de re paullo ante idem Andocides, *ὃς τὴν Καλλίου γήμας ἀδελφὴν*, ac dein *ἀλλὰ καὶ λαθραῖον θάνατον ἐπιβουλεύων Καλλίᾳ, qui morte occulta Calliæ insidiatus.* Vt mirum videri debeat, negligenter adeo, ne quid asperius præter morem meum dicam, in veterum illorum Oratorum interpretatione versatum, cuiusque rei tot alia possemus hic dare exempla, qui hoc pensum in se receperat, virum doctum. Sic *κῆδος* pro *adfinitate*, alterius nempe sorore in vxurem ducta, sumitur ab Euripide Phœn. v. 77. *κῆδος Ἀδράστου λαβὼν adfinis Adrasti factus*, ducta nempe eius filia Polynice; & Iphigen. Taur. v. 706. ad Pyladen sororem eius Electram ducturum Orestes,

Καὶ μὴ προδῷς μου τὴν κασιγνήτην ποτὲ,
Ἔρημα ΚΗΔΗ, καὶ δόμους προδοὺς πατρός,

Neque deseras vnquam meam sororem, Deserens ADFINITATEM, & domum paternam prodens. Ita pro *coniugio* etiam *κῆδος*, seu, ea, quæ inter maritum & vxorem locum habet, *coniunctione* adhibetur apud eundem Tragicum Andromach. v. 869.

Οὐχ ὧδε κῆδος σὸν διώσεται πόσις,

Non sic repellet tuum connubium maritus: & apud Apollonium Rhod. Lib. II. vers. 48. *πηοσύνη καὶ κῆδος, adfinitas & coniugium.* E quibus autem, vt opinor, abunde, quod paullo ante adtigi, constat, illas voces, quibus hic vtitur Iulianus, *γαμβροῦ* & *κηδεστοῦ*, non semper de *genero* ac *socero*, quod viderant iam alii, sed promiscue, illam nempe de *socero*, hanc de *genero*; vtramque etiam de *adfini, sponso*, aut *coniuge*, alioue cognationis genere, Græcis dici. Vnde haud male veteres Glossæ, *κηδεστής, socer, propinquus.*

Ibid. B. lin. 1. *πημαινόμενος ὑπὸ τοῖς Ἴωσι Λυσάνδρου*) Nota quidem illa, quam tangit hic Iulianus, Agesilai contra Lysandrum æmulatio; ob eam, qua iste apud Ionas pollere videbatur, gratiam & auctoritatem; ac vnde factum, vt Lysandri potissimum opera Rex apud Spartanos euasisset Agesilaus, illum tamen eo adegerit, vt in alias oras ab eodem ablegari pro beneficio duxerit Lysander. Quæ res autem non a Plutarcho solum traditur in vtriusque Agesilai & Lysandri vita, sed a Xenophonte etiam Ἑλληνικ. Lib. III. pag. 497. Quam insuper Agesilai in virum bene de se meritum ac amicum inuidiam, vel æmulationem, perstringit dictis locis Plutarchus.

Ibid. B. lin. 6. *εὐγενείας δὲ τῆς τῶν ὑπηκόων προνοίας*) Quibus verbis Constantium iis principibus ac tyrannis nunc opponit, quos paullo ante dixerat *nobilitati* infestos, clarissimas quasque familias euertisse. An vero laudem, quam illi in fouenda & extollenda *nobilitate* hic tribuit Iulianus, vsquequaque meritus sit Constantius, non continuo arguunt ea, quæ de diuitiis ac honoribus ab eo in viles ac improbos spadones ac ministros collatis, quibusque nimium esset addictus, iam supra adtigimus. Etsi, qui hæc de eodem principe tradit, eique vt Gentilis & Iuliani cliens, paullo videtur iniquior, Ammianus, de illo dicat Lib. XXI. cap. XVI. *examinator meritorum nonnunquam scrupulosus, Palatinas dignitates velut ex quodam tribuens perpendiculo*; & a Zonara pag. 22. Tom. II. *καὶ ἐν ταῖς τῶν ἡγεμονιῶν καὶ ταῖς τῶν ἀξιωμάτων διανομαῖς τοῦ προσήκοντος στοχαζόμενος, in mandandis præfecturis & magistratibus decorum obseruans.* Vt mittam, quæ de patre eius Constantino, tanquam nobilium fautore, ac ab illo malorum principum aut tyrannorum in eos, quod supra adtigit Iulianus, & de Maxentio nominatim ex Eusebio ibidem diximus, liuore, odio, aut vero sæuitia valde alieno prædicat, vbi cæso eodem Maxentio, lætum Constantini in vrbem Romam ingressum tangit in eius Panegyrico cap. XXXI. Nazarius: *Non agebantur quidem ante currum vincti duces, sed incedebat tandem SOLVTA NOBILITAS: non coniecti in carcerem barbari, sed deducti e carcere CONSVLARES.* Nempe iuxta illud Ciceronis Orat. pro Sextio cap. IX. *Omnes boni semper NOBILITATI fauemus, & quasi vtile est Reipublicæ, nobiles homines esse dignos maioribus suis.*

Ibid. C. lin. 1. *τῇ βεβαιότητι δὲ τῶν ἅπαξ δοθέντων*) Quam rursus laudem in hoc Constantio non agnoscit Ammianus, qui de eodem ait, vti supra iam vidimus, Lib. XXI. cap. XVI. *eratque super his adimere facilis, quæ donabat.* De quo tamen principe ab alio Gentili Scriptore dictum, Libanio nempe in Basilico pag. 135. *εἰς μὲν τὸν τῶν ἐπιτηδείων κατάλογον οὐδένα προπετῶς ἐνέγραφεν· οὓς δὲ ἐγγράψειεν ἅπαξ, ΟΥΚ ΕΙΔΩΣ ΕΞΑΛΕΙΦΕΙΝ, οὐδ' ἀναλίσκων χρόνῳ τὸ φίλτρον, ἀλλ' ἐπιτείνων τῇ συνουσίᾳ τὸν πόθον, in familiarium censum neminem temere adscribebat: quos vero semel adscripserat, SCIENS NVNQVAM DELEBAT: neque temporis progressu amoris vim consumebat,*

mebat, verum desiderio consortia augebat. Quam in amicos constantiam ac fidem eidem Constantio tribuit quoque Ioannes Antiochenus in Excerpt. Vales. pag. 841. τοῖς φίλοις τε καὶ οἰκείοις ἐς τὰ μάλιστα ΠΙΣΤΟΣ, *amicis ac familiaribus maxime FIDVS.* A quo autem Scriptore, de patre Constantino dictum paullo ante fuerat, quod sicut in nonnullos amicos fuit dubius, ὥσπερ ἀμέλει πρὸς τοὺς πολλοὺς ΒΕΒΑΙΟΣ ὤφθη καὶ ΠΙΣΤΟΤΑΤΟΣ. οὐδένα καιρὸν παρεὶς οὐδὲ ἀπολείπων τὴν φροντίδα, ὡς δυνατωτέρους τε χρήμασι καὶ λαμπροτέρους ταῖς τύχαις ἀποφαίνειν τοὺς ἐπιτηδείους, *ita in pleroique CONSTANS & FIDVS maxime visus est, nihil occasionum aut curæ prætermittens, quo opulentiores & clariores præstaret suos familiares.* Immo quam diuersam ea in re ac securam & stabilem eorundem Constantii familiarium, præ iis, qui sub tyrannis subinde præmiis & honoribus aucti, condirionem tangit Themistius Orat. I. de huius principis Humanitate pag. 17. καὶ μόνη σχεδὸν τῷδε ἡ ΦΙΛΙΑ ὑψηλή τέ ἐστιν ἅμα, καὶ ΛΙΑΝ ΑΣΦΑΛΗΣ, *& apud hunc tantum AMICITIA in sublimi, ac IN TVTO consistit*; mox, vbi contrarium sub tyrannis obtinere, quod supra vidimus, docuisset, addit, οἱ δὲ τῆς βασιλέως δεξιᾶς θιγόντες, ἴσασιν ΑΣΦΑΛΕΙ ΠΕΙΣΜΑΤΙ προσεχόμενοι, καὶ προσεξόμενοί γε ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ, *at vero qui dextram Imperatoris tangunt, sciunt ad CERTVM se FIDEI FIRMAMENTVM accedere, ac ad id IN PERPETVVM adhæsuros esse.* Quomodo nempe id in Cyro extollit Xenophon Κυρ. Παιδ. Lib. VIII. pag. 210. non adeo quod alios principes δώρων μεγέθει, *donorum magnitudine*, quam quod θεραπείᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων, *amicos officiis ac omni studio diligenter colendo* superarit: quodque locupletatos a se amicos, totidem sibi in posterum thesauros & custodes, prætidiariis mercede conductis fideliores fore existimabat.

Ibid. C. lin 9. ἐκ τῆς περιουσίας τῶν ἐκ τῆς τύχης) Qua de re diximus iam abunde ad huius Orationis pag. 5. & 41. vbi potiorem animi quam fortunæ bonorum, seu quæ huic possunt imputari, rationem sibi in huius Constantii laudatione habendam dixit Iulianus. Exstant ea de re a nobis adnotata Observ. pag. 28. & 273. Quam in rem, vt hoc vnum addam, præclara semper mihi visa sunt, quæ ab Aristotele dicuntur Politic. Lib. VII. cap. I. δίκαιος δὲ οὐδεὶς, οὐδὲ σώφρων, ἀπὸ τύχης, οὐδὲ διὰ τὴν τύχην ἐστίν, *nemo enim iustus est aut prudens, vel a fortuna, vel propter fortunam*: mox, ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν· οὐθὲν δὲ καλὸν ἔργον, οὔτ᾽ ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως, χωρὶς ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, *fieri autem non potest, vt recte agant, qui recta non agunt; nullumque opus aut viri, aut ciuitatis, absque virtute & prudentia ratum esse potest.*

Ibid. D. lin. 7. οὐδὲ ἔθνους ἑνὸς, οὐδὲ πολλῶν ὁμοῦ) Nempe non satis fuisse dicit Constantio, amicos vni vrbi, aut vni prouinciæ, vel etiam pluribus simul præficere. Nota quidem quum e veteris Reipublicæ temporibus, tum e diuisione Romani orbis sub Augusto instituta, vt de Præfecto vrbis Romæ; & hoc æuo de Præfecto itidem Constantinopoleos nihil dicam, singulis ferme Prouinciis vnum Rectorem impositum; nisi, vbi ob viciniam neque ea peculiarem præfectum flagitare videretur, vna quandoque regio alterius velut Prouinciæ appendix accessit. Sic *Græcia* seu *Achaia* cum *Epiro*: *Bithynia* cum *Ponto*: *Creta* cum *Cyrenaica*: *Sardinia* cum *Corsica*, vt vel e Strabone in fine præclari operis, ac e Dione Lib. LIII. pag. 503. constat, singuli Rectores sub Augusto præpositi; vti etiam *Aegypto* cum vicina *Libya*, iuxta Philonem in Flaccum pag. 987. *Asia* & *Hellesponto*, in Inscriptionibus apud Gruterum CCCCIII. 4. *Pamphyliæ* cum *Lycia*, sub Claudio, apud Dionem Lib. LX. pag. 676. ac prout sequiori adhuc æuo, e Leg. I. Cod. Theod. de Censitorib. est manifestum. Ita *Pannoniæ Daciæque* præfectus ab Hadriano Marcus Tubero, iuxta Spartianum in Hadriano cap. VI. Eam postea suis temporibus, nempe Alexandri Seueri, rem eam ad pristinum suum statum rediisse, docet idem Dio, loco paullo ante indicato; vt nempe quæque Prouincia peculiarem haberet Rectorem. Quæ omnia rursus haud aliunde liquidius constant, quam ex Inscriptionibus antiquis, editis aut adhuc ineditis; in quibus descriptæ occurrunt illæ, quas quis vel Imperatoris, vel populi Romani nomine, gessit in Prouinciis Præfecturæ. Vt nunc mittam ea ætate *Præfectos Prætorio*, qui pluribus simul non Prouinciis solum, sed Dioecesibus, vt aliunde notum, præerant; quosque inde *honorum omnium apicem* vocat, vbi de administratione imperii, sub hoc Constantio, agit Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. Ab eodem quoque in conferendis illis, quas hic tangit Iulianus, dignitatibus *impendio parcus: nihil circa administrationum augmenta præter pauca nouari perpessus* ibidem dicitur; ac præterea, a quo accurate ciuiles & militares in prouinciis Magi leratus fue lim:t bus coerciti, ita vt a Magistro equitum *contingi*

ciuile

ciuile negotium non permitteret; &, quod addit, *valdeque parum contigerat, vt militarium aliquis ad ciuilia regenda transiret: contraque, nonnisi puluere bellico indurati praeficiebantur armatis.* Adde quod a Zonara de eodem Constantio dictum paullo ante vidimus, eum *in mandandis praefecturis* τῶν ἡγεμονιῶν διανομαῖς, valde fuisse decori obseruantem. Quos autem ex amicis Constantius ad illas prouinciarum praefecturas & dignitates euexerit, ex Ammiano potissimum, & legibus in vtroque Codice ab eodem latis, licet percipere.

Ibid. D. lin. 9. εἰ μὴ καὶ βασιλείας εἶλοιο κοινωνὸν) Iulianum de se hic loqui; quem nempe, paullo ante habitam hanc Orationem, anno Christi CCCLV, & post Gallum eius fratrem anno superiori caesum, Caesarem nuncupauerat Constantius; bene ad hunc locum notauit Petauius. Vt mirari potius subeat, quod in prima huius Orationis editione, id de Gallo Caesare intelligi itidem posse credidisset; & de Siluano tamen, eiusdem Constantii iussu oppresso, sub finem huius Orationis mentionem fieri, ibidem agnouisset: qui Siluanus sequenti demum post Galli caedem anno, ac paucis ante Iuliaoum Caesarem a Constantio nuncupatum mensibus, fuerat eiusdem Principis iussu interemptus.* id verò nunc in eodem haud immerito, tanto beneficio ab eo recens mactus, praedicat Iulianus: quod nempe non contentus Constantius amicos ad praefecturas prouinciarum celsasque dignitates iis adnexas euehere, *imperii* etiam; idque, vt continuò addit, deuictis iam tyrannis, & laboribus ac periculis omnibus contra illos formidandos hostes defunctus; *consortem adsciscere* voluerit Constantius. Haud nouum vero, βασιλείας κοινωνὸν, *imperii participem*, de Caesaris dignitate huic Iuliano delata dici: de qua similiter, & quae loca iam alibi adtulimus, ad Constantium ait Themistius Orat. IV. pag. 58. καὶ συμβασιλεύειν αὐτοῖ ἄνδρα εἵλετο, *virum imperii consortem adsciuerit;* & iam ante Orat. II. pag. 40. καὶ τὸν συνάρχοντα Φιλόσοφον ἐποιήσατο, *collegam in imperio sibi philosophum adsumpsit.* Vnde etiam *consors Imperatoris*, a Constantio nempe tum adscitus, dicitur in Gratiarum actione, quam huic Iuliano dixit Mamertinus cap. III. immò se eundem Iulianum *ad imperium adsumere*, dum Caesarem illum nuncupat, dicit apud Ammianum Lib. XV. cap. VIII. Constantius. Id enim Caesaris sub Augustis fastigium, etsi δευτέρα τῶν ἀρχῶν, *secunda inter potestates*, vti a Gregorio Naz. in Iulianum Στηλιτ. pag. 58. aut δευτέρα ἀξιώσεις, *secunda appellatio*, a Libanio in Basilico pag. III. ac inde Augusti fastigium, μείζω τάξις καὶ προσηγορία, *maior ordo & appellatio*, ab eodem dicitur in Iuliani Necem pag. 284. ac similiter ab Ammiano, *Rector secundi loci* dictus de Caesare Lib. XX. cap. V. qui alibi etiam *Apparitorem* Constantii vocat Iulianum Lib. XVI. cap. VII. & Lib. XVII. cap. XI. immo qualem literis ad Constantium scriptis semet, dum de se vt adhuc Caesare loquitur, nuncupat apud eundem, Lib. XX. cap. V. Iulianus: haud eo minus, inquam, βασιλεύς, βασιλείας, vel αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς κοινωνοὶ, vt istud apud Eusebium legitur de Vita Constantini Lib. I. cap. VIII. hoc est, *Imperatores*, aut *imperii consortes* appellati, vt iam supra vidimus Obseru. pag. 43. iidem Caesares. Quomodo etiam Graecorum more *participes regni*, hoc est, *imperii*, Caesares a Lactantio dicti; vbi de Diocletiano, alterum sibi Collegam seu Augustum, duos autem Caesares, Constantium huius auum, & Galerium adsciscente, ait libro de Mort. Persecut. cap. VII. *tres enim PARTICIPES SVI REGNI fecit*; nempe quod hic de se in Caesarem a Constantio adsumpto Iulianus, κοινωνὸν τῆς βασιλείας εἵλετο. Vnde etiam μέγας βασιλεύς a Libanio dictus in eius Panegyrico pag. 241. Iulianus; vbi e Caesare Augustus esset a Gallicano, cui praeerat, exercitu appellatus. De quo autem ad Caesaream dignitatem euecto, ait quoque Chrysostomus in S. Babylam pag. 459. Tom. V. καὶ δέχεται χωρὶς τοῦ διαδήματος ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ἐκεῖνος (πρῶτον γὰρ καὶ τῆς ἀδελφοῦ τοῦ τελευτηκότος ἐξουσίας τὸ μέτρον ἦν) *& accepit ille sine diademate principatum: haec enim potestatis illius, & quam habuerat frater eius defunctus, mensura quaedam erat.* E quo loco, aliisque, & iisdem fide veterum nummorum,* quos ibi adduximus, comprobatis, modo cum diademate, modo etiam sine diademate, nuncupatos subinde ab Augustis Caesares pridem euicimus, Dissert. VIII. de Praest. Num. pag. 679. seqq. De hoc Iuliano autem, qua occasione, quoue ritu, aut quibus etiam verbis, *Caesar* fit a Constantio declaratus; aut quo tempore ac die, nempe VIII. Iduum Nouembr. videri potest, qui haec accurate recenset Ammianus Lib. XV. cap. VIII. & quibus, diem quod adtinet, suffragantur Idatius & Socrates Lib. II. cap. XXVII. Id vero Mediolani contigisse, liquet ex huius Iuliani Epistola ad Athenienses pag. 275. ac praeterea* legitur in Hieronymi Chronico, non in postrema quidem Scaligeri editione, vbi illud

typo-

typographorum culpa, vt vel e τῶ πάνυ Animaduersionibus, vbi ea de re agit pag. 255. liquet, est omissum; ac præterea exstat in eodem Chronico, quod vulgauit Vazatensis Episcopus; qui etiam id in plerisque codicilus, etsi in anno hujus nuncupationis adsignando iidem varient, reperiri in notis obseruat. Adde hisce id, quod de Iuliano Cæsare, post Galli fratris cædem, declarato, ait prima in eum Philippica Gregorius Naz. pag. 62. ὁ δὲ οὕτως κληρονόμος ΤΗΣ τῶ ἀδελφῶ Β ΣΙΛΕΙΑΣ, ἀλλ' ἐκ ἀσεβείας, mox autem heres fraterni REGNI seu principatus, sed non impietatis. Immo a quo alibi, nempe Orat. XXI. pag. 389. Constantius moriens, trium dicitur pœnituisse; consanguineorum cædis, innouatæ fidei, & Cæsaris declarati hujus Apostatæ, καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν τῶ ἀποστάτε.

Pag. 45. A. lin. 9. ὅτε μηδὲν ἔτι φοβεῖν ἐδόκει) Quæ vnice ad captandam Constantii, a quo recens ad illud Cæsaris fastigium fuerat euectus, beneuolentiam hic dicuntur. Neque enim, licet oppressis iam tyrannis, omni metu aut periculo, vt hic traditur, defunctus erat, & quasi nulli amplius labores exantlandi superessent, vbi in Cæsarem adscitus est Iulianus. Qua de re itaque longe aliter loquitur in Epistola ad Athenienses pag. 277. vbi de delata illa sibi dignitate agit, seque inde ad perturbatas tum Gallias liberandas, continuo media hyeme missum, ibidem refert. Quod similiter tangit in Epistola ad ipsum Constantium, eodem tempore (vbi nempe jam Augustus erat ab exercitu Gallicano declaratus) quæ exstat apud Ammianum Lib. XX. cap. IIX. *tamque inde vt me creatum Cæsarem pugnarum horrendis fragoribus obiecisti.* Immo de quo omni, quod Constantium tandem impulit, vt Iulianum vel inuitus ac diu reluctatus Cæsarem crearet, consilio, audiendus est idem Ammianus Lib. XV. cap. VIII. *CONSTANTIVM vero EXAGITABANT assidui nuntii, deploratas jam Gallias indicantes, nullo renitente ad internecionem, Barbaris vastantibus vniuersa: æstuansque diu, qua vi PROPVLSARET AERVMNAS, ipse in Italia residens, vt cupiebat: (PERICVLOSVM enim existimabat se in partem contrudere longe dimotam) reperit tandem CONSILIVM rectum: & IVLIANVM patruelem fratrem, haud ita dudum ab Achaico tractu accitum, etiam tum palliatum, IN SOCIETATEM IMPERII adsciscere cogitabat. Id vbi, vrgente malorum impendentium mole, confessus est proximis, SVCCVMBERE TOT NECESSITATIBVS, tamque crebris VNVM SE, quod nunquam fecerat, aperte demonstrans.* mox: *Post multaque per deliberationes ambiguas tractata, stetit fixa sententia: abjectisque disputationibus irritis, AD IMPERIVM placuit Iulianum ADSVMERE.* Adde quæ apud eum sequuntur, ipsa Constantii, dum Iulianum pro tribunali & coram exercitu pro more Cæsarem declararet, verba: *Adesto igitur LABORVM PERICVLORVMQVE PARTICEPS, & tutelam ministerii suscipe Galliarum, omni beneficentia partes leuaturus adflictas; & si hostibus congredi sit necesse* &c. Ita quantum fluctuarit, antequam eundem Cæsarem nuncuparet Constantius, tradit iidem in hujus Iuliani Panegyrico pag. 177. Libanius, ἕως ὁ φόβος ἐνικήσε τῇ πίστει, donec metus locum dedit fiduciæ: idque, vt addit, ὁ μὴν ἐκ τῶν λόγων καὶ ἧττον ἐπιπόνων, ὥσπερ ἔικος πῶλον ὑπὸ πρῶτον ὑπαγόμενον ζυγῷ, ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ἧπτετο, non tamen in mollibus ac minime laboriosis, vt decebat pullum equinum tunc primum jugo subjectum, IMPERIVM adtigisti; prout verti locus ille debuit, sed, vt continuo addit, tanquam a Siculo, seu omnium difficillimo freto, exorsus, in ipsum regiorum certaminum discrimen fuerit conjectus. Quæ caussa adsciti in Cæsarem Iuliani, Constantii nempe e Barbaris, qui Gallias vastabant, *metus*, vnde *Romanum imperium non dubia jam calamitate nutaret*, ab Eutropio similiter traditur, vti & a Victore Schotti, & Zosimo Lib. III. cap. I. nec omittitur a Sulpitio Seuero in Vita B. Martini cap. III. Socrate Lib. III. cap. I. ac Philostorgio Lib. IV. cap. II.

Ibid. A. lin. 10. τῆς μὲν οὐδὲ ἐν ὀλίγω μέρει) Hæc iterum ad eundem morie vi dentur a Iuliano dicta; dum laborum quidem nullam vel exiguam partem sibi in Cæsarem adscito relinqui a Constantio, neque tamen minimum quidpiam de illo honore delato ab eo detrahi, hic dicitur. Quibus vtique parum consentanea, ab eodem Iuliano in Oratione ad milites, vbi Augustus fuisset ab iis declaratus, dicuntur apud Ammianum Lib. XX. cap. V. *vixdum adulescens specie tenus purpuratus*, hoc est, *Cæsar*. Immo prout ipsemet in Epistola ad Athenienses, hujus Operis pag. 277. nomen sibi quidem Cæsaris, & vestem, (purpuram nempe) impositam tradit; *mox vero consecutam inde seruitutem*, ἡ δὲ ἐπὶ τούτῳ δουλεία, ac vbi pluribus ibidem illius suæ *seruitutis*, in qua tum jam Cæsar ageret, meminit; additque, se ad pacandas quidem Gallias, ac a Barbaris, qui eas inua-

ferant, liberandas, cum exiguo militum numero missum, verum non vt exercitui illius prouinciæ imperaret magis, quam vt illorum ducibus subesset. Quod a Zosimo itidem adstruitur Lib. III. cap. II. *συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλούστιον· αὐτοῖς, καὶ ΟΥ ΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν*, *cum Iuliano Marcellum & Salustium ablegat: illis ipsis, NON CAESARI, tota illic administratione credita.* Sed præterquam quod hæc post elucubratam hanc Iuliani Orationem sint acta; adductum Eusebiæ coniugis, illiusque Iuliano fauentis, rationibus Constantium tradit ibidem Zosimus, vt ipse in Orientem contra Persas profecturus, Iuliano permiserit agere, quæcunque subjectis ei nationibus ex vsu futura existimaret. Eo cæteroquin animo fuisse Constantium, vt creati a se *Cæsaris* honores ac potestatem imminueret potius quocunque modo, quam augeret, constabat iam ante e coercita Galli, *Cæsaris* a se nuncupati, potestate; eoque inde, quod ille nimium eam extulisset, ab Orientis gubernaculis amoto, moxque iussu eius cæso. Vnde in Oratione ad hunc Iulianum, qua illum *Cæsarem* pro tribunali declarauit Constantius, quædam leguntur apud Ammianum Lib. XV. cap. VIII. meo quidem Iudicio, male sana; vbi nempe ab eodem Constantio inter alia dicitur, *qui iustus in deferenda SVPERIORI POTESTATE nobilitate mihi propinqua, quam IPSA POTESTATE videor esse sublimis.* Neque enim *superior potestas* a Romanis Scriptoribus, vel ab hoc ipso Marcellino alibi, de *Cæsaris* dignitate, de qua tamen ibi agit apud eum Constantius, sed de *Augusti* demum fastigio, dicitur; quomodo illud apud Græcos, vti paullo ante e Libanio vidimus, ΜΕΙΖΩ *τάξις καὶ προσηγορία*, *MAIOR ordo & appellatio*; ab Eusebio Lib. IV. de Vita Const. cap. LXVIII. *ἀνώτατος βασιλεία*, alibi, nempe Hist. Eccl. Lib. X. cap. VIII. *ἀνώτατος τιμή*, *supremum imperium*, *summus honor* vocatur; & ita *μέγας βασιλεύς*, aut vnde *ὁ κρείττων*, seu *superior*, de primi illius fastigii *principe* seu *Augusto* haud semel dictus; vel *potior*, vt de Constantio, post nuncupatum *Cæsarem* Iulianum, legitur apud Ammianum Lib. XV. cap. VIII. *vt POTIORI reuerentia seruaretur.* Ita *Maiores* de iisdem *Augustis* apud Lactantium de Mort. Persec. cap. XVIII. seu quorum *maxima potestas* ab eodem cap. XXI. appellatur. Immo prout non solum *Augustum culmen*, apud eundem Ammianum Lib. XX. cap. V. aut *princeps locus*, Lib. XIV. cap. XI. aut vero *superior fortuna*, in hujus Iuliani, iam *Augusti* a militibus declarati, Epistola ad ipsum Constatinum, quæ apud eundem Marcellinum legitur Lib. XX. cap. VIII. dicitur, *qui caritate sanguinis & FORTVNAE SVPERIORIS culmine sociamur*: sed a quo insuper Ammiano, ne vllus prorsus dubitandi supersit locus, *superior potestas* de eodem *Augusti* culmine, ad quod euectus fuerat ab exercitu Iulianus, dicitur; nempe Lib. XX. cap. IV. *phalera quærebatur, vt coronatus* (hic nempe Iulianus a militibus) *speciem saltem obscuram SVPERIORIS prætenderet POTESTATIS.* Neque vero quidquam magis a Constantii genio ac instituto abhorrens, quam vt in ea oratione *superiorem potestatem* (ipsum nempe Augusti fastigium) huic Iuliano tum a se *delatam* declararet, ad quem insuper proximis ibidem verbis ait, *tutelam MINISTERII suscipe Galliarum*; dein, *meum vbique videberis præsens, & ego tibi quodcunque acturo non deero*, suis nempe, seu *Augusti*, vt bene ibi doctissimus Valesius, auspiciis. Quibus vtique non *superiorem*, quam sibimet integram retinebat, *potestatem* eidem Iuliano *detulisse* Constantius; aut vero eo nomine se in ea adlocutione, quod ibi tamen legitur, efferre vllatenus intendisse, satis, vt opinor, arguitur. Vnde leui vnius vocis mutatione, prioris autem traiectione, iisdem Constantii apud Ammianum verbis salus & fides constabit: nempe, *qui iustus* (vbi præterea vel *iustius* legendum, vel alioquin supplenda vox *magis*) *in deferenda INFERIORI POTESTATE nobilitate mihi propinqua, quam ipse SVPERIORI POTESTATE videor esse sublimis*; prout inferior illa *Cæsaris* dignitas vel *potestas*, *δευτέρα τῶν ἀρχῶν, δευτέρα προσηγορία*, *secundum imperium, secunda appellatio*, a Græcis eo æuo scriptoribus; ab Ammiano quoque *secundus locus*, vti ea de re iam ante, appellatur: ipsi autem *Cæsares*, *MINORES*, *qui sint adiumento*, nempe Augustis, apud Lactantium de Mort. Persec. cap. XVIII. ab aliis etiam *Augustorum filii*, vt ibidem iam monuerunt viri docti, nuncupantur. Qua de re autem, seu hujus apud grauissimum Auctorem loci, quem indictum præteriere eius editores, emendatione ac mente, liberum sit penes eruditum & cordatum lectorem, cui hæc & alia, ad quæ subinde in his Adnotatis adtendimus, libenter & vltro permittimus, judicium.

Ibid. B. lin. 2. *πρὸς ὀλίγον ἔπεμπον στρατεύεσθαι,*) Quo hæc spectent, haud facile licet statuere. Vbi enim Mediolani VIII. Iduum Nouembris, vt paullo ante vidimus, *Cæsar* a Constantio nuncupatus esset Iulianus,

nus, continuo ipsis Kalendis Decembribus, atque ita XXIV diebus ab ea nuncupatione, ad regendas Gallias, jussu Constantii, profectus ab Ammiano dicitur Lib. XV. cap. VIII. neque ab eo tempore, vt ex eodem Ammianno & aliunde constat, ad Constantium accessit Iulianus. Vnde hoc in genere, seu oratorie ab eodem Iuliano dictum licet arbitrari: non illo quidem respectu ad eam, quam iam *Cæsar* cum Constantio suscepisset laborum in bello exantlatorum communionem Iulianus; sed quod ea esset Constantii indoles, vt quum ipse labores & bellorum discrimina sibi adsumeret, vix, & nisi vrgente necessitate, idque ad exiguum aliquod tempus, eadem cum aliis Augusti fastigio proximis partiretur.

Ibid. B. lin. 11. σωφροσύνης δὲ ὑπὲρ τῆς τῆς, καὶ φρονήσεως) (Quatuor nempe virtutibus, quas ibi commemorat, ἀνδρείας, δικαιοσύνης, σωφροσύνης, καὶ φρονήσεως, *fortitudinem, iustitiam, temperantiam* ac *prudentiam*, excultum a teneris Constantii animum dixerat iam supra pag. 10. Iulianus: ad quas etiam virtutes, Principis actiones in eius laudatione referri debere, iuxtaque illas ab Oratore diuidi, a Menandro Rhetore monitum diximus ibidem Observ. pag. 99. Ac de *fortitudine* quidem & *iustitia* Constantii, iam abunde actum in hac Oratione vidimus: vnde nunc ad duas reliquas eius virtutes, *temperantiam* & *prudentiam*, commendandas se conuertit; de quibus paullo post, vt ibidem dicetur, nominatim agit & expressius Iulianus. Hisce autem, seu tanquam præclarum vtriusque illius virtutis, quæ a teneris in Constantio illuxerit, testimonium, continuo ipsam eius præmittit, quam is quum ante, tum post adeptum principatum, erga fratres, constitutas leges, omnes imperii ordines, amicos, præstitit, moderationem, constantiam ac fidem.

Ibid. C. lin. 7. τοῦ δὲ περὶ τὴν ἀρχὴν) Quod hic tangit Iulianus de Constantii, quæ inde a pueris eluxit, temperantia: quod nempe ei parens imperii, & communium cum fratribus negotiorum, administrationem detulerit; etsi neque ille solus esset, neque filiorum eius natu maximus; haud liquet ex historia, seu Scriptoribus illorum temporum. Ab iis enim, vti nempe nominatim ab Eusebio Lib IV. de vita Constant. cap. LI. Anonymo Valesiano, Eunapio in Aedesio, Zosimo, aliisque, quod iam supra vidimus harum Observ. pag. 161. traditur, totius imperii summam, tanquam paternam hæreditatem, in tres filios, quorum medius erat Constantius, a patre Constantino ante eius mortem diuisam; eamque ab eius morte, primo Exercituum consensu, dein accedente Senatus Populique Romani iudicio, tum sequuta inter tres illos Fratres conuentione (de qua itidem supra pag. 19. & Observ. pag. 160.) confirmatam: & juxta quam, cuncta quæ trans Alpes, Gallia nempe, Britannia, Hispania, ac Africæ pars, Constantino maiori natu cesserant: Oriens cum Thracia & Aegypto, huic Constantio: Africa autem reliqua, Illyricum, & Italia, fratri minori natu Constanti; quasque iidem singuli pleno jure deinceps regerent. Adeo vt ad solum Constantini patris factum respicere hic potuerit Iulianus; quo, & cujus ibidem quoque, seu Observ. pag. 161. facta iam est a nobis mentio, moriens Constantinus testamenti tabulas, quibus eandem imperii iam ante a se institutam inter tres liberos diuisionem denuo adserebat, cuidam presbytero credidit; & ea quidem conditione ac lege, immo illo ad hoc iurisiurandi religione prius adacto, ne cuiquam alteri, quam Constantio, quem Orienti præfecerat, easdem traderet: vt id nominatim referunt Socrates Lib. I. cap. XXXIX. ac de iureiurando insuper Sozomenus lib. II. cap. XXXIV. Qua vltima parentis ante obitum, eaque, vbi de summa rerum agebatur, velut vnius ejus fidei, etsi, vt hic additur, neque solus, neque etiam maior esset inter fratres natu, commissa voluntate, potius longe de Constantii, quam aliorum fratrum, temperantia ac moderatione iudicium tulisse Constantinus parens hic innuitur. Quod etiam ob eam, quæ iam a puero in Constantio eluxerat, σωφροσύνην, a patre factum hic dicitur: quum alioquin viginti circiter annos iam natus esset, vbi parens obiit, Constantius. Omnino autem, quod in margine ad hunc locum bene iam est ab eruditissimo Petauio adnotatum, μόνῳ ὄντι γε, *qui neque solus esset*, nempe e Constantini liberis, hic legendum est: etsi receptam lectionem tueatur etiam MStum Vossianum. Res tamen per se obuia.

Ibid. D. lin. 1. ὁ βασιλέως, τῶν νόμων ἄρχοντος) Magna hæc & singularis in Romano principe laus; qua nempe Constantius, haud aliter ac e ciuibus quispiam, se legibus subiectum, non tanquam, quod hic additur, *pro imperatore, legum ipsarum domino*, gessisse dicitur. Magnentium quidem tyrannum, dictum iidem paullo ante vidimus

pag. 42. Ῥωμαίων βασιλεύοντα καὶ νόμων κύριον, *Romanis imperantem, & legum dominum*; a Libanio autem, ac rursus iuxta illud, quod de Constantio hic à Iuliano dicitur, pag. 268. ΑΡΧΟΝΤΙ ἢ αὐτῷ ΤΗ φυλακῆς ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, *ipso autem cum legum obseruatione imperante*. Quo loco etiam ἀνυπεύθυνον illam, ac legibus imperantem, non vero iisdem subiectam, Romanorum principum potestatem obiter adtigimus; ac prout nempe de Principe, seu hoc de ipso Constantio a Themistio dicitur, Orat. 1. pag. 15. αὐτὸς νόμος ὢν, καὶ ὑπεράνω τῶν νόμων, *qui ipse lex sit, legibusque superior*: & ab eodem alibi ad Theodosium Orat. XVI. pag. 212. καὶ αὐτὸς νόμος ἔμψυχος ὢ, καὶ ὑπεράνω τῶν γεγραμμένων, *& ipse lex es animata, & scriptis legibus superior*. Vnde eximia omnia & peculiaris, vt hic in limine dixi, huic Constantio laus a Iuliano tribuitur: quod etsi legibus superior, seu *iis imperans*, iisdem tamen se instar vnius e ciuibus submiserit: idque, quod continuo additur, quum erga populum, tum erga Magistratus. Quanquam hisce, & quidem *popularitatem* illam quod adtioet, parum consona videantur, quæ de eodem Constantio tradit Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *Imperatoriæ auctoritatis cothurnum vbique custodiens, popularitatem elato animo contemnebat & magno*. Quum de Trajano alioquin, magis apposite ad hæc Iuliani de Constantio verba, dixerit in eius Panegyrico cap. LX. Plinius: *vis constare reuerentiam MAGISTRATIBVS, LEGIBVS auctoritatem?* & iam ante cap. XXIV. *REGIMVR quidem a te, & SVBIECTI tibi, sed quemadmodum LEGIBVS, sumus: nam & illæ cupiditates nostras libidinesque moderantur, nobiscum tamen & inter nos versantur. Emines, excellis, vt honor, vt potestas, quæ super homines quidem, hominum sunt tamen*; & cap. XXXVI. *manet tamen honor legum*. Immo prout de Theodosio a Latino eius Panegyrista dictum cap. XII. *quid tua intererat, te principem fieri, qui futurus eras IN IMPERATORE PRIVATVS*: mox, *idem es, qui fuisti, & tantum per te licet, QVANTVM PER LEGES LICEBAT*. Adde quod de alio Imperatore, seu Alexandro Seuero, ait in eius vita Lampridius cap. XLIV. *LEGES in annos firmauit, easque etiam IPSE diligentissime SERVAVIT.*

Ibid. D. lin. 3. μηδὲν ὑπὸ τῆς εὐτυχίας φρονήσας) Quod vero hic de Constantio dicitur, eum a nemine vnquam visum secundis rebus insolentiorem, ab Ammiano itidem aperte redarguitur: a quo is dicitur Lib XV. cap. V. *Princeps INSOLENTIA coalitus & tumore, hoc quoque FELICITATIS SVAE* (Siluani, de qua in fine hujus Orationis, cædem) *prosperis cursibus adsignabat*: dein, *post quæ ita completa, Constantius, vt iam cœlo contiguus, casibusque imperaturus humanis, magniloquentia SVFFLABATVR adulatorum*. Adde alium itidem Gentilem Scriptorem Zosimum lib. II. cap. LV. vbi de iisdem hisce Constantii temporibus, post deuictum nempe & e medio sublatum Magnentium agens ait, ΑΛΑΖΟΝΕΙΑ μὲν αὐτὸς περιεγένετο, ΤΗΝ ΤΥΧΗΝ ἐνεγκεῖν μετρίως οὐ δυνηθεὶς, *ARROGANTIOR esse cœpit, quod eam FORTVNAE PROSPERITATEM MEDIOCRITER ferre non posset*. Mitto ipsorum Constantii familiarium, seu qui Palatinis intra aulam officiis deputati dicuntur Leg. XII. Cod. Theod. de Palatinis S. L. quam de[illegible] ribit Libanius, insolentiam & arrogantiam, Orat. in Necem Iuliani pag. 293. τῶν γὰρ οἰκετῶν ὅστις ἦν, ὃς ΟΥΚ ὕβριζε, δέων, σπαράττων, ἀ[illegible] παίων, ἐκβάλλων, ἐλαυνων γεωργεῖν ἠξίου. [illegible] ζεύγες φέρεσθαι, ΔΕΣΠΟΤΗΣ [illegible], καὶ πονήσας γε, ὅτως ἦν ὁ ΔΕΣΠΟΤΗΣ αὐτῷ, *Enimuero nullus e famulis erat, qui non CONTVMELIOSE se gereret, vinciendo, diferpendo, spoliando, feriendo, extrudendo, fructus percipere postulando: qui non bigis efferretur, DOMINI imperium sibi vindicans, ac tantum quantum ipsi Domino in eum competebat.*

Pag. 46. B. lin. 1. καθάπερ ἀγαθὸν Ἥρωα) Qua de re, seu Constantino post mortem Dei instar, seu diuinis honoribus, & a militibus quidem, culto, dixerat jam supra Iulianus pag 8. καθάπερ θεὸν διαπ[illegible] σεβόμενοι, *tanquam diuinum aliquod numen venerantur*. Vnde in Obseruationibus ad eum locum pag. 67. & 68. videri possunt, quæ de iis honoribus, aut quibus symbolis, picturis, nummis, statuis, ad easue solemni ac anniuersario processu, memoriam eius sibi, vt *Diui*, seu cœlo transscripti, colendam duxerint successores & posteri, est iam a nobis denotatum. Quo spectat itidem id, quod hic de Constantio dicitur, qui parentem καθάπερ ἀγαθὸν Ἥρωα, *vt bonum aliquem Heroem*, sicut ad litteram Petauius, seu, *ut propitium aliquem Diuum*, celebrarit. Quod nempe Gentilium more hic a Iuliano dictum, apud quos Ἀγαθοὶ Ἥρωες, aut nude Ἥρωες consecrati post mortem Principes dicti, seu qui DIVIS apud Romanos fuerunt adscripti; ac prout de eodem Constantino fatis functo ait Gentilis itidem, & quod tangit ad hunc locum Petauius, Eutropius, atque

atque inter DIVOS meruit referri. Ita de I. Cæsare ab Augusto post illius obitum consecrato Dio lib. LI. pag. 458. ΗΡΩΑ *αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, DIVVM ipsum Iulium vocans*; ac inde, & qui hinc illustratur, apud Horatium lib. IV. Od. V. *DIVIS orte BONIS*, ad eundem nempe Augustum, *Diui* Iulii adoptione filium; & de Faustina Augusta, a M. Aurelio ejus marito inter *Diuas* itidem relata, Iulianus infra in Cæsaribus pag. 334. *ταῖς Ἡρωΐναις ἐνέγραψεν, Diuis eam adscripsit.* Vnde in Græcis Antinoi, quem ab Hadriano, ac inde a multis certatim Græciæ Asiæque vrbibus, *diuinis* quoque post mortem *honoribus*, seu, vt illi subinde sunt a Græcis dicti, *Ἡρωϊκαῖς τιμαῖς*, cultum constat, nummis non solum ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ, aut ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟΣ, *Antinous Diuus* inscribitur; sed quod opportune omnino ad hunc Iuliani locum facit, ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΣ ΑΓΑΘΟΣ, *Antinous Bonus*, seu *Propitius, Diuus* signatur in præclaro nummo ab Hadrianotheritis in Moesia cuso, quem e cimeliis Christinæ Augustæ olim protuli D[illegible] VIII. de Præst. Num. pag. 654. Quomodo etiam *Ἀγαθοὶ Δαίμονες*, quod obvium, dicti *Boni* seu *Propitii Genii*, & quo nomine Dracones etiam apud Phœnices & Aegyptios, iuxta Philonem Byblicum apud Eusebium Præp. Euangel. Lib. I. pag. 41. culti: ac in Aegyptio Nerunis, in Gaza Gallorum Regia, nummo, & cujus facta est a me in eodem opere pag. 188. mentio, coronatus Draco inter spicas & caduceum visitur, cum inscr. ΝΕΟ. ΑΓΑΘ. ΔΑΙΜΩΝ, *Nouus Bonus Genius* cernitur: qui autem nummus ad præfectum nuper Gallici Aerarii Colbertum, ob gentilitium draconis seu serpentis insigne, ab elegantis industriæ ac eruditionis viro P. Seguino, epistola eo nomine ad illum edita, ingeniose est relatus. Sic ΘΕΟΣ ΑΓΑΘΟΣ præmissus visitur priscis Fœderis inter Hierapytnenses & Priansios, Cretensium populos, tabulis, in Marm. Oxon. pag. 117. Part. I. & Venus, ΘΕΟΣ ΠΑΝ[Α]ΓΑΘΟΣ in Inscriptione apud Gruterum LIX. 1. nuncupatur, sicut in dictis etiam Marmo[ribus Oxonie]nsibus pag. 91. Part. I. BONAE DEAE VEN[ERI] CNIDIAE. Haud aliter nempe, ac *Bona Iuno* apud Maronem dicitur Aen. Lib. I. vers. 734. hoc est, juxta Seruium, *propitia*; aut quomodo alioquin in nummis antiquis, BONO EVENTVI, aut BONAE SPEI legitur, vel aliunde nota apud Romanos *Bona Dea.* Dii nempe omnes *boni*, iuxta Platonem Lib. II. de Republ. p. 380. ὅτι θεὸς ἀγαθός. hoc est, iuxta Proclum ad eum locum pag. 356. ὄντως ἀγαθός, καθὸ καὶ ἔστι θεός. *reuera bonus, quatenus etiam est Deus*, & quidem *αὐτοαγαθὸς, per se bonus*; vnde etiam *θεοὶ ἀγαθῶν ἐισὶ χορηγοὶ, Dii bonorum omnium datores*, ab eodem Proclo dicuntur in Timæum pag. 335. Immo prout ab huius Iuliani, quemque is præcipue coluit, magistro Iamblicho de Myster. Sect. I. cap. XVIII. refellitur Porphyrii & Genethliacorum, vt a veritate longe aberrans, (vti a Platone factum pridem fuerat dicto jam loco de Republ. Lib. II. pag. 379.) opinio, qui Deos alios dari *ἀγαθοποιοὺς*, *beneficos*, alios vero *κακοποιοὺς*, *maleficos*, statuebant; ΑΓΑΘΟΙ τε γάρ εἰσιν ἅπαντες καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ὡσαύτως, *sunt enim omnes BONI, & bonorum etiam auctores.* Quomodo *Boni* etiam seu *Propitii* HEROES appellati, iuxta eosdem Gentilium Theologos; tum quod illi *perpetui comites*, ἀΐδιοι συνοπαδοὶ τῶν θεῶν, haberentur; tum quod bonorum virorum animabus præsidere, & circa τὴν τῶν ψυχῶν διάταξιν, seu *in animabus ordinandis*, iidem occupari crederentur; vti ea de re disserit idem Iamblichus Sect. I. cap. X. & Sect. II. cap. I. & II. Ita tamen Ἀγαθοὶ, seu *Boni*, Heroes iuxta eandem Theologiam, vt bona tantum secundi tertiique generis darent; sicut alibi idem ille Mysteriorum ἐπόπτης tradit Sect. II. cap. IX. Immo quos Ἥρωας Ἀγαθοὺς, qualem a filio Constantio habitum & cultum parentem Constantinum hic tradit Iulianus, non alios esse, quam bonorum virorum solutas mortali corpore animas, præter Poëtas, seu antiquos Gentilium Theologos, vbi *Heroum* id genus fato functorum meminere, Galenus seu Plutarchus docebit Histor. Philos. cap. VIII. seu de Placit. Philos. Lib. I. cap. VIII. τοὺς δὲ ΗΡΩΑΣ, ψυχὰς κεχωρισμένας τῶν σωμάτων· ΤΑΣ μὲν ΑΓΑΘΑΣ, τῶν τὸν βίον διαγενομένων ἄριστα ἀνθρώπων, *HEROAS autem, animas esse a corporibus separatas, illas quidem BONAS, eorum nempe hominum, qui vitam quam optime transegere.* Quod ab eo, qui Chrysostomi nomen meruit, & Plutarcho fuit coætaneus, Dione similiter dictum Orat. III. pag. 45. vbi inter alia docet, quod bonus ac pius princeps, qualis Traianus, οὐ μόνον δὲ ἡγεῖται θεοὺς, ἀλλὰ καὶ δαίμονας, καὶ ΗΡΩΑΣ ΑΓΑΘΟΥΣ, τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ψυχὰς μεταβαλλούσας ἐκ τῆς θνητῆς φύσεως, *non solum autem censet esse Deos, sed etiam Genios & BONOS HEROAS; nempe bonorum virorum animas e mortali natura mutatas.* Quam in rem a Tito, milites in obsidione Hierosolymitana ad fortiter pugnandum hortante, dictum refert Josephus Ἁλώσ. lib. VII. pag. 945. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, *quis enim virorum bono-*

bonorum, seu *bello strennorum*, *nescit* animas ferro in acie corporibus solutas, a purissimo æthere hospitio recipi, ac inter sidera collocari? ac, vt addit, *δαίμονες δὲ* ΑΓΑΘΟΙ, *καὶ* ΗΡΩΕΣ ΕΥΜΕΝΕΙΣ, *ἰδίοις ἐκγόνοις ἐμφανίζονται*. *Genii autem BONI, ac HEROES PROPITII, se posteris suis videndos offerunt.*

Ibid. B. lin. 1. *τῶν φίλων δὲ, ἄξιος γὰρ αὐτοῖς* Quæ denuo hic tangit Iulianus, de singulari Constantii in *amicis* ornandis, ditandis, tuendis, beneficentia, constantia, ac fide, quum ab eodem supra pag. 17. & paullo ante pag. 44. iam fuiit delibata; tum a nobis in Obseruationibus, ad postrema maxime ea de re loca, abunde sunt expensa. Vnde quid de iis, quæ eam in rem rursus a Iuliano hic dicuntur, & quæ fides haberi iisdem debeat, inde licet continuo statuere. Haud mirum alioquin vel insolitum, id non in exigua Constantii laude a Iuliano denuo hic poni, quod is non sola illa *Amicorum* appellatione eos hoc honore adfecerit, sed, quod continuo additur, *διὰ τῶν πραγμάτων βεβαιοῖς ἐπ' αὐτῶν τοὔνομα*, *ipsis factis*, *eandem appellationem in illis confirmare* voluerit. Notum quippe, quum ex Romanæ Cæsarum historiæ scriptoribus, tum e lapidibus antiquis, tum ex ipsorum Cæsarum Constitutionibus, exstitisse olim, qui *Amici* eorundem principum dicerentur, variisque inde prærogatiuis, aut opum vel honorum incrementis, gauderent. Vnde in Epicteti Dissertationibus apud Arrianum Lib. III. cap. XXVI. vbi de impenso illo studio, quo quis *Καίσαρος φίλος*, *Cæsaris amicus*, fieri cuperet, agitur, ea ratio inde redditur pag. 357. *οὐδὲ* ΦΙΛΕΙ *τις τὸν* ΚΑΙΣΑΡΑ, *ἂν μή τι ᾖ πολλοῦ ἄξιος· ἀλλὰ πλοῦτον* ΦΙΛΟΥΜΕΝ, *δημαρχίαν, στρατηγίαν, ὑπατείαν*, *non AMAT quisquam ipsum CAESAREM, nisi ipse singulari in pretio sit habendus; sed diuitias AMAMVS, tribunatum, præturam, consulatum;* ad quæ nempe per illam Cæsaris *amicitiam* dabatur aditus. Quam in rem verbum *ἀποκαισαρωθῇς*, *in Cæsaris mores transeas*, apud Cæsarem M. Antoninum legitur Lib. VI. Sect. XXX. Quomodo alioquin varios etiam fuisse *Amicorum* id genus ordines, vt alii primi, alii secundi, alii tertii seu inferioris loci haberentur, a viris doctis iam est obseruatum, & docet in Alexandro Mammææ Lampridius cap. XX. *AMICOS non solum primi ac secundi loci, sed & inferioris, ægrotantes visitabat.* Quas autem diuersas *Amicorum* classes, aliorum quoque, vt Syriæ, adde & Persarum, Regum exemplo, inductas, alibi prædicti monui; & quod sicuti olim varii Asiatici aut Aegyptiorum Reges, *Φιλέλληνες* vel *Φιλορωμαῖοι*, non a Græcis solum aut Romanis sunt nuncupati; sed quod ipsimet se ita in signatis apud se nummis, ceu publicis ac duraturis ad posteros monumentis, inscribi voluerint. Qua ratione etiam non Herodes duntaxat, de quo Act. XII. ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, *Claudii Amicus*, dictus in præclaro, quem primus olim protuli ac illustraui, nummo; sed Iudæi in genere ab eodem Herode Agrippa *Φιλοκαίσαρες* appellati apud Philonem Legat. ad Caium pag. 1031. *οἱ μὴ λέγοντες ὅτι* ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΕΣ *εἰσὶν, ἀλλ' ὄντες ὄντως*, *non dicentes quidem, quod sint AMICI CAESARVM, sed qui tales reuera erant.* Id vero quod hic in Constantio celebrat Iulianus, eam nempe in tuendis ac ornandis amicis constantiam, *βεβαιοῦν ἐπ' αὐτῶν τοὔνομα*, *ipsis factis eam amicorum appellationem in illis comprobans*, Antonini Pii exemplo, a se quoque seruatam, haud vno loco prædicat M. Aurelius, sicut Lib. I. pag. 5. *καὶ τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων, καὶ μηδαμοῦ ἁψικόρον*, *quod etiam AMICOS RETINENDI studiosus, neque vnquam fastidio mutatus fuerit*: & rursus Lib. VI. Sect. XXX. *καὶ τὸ* ΒΕΒΑΙΟΝ, *καὶ τὸ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀντιβαινόντων παρρησιαστικῶς ταῖς γνώμαις αὐτοῦ*, *adhuc constantiam & æquabilitatem in amicis colendis, atque sententiis ipsius libere se opponentes sustinuerit.* Quo spectant rursus, ac vnde interiorem id genus *Amicorum* cum Romanis illis principibus familiaritatem licet percipere, quæ eandem in rem, & itidem ad patris Antonini exemplum a se obseruata memorat Lib. I. Sect. XVI. *καὶ τὸ ἐφεῖσθαι* ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΙΣ, *μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπαναγκες· ἀεὶ δὲ ὅμοιον αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρείας τινὰς ἀπολειφθέντων*, *quod AMICIS vel cœnandi secum, vel abstinendi, optionem liberam permittebat; nec peregre eundem comitari, nisi ipsis adlubesceret, necesse erat: quod æqualiter eum aduersus se adfectum semper eidem deprehendebant, etiamsi occasione aliqua impediti eum nunquam essent comitati.* Id autem hoc æuo adhuc locum habuisse, vt *Amici Imperatoris* titulo & prærogatiua gauderent, qui vel gratia vel meritis eum honorem erant consequuti, quum ex hoc insigni Iuliani loco liquet, tum e Lege a Constantino M. lata, quæ exstat IV. Cod. Theod. de Accusat. & Inscript. *Si quis est, cujuscunque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcunque Iudicum, Comitum, AMICORVM, vel Palatinorum meorum, aliquid veraciter & manifeste probare posse confidit* &c. Haud aliter

nempe

nempe ac noti itidem & illo maxime ac proximo æuo, e variis quoque in vtroque Codice Constitutionibus, tum e lapidibus etiam antiquis, *Comites Primi*, *Secundi* aut *Tertii Ordinis*, quorum similiter in Vita Constantini fit ab Eusebio mentio Lib. IV. cap. I. Immo vnde eosdem illos *Comitum* ordines alii sub eodem Constantino primum inductos statuunt; sicut post magnum Cuiacium Cl. Iac. Gothofredus ad Leg. vnicam Cod. Theod. de Comitibus & Tribunis Scholarum: alii vero, vt ὁ πάνυ Salmasius ad Macrianum in Historia Augusta pag. 307. iam ante, & iuxta tres illos memoratos sub Cæsaribus *Amicorum* ordines. Quod postremum ad dictum Eusebii locum adstruit quoque doctissimus Valesius, qui in veteri Inscriptione, quæ iam Gallieni temporibus sit dicata, COMITIS DOMESTICI PRIMI ORDINIS factam mentionem obseruat. Iidem certe Cæsarum *Amici* & *Comites* non in adducta solum paullo ante Constantini lege, sed in antiquiorum etiam Cæsarum, Hadriani puta apud Spartianum, & Alexandri Mammææ apud Lampridium, etsi muniis forte vel officiis distincti, sociantur: immo de iisdem dicti subinde illi Cæsarum *Comites* & *Amici*, quod monuit iam ad Historiam Augustam ὁ πάνυ, nec diffiteri potest, qui eum cæteroquin, etsi omni eius mentione præterita, ad dictam supra Legem Cod. Theod. seu Tom. II. pag. 99. impugnat Cl. Iac. Gothofredus. Adde, quæ ab ipso M. Antonino de Amicis Cæsaris, iisdemque solitis itineris, quæ susciperet idem Cæsar, *comitibus*, paullo ante vidimus. Mitto, quod minus accurate Eusebii de triplici illo *Comitum* ordine verba, & quæ is ibidem subdir, de aliis dignitatibus, quo illæ ad plures peruenirent, ac nominatim διασημοτάτων, *Perfectissimorum* (vt bene ibi doctissimus Valesius, non *Clarissimorum*) a Constantino repertis, explicat dicto iam loco & confundit idem clarissimus Codicis Theodosiani Enarrator.

Ibid. B. lin. 10. *ταῖς ἀρχαῖς ἐς τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν*) Nempe quod a Tiberio quoque factum tradit Tacitus Annal. I. cap. LXXX. *Prorogatur Poppæo Sabino prouincia Mœsia, additis Achaia & Macedonia. Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia, ac PLEROSQVE AD FINEM VITAE in iisdem exercitibus aut IVRISDICTIONIBVS habere. Caussæ variæ traduntur: alii tædio nouæ curæ semel placita pro æternis seruauisse; quidam inuidia, ne plures fruerentur; sunt qui existiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium.* Quod a Iosepho de prorogatis a Tiberio ad finem vitæ prouinciarum Præsidibus, suisue Procuratoribus similiter, vt iam ad Tacitum vidit elegantissimus Muretus, obseruatur Ἀρχ. Lib. XVIII. c. VIII. ΗΓΕΜΟΣΙΝ τε ἢ ἐπιτρεπομένων αὐτῷ ἐθνῶν οὐδεμία ἦν διαδοχὴ, ὁπότε ΜΗ ΦΘΑΙΕΝ ΤΕΤΕΛΕΥΤΗΚΟΤΕΣ, *PRAESIDIBVS etiam Prouinciarum vel Procuratoribus successorem non mittebat*, *NISI MORTVIS*: idque, vt mox addit, vt parceret subditis, qui crebra Rectorum mutatione opprimebantur. Qua in re Tiberio iam præiuerat Augustus, de quo ait Suetonius in eius vita cap. XXIII. *Præsidibus Prouinciarum propagauit imperium, vt & a peritis & adsuetis socii continerentur*; & quod de Antonino Pio refert Capitolinus cap. V. *fuitque ea constantia, vt septenis & nouenis annis in Prouinciis BONOS PRAESIDES detineret.* Neque hinc aliena, quæ de Alexandro Seuero cap. XXII. Lampridius, *PRAESIDES PROVINCIARVM, quos vere non factionibus laudari comperit, & in itineribus secum semper in vehiculo habuit, & muneribus adiuuit; dicens, & fures a Republica pellendos ac pauperandos, & integros esse redimendos atque ditandos.* E quibus abunde, vt opinor, nunc liquet, cur inter eximias huius Constantii laudes, hæc quoque a Iuliano referatur: quod is nempe amicos ad imperia seu Prouinciarum aliasue præfecturas, semel admotos, in iisdem ad mortem vsque permanere & consenescere fineret. Quamquam ab ea, quam in Alexandro Mammææ tangit Lampridius, ciuilitate valde alienus dicatur ab Ammiano Constantius, de quo tradit lib. XVI. cap. X. *quod autem per omne tempus imperii, nec in consessum vehiculi quemquam suscepit.* Adde quod vti ex iis, constat quæ de hoc principe alibi ab eodem Ammiano aliisque memorari iam ante diximus, nimius forte ea in re, seu, in continuandis illis vsque ad eorum ex hac vita exitum, quibus ea semel mandauerat, imperiis, fuerit Constantius: dum ea vilibus sæpe spadonibus & rapacibus præfectis vel ducibus crederet; dum a Victore Schotti, ob *tenue studium probandis Prouinciarum ac militiæ Rectoribus* redarguitur; & ab Ammiano, *nec prouinciarum indemnitati prospexit*, Lib. XXI. cap. XVI. Adeo, vt in delectu id genus Magistratuum, non id perpetuo videatur adtendisse Constantius, quod de Alexandro Seuero tradit cap. XLVI. Lampridius, *Præsides vero, Proconsules, & Legatos nunquam fecit ad beneficium, sed*

ad iudicium vel suum vel Senatus; & iam ante cap. XXIX. *res bellicæ & ciuiles, (vt superius dictum est) per AMICOS tractabantur, SED SANCTOS & FIDELES, & nunquam venales.*

Ibid. C. lin 11. ἤρκει δὲ αὐτῷ ἀπηλέχθαι μόνον) Iuxta Petauium, *quum id sufficeret, conuictum esse malefici:* nempe vt hic a Iuliano dicatur, eam fuisse Constantii in tuendis amicis constantiam, vt etiam, quem semel honore adfecerat, etsi idem improbus postea sit deprehensus, nulla tamen ac ne leuiori quidem pœna coerceret: verum id satis fuisse Constantio, quod ille improbitatis foret conuictus, neque amplius vllum negotium facesseret. Verum pro qua opportunior longe, quæ quum in aliis Codicibus, quos viderat Petauius, tum in MSto Vossiano occurrit hic lectio, ἀπηλλάχθαι, hoc est, *amouere*, pro ἀπηλέχθαι, *conuinci*: vt nempe talem, quem postea improbum reperit amicum Constantius, haud alia dicatur pœna affecisse, quam quod eum, vt honore illo & familiari apud Principem admissione prorsus indignum, *a se amouerit*, seu illo *Amicorum* albo vel ordine eradi curauerit, ne amplius esset molestus. Quæ mens plana & aperta huius loci, & magis vtique congrua, quam si dicatur, satis fuisse Constantio, vt qui ex eius amicis fuisset improbus ab eo deprehensus, citra vllam inflictam eidem pœnam, *foret maleficii conuictus*, nullumque deinceps negotium facesseret. Adeo vt iuxta Iulianum haberet quidem Constantius id, quod de se ac patre Pio adserentem paullo ante vidimus in libris suis M. Antoninum, nempe τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων, ac vt alibi eadem de re addit, καὶ τὸ βέβαιον ἐν ταῖς φιλίαις, *in amicitiis conseruandis studium*, & rursus *constantiam in amicitiis*; sed simul, quod ad priorem locum addit M. Antoninus, μηδὲν ἐπιμανῶς, *non insane* seu præter omnem rationem eos diligens. Ad quem insuper Iuliani de Constantio, improbos amicos non aliter puniente, quam quod eosdem ab omni deinceps admissione & familiaritate amoueret, locum eximie faciunt quæ de Alexandro Seuero refert in eius vita Lampridius cap. LXVII. *AMICOS & parentes* (seu sanguine iunctos) *Alexander, si malos reperit, aut puniuit, aut si vetus vel amicitia vel necessitudo, NON SIVIT PVNIRI, DIMOVIT A SE dicens: his carior mihi est tota Respublica.* Quibus consona quæ de illo principe ante dixerat idem Lampridius cap. XV. *purgauit & Palatium suum COMITATVMQVE omnem, ABIECTIS ex aulico ministerio [illegible] OBSCOENIS & INFAMIBVS; nec quemquam passus est esse IN PALATINIS, nisi necessarium hominem.*

Ibid. D. lin. 1. ἡδονῆς ἁπάσης [illegible] Temperantiam huius Constantii, seu vitam ab omni, cui vel minimum inesset probrum, voluptate puram ac intactam, paucis nunc adtingit & prædicat Iulianus. Quam vtique in eo principe laudant omnes non eius solum Panegyristæ, Iulianus, Themistius, Libanius, & quidem Orationibus coram illo aut ad eundem habitis, celebrant & [illegible] lunt; sed ii etiam, qui magis incorruptis ac sinceris monumentis, illius qui principis [illegible] res ab iis gestas, ad posteros transmi[illegible] possunt. Adde, quorum ea in re eo [illegible] suspecta hic fides, quod eorum non [illegible] vel tanquam Gentiles, eidem Constantio [illegible] lo cæteroquin iniquiores videri poterant, vt vterque Victor, & Iuliano præterea, qui ab eo principe vti & a fide Christiana desciuerat, addictiores erant, vt Ammianus Marcellinus; vel etiam inter Christianos, quos huic principi ob notum eius in Arianos studium minus fauisse aliunde constabat. Ita, vt pauca tantum hic testimonia, quæ ea[illegible] hæc Iuliani verba, de singulari Constantii temperantia, seu pura ab omni vel [illegible] vel minimum illicita eius vita, adstruunt, hic delibem: a Victore Schotti dicitur Constantius, *cibi omnis, libidinis, atque cunctarum CVPIDINVM victor*; ab Ammiano Lib. XXI. cap. XVI. *perque spatia vitæ longissima impendio castus*; ac paullo ante, & qua de re iam supra a Iuliano actum, *in vita parca & sobria, edendi potandique moderatione, valetudinem ita retinuit firmam.* Sic a Cedreno, vt alia nunc mittam, pag. 297. dictus idem Constantius σώφρων τὰ πρὸς ἀφροδίσια, & [illegible] γαστρὸς καὶ τὴν τροφήν, *res venereæ abstinens &* circa cibum continens. Vt eo maior pro[illegible] de fides quum hic Iuliano haberi debeat, tum Themistio de eodem similiter dicenti Orat. IV. pag. 58. τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀποκλείων ταῖς ἡδοναῖς, *voluptates ab animo suo excludens*, & a Libanio in Basilico pag. 135. ἡδονῆς ἄρχων. *voluptati imperans*, mox ἄτρωτος μὲν πρὸς τῶν σωμάτων ὥραν, *inuulnerabilis quidem quoad corporum pulchritudinem*: dein [illegible] μὲν εἰς τοῦτον ἤσκηκως, ὥστε καὶ τῇ [illegible] τῆς ἀκολασίας αἰσχύνεσθαι, *temperantiam in tantum excolens, vt etiam ad intemperantiæ nomen erubesceret.* Immo sicut non solum prioribus ante eum Imperatoribus, sed aliis etiam quibusuis ante eum hominibus, hac virtute excelluisse Constantium tradit

hoc

hoc loco Iulianus; ita de eodem a Themistio dicitur Orat. IV. pag. 62. εἰ μὲν ἓν ἢ τέτων ἐνδεῖ τῶν ῥημάτων καὶ Η ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ ἀμφισβητήσιμος πρὸς ὃν ἐδὲν σεμνὸν ὁ Ἱππόλυτος, *quare si vel vnum ex illis omnibus verbis abest ab Imperatore nostro: si aut de eius TEMPERANTIA dubitari potest, cum quo si conferatur, nullam grauitatem morum habebit Hippolytus.*

Pag. 47. A. lin. 1. νόμοι, τῦ γνησίως φύεσθαι τὰς παῖδας ἐπιμελέμενοι) Vnde factum, vt inter alias *leges*, quibus vetitæ hic dicuntur mulieribus illicitæ cum viris *consociationes*, exstet Constitutio ab hoc Constantio & fratre Constante lata Leg. IV. Cod. Theod. Quorum Appellationes &c. qua par pœna adulteris quæ parricidis decernitur; & quidem *quum pari similemque ratione SACRILEGOS NVPTIARVM, tanquam manifeste PARRICIDAS, insuere culleo viuos, vel exurere, iudicantem oporteat*: quod nempe, vt bene ibi obseruat Cl. Iac. Gothofredus, matrimonium, per quod paternitas omnisque cognatio exstitit, violatur: ac vnde similiter *sacrilegi nuptiarum* vocantur a patre Constantino Leg. XXX. Cod. Iustin. Ad Leg. Iul. De Adulteriis. Quomodo nempe dictum inde adulterium, *propter partum ab altero corruptum, composito nomine*, tradit Papinianus Leg. VI. D. Ad eundem titulum. Adeo, vt, quatenquam iisdem apud ipsos Gentiles legibus, viri iuxta ac mulieres, ad seruandam matrimonii sanctitatem adigerentur; pluribus tamen vinculis receptisque moribus mulierum pudicitia, ne illæ alienos pro *legitimis*, vt hic dicuntur, *liberis* procrearent, fuerit adstricta. Hinc peculiares Atheniensium leges apud Oratores Atticos, quas adnotarunt iam eruditi Iuris Attici Enarratores, Meursius ac Petitus; iuxta quas mulieri in adulterio deprehensæ haud impune licuit templa ingredi publica, aut vero vt ornata prodiret in publicum. Immo vnde agitata illa in Græcis ad Hermogenem Commentariis, quod vidit quoque, vti nunc obseruo, eruditissimus Petitus, neque iis solum, quas ibi indicat, paginis, sed aliis etiam, sicut p. 326. quæstio, vtrum nempe pro adultero habendus, ac inde an iure interfici posset, qui cum muliere rem habere deprehensus fuerit eunuchus: quod nempe μηδέ τι γένος ἀμφίβολον τῇ συνουσίᾳ ποιῶν, *genus* (seu *sationem liberorum*) *dubium concubitu facere nequeat.*

Iibid. A. lin. 3. ὁ λόγος ἀπαγορεύων ταῖς ἐπιθυμίαις) Præclarum vtique de singulari Principis huius temperantia testimonium; dum idem apud eum *ratio*, quod *leges* apud alios, & mulieres, quidem, valere hic dicitur; vt nempe cupiditatibus sibi interdiceret Constantius. Vt proinde (ne iam sanctiora Christianæ religionis, quibus is in teneris innutritus fuerat, præcepta hic tangam) vel eximium illud Epicteti, quod exstat eius Enchiridii cap. LVI. monitum adtendisse videatur: vt, quoties voluptatis alicuius imago animum subit, id continuo sit expendendum, quod ea percepta dolore adficietur, seque ipsum sit obiurgaturus; si vero ab eadem abstineat, fore vt gaudeat ac seipsum collaudet: atque adeo vna *ratione* duce, nullo autem peculiari ad *legem*, quæ hanc vel illam cupiditatem prohibeat, intuitu, ab eadem voluptate quis abstineat. Neque ideo tamen *ratio* vt *legi* repugnans hic a Iuliano statuitur; quum *Lex* sit *nihil aliud, nisi recta & a Numine Deorum tracta RATIO, imperans honesta, prohibens contraria*, iuxta Tullium Philipp. XI. cap. XII. Immo prout de eodem Constantio ait quoque in Basilico pag. 135. Libanius: οἴεται γὰρ προσήκειν, μὴ τῶν μὲν πόλεων κρατεῖν, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς πάθεσιν ὑπηρετεῖν. τὸν γὰρ ὑπὸ τούτων ἀγόμενον, ἐ μᾶλλον ἄξιοῦ δεσπότην ἢ δοῦλον κεκλῆσθαι, *etenim sibi non congruere putat, neque e re sua esse, vrbes quidem regere, animi autem perturbationibus inseruire. Nam sic adfectum, non tam æquum censebat dominum, quam mancipium vocari.* Vt mittam, quod de hoc principe a Iuliano sequenti Oratione pag. 101. dicitur, ἀλλ' ὑπὸ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ἑάλω πώποτε, *sed neque a turpi vnquam voluptate est victus.* Adeo vt hac quidem in re, seu a *cupiditatibus* siue *amoribus* quibusuis illicitis, maior adhuc fuerit Constantii a teneris, quam ipsius, Stoici licet Philosophi haud minus ac Imperatoris, M. Antonini abstinentia; qui Lib. I. Sect. XVIII. se Diis acceptum ferre ait, καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι, *quod ex adfectibus amatoriis ad sanitatem redierit.*

Ibid. A. lin. 5. τῆς φρονήσεως δὲ ἄξιον μὲν ἐπαινεῖν) Quartam virtutem, quam sibi in Constantio laudandam hac Oratione proposuerat Iulianus pag. 10. φρόνησιν nempe seu *prudentiam*, hic postremo loco commendare adgreditur; de qua supra dictum ab eo fuerat pag. 12. præter idoneam illi ad eam ducem, egregiam naturæ, quam sortitus erat Constantius, indolem, accessisse peritissimos ciuilis sapientiæ inter Romanos magistros,

qui eundem omni illa scientia imbuerent; ac præterea assiduam cum Barbaris vicinisque populis, vnde hominum mentes, instituta & consilia pernoscere illi datum, consuetudinem. Hinc eam Constantii φρόνησιν, seu, vt eam ibidem vocat Iulianus, σύνεσιν, in eodem quoque. & quidem non amplius superstite, commendat, vti iam supra Observ. pag. 117. & 119. obiter monui, Gregorius Nazianzenus, adeo vt illum ea virtute omnibus sui ævi aut ante eum Imperatoribus antecelluisse dicat; nempe prima in hunc Iulianum Στηλιτ. pag. 63. πάντων ΣΥΝΕΣΕΙ καὶ ΑΓΧΙΝΟΙΑ πολὺ διαφέρων, οὐ τῶν ἐπὶ σοῦ βασιλέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμπροσθεν, *qui omnes non sua solum, sed omnis memoria Imperatores PRVDENTIA ac SOLERTIA longe antecellebat:* mox ea verba, quæ iam supra pag. 117. adtigi, addit, quibus Constantii σύνεσιν seu *prudentiam* maiori fuisse admirationi, quam manuum robur, seu vires; & rursus easdem vires, quam *prudentiam*, tradit. Adde Libanium in Basilico pag. 135. vbi *prudentia* itidem Constantii adscribit, quod non solum ea, quorum is auctor erat, consilia in medium produceret; sed proximorum etiam seu adsessorum consilia non sperneret, ἀλλ' ἔργῳ τὸν παλαιὸν λόγον βεβαιῶν, ὡς ἄρα καὶ τοῦτο γε ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ, τὸ τοῖς βελτίοσιν εἰδέναι τὴν ψῆφον τίθεσθαι, *quin potius vetus dictum confirmaret, nimirum quod hoc ipsum PRVDENTIAE sit, nosse ad optima suffragium suum accommodare.* Adde, quod de eodem Constantio ad milites Gallicanos, detrectantes ne in Orientem contra Persas mitterentur, aiebat apud Ammianum, aliquot post annis, idem Iulianus Lib. XX. cap. IV. *hocque apud Augustum, capacem rationis & PRVDENTISSIMVM, ego competenti satisfactione purgabo.*

Ibid. B. lin. 1. πρὸς τῷ μεγέθει) Hæc & sequentia verba vsque ad Ἀλῶναι, quæ a Petauio non in priori solum huius Orationis editione sed in postrema etiam, etsi eadem in Anglicano codice, vt idem agnoscit in notis ad hunc locum, exstarent, omissa, ideo hic Iuliano adserenda duximus; quod ea quoque in optimo Codice Vossiano legerentur, commodumque præterea sensum, quem in Petauiana huius Orationis versione, sed alio litterarum genere expressimus, efficiant. Quæ enim iis dicuntur, de illa imperii Romani magnitudine ac potentia, quæ, nisi pari regeretur, vti a Constantio factum, prudentia, ad tantam magnitudinem non posset peruenire; a Polybio haud semel, neque vno equidem loco, obseruata prid:m constat, vbi de caussis agit, quibus ad imperium orbis terrarum Romani sint prouecti. Qua de re quum sæpe alibi in præclaro opere, ac nominatim Libro VI. disserit, tum circa finem Libri III. hæc tangit: τῇ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότητι, καὶ ΤΩ ΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ ΚΑΛΩΣ, οὐ μόνον ἀνεκτήσαντο τὴν τῆς Ἰταλίας δυναστείαν, νικήσαντες μετὰ ταῦτα Καρχηδονίους· ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐγκρατεῖς ἐγένοντο μετ' ὀλίγους χρόνους, *ipso genere Reipublica, ac consiliorum PRVDENTIA, non imperium duntaxat Italiæ, victis postmodum Carthaginiensibus, recuperarunt; verum etiam post non ita multos annos vniuerso terrarum orbe sunt potiti.* Ita Iosephus idem hac de magnitudine Romana testimonium perhibet, Ἁλώσ. Lib. III. cap. III. quod qui eorum instituta militaria respexerit, γνώσεται καὶ τὴν τοσαύτην ἡγεμονίαν αὐτοὺς ΑΡΕΤΑΣ κτῆμα ἔχοντας, οὐ δῶρον ΤΥΧΗΣ, *cognoscet, tantum eos imperium non FORTVNAE munere, sed propria VIRTVTE comparasse.* Nempe juxta illud Menandri apud Stobæum Serm. III. pag. 35.

Ἅπαντα δοῦλα ΤΩ ΦΡΟΝΕΙΝ καθίσταται,

iuxta τὸν πάνυ Grotium,

PRVDENTIAE subiecta parent omnia.

Ibid. B. lin. 5. Ἀλῶναι μὲν γὰρ τῇ τύχῃ συγχωρεῖν) Ad illud, quod hic dicitur, *fortuna* beneficio posse quidem *florere* ad exiguum aliquod tempus imperia, verum sine prudentia conseruari eadem non posse, facit, quod Plutarchus de Fortuna Alexandri Orat. II. pag. 337. Tom. II. ait; quod, vt quis magnam adeptus potentiam tolerare eandem possit, neque subuertatur, ἀνδρὸς εἶναι ἀρετῇ, καὶ νῷ, καὶ ΦΡΟΝΗΜΑ ἔχοντος, *viri sit virtute, mente & excelso animo præditi.* Nempe quod stabilia sint ac secura, prouidæ mentis seu prudentiæ, non vero fortunæ bona; iuxta illud Anonymi Poetæ apud Stobæum dicto Serm. III. pag. 36.

Οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ' ἐσφάλμεθα,

Fortuna lapsa est nobis, non prudentia.

Vnde etiam apud Romanos non *Fortunæ* solum, sed Virtutis ac Mentis, hoc est iuxta Plutarchum de Fortuna Rom. pag. 322. Γνώμης καὶ Εὐβουλίας, *sanæ Sententiæ rectique Consilii*, Templa exstitisse constat. Idem *Fortunam & Virtutem*, vti a Floro sub initium operis factum, ex æquo ad constituendam Romani imperii magnitudinem concurrisse tradit eo libro, quo nominatim de Fortuna Romanorum agit pag. 316. Quam in rem illud Ionis dictum ibidem refert, quod Fortuna & Sapientia etsi sint inter se dissimilli-

limæ, earundem rerum sint tamen effectrices: vtramque enim viros ad gloriam, potentiam ac imperium euchere. Neque ab hoc abit Polybius, qui etsi hanc Romanorum, vt paullo ante vidimus, magnitudinem, iuxta quam illi imperium orbis terrarum sunt consequuti, ipsorum consiliis, institutis, ac prudentiæ non imputat solum, sed id euincere haud semel, nec indiligenter quidem, contendit; Fortunæ tamen vim eadem in re haud eo minus, & quidem quod mirandum sit instituti a se operis propositum, sub initium ferme Historiarum agnoscit Lib. I. pag. 3. & 4. ὅτι καθάπερ Η ΤΥΧΗ σχεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς οἰκουμένης πράγματα πρὸς ἓν ἔκλινε μέρος, καὶ πάντα νεύειν ἠνάγκασε πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν οὕτω καὶ διὰ τῆς ἱστορίας, ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τὸν χειρισμὸν ΤΗΣ ΤΥΧΗΣ, ᾧ κέχρηται πρὸς τὴν τῶν ὅλων πραγμάτων συντέλειαν, *quod sicut FORTVNA res prope vniuersas totius, qua habitatur, orbis in vnam partem inclinauit, atque omnia ad vnum eundemque scopum vergere coegit: ita & nos scriptione hac, quasi sub vnum conspectum lectoribus ponimus, quonam modo ad operis huius vniuersi consummationem ipsa se FORTVNA gesserit.*

Ibid. C. lin. 1. τὴν γὰρ εὐβουλίαν) Quomodo sequenti Oratione pag. 73. huiusce Constantii τὴν ξύνεσιν καὶ τὴν εὐβουλίαν ἐπαινεῖν, *prudentiam & consiliorum solertiam laudare*, similiter adgreditur: ac prout alioquin eadem εὐβουλίας voce eam in rem vsi sunt sæpe veteres, & Poetæ quidem, Attici, sicut Aeschylus Prom. v. 1034.

μηδ' αὐθαδίαν
ΕΥΒΟΥΛΙΑΣ ἀμείνον' ἡγήσῃ ποτέ,

neque peruicaciam vnquam existimans meliorem PRVDENTI CONSILIO, ac rursus v. 1037. ἐρευνᾶν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν, *inuestigare sapiens consilium*: ab Euripide autem Phoen. v. 728.

καὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐστὶ πᾶν ΕΥΒΟΥΛΙΑ,

atque tota victoria pendet a bono seu prudenti consilio. Adde eundem Heraclid. v. 111. & e Comicis Aristophanem Acharn. p. 419. ac Auib. p. 611. Antiphanem apud Athenæum Lib. X. p. 444. ac inter soluta oratione Scriptores, Thucydidem Lib. I. pag. 53. inter alios vero e Græcis Auctores, Polybium de Hierone Syracusanorum Rege Lib. I. pag. 16. ἐπιφανέστατος γὰρ δὴ πάντων οὗτος δοκεῖ, καὶ πλεῖστον χρόνον ἀπολελαυκέναι τῆς ἰδίας ΕΥΒΟΥΛΙΑΣ, ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγμασιν, *nam illustrissimus omnium mortalium videtur hic fuisse, & qui PRVDENTIAE in consiliis suæ fructum longissimo tempore, tam priuatis quam publicis in rebus, percepit.* Sic de Sepphori Galilææ ciuitate, quæ missos a Cæsennio Gallo Romanos milites receperat, ait Iosephus Lib. II. Ἁλώς. cap. XXIII. καὶ πρὸς ΤΗΝ ταύτης ΕΥΒΟΥΛΙΑΝ αἱ λοιπαὶ πόλεις ἠρέμουν, *huiusque PRVDENS CONSILIVM sequutæ ciuitates aliæ quiescebant.* Quibus hic vel in transcursu adducendis supersedissem, nisi a tot vetustis præclarisque Scriptoribus vsurpatam, & qualem Latium non suppeditabit, vocem, nullo illorum testimonio in Thesauris aliisue Hellenismi promtuariis (vt vel supra, vbi εὔβουλος φύσει, *consultus natura* legitur, dixeram Obseru. pag. 161.) firmatam vidissem.

Ibid. C. lin. 6. ὁμονοίας χάριν ἐχομένως ἐλαττούμενος) Nempe in imperii cum fratribus, post parentis Constantini obitum, diuisione, in qua, vno concordiæ cum illis seruandæ studio, de iure suo decesserit Constantius; prout supra ea de re egerat Iulianus pag. 9. & quæ expendimus Obseru. pag. 161. 162. Quod etiam rursus tangitur sequenti Oratione pag. 94. ἐξὸν μεταποιεῖσθαι πλειόνων, ἑκὼν ἀφῆκε, *quum plura sibi vindicare posset, iis sponte cessit*

Ibid. C. lin. 9. Περσῶν μὲν τὴν δύναμιν καταστρατηγήσας) Nempe prout verbo καταστρατηγεῖν pro *arte & prudentia militari hostem superare*, dixit supra de Constantii contra Magnentium gestis pag. 35. vbi eo de verbo, quod minus recte ibi expresserat Petauius, a nobis actum Obseru. p. 229. Aliud vero de exitu susceptarum a Constantio contra exteros, Persas nempe, expeditionum iudicium perhibent eorundem temporum Scriptores, sicut Ammianus Lib. XXI. cap. XVI. *vt autem in externis bellis hic princeps fuit saucius & adflictus*; ac iam ante Lib. XVI. cap. X. *nec enim gentem vllam bella cientem PER SE SVPERAVIT, aut victam fortitudine suorum comperit Ducum*; & Victor in Epitome: *felix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis.* Immo prout alibi idem Iulianus, nempe Epist. ad Athen. pag. 171. ipsum tradit Constantium, cognatorum, quos interfici iusserat, cædi imputasse, tum quod nullos haberet liberos, tum *quod INFELICITER bella sibi cum Persis cessissent*, τό τε ἐς τοὺς πολέμους τοὺς Πέρσας ΟΥΚ ΕΥΤΥΧΩΣ πράττειν. Hinc infelix nocturni illius contra Persas ad Singaram proelii, de quo supra a Iuliano pag. 24. sed adsentatorie ac præter cladis, quam ibi passi sunt Romani, fidem, actum vidimus Obseru. p. 179. Vt eo magis

mirari subeat, quod bene nunc additur, quasi *militum nemine desiderato*, ὐδένα τῶν ὁπλιτῶν ἀποβαλὼν, Persas profligarit Constantius. Adde, sed quod aliquot demum post elucubratam hanc Orationem annis contigit, expugnatam a Persis sub eodem Constantio in Mesopotamia Bezabden seu Phœnicem, ac præterea Singaram, validum Romani imperii illis in locis munimentum; duasque Romanorum legiones, præter missa equitum auxilia, captas ibidem ac vinctis manibus a Persis abductas: prout hæc narrat Ammianus Lib. XX. cap. VI. & VII. Etsi vicissim depulsos Constantii auspiciis ac oppidanorum virtute, a Nesibena obsidione, nec sine magna eorum strage, Persas, non ex iis solum, quæ huius Orationis pag. 27. ac 28. & insequenti rursus pag. 62. narrantur, sed aliorum etiam Auctorum fide ac testimoniis constat.

Ibid. D. lin. 1. τῷ μὲν ἐκεγετικῶς τοῖς δημηγορίαις) Quod de Vetranione vna δημηγορίᾳ seu *concione*, non, vt hic, pluribus, purpura exuto, & qua ratione id factum, supra enarrauit pag. 31. & iam adtigerat ab initio huius Orationis, λόγῳ καὶ πειθοῖ, *oratione ac suada*, deuictum a Constantio hunc tyrannum continuo innuit, Iulianus. Ad quæ autem loca videri possunt, nempe Observ. p. 20. & p. 208. 209. quæ in aliis huius Constantii Panegyricis, a Themistio ac Libanio eadem de re dicta prostant: vt ea nunc mittam, quæ in sequenti Oratione pag. 76. & 77. denuo de hoc facto commemorantur. Etsi non adeo Constantii pro tribunali ad milites δημηγορίᾳ seu *concione*, quam præuiis eiusdem clandestinis artibus ac donis, derelictum a propriis militibus & exauctoratum dein Vetranionem, ex Ammiano, Socrate, Sozomeno &c. ipsoque Constantii laudatore Themistio notauimus harum Observ. p. 209. & 211. Ad quæ præterea proximis etiam verbis respexit forte Iulianus, dum *prudentia magis quam viribus*, διὰ τῆς συνέσεως μᾶλλον, ἢ διὰ τῆς ῥώμης, integras ac illæsas Vetranionis copias ad Constantium dicit transiisse.

Ibid. D. lin. 5. τὴν πρώτην τῆς κοινῆς) Asterisci hic in versione relicti tolli debuerant, vt postea in notis ad hæc verba agnouit ipse Petauius, integramque esse huius loci, quam ibidem accuratius tradit, sententiam. Quæ etiam quum plana per se esset ac obuia, mirum vtique, quod alienum iisdem verbis sensum in prima huius Orationis editione adfinxerit eruditus Interpres: tum quod *mendosa deprauataque* eadem verba ibi in notis tradiderit; immo adhuc in recensita multis post annis eadem Oratione, indicibus eius rei asteriscis, innuere rursus voluerit. Mitto *Silvani* nomen præcipitis calami lapsu, pro *Vetranionis* (de quo, eiusque copiis ad Constantium traductis, quibus dein contra Magnentium sit vsus, vnice agitur) in postremis Petauii ad hunc locum notis perperam legi. De quo autem Siluano sequenti demum pagina, etsi præterito eius nomine, agit, vt paullo post videbitur, Iulianus.

Pag. 48. A. lin 1. τῷ βασιλεύοντι ἐρρωμενεστέραν ἀσφαλίζεται) *Subditorum* nempe, quod hic præcedit, εὔνοια seu *beneuolentia*; & quod de hoc ipso Constantio tradit in Basilico Libanius pag. 135. μέγα φρονῶν οὐκ ἐν φόβῳ συνέχειν τὴν βασιλείαν, ἀλλ' ἐν ΤΩ ΦΙΛΤΡΩ ΤΩΝ ΑΡΧΟΜΕΝΩΝ ΦΡΟΥΡΟΙΤΟ, *præclare secum agi existimans, si non metu imperium contineret: sed si AMORE AC BENEVOLENTIA SVBDITORVM MVNIRETVR.* Nempe, quod, vt præclare ait Dio oris aurei Orat. III. de Regno pag. 81. quanto plura principibus & maiora agere necesse est, tanto *pluribus quoque, qui operas conferant, iisdem opus, & qui maiore sint in eos BENEVOLENTIA*, πλειόνων δεῖ καὶ συνεργούντων, καὶ μετ' ΕΥΝΟΙΑΣ πλείονος. Quibus illud mox subdit, τοῖς δὲ βασιλεῦσι τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πιστεύουσί τισιν, οὐκ ἔστι παρὰ τῶν νόμων ζητεῖν, ἀλλὰ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΕΥΝΟΙΑΣ, *Regibus autem, ne iniuria ab aliis adficiantur, quibus fidem habent, non a legibus auxilium quærendum est, sed a BENEVOLENTIA.* Nempe quod vulgo inter tyrannum ac bonum principem discrimen; illinc nempe metum, hinc autem beneuolentiam subditorum, eamque, quod hic a Iuliano additur, voluntariam, non vero extortam seu simulatam adtigit quum in eadem Oratione Dio, tum Themistius Orat. I. pag. 17. postremæ editionis, vbi ait: non tantum ex auri, argenti, aut gemmarum copia, quantum ex veræ amicitiæ opibus, emolumenti principem capere. Sed argumentum vulgo in eorum, qui politicas disquisitiones vel declamationes etiam exhibent, commentationibus; aut in eorum, qui bonorum principum vel tyrannorum vitam ac res gestas enarrant, libris obuium, hic non pluribus adtingimus.

Ibid. A. lin. 8. πρᾴως μὲν ἔχων πρὸς ὀργὴν) Quam Constantii in ira moderationem, seu in ea compescenda studium ac mansue-

tudinem

tudinem, laudant itidem alii eius Panegyristæ, sicut Themistius Oratione I. qua nominatim eius *φιλανθρωπίαν* seu *Humanitatem*, vt lemma eius præfert, extollit, ac vbi multa præclara eam in rem dicuntur, sicut pag. 4. *μάλιστα φιλανθρωπίας, θυμοῦ μὴ ἡττᾶσθαι, humanitatis maxime proprium esse, ab ira non superari:* & pag. 7. periculosum esse priuato, ad iracundiam esse procliuem; periculosius longe ei, cui quiduis irato facere licet, ac, vt ibidem addit, *ἐγὼ γὰρ οἶμαι*, ΤΗΝ ΟΡΓΗΝ *μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι, ac mihi iam videtur IRA esse breuis quidam furor.* Adde, qui hinc maxime laudat Constantium pag. 16. quod non iam senex, se clementem ac mansuetum præbeat; sed in ipso ætatis vigore, quo potissimum tempore mens vehementius commoueri ac perturbari soleat, *sintque id ætatis homines in iracundiam vt plurimum propensi*, p. 17. *οἱ τηλικοῦδε, ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι*, mox, ΒΑΣΙΛΕΥΣ *δ' ἅτε νῷ κυβερνώμενος, γαληνιάζειν ἀναγκάζει τὸν κλύδωνα, IMPERATOR autem* Constantius, *vt qui menti se gubernandum permittit, æstum illum ætatis fluctumque tranquillat.* Sic a Libanio in Basilico pag. 135. *ὀργῆς βελτίων, ἡδονῆς ἄρχων, ira melior*, seu *superior, voluptati imperans* dicitur idem Constantius. A quibus non multum abludunt, quæ de eodem Principe traduot vel Eutropius, *vir egregiæ tranquillitatis, placidus*; aut Victor. Schotti, *placidus clemensque pro negotio:* abit vero Ammianus, a quo idem Constantius Lib. XIV. cap. XI. dicitur ad nuncium Galli Cæsaris, rerum atrociter a se gestarum culpam in Constantiam vxorem, eamque Constantii sororem, reiicientis, *irreuocabili IRA praceps perculsus & dolore;* & Lib. XIX. cap. XII. ob consultum, vt ferebatur, a plurimis Besæ Dei in Thebaide oraculum, *acri felle concaluit;* ac Lib. XXI. cap. XVI. *addebatur miserorum ærumnis, qui rei maiestatis imminuta vel læsa deferebantur, ACERBITAS eius & IRACVNDIAE suspiciones.*

Ibid. A. lin. 9. *τῶν τιμωριῶν δὲ ἀφαιρεῖσθαι τὰς χαλεπότητας*) In MSto Vossiano *τῶν τιμωριῶν δὲ ἀφαιρεῖσθαι τὴν χαλεπότητα, de pœnarum acerbitatibus detrahere;* prout eadem de re, seu humano principe, qualem describit Constantium, legum seueritatem mitigante, dixerat similiter Themistius Orat. I. pag. 15. quod quum princeps lex sit ac legibus superior, ipse, quod lex per se præstare non potest, supplendo adiiciat, ac, vt addit, *ἐπιτεθεῖναι δὲ αὐτῷ* ΑΦΑΙΡΕΙΝ *ἐπὶ* ΤΗΣ ΧΑΛΕΠΟΤΗΤΟΣ *τοῦ νόμου, hoc ipsum porro legi adiicere, nihil aliud est, quam de legis SEVERITATE detrahere.* Adeo vt ad hunc locum, Auctoris quippe sibi familiaris, ac in Oratione paucis ante annis, qua celebratur Constantii humanitas, habita, respexisse videatur, iisdem ferme verbis eam in rem hic vsus Iulianus. Vnde iam ante de Constantio dixerat pag. 5. idem Themistius, *ἢ γὰρ οὐ τοσοῦτον μὲν πλεονεξίας ἀφέστηκεν, ὅσον καὶ* ΧΑΛΕΠΟΤΗΤΟΣ; *etenim nonne tantum a cupiditate, quantum a MORVM ASPERITATE distat?* Mitto alia in eadem Oratione hanc in rem, seu de mitiganda a principe pœnarum acerbitate, eximie dicta: sicut pag. 13. quod ea sit tyranni indoles, pœnarum atrocitate erratorum magnitudinem excedere; mansueti vero principis, qualis Constantius, præclaris factis ampliora præmia, *malefactis vero leuiores pœnas constituere, τῶν φαύλων δὲ αἱ κολάσεις ἐπιεικεστέραι*, dein, *καὶ βασιλεὺς μᾶλλον τιμῆς, ἢ τιμωρίας, ac videtur Rex potius honoris esse quam supplicii.* Vnde etiam ab initio legem dicit, vt honores manibus Regum, ita supplicia carnificum manibus commisisse. Quamtameo laudem eidem Constantio adimit pluribus locis Ammianus: vti quum eius iussu in amicos Galli Cæsaris interempti sæuitum narrasset, addit Lib. XV. cap. III. *impletisque funerum bustis, reuersi velut ouantes, gesta retulerunt ad Principem, erga hæc & similia palam OBSTINATVM & GRAVEM:* & Lib. XIX. cap. XII. de acerbis quæstionibus sub eodem Principe habitis, *quidam corporibus laniatis exstinguebantur: alii pœnis vlterioribus damnati sunt, bonis erepti.* Verum quod manifestius adhuc tangit, vbi Constantii fato functi virtutes ac vitia enarrat idem Lib. XXI. cap. XVI. *si affectatæ dominationis ansam quandam falsam reperisset aut leuem, hanc sine fine scrutando, fasque eodem loco ducens & nefas, Caligulæ, & Domitiani, & Commodi IMMANITATEM facile superabat:* dein, *Et si quid tale increpuisset, in quæstiones ACRIVS insurgens, QVAM CIVILITER, spectatores apponebat his litibus truces: mortemque LONGIVS in puniendis quibusdam, si natura permitteret, conabatur EXTENDI.* Quæ singula vtique, & quorum nonnulla, sicut exercita in Galli, huius Iuliani fratris, amicos & ministros sæuitia, ante elucubratam hanc Orationem contigerant: quæ, inquam, ab ea humanitatis ac mansuetudinis in mitigandis pœnarum acerbitatibus laude, quam ei dictis locis Themistius aut hic Iulianus tribuunt, valde sunt aliena. Adeo vt

media quædam via inter eiusdem Constantii laudatores ac censores hic tenenda videatur: maxime quum in adductis Eutropii, ac Victoris in Cæsaribus, vtriusque tamen Gentilis scriptoris, verbis, *placidus & clemens* dicatur idem Constantius; præsertim vbi abesset, quod nec dissimulat Ammianus, adfectatæ dominationis suspicio, quæ illum tum extra omnem placidæ mansuetæque naturæ semitam raperet.

Ibid. B. lin. 6. *διὰ τῆς γερουσίας εἰς Παιονίαν μετῴκισε*) Quod Magnentio adhuc in Italia rerum potiente, Romam ipsam *per Senatum* in Pannoniam translatam hic dicit, tangit rursus sequenti Orat. pag. 97. Iulianus: vbi ante prœlium cum Magnentianis ad Drauum, de quo abunde supra actum, commissum, Senatores, qui opibus, dignitate, ac prudentia cæteris antecellebant, ad Constantium, relictis laribus liberisque, tradit confugisse, *καὶ*, vt addit, *Παιονίας μὲν ἀντὶ Ῥώμης*, *ac Pannoniam quidem Romæ* prætulisse. Quam in rem opportuna omnino illa Lentuli Consulis apud Lucanum ad Senatores in Epirum, vbi vterque tum cum Pompeio agebat Consul, euocatos verba Lib. V. v. 18. seqq.

non qua tellure coacti,
Quamque procul tectis captæ sedeamus ab VRBIS
Cernite: sed VESTRAE faciem cognoscite TVRBAE,
Cunctaque iussuri primum hoc decernite, Patres,
Quod regnis populisque liquet, NOS ESSE SENATVM.

mox v. 26 seqq.

Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur,
IMPERIVMQVE COMES. Tarpeia sede perusta
Gallorum facibus, Veiosque habitante Camillo,
ILLIC ROMA FVIT: non vnquam perdidit ORDO
Mutato suajura solo.

Immo, prout gemino de Roma in Pannoniam, vt hic dicitur, translata exemplo, mortuo in Pannonia M. Antonino, ad Commodum, filium eius ac successorem, qui ea relicta nec rebus confectis, præpostero in vrbem redeundi desiderio tenebatur, ait, qui eundem ab illo consilio dehortabatur, adfinis eius Pompeianus apud Herodianum Lib. I. cap. VI. *ἐκεῖ Η ΡΩΜΗ, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ*. *ROMA autem illic est, vbi Imperator est.* Quod hic tamen non adeo Imperatoris Constantii, quam potioris Senatus partis, seu *διὰ τῆς γερουσίας*, quæ Roma ad Constantium emigrarat, intuitu, ac proinde, vt in adductis apud Lucanum verbis, dicitur. Nempe prout similiter ait Mamertinus in Maximiani Genethl. cap. XII. *Ipsa etiam gentium domina ROMA, immodico propinquitatis vestræ elata gaudio, vosque e speculis sacrum montium prospicere conata, quo se vultibus vestris propius expleret; adintuendum COMINVS, quantum potuit, ACCESSIT. LVMINA siquidem SENATVS sui MISIT, beatissima illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem MAIESTATIS suæ libenter impertiens, vt IBI tunc esse SEDES IMPERII videretur, quo vterque venerat Imperator.* Cuius etiam rei obuia quidem ratio: quod etsi crebræ forent Imperatorum ab vrbe, ob expeditiones bellicas aliisue de caussis profectiones; constans tamen imperii ac Romani Senatus sedes, ac, vt de ea subinde Græci Scriptores, *ἑστία*, Roma censeretur. Adde quod spontanea fuerit hæc Senatorum ad Constantium in Pannoniam profectorum migratio: non vero qualem sub amente ac impuro principe Elagabalo tradit in eius vita cap. XVI. Lampridius, qui dum consobrinum, nempe Alexandrum Mammææ, vellet occidere, *iussit subito SENATVM VRBE decedere, omnesque etiam, quibus aut vehicula aut serui deerant, subito proficisci.*

Ibid. B. lin. 10. *τάξις μὲν ἱππέων*) Quam equestrium copiarum, quæ ante prœlium ad Mursam a Magnentio ad Constantium transiuerunt, defectionem tangit similiter sequenti Oratione pag. 97. *ἴλη τε τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων, σὺν τοῖς σημείοις καὶ τὸν στρατηγὸν ἄγουσα, τούτῳ τῶν κινδύνων ξυμμετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ τῆς εὐτυχίας ᾑρεῖτο*, *sed & delectorum equitum turma, cum vexillis ac duce, cum eo* (Constantio) *periculorum, quam cum illo* (seu Magnentio) *secundarum rerum particeps esse maluit.* Nempe quod Siluano beneficium imputat, vbi illius, iussu Constantii, & qua de re mox, interempti meminit, Ammianus Lib. XV. cap. V. *licet enim ob tempestiuam illam cum Armaturis proditionem, ante Mursense prœlium, obligatum gratia retineret Constantium.* Ita etiam Victor Schotti, *is namque Siluanus in Gallia ortus Barbaris parentibus, ordine militiæ simul a Magnentio ad Constantium transgressus:* ac præterea Zonaras pag. 16. Tom. II. vbi de Constantio, eo celerius, repudiatis pacis conditionibus, ad bellum contra Magnentium profe-

profecto tradit, ὅτι Σιλβανὸς, εἷς τῶν αὐτῦ ταξιάρχων, μετὰ πλήθους ὁπλιτῶν ἐκεῖθεν λιπὼν, Κωνσταντίῳ προσῆλθε τῷ αὐτοκράτορι, *quod Siluanus quidam e tribunis illius, ab ipso* (Magnentio) *ad Constantium Imperatorem cum multis militibus defecerat.*. A quibus proinde, Ammiano, Victore ac Zonara, laus illius defectionis Siluano tribuitur, quam hic & in sequenti Oratione, eius demum militibus, vt vidit ad Ammianum doctissimus Valesius, adscribit Iulianus: idque, vt licet continuo statuere, quod de eodem Siluano statim vt perduelli ac tyranno, atque inde meritas pœnas passo, agat; nec digno proinde, vt prioris illius qualiscunque beneficii gratia vel memoria seruaretur. Iuliano cæteroquin, *equites* a Magnentio ad Constantium defecisse, hac & sequenti, vt vidimus, Oratione tradenti, credendum potius, quam Zonaræ, qui voce illam in rem vsus ὁπλιτῶν, quæ, vt notum, de *peditibus*, & *legionariis* quidem, dici vulgo a Græcis Scriptoribus, vbi de Romanis agunt, consueuit.

Ibid. C. lin. 7. τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα περιθέμενον) Siluanum, de quo modo diximus, hic & in sequenti Oratione pag. 98. designari, bene iam monuit Petauius; qui nempe, vt de eo Ammianus Lib. XV. cap. V. *metu calumniarum, quibus factione iniquorum irretitus est absens, vt tueri posset salutem, ad præsidia progressus extrema*, sollicitato, vt paullo ante dixerat, exercitu, apud Agrippinam ad Augustum culmen fuerat euectus. Quod vero *muliebrem purpuram indutus* hic dicitur, apertius adhuc id traditur sequenti Oratione, ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἀνελόμενος ἁλουργὲς ἱμάτιον, *purpuream vestem*, seu *chlamyda*, *e gynæceo detractam induens*. Etsi ab eodem Ammiano Lib. XV. cap. V. non *e gynæceo*, sed *e signis & vexillis*, vt monet ad hunc locum Petauius, detracta dicatur a Siluano purpura, ceu solitum imperii, vt ea de re supra Iulianus pag. 31. & quod ibi obiter Obseru. pag. 210. vidimus, γνώρισμα seu *insigne*. Neque tamen inde, & quud insuper ei esset, vt ibidem ait, *ignotum*, cur γυναικείαν ἁλουργίδα, *muliebrem purpuram*, hic a Siluano adsumptam dicat Iulianus, ideo pro γυναικείαν substituendum continuo τὴν ἐκ τῶν σημείων, *e signis* nempe purpuram: prout in notis ad primam huius Orationis editionem pag. 476. coniecerat Petauius. Id enim præterquam quod nulla veterum librorum fide munitum, a recepta lectione valde recederet; vel illis in secunda Oratione ab eodem quoque eruditissimo Petauio, post amplissimum Cantoclarum, vulgata tum ac explanata, memoratis modo ea de re verbis, abunde refellebatur. Vnde in posterioribus ad hæc Iuliani verba notis, omissa quidem ab eo prioris illius suæ coniecturæ mentio; sed haud eo minus in eo loco hærere sese, nec sibi satisfacere, ingenue agnoscit, vtque de eo eruditi cogitent, monet vir doctissimus. Ita quod de *gynæceo*, aut detracta inde a Siluano purpura, hic & altero apud Iulianum, vt vidimus, loco legitur, in contemptum tyranni ab eodem confictum existimat ad dictum Ammiani locum Cl. Valesius. Quod tamen quum duobus, vt vidimus, locis, & in recenti adhuc illius facti (eodem quippe anno, & quidem χθὲς ἢ καὶ πρώην, *heri vel paullo ante*, vt de eo Orat. II. pag. 98.) memoria, aperte dixerit Iulianus; id vtique vero similius videtur statuendum, vt in primo illo ac secreto, de quo Ammianus, cum militum Ductoribus congressu, ac prout in repentinis illis ac tumultuariis nuncupationibus factum haud semel constat, *cultu purpureo* e signis vexillisue, vt idem Marcellinus ait, *ad tempus abstracto*, Augustus fuerit declaratus Siluanus: qui dein, quo se manifestius illo imperii insigni amictum ostenderet, e gynæceo purpureum indumentum sumpserit. Neque enim statim, vt ex Ammiano liquet, sed post eius rei nuntium, ad Constantium Mediolani tum agentem, primo perlatum, missosque ab eo Agrippinam, qui Siluanum e medio tollendi vias quærerent, intra tricesimum, iuxta Eutropium, diem oppressus est; & quidem vbi prius, iuxta eundem Ammianum, missus eam in rem Vrsicinus vt consilium tegeret, *adactusque inclinante negotio ipso ceruices, adorare solemniter anhelantem celsius PVRPVRATVM*. Haud aliter nempe ac Procopius, qui sub Valentiniano ac Valente imperium inuasit, vbi primum in tumultuario itidem cœtu, auctore rursus Ammiano Lib. XXVI. cap. VI. est Augustus nuncupatus, *hastatusque purpureum itidem pannulum læua manu gestabat*; paullo post vero, & qua de re idem Marcellinus sequenti cap. VII. Constantii filiam paruulam, coram equitum peditumque turmis, sinu circumtulisse dicitur Procopius, tum quod additur, (& quem locum tangit alioquin ad dictum Ammiani de Siluano locum Valesius) *adeptusque est aliud tempori congruum, quod Faustina matre puellæ casu præsente, quædam acceperat HABITVS INSIGNIA PRINCIPALIS*, purpuram nempe illo *amictus principalis*, quum ab aliis, tum ab hoc Ammiano, vbi de Iuliano

ano Cæſare nuncupato agit Lib. XV. cap. VIII. nomine haud ſemel dictam. Mitto detracta ſubinde eandem in rem, vt ibi erudite quoque obſeruat Valeſius, purpurea e Dearum ſimulacris aut alia etiam muliebria vxorum indumenta; vti in Saturnino notat Vopiſcus, *depoſita purpura in ſimulacro Veneris, cyclade vxoria militibus circumſtantibus amictus, & adoratus eſt:* quorum prius de pallio purpureo, quod e Veneris ſimulacro ſit detractum; alterum de vxoris cyclade, ſeu aurata tunica, qualem iis temporibus geſtabant Imperatores, & cuius vicem Saturnino præbuerit vxoris cyclas ſeu tunica, explicat (quod iam hic non expendimus) ὁ πάνυ Salmaſius: quum aliis *cyclas vxoria* pro muliebri tantum, eodemque, quod e ſimulacro Veneris detractum dicitur, indumento intelligatur. Ad quæ illuſtranda eximie etiam facit id, quod de hoc ipſo Iuliano refert Ammianus Lib. XX. cap. IV. quum is a militibus Gallicanis Auguſtus eſſet repente nuncupatus, careret autem altero imperii (purpuratus enim iam erat, vtpote Cæſar) inſigni, nempe diademate. *vxoris colli vel capitis poſcebatur. Eoque adfirmante, primis auſpiciis non congruere aptari MVLIEBRI MVNDO, equi phalera quærebatur, vti coronatus ſpeciem ſaltem obſcuram ſuperioris prætenderet poteſtatis. Sed quum id quoque turpe eſſe adſeueraret, Maurus nomine quidam &c. abſtractum ſibi torquem, quo vt Draconarius vtebatur, capiti Iuliani impoſuit confidenter.* Adeo in tumultuariis illis ac improuiſis Cæſarum vel Auguſtorum nuncupationibus, arrepta quæque obuia, vnde collati illius faſtigii ſpecies aliqua, vel ſolitum inſigne adumbraretur: donec ei rei haud paullo decentius prouideretur. Accedit ad hoc Siluani *muliebri purpura*, ſeu ex vxoris gynæceo detracta, induti factum, quod eandem *purpuræ* ſpeciem, quæ, vt dicitur Leg. III. Cod. Theod. & Leg. IV. Cod Iuſtin. De Holoueris &c. *ſoli principi eiusque domui dedicatur*, aliis geſtare, vendere, aut eo colore veſtem fucare, ſub capitis pœna, vti ea de re obiter diximus Obſerv. p. 210. fuerit vetitum: aliud tamen purpuræ genus habere matronis ſub Cæſaribus etiam licuerit. Hinc Spartianus in Alexandro Seuero cap. XL. *PVRPVRAE clariſſimæ, non ad vſum ſuum, ſed AD MATRONARVM. ſi quæ aut poſſent, aut vellent, certe ad vendendum grauiſſimus exactor fuit.* Ita de pallio quodam exquiſitæ purpuræ, & qualem *poſtea nec Romanus orbis vidit*, a Perſarum Rege ad Aurelianum miſſo agens in eius vita cap. XXIX. Vopiſcus, *pallium breue purpureum laneſtre, ad quod quum MATRONAE, atque ipſe Aurelianus iungerent PVRPVRAS ſuas, cineris ſpecie decolorari videbantur cætera, diuini comparatione fulgoris.* Neque proinde viris ſummis adſentior, qui a Nerone ad Aurelianum interdictum prorſus, ipſis etiam matronis, omnem purpuræ vſum, quem iis demum permiſerit Aurelianus, ſtatuunt. Nec enim id inferre videntur, vnde id adſtruũ ad Vopiſcum in Aureliano cap. XLVI. ὁ πάνυ, ſed contrarium potius, vel Suetonius in Nerone cap. XXXII. vel eiusdem Vopiſci verba. Suetonius: *Et quum interdixiſſet vſum amethyſtini ac TYRII COLORIS, ſubmiſiſſetque, qui nundinarum die paucula vncias venderet, præcluſit cunctos negotiatores. Quin etiam inter canendum, animaduerſam MATRONAM e ſpectaculis, VETITA PVRPVRA cultam, demonſtraſſe procuratoribus ſuis dicitur: detractamque illico, non veſte modo, ſed & bonis exuit.* Vnde vtique nihil aliud colligas, niſi præſtantiſſimæ purpuræ ſpeciem, Tyriam nempe ſeu *Sarranam* a Romanis, vt notum, dictam, tanquam ſolis Imperatorum Domusque Auguſtæ vſibus deſtinatam, a Nerone priuatis quibuscunque ac matronis quidem tum primum interdictam. Hinc non *purpura* in genere, prout alioquin vulgo Romani Scriptores, ac alibi Tranquillus, & ab Vlpiano dicitur Leg. XII. §. 13. D. De Legatis Tertio, *purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri*; ſed *vetita purpura*, ea nempe, quod præceſſerat, *Tyrii coloris*; *cultam* dicit Suetonius *matronam* illam, cui eandem detrahi iuſſit Nero. Conſtat autem, & ab eruditis iam obſeruatum, haud vnam fuiſſe *purpuræ* apud veteres ſpeciem: quomodo, vt obiter hoc tangam, vnam rubram valde & ὀξεῖαν, quæ Romæ olim eſſet in pretio, aliam vero nigram, & quæ vilior foret, obſeruat in Catone Minore Plutarchus pag. 462. ac ſimiliter Athenæus Lib. III. pag. 89. ac prout alioquin purpuræ, qualem *nunquam poſtea vlla gens detulit, aut Romanus orbis vidit*, in adductis Vopiſci in Aureliano verbis, fit mentio. Ita inter alia pretioſa, quæ in triumphali de Iudæis pompa prælata refert Ioſephus Ἁλωσ. Lib. VII. cap. XVII. legitur, *ἐκ πορφύρας ὑφάσματα τῆς σπανιωτάτης φερόμενα, textilia e rariſſimæ purpuræ genere.* Qua ratione *Tyrii*, ceu pretioſiſſimi *coloris purpura*, non viris ſolum, ſed matronis etiam a Nerone, teſte Tranquillo, *vetita*; non vero quæuis in genere purpura, qualis nempe *plebeia ac pene fuſca*, a Cicerone pro Sextio cap. XIX. dicitur. Vnde dum ait Vopiſcus in Aureliano cap. XLVI. *idem conceſſit, vt*

blatte-

blatteas matronæ tunicas haberent, non id voluit, prout ibi contendit ὁ πάνυ. vt tunicas purpureas in genere, a Neronis tempore vetitas, tum primum matroni Romanis habere permitteret Aurelianus. Neque enim id verba Vopisci inferunt; sed quod illius quidem coloris purpuram, quæ *blatta* dicebatur, iisque erat interdicta, gestare concessferit Aurelianus: quam etiam vocem *blattam*, de exquisitæ purpuræ genere ibi a Vopisco dici, licet id redarguat illustris Salmasius, vere monuit magnus Casaubonus. Immo id ipsum adstruit, quod ibi ὁ πάνυ cæteroquin obseruat, de *blatta* in antiquis ac optimis Glossis dicta de *grumo sanguinis*: nempe *blatta* θρόμβος αἵματος, & *blattela* θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλίων, *grumus sanguinis conchyliorum*, seu *purpurarum*: ac inde de purpura, quod sanguinei foret coloris, appellata. Neque enim is cuiusuis purpuræ, sed præstantissimæ & quidem Tyriæ, color. vti de ea a Plinio dicitur Lib. IX. cap. XXXVIII. *laus ei summa in colore SANGVINIS CONCRETI*; ac prout *purpurea tinctura* pro *sanguinea* ab Aeschylo, de moriente vno e Persarum in nauali ad Salamina prœlio Satrapis vocatur Pers. v. 317. ἀμείβων χρῶτ' πορφυρέᾳ βαφῇ, *colorem mutans tinctu purpureo*, seu *sanguineo*, vt ibi veteres Critici, ἤτοι διὰ τοῦ αἵματος. Ita *blattam Tyriam*, pro eximia & decantata illius loci purpura, commendat Sidonius in Maioriani Panegyrico v. 48. immo prout de purpura, quæ instar Tyriæ e conchyliis apud Hydruntem in Italia, ad regium indumentum, ac inde *sacri* ac *adorandi muricis* nomine ibidem appellata, a Theoderico Rege apud Cassiodorum dicitur Lib. I. epist. II. *obscuritas rubens*, *nigredo sanguinea*, *Regnantem discernit*: mox de eadem purpura, *cum BLATTA, quam nostro cubiculo dare singulis annis consueuisti, venire festinas*; mox, *Eoa Tyrus est Hydra Italica*. Haud aliter, ac de purpura, quæ in *Phœnices*, vbi Tyrus, *baptis*, de quibus Leg. IV. Cod. De Vestib. Holoueris, & Leg. XIIX. Cod. Theod. de Murilegulis, tingebatur, quamque nemini priuato venundare licuit, dicitur Leg. I. Cod. Quæ Res Venire Non Possunt, *Fucandæ atque distrahendæ PVRPVRAE, vel in serica, vel in lana, quæ BLATTA vel OXYBLATTA, atque hyacinthina dicitur, facultatem nullus habere possit priuatus*. Adde Leg. de qua modo, XVIII. Cod. Theod. de Murilegulis, *quoniam trecentas pene libras BLATTAE sericæ clandestina fucatione, non sine læsæ Maiestatis crimine coloratas* &c. In quibus autem locis *blattam* non de quauis in genere *purpura* dici liquet; sed de ea nominatim, quæ, vt vidimus, *a colore concreti sanguinis*, seu *nigredine sanguinea*, ita dicta appellata, quæque vt maxime pretiosa *sacri*, *adorandi*, seu *Imperatorii muricis*, & quæ *Regnantem discernat*, nomine, quem in Constitutionibus Imperatorum, tum in dicto Theoderici Regis apud Cassiodorum loco, ac alibi, dici meruit. Vnde etiam blandeo minus retentum fuit, vt ex iisdem aliisque illius aut sequentis etiam æui monumentis constat, generale *purpuræ* nomen. Adeo, ne pluribus nunc hisce immorer, vt id matronis ab Aureliano indultum tradat auctis supra verbis Vopiscus; quod nempe *blatteas tunicas*, seu tinctas Tyrio, vel quod eo accederet, *sanguineæ nigredinis* purpuras, iis autem a Neronis, de quo id tradit Suetonius, temporibus interdictas, gestare licuerit. Quod tamen datum ab Aureliano matronis priuilegium, sub aliis postea Imperatoribus denuo sublatum videtur; a quibus omnem *blattæ*, ita eo æuo dictæ, seu pretiosæ illius purpuræ vsum, solis Imperatoribus ac Domui Augustæ sacrum dicatumque exstitisse, e dictis paullo ante sequioris æui, vt Theodosii Junioris, Constitutionibus manifestum: vulgaris nempe purpuræ vsu matronis cæteroquin, qualem sub Alexandro Seuero obtinuisse supra vidimus, relicto. Vnde etiam hisce Iuliani, quæ in sequenti Oratione itidem leguntur, verbis lux accedit; quibus Magistro militum in Galliis Siluano, vbi is imperium inuasisset, adsumptum e gynæceo purpureum vxoris indumentum dicitur, quod consuetum nempe ac necessarium illius fastigii insigne seu παράσημον adumbraret: merito tamen eo nomine irrisum a Iuliano hunc scenicum, vt in sequenti Oratione de eodem additur, tyrannum. Adeo nihil in his Iuliani verbis esset adeo reconditum, quod doctissimo Petauio negotium facessere debuerit: minus autem, sicut in notis ad primam huius Orationis editionem ab eo factum diximus, quod hic mutandi γυναικωνίτιδα, muliebrem seu *vxoriam purpuram* in τὴν ἐκ σημαίων. *eam qua e signis* nempe detracta, præter Codicum fidem, & aperta ejusdem Iuliani eadem de re in sequenti Oratione verba, locum daret.

Ibid. C. lin. 8. ὥσπερ τινὰ λύκον ἐξαίφνης διαρπασαμένων) De qua Siluani cæde audiendus est, qui inter alios cum Vrsicino ad eum e medio tollendum a Constantio missus, Ammianus, vt ipsemet rem eam narrat Lib. XV. cap. V. nempe (corruptis prius ac inductis e Siluani militibus, qui cædem eampatrarent)

ctarent) *Firmato itaque negotio per sequestres quosdam gregarios, obscuritate ipsa ad id patrandum idoneos, præmiorum exspectatione accensos, solis ortu iam rutilo subitus armatorum globus erupit: atque, vt solet, in dubiis rebus audentior, cæsis custodibus, regia penetrata, Siluanum extractum ædicula, quo exanimatus confugerat, ad conuenticulum ritus Christiani tendentem, densis gladiorum ictibus trucidarunt.* Quod paucioribus verbis a Zonara itidem traditur Tom. II. pag. 19. πελὼς γὰρ Οὐρσικῖνος ἐκεῖ, καὶ χρήμασι τῶν ἐκείνου στρατιωτῶν τινας ὑποφθείρας, δι' ἐκείνων ἀνεῖλε τὸν Σιλβανόν, *missus enim illuc Vrsicinus, Siluanum corruptis pecunia illius militibus interemit.* Huius autem Silvani nummos exstare, teste Goltzio, in quibus legatur DN. FL. SILVANVS. P.F. AVG. notat ad dictum Ammiani locum doctissimus Valesius. Verum tales nummi nuspiam hactenus ab aliis antiquariis visi, aut in Museis seu Thesauris, in quibus id genus cimelia reconduntur, obuii: vt haud immerito suspecta sit ea in re Goltzii fides; maxime quum intra vicesimum octavum diem, iuxta vtrumque Victorem, aut, quod eodem redit, ante tricesimum, oppressus Siluanus dicatur ab Eutropio. Accedit, quod illud FL. seu *Flauii* prænomen, vtpote Constantinianæ genti ea ætate proprium, male eidem Siluano tribui; qui iuxta Victorem Schotti *ortus in Gallia, parentibus Barbaris*, seu iuxta Ammianum Lib. XV. cap. V. patre Bonito Franco, quique a Constantio, dum imperium arripit, defecerat, bene obseruat Ci. Tristanus Tom. III. pag. 660.

Ibid. C. lin. 11. πρᾴως ἄγαν καὶ φιλανθρώπως) Quam Constantii erga insontes Silvani familiares mansuetudinem & clementiam, cuiusque in sequenti Oratione pag. 99. facta est itidem mentio, haud licet e coæuo ac teste earum rerum Ammiano percipere. Ab eo enim post illius tyranni cædem, in amicos eius ac notos promiscue sæuitum continuo dicitur Lib. XV. cap. VI. *Jamque post securitatem quæstiones agitabantur ex more, & vinculis catenisque PLVRES VT NOXII plectebantur. Exsurgebat enim efferuens lætitia Paulus, TARTAREVS ILLE DELATOR, ad veneratas suas artes licentius exercendas: & inquirentibus in negotium Consistorianis atque Militaribus, vt preceptum est, Proculus admouetur eculeo, Siluani domesticus* &c. Dein, *Post hunc damnatorum foret Pœmenius raptus ad supplicium interiit: qui (vt supra retulimus) quum Treuiri ciuitatem Cæsari clausissent Decentio, ad defendendam plebem electus est. Tum Asclepiodotus, & Lutto, & Maudio Comites interempti sunt, aliique plures, hæc & similia PERPLEXE temporis obstinatione scrutante.* E quibus etiam Ammiani verbis liquet, haud defuisse tum, quorum hic statim & sequenti itidem Oratione pag. 99 meminit Julianus, ἐφεστηκότων τῇ κατηγορίᾳ συκοφαντῶν, *qui ad accusandum consurrexerant calumniatores;* immo ad quorum lubitum torti fuerint Siluani familiares. Vt hæc in fine huius Panegyrici, maxime si aliunde adtendatur Constantii, vbi de adfectata dominatione (hanc *fine fine scrutando*, iuxta Ammianum Lib. XXI. cap. XVI.) agebatur, indoles, adsentatorie a Juliano dicta, liceat continuo statuere.

Pag. 49. A. lin. 6. τὸν παῖδα τὰ τετελευτηκότος) Quem nempe filium Siluanus, Magister Armorum in Gallia a Constantio constitutus, amicitiæ ac fidei obsidem Imperatori nec petenti reliquisse, sequenti Oratione dicitur pag. 98. Hanc vero in seruato eodem, post patris defectionem ac cædem, filio clementiam, pluribus quoque, proximis ibidem paginis 99. & 100. extollit Julianus. Qua in re equidem quum ætatis eiusdem filii, quem νήπιον κομιδῆ *infantem adhuc* hic appellat, rationem a Constantio habitam constat; tum quod is plane extra omnem suspicionis participati cum patre consilii an-tiam foret, fideique obses a patre ad hoc fido, ac sponte quidem, relictus; neque esset, vnde ab eo sibi inposterum metueret. Haud vero insolita id genus clementiæ erga tyrannorum, aut qui de regno seu imperio simul contenderant, liberos exempla. Ita clementem in Cassii, qui ab eo defecerat ac se pro tyranno gesserat, liberos se præbuisse M. Antoninum, vt iis *dimidiam paterni patrimonii partem*, iuxta Volcatium in Cassio cap. IX. aut etiam *amplius dimidia*, iuxta Capitolinum in Marco cap. XXVI. reliquerit; indeque etiam dicatur a nonnullis, qua de re Volcatius cap. VIII. reprehensus idem Antoninus, *quod tam mitis esset in hostem suum, eiusque LIBEROS & affectus atque omnes, quos conscios tyrannidis reperisset.* De Seuero quoque, post Nigri cædem, narrat Spartianus in eius vita cap. IX. *Filios post hoc, quos suorum liberorum cultu habuerat, in exsilium cum matre misit.* Ad quam autem priorem M. Antonini in Cassii liberos indulgentiam,

gentiam, qua dimidia paternorum bonorum, iuxta Volcatium, pars iis est concessa, referri posset Lex VII. D. De Bonis Damnatorum, qua liberis, *ne alieno*, vt ibi dicitur, *admisso, grauiorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa*, e paterno patrimonio *portiones concessas*, seu dimidium, iuxta Interpretes, vel legitimam habere licuit. Vt mittam jam ante illam Cassii defectionem, latam ab eodem Marco & L. Vero legem, quæ exstat LXXVI. D. De Pœnis, qua dicitur: *crimen vel pœna paterna nullam maculam FILIO infligere potest. Nam vnusquisque ex suo admisso sorti subicitur, nec alieni criminis successor constituitur, idque DIVI FRATRES Hieropolitanis rescripserunt*: verum excepto, vt aliunde liquet, crimine Maiestatis. Vnde in legibus ab hoc Constantio latis, quæ exstant Leg. II. & IV. Cod. Theod. De Bonis Proscriptorum, eorum liberis & parentibus eadem, sed *excepto crimine Majestatis* (quale tamen Siluani patris crimen exstitit) *& Magica*, modo seruari, modo reuocato illo beneficio, fisco vindicari præcipitur.

AD ORATIONEM IVLIANI PRIMAM
OBSERVATIONVM FINIS.



ADDENDA
AD OBSERVATIONES IN PRIMAM IVLIANI ORATIONEM.

Ad Pag. 12. col. B. lin. 19. *post verba*, a Platone dicitur in Phædro pag. 269.

Adde, & inde λόγοι ἀγωνιστικοὶ *orationes seu declamationes forenses*, apud Aristidem Serm. Sacr. III. pag. 574. & ἀγωνίσασθαι τὰ δεύτερα, *secundo declamare*, Serm. V. pag. 633. Vt ἀγῶνες &c.

Ad Pag. 25. col. B. lin. 26. *post verba*, quo sibi imperium arrogaret.

Adde, Ita Aristides Serm. Sacr. pag. 618. τὸ χωρίον &c. ἐσφετερίζοντο Μυσῶν τινες &c. *prædium hoc quum mihi, dum in Aegypto peregrinabar, emissent mei, Mysi quidam sibi vindicarunt.*

Ad Pag. 31. col. B. lin. 14. *post verba*, ei imperium detulerit;

Adde, Prout Constantinopolim a Valente, in qua, seu eius suburbano, nuncupatus fuerat a Valentiniano fratre Imperator, dici tradit Themistius Orat. VI. pag. 83. ΤΗ ΠΟΛΕΙ δὲ, ἣν οὐκ ὀκνεῖς ὀνομάζειν ΜΗΤΕΡΑ τῆς ἀναῤῥήσεως, *VRBI, quam non grauaris MATREM tuæ electionis appellare.*

Ad Pag. 35. col. A. lin. 22. *ante verba*, Sed de his plenius alibi.

Adde, Ita Antiochiæ, Syriæ metropoli, quæ nusquam inter Romanorum colonias, sicut alteri in Pisidia, quod huius nummi etiamnum arguunt, contigit, relata legitur, a Tiberio supra portam vrbis Orientalem, & postea a Traiano supra portam mediam a se exstructam, eadem Lupa cum gemellis sculpta, idque haud alium in finem, a Io. Malala nuper vulgato dicitur pag. 303. & 360. nisi vt scirent posteri, ὅτι Ῥωμαίων ἐστὶ τὸ κτίσμα, *quod Romanorum esset opus.* Sed de his alibi pluribus.

Ad Pag. 63. col. A. lin. 40. post verba, *prædas agere cœperunt.*

Adde, Adde id, quod de constitutis a Diocletiano, in Orientis limitibus, aduersus Persarum irruptiones præsidiis aut munimentis, ab Ammiano dicitur Lib. XXIII. cap. V. *Quod Diocletianus* (Cercusium) *exiguum antehac & suspectum, muris turribusque circumdedit celsis, quum in ipsis BARBARORVM CONFINIIS interiores LIMITES ordinaret, ne vagarentur per Syriam Persæ: ita vt paucis ante annis, cum magnis prouinciarum contigerat damnis.*

Ad Pag. 74. col. B. lin. 9. a fine *post verba*, adhæsit hic Petauius

Adde, Nisi aliorum Codini codicum, & Vaticani quidem, hic præualeat auctoritas; in quo, iuxta eruditissimum Lambecium in Notis p. 346. (vt opportune hoc vidit vir, sicut in aliis disciplinis, ita in Chronologicis, egregie subactus, Vignolius noster) annus Mundi adscribi dicitur 5838.

Ad Pag. 75. col. A. lin. 6. *verba, quæ male ibi collocata*, & Chronici Alexandrini, vbi de Encæniis agit Constantinopolitanæ Ecclesiæ, numeros, *transponenda & post proxima verba collocanda, hunc in modum:* vti ab eruditissimo Pagi factum, & Chronici Alexandrini, vbi de Encæniis agit Constantinopolitanæ Ecclesiæ, numeros, ad annum proximum CCCXXV.

Ad Pag. 96. col. A. lin. ult. *post verba*, seu eam ferociam dissimules.

Adde, Quomodo apud Isocratem Orat. de Pace pag. 167. dicitur, περὶ τῶν λοιπῶν οὐδὲν ὑποστειλάμενος, *de cæteris nihil dissimulans;* quum alioquin &c.

Ad Pag. 117. col. B. *ante verba*, Ibid. B. lin. 5. &c.

Pone, Pag. 14. A. lin. 9. πατρὶ γὰρ ὑπήκοος ἅμα καὶ βασιλεῖ) Ita M. Antoninus Diis se acceptum ferre ait Lib. I. Sect. XVIII. τὸ ἄρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, *quod Imperatori & patri simul subiectus fueram.* De cultu cæteroquin, quo parentem Constantinum prosequutus sit Constantinus, & honoribus eidem mortuo ab illo habitis, agitur adhuc infra pag. 16. & 41. ac nos ibidem.

Ad Pag. 148. col. B. lin. 6. *post verba*, apud Sophoclem

Adde (cuius ea de re loca supra iam adtuli Observ. pag. 68.)

Ad Pag. 161. col. B. lin. 34. *post verba*, censeri vnice debeat.

Adde, Mitto quod idem Princeps φιλάδελφος Themiſtio dicatur Orat. IV. pag. 53.

Ad Pag. 195. col. B. lin. 12. poſt verba, *omnium fuerunt magnificentiſſima.*

Adde, Adde Dionem Lib. LIX. pag. 653. a quo dicitur Caligula, iniecto maris inter Baulos & Puteolos ponte, Darium & Xerxem ludibrii cauſſa nominaſſe, ὡς καὶ πολλαπλάσιον σφῶν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ζεύξας, *quia longe plus maris ipſe ponte ſtraviſſet.*

Ad Pag. 203. col. B. lin. 1. *poſt verba*, ac a Themiſtio ſimiliter

Adde. Orat. III. pag. 45. παρεπαίζω πρὸς τὸν πρεσβύτην, *cum Sene*, hoc eſt, Vetranione, *decertaſti*, qui ab eodem rurſus Orat. II. &c.

Ad Pag. 219. col. A. lin. 35. *poſt verba*, nempe Magnentii

Adde, quem is iam alibi appellauerat ἀλάστορα βάρβαρον καὶ παλαμναῖον, *dirum & execrabilem barbarum.*

Ad Pag. 227. col. A. lin. 10. poſt verbum *Theſſalia.*

Adde, Immo prout ſupra Iulianus pag. 16. πόλιν de *Republica* ſeu τῷ κοινῷ Romani Imperii adhibet; quod adductis iisdem, petitis ex Aeſchylo & Euripide, exemplis, quæ omitti proinde hic poterant, erat iam a nobis illuſtratum.

Ad Pag. 248. col. B. lin. 28. poſt verba, *manicata a collo ad genu demiſſa.*

Adde, Quomodo de Caracalla a Dione dicitur, quod imbecillis ad tolerandos labores factus, nec æſtum amplius, nec arma ferre poſſet, ac, vt addit Lib. LXXVIII. pag. 890. ὥστε καὶ ΤΟΥΣ ΧΕΙΡΙΔΩΤΟΥΣ ΧΙΤΩΝΑΣ ἐς ΘΩΡΑΚΟΣ τρόπον τινὰ εἶδος πεποιημένους ἐνδύνεσθαι, ἵνα καὶ τὴν τῶν ὅπλων δόξαν χωρὶς τοῦ βάρους αὐτῶν ἔχων, μήτ' ἐπιβουλεύηται, καὶ θαυμάζηται, καὶ αὐτοῖς καὶ ἄνευ μάχης πολλάκις ἐχρῆτο, *adeo quidem, vt TVNICAS, ad LORICAE formam quodammodo factas, indueret: vt quum absque pondere armorum, tamen eſſe videretur armatus, nec peteretur inſidiis, & admirationi eſſet.*

Ad Pag. 250. col. A. lin. 6. *poſt verba*, Romanorum loricis adſerentem Polybium,

Adde, ac Athenæum. Etſi, vt hoc addam, prætorianos quidem milites λεπιδωτοὺς ſeu *ſquameas* loricas geſtaſſe, quas iis, quo expeditiores eſſent, ademerit Macrinus Imp. tradit Dio Lib. LXXVIII. pag. 888. τούς τε γὰρ ΘΩΡΑΚΑΣ τοὺς ΛΕΠΙΔΩΤΟΥΣ, καὶ τὰς ἀσπίδας τὰς σωληνοειδεῖς, ἀφελόμενος αὐτοὺς, κουφοτέρους σφᾶς ἐν ταῖς μάχαις πεποιήκει, *LORICAS enim SQVAMEAS, & imbricata ſcuta eis ademerat, quo faceret ad pugnam expeditiores.*

Ad Pag. 257. col. A. lin. 9. *ante verba*, An tamen inde

Adde, Quomodo poſt victum non ad Murſam ſolum in Pannonia, ſed dein etiam in Italia, Magnentium, eundem poſtea *ad Seleucum* penitus debellatum tradit Theophanes Chronogr. pag. 37. ed. Reg.

Ad Pag. 260. col. B. lin. 13. a fine *poſt verba*, demum dicitur.

Adde, Immo quod καθαρτὴν τοῦ σώματος, de Magnentio dictum, apertius explanat ſequenti pagina Iulianus; vbi poſt nefandas cædes ab eo patratas, illum tradit ſe ſuo transuerberaſſe gladio, ὃ πολλῶν πολιτῶν ἐμίανε φόνῳ, *quem multorum antea ciuium cruore polluerat*; & quem proinde propria corporis ſui victima, ſeu manus ſibi inferendo, quodammodo expiarit. Haud aliter ac ſublatis vno eodemque tempore factioſis quorundam in Græcia populorum ducibus, a Polybio dicitur in Excerptis Valeſianis pag. 162. σχεδὸν γὰρ ὡσανεὶ ΚΑΘΑΡΜΟΝ τινα συνέβη γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἀλιτηρίων αὐτῆς ἐκ τοῦ ζῆν μεθισταμένων, *prorſus enim quadam quaſi LVSTRATIO atque EXPIATIO contigit tum vniuerſæ Græciæ, peſtibus Reipublicæ medio ſublatis*; vt ea reddit doctiſſimus Valeſius.

Ad Pag. 261. col. B. lin. 11. a fine, poſt verba, *nominant.*

Adde, Quomodo καταβαλλικώτερος, hoc eſt, *proſternendi aduerſarium peritior*, a Spartano quodam in Olympia victo dicitur apud Plutarchum in fine Apophthegm. pag. 236. & præterea a M. Antonino Lib. VII. Sect. LII. vbi ab eruditiſſimo Gatakero adducta eadem, quæ paullo ante protuli, Galeni de hac voce verba video.

Ad Pag. 265. col. B. lin. 28. *pro*, quemque ſeptentrionalem Oceanum vocare libuit Appiano ab initio libri de Bellis Hiſpanicis,

Pone, (quemque *septentrionalem Oceanum* quum alii tum Appianus vocat ab initio libri de Bellis Hispanicis, *Britannicum* vero, quod eodem redit, Mela Lib. II. cap. VI. a Julio Cæsare autem dicitur *pars Oceani*, quæ *spectat inter occasum solis & septentriones*)

Ad pag. 267. col. B. lin. 3. *post verba*, prius dicta.

Adde, seu *Amida* potius, iuxta Ammianum, vt id nuper ad Lactantium de Mort. Persec. pag. 233. Part. II. erudite obseruat vir illustri eruditione Cuperus. Cui vero in Mesopotamia *Constantia*, aut huic in Syria *Antiochia*, addi debet in vicina Phœnice *Antarada*; quam ab eodem Constantio, decimo eius imperii anno, instauratam, dictamque eiusnomine *Constantiam*, tradunt Theophanes Chronogr. pag. 31. & Cedrenus pag. 299. edit. Regiæ: quæ tamen antiquo, vt præterea obseruo, *Antaradi* nomine, ab Athanasio Apologia secunda, quæ vicesimo demum imperii hujus Constantii anno est conscripta, dicitur pag. 702. Παλτὸς μὲν καὶ Ἀντάραδος, *Paltus quidem & Antaradus.*

Ad Pag. 277. col. B. lin. 11. a fine *post verba*, vota respicere censeatur.

Adde, Quibus etiam facem præferunt, & quæ itidem inde illustrantur, Lampridii in Elagabalo verba cap. XV. *Denique CAL. IANVARIIS, quum simul tum designati essent Consules, noluit cum consobrino suo* (Alexandro Seuero) *procedere.* Mox, *deinde in Capitolium AD VOTA NVNCVPANDA & perficienda solemnia ire noluit: omnia per præfectum vrbanum facta sunt, quasi Consules illic non essent.* Quamquam &c.

Ad Pag. 279. col. A. lin. 9. *post verba*, equidem noui.

Adde, Id vero alteri Artaxerxi, seu Mnemoni, contigisse, vt a patre, nempe Dario Notho illius Longimani filio, Rex fuerit declaratus, tradit, vt obseruo, Plutarchus Orat. II. de Fortuna Alexandri pag. 279. Tom. II. ἄπιθι πρὸς Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου, ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΝ τὸν Κύρου ἀδελφόν. ἄπελθι πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, ἐκείνους ζῶντας οἱ πατέρες ΒΑΣΙΛΕΙΣ ἀνηγόρευσαν, *ad Antiochum Seleuci filium, ad ARTAXERXEM Cyri* (nempe Junioris dicti) *fratrem, ad Ptolemæum Philadelphum abi: eos viui etiamnum patres REGIS titulo dignati sunt.* Quod ab eodem Mnemone itidem factum, obseruat quoque in eius vita Plutarchus &c.

Ibid. lin. 24. *post verba*, eaque insuper Xerxis,

Adde ac pone, & iuxta Plutarchum, vt modo vidimus, Artaxerxis Mnemonis, ac Darii eius filii, qui ab eorum patribus Regii fastigii sunt participes facti, exemplis confirmata auctoritas



INDEX I.

AVCTORVM ANTIQVORVM

qui in his OBSERVATIONIBVS explicantur, illuftrantur, ac emendantur.

Iustiniani

INDEX

INDEX II.

VOCVM GRÆCARVM

quæ in his OBSERVATIONIBVS illustrantur, aut explicantur.

Τροφὴ

INDEX III.

RERVM & MATERIARVM

in his OBSERVATIONIBVS.

A.

Cata-

Ephori

I.


K.

L.

M.

nes





ERRATA TYPOGRAPHICA emendanda.

P*ag. 5. col. b. lin.* [illegible] *lege* seu compitis. *Sæpe etiam alibi* seu *pro* ceu *le*[illegible]*rum.*

Pag 10. *col. a. lin.* [illegible] coniungit Aristoteles

Pag. 18. *col. b.* [illegible]. 1. quique lymphaticas

Pag. 19. *col. b. lin.* 36. Constantium

Pag. 31. *col. b. lin.* 12. *a fine* quamquam temporibus singuli

lin. 3. *a fine* e Chronico

col. a. lin. 6. *a fine* habitu adumbretur

Pag. 32. *col. a. lin.* 5. vtique e Decennalibus

lin. 3. *a. fin.* Herculio

lin. vlt. Herculius

col. b. lin. 10. ab auctoritate

Pag. 33. *col. a. lin.* 24. *ἐν πεζέδῳ*

Pag. 35. *col. b. lin.* 21. , Saluio

Pag. 42. *col. a. lin.* 16. & mox adhuc

Pag. 50. *col. a. lin.* 20. Nempe Græcorum

Pag. 51. *col. b. lin.* 20. Zosimum. *Et ita pluries alibi, vbi male excusum est* Zozimum.

Pag. 76. *col. b. lin.* 13. Archontibus

Pag. 77. *col. b. lin.* 23. Στρατηγὸς

Pag. 84. *col. b. lin.* 1. θηρίοις

Pag. 87. *col. a. lin.* 22. ἐμομήτρου

Pag. 112. *col. b. lin.* 11. *a fine* id Germanorum equitibus

Pag. 117. *col. b. lin.* 12. *a fine* p. 134.

Pag. 126. *col. a. lin.* 16. *a fine* κρίνων

Pag. 153. *col. b. lin.* 11. debeant intelligi

Pag. 170. col. b. lin. 24. *Carrenorum Philoromæorum Metropolis*

Pag. 171. *col. b. lin.* 32. Tranquillinæ

Pag. 179. *col. b. lin.* 6. sit a Iuliano

Pag. 205. *col. a. lin* 25. Eos vero apud *Naissum*

Pag. 217. col. b. lin. 11. *Artabazani*

Pag. 219. col. a. lin. 11. *meritoque*

Pag. 235. *col. b. lin.* 15. ὀρνᾶσθαι

Pag. 248. *col. a. lin.* 17. *a fine* ac inter eas

Pag. 249. col. b. lin. 37. *cum HAMATIS LORICIS*

Pag. 251. *col. b. lin.* 24. *a fine* περικνημίδων

Pag. 269. *col. b. lin.* 33. dicitur a Polybio;

Pag. 274. *col. b. lin.* 11. *a fine* eamque

Pag. 312. col. a. lin. 16. *Antaradus*



